13
15 I
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-10.a.2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
15 I
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-10.a.2

EPITOMES
LEGATORVM
ET FIDEICOMMISSORVM,

Methodo ac ratione digeſta.

ANGELI MATTHEACII
MAROSTICENSIS; VICENTINI,

Aulæ Cæſareæ Comitis, Equitiſq; Palatini, & in Gymnaſio Patauino Ordinarij in prima Sede Iuris ciuilis matutini Interpretis.

Omnibus tàm in Scholis publica profeſſione ſe exercentibus, quàm in foro verſantibus contentioſo, ac iuridico, ſummè vtilis, & apprimè neceſſaria.

Indice vt rerum, ita & verborum ſerie Alphabetica digeſto, non concinnè minus, quàm methodicè pro operis mole ſat copioſo adornata.

AD SERENISSIMOS ET CLEMENTISSIMOS PRINCIPES GVLIELMVM, & MAXIMILIANVM ſuperioris & inferioris Bauariæ Duces, & Comites Palatinos Rheni, &c.

CVM PRIVILEGIO.



BIBL·SOC·IESV·COLL·ROM·

VENETIIS, MDC.

Apud Societatem Minimam.

Sereniſs.& Clementiſs. Principibus,

GVLIELMO PATRI, ET MAXIMILIANO FILIO,

Superioris,& inferioris Bauariæ Ducibus,Comitibuſque Palatinis Rheni, Inclitis Heroibus, Dominis iugi ſemper obſeruantia colendis.

INVETERATA maiorum conſuetudine vſitatum fuiſſe (Auguſtiß. Dux, Sereniſs. Princeps) in Deorum numerum illos omnes referre qui præclarum aliquod atque egregium facinus aggreſsi eſſent, omnium ferè ſcriptorum monumenta teſtantur, & ex ſtatuis æneis ac templis in eorum honorem conſtructis apparet hunc morem olim inualuiſſe; Horum ſtultitiam dum ſæpè mecum conſiderarem riſu abſtinere nequibam, quoniam Deorum numerum augeri abſq; neceſsitate putabam; ſed cum diligentius ad id meas cogitationes conuertiſſem, eos non niſi ſapientiſsimè ac prudentiſsimè feciſſe, confiteri non poſſum; Homines enim honoribus illis illecti & inflammati, nitebantur in ardua; illorumque Deorum exempla totis viribus imitari conabantur. Quidni igitur (Auguſtiſsimè Dux, Princeps Sereniſsime) licebit mihi veram religionem ſectanti eniti, ac omnes eò intendere neruos, vt cum de Chriſtiana Republ. te optimè meritum Heroam imitari non poſsim, ſaltem pro virili, venerer, ſummaq; obſeruantia colam? Et quas (Bone Deus) poterit omnis Fidelium cœtus, ipſaque Apoſtolica ſedes nedum referre, ſed vix tibi agere grates, qui ardētiſsima charitate ſummoq; Zelo, Hæreticos omnes filios Diaboli, ac mortis laqueos, cæteroſque Chriſtianæ Religionis hoſtes, à ditione tua curaueris relegandos, & penitus expellendos? optimè te noſce mediusfidius indicaſti, perfidis illis nōniſi Tartareū deberi locum, et propterea nec ſub mercaturæ, aliovè negotiationis prætextu, in vrbibus, ac Regionibus tuis, nec hoſpitio excipiendam truculentam illam peſtem, coſtanter mandaſti. O Princeps Sanctiſsime, ò Dux fortiſsime, ò Heros Chriſtianiſ-

ſime, virtutem tuam longè, lateque exercuiſti, dum eam Religionem es tutatus, quam ſemper incliti Maiores tui maxima in veneratione habuerunt. Tibi acerrimo defenſori applaudit nunc orbis terrarum te lucis inſtar, ſeu cometæ ex improuiſo apparentis admiratur, & inclitũ, ac ſemper inuictũ Filium tuũ MAXIMILIANVM de te optimè meritũ, Auitis clarum titulis, ſuis verò clariorem, prædicat, ac extollit; Hinc in Celſitud. tuam, & Sereniſſimũ filium tuum (nec dixerim hoc adulandi ſtudio) omnes pleno ore certatim, laudes congerere, & tanquam terreſtre quodpiam Numen incipiunt magis, atque magis venerari. Quapropter & ipſe cum edere ſtatuiſſem volumẽ hoc ab Angelo Mattheacio patruo meo ſummo cum ſtudio, ac labore cõpoſitũ (quod ab altero Petro Mattheacio eius nepote, Ioſephi filio vnà cum cæteris alijs ſuis manuſcriptis comendatum accepi) vobis, quibus iamdudum me ipſum conſecraui, nunc illud dedicare, offerre, & nuncupare decreui; & quamuis mihi cum multis difficultatibus in hoc libro imprimendo luctandum fuerit, attamen vt ego etiã tanquã paruus riuulus vtriq; Sereniſ. Principi, ex Oceano ampliſſimo variæ & multiplicis ſciẽtiæ tributa aliqua ſoluerem, & ne tãti viri Angeli Mattheacij labores diutius in tenebris deliteſcerent, ſtatui hoc opus ſub fœliciſſimo auſpitio Patris, atq; filij Auguſtiſſimorum impreſſioni tandem committere, ac in lucem proferferre. Tibi igitur Sereniſſimo GVLIELMO, tibique inuictiſſimo MAXIMILIANO munus hoc humiliter offero, & me ipſum vnà dicatum ſimul, ac conſecratum, et cupio, & volo; quod ſi vobis gratum fore cognouero, cætera Angeli Mattheacij Patrui monumenta, haud ſanè contemnenda, communi omnium beneficio, ſub Ampliſſimi nominis veſtri auſpitio, prælo ſubiecta typographico, publica facere non grauabor. Sed ne tedio longiori quam par eſt Epiſtola Sereniſſimas Celſitudines veſtras afficiam, finem imponam; Deum vniuerſorum largitorem munerum, cœlorum, atque terrarum æternum creatorem, & Monarcham, ſupplex interpellãdo, vt cunctos earundẽ proſperet conatus, vota ſecundet omnia, & vitam ſeruet ad Religionis Orthodoxæ tutelam, & bonorum omnium commoda propaganda, quàm diutiſſimè incolumem fœlicitate fœliciſſima.

Sereniſs. Celſitud. Veſtrarum

Humiliſſimus Seruus

Petrus Mattheacius I. V. C. Lanceloti filius.

TYPOGRAPHVS BENIGNO LECTORI

Saluere, & bene eſſe.

VETVSTISSIMO non minus quàm pertrito ferri ſolet prouerbio, vino vendibili hederæ nulla eſſe opus ſuſpenſione, rem laudatiſſimam, & omnium teſtimonijs cōprobatam nullum commendationis ornatum exterè acceſſitum requirere: id noſtro huic non incongruè ſubſeruire inſtituto, vel mediocriter in rebus agendis verſato ipſa luce clarius meridiana pateſcit; Cui enim legum candidato non notiſſima eſt Angeli Mattheacij eximij Iurium Coriphæi Cæſareo æquè ac Pontificio iure clariſſimi, famà, qua ſibi non multis ab hinc annis in celeberrimo Anthenoris Patauio in tam vberi fœlicium ſanè ingeniorum feracitate, generoſiſſimis competitoribus fruſtraneè exambientibus deluſis, ad primam iuris cathedram Iuſtinianei matutinam, aditum ſibi immortali nominis ſui cum memoria pateſecit. Hinc cenſuram non tuam modò (candide Lector) ſed vel omnium in caſtris Mineruæ militantium expeto virorum, & ingenij, & virtutis præcelſæ admodum tanti tamq; excellentiſs. Iurium conſulti, quē non popularis fauor, non potentum clientela, nec ipſa etiam Audientium ſolita acclamatio, ſed genuina virtus minimèque fucata eruditio, indefeſſis laboribus aſſiduoque nixu litterario comparata, Publicæ iſtius profeſſionis primariç ſuggeſtum cunctis congratulantibus Muſis, & bonorum cum applauſu omnium, conſcendere fecit. Huius tibi non legalis ſolùm ſcientiæ luminis, ſed Ariſtotelicæ etiam, Platonicæque ſapientiæ ornamenti exemplar, cum iam pridem & ideam habeas ſingularem, De via, inquam, iuris Tractatū antea euulgatum, nunc alterum De fideicommiſſis, & vltimarum voluntatum diſpoſitionibus, pro eo quòd in rem tuam ſemper fuimus animo, vt votis abundè tuis ſatisfieri poſſit volumen damus; quod quidem,

cum præmatura eheu morte nobis prærepto nuper Autore, adeò eſſet amanuenſis incuria deformatum, & litturis plenum, vt non Dauo opus fuerit, ſed Oedipo quodam reuiſore: ne ſepultum lateret domi, & cum tineis certaret, vt aiunt, & blattis diutius, non parua Reipublicæ profectò literariæ cum iactura, inſignem in eo concinnando operam nauauit (ſic pijs defuncti Manibus piè parentando) Petrus Mattheacius Lanciloti filius Iuriumconſultus Nepos, cuius ſtudio eſt effectum, & labore, vt locis aliquot difficilioribus, & quæ ſcrupulum mouere poſſent maiorem, enodatis, priſtino ſuo tandem nitori tanquam poſtliminio redux fuerit, & ex integro fœlici auſpicio reſtitutum. Tu eo fruere, & nobis bene tibi conſulentibus dum non vulgata, ſed eximia admodum & recondita Iuriſprudentiæ ſenſa donamus, pro merito bene precare, ſimulque vale, & plaude.

ANGELI MATTHEACII
I. C. ET EQVITIS
EPICEDION.

Thoma Segeto Scoto Auctore:

QVIS furor, Euganeas, quæ tanta licentia, Parcæ,
In Muſas ſaeuire iubet? Vix cornua Phœbe
Ter ſextum impleuit; et publica funera quinctum
Ducimus (infandum?) Muſis operata iuuentus.
Prima quidem grauibus iuſſiſtis funera telis;
Quæ tulimus, nil ferre iuuat, nil plangere, victa eſt,
Et toties læſa in rabiem patientia vertit.
Vos rabie nondum laſſæ, non funere funus
Continuare pudet, nec in vno vulnere mille,
Vulnera mille aperire, & ſaucia corda ferire.
Ah tantum licuiſſe nefas? vt clauderet agmen
Tale caput, taleſq; augeret morte triumphos?
Voſq; adeò ſpolijs, exſultaretis opimis?
Debuerant virtuſq; viri lachrymæq; dolentum
Indomitas frenare iras, & ferrea corda
Mollire, vt longè potiorem cæde triumphum
Seruato obſtrictiſq; praeoptaretis apiſci.
Quid primum? quid deinde loquar? inſtemne dolori
Iam pleno? & vacua in ſuperos conuicia fundam?
An potius tenues iterumque iterumque ſacratis
Manibus inferias memoris dem munera Muſæ?
Sic melius. Sed iam laudes intrare volenti
Immenſum ſe pandit iter: qualiſq; per aequor
Qui graditur pictum, variatas mille figuris
Diuitias vbi Flora ſuas oſtentat & artem;
Quò cupidam primò dextram ferat anxius hæret:
Vno omnes inhiat, tamen vno haud carpſerit omnes
Intuitu: tandem ergo moram pertaeſus inanem
Aggreditur quà dextra rapit, propioribus inſtans;
Sed neque ſic menti requies datur vlla vagiſve

Lumi-

Luminibus,nunc huc animum nunc diuidit illuc;
Cumque animo nunc huc greſſum, nunc diuidit illuc.
Quod licuit legiſſe velit; meliuſque videtur
Quidquid abeſt: ſimili mutatus pectora voto
Quod legit liquiſſe velit. Sic copia fraudi eſt.
Haud ſecus in tanto tantarum examine laudum
Ambigua ratione feror. Si ſoluere linguam
Coner in hanc; ſubit illa, atque altera, & altera deinde;
Ingeminantque vices, iterumque iterumque reſurgunt
Fortiùs, vt varia confundar imagine rerum.
Sit paucas libaſſe ſatis. quaſcunque referre
Muſa negat ſterilis, mens officioſa rependat.
Ille polum menſus qua matutinus Eoo
Ardentes emittit equos de carcere Phœbus:
Quà veſpertinus madida ad praeſepia cogit:
Quà vertex latet oppoſitus: quà plauſtra Bootes
Circumagit, matriq; inſtat propè filius Arcas:
Quid graue Saturni ſidus: quid mitior illo
Iuppiter, & patris ſimilis Cytherea, quid atrox
Marſpiter, & virga inſignis Cyllenius aurea:
Quid Phoebus Phoebique ſoror mortalibus aegris
Portendat primos intrant dum luminis oras,
Callidus excutere & veras euoluere cauſſas.
Vt Phoebe reddat defectum lumine fratrem
Haud meritum tales lucis pro munere grates:
Vt Phoeben reddat defectam lumine tellus
Coniferas vmbra porrecta imitata cupreſſus.
Nec ſtetit hic ardens animus, quæ ſemina rerum
Prima forent voluit noſſe; humor, an ignis, an aer,
An verò (quæ ſecta breuis) paruiſſima quaedam
Corpora, & hamato ſeſe amplectentia morſu.
Curaque par, animo fuit, vt primordia rerum
In litem pacemque animet concordia diſcors:
An maneat, formis ſeſe perimentibus, vna
Materies eademque orbi, cur vertice flammas
Eructet, vaſtiſque remugiat Aetna cauernis:
Quos habeat fontes Nilus, quibus imbribus auctus
Foecundet pingui terram Memphitida limo:

Vnde

Vnde tremor terris, vaſto vt ſubſidere hiatu
Cum populis videas vrbes monteſq; lacuſq;.
Quae tempeſtatum, cauſſae qua temperet auras
Arte vagas, indatq; et demat vincula ventis,
Hippothades, quae cauſſa mari redituſq; abituſq;.
Singula quid memorem? libeat iam flectere curſum;
Muſa aliò feſtina vocat. Quis doctior illo
Et reſponſa dare & laqueos euoluere legum?
Saepe illum Hadriacis ſurgens Neptunus ab vndis
Nereidum ſtipante choro liquidiſq; maniplis
Orantem ſtupuit; virides ſtupuere miniſtrae.
Induit affectum iudex quem iuſſerat ille,
Siue ſalutari duro in diſcrimine mortis
Voce reum tegeret moeſtum, ſiue arma moueret
In as ſcelus, & validae vibraret fulmina linguae.
Talibus inſtructum donis orbata miniſtro
Vranie, orbatae Peitho Sophièque Themiſque
Immenſo aeternum lacrymarum flumine lugent.

EIVSDEM DE EODEM EPIGRAMMA.

QVALE decus periiſſe ſolo dicemus in vno
Funere? quas lacrymas fundere? quos gemitus?
Quale decus creuiſſe polo dicemus ab vno
Funere? quàm laetos inde agitare dies?
Siſte ſolùm lacrymas: coelum inſultare caueto.
Quae tu nunc iactas munera, terra dedit.

b ALIVD

ALIVD EPICEDION
ANTONII BANDERII

N*Octe premens cæca numeroſa volumina legum*
ANGELVS æternum ſydera lætus adit:
Par fuit: haud quærimur, referebat nomine cœlum
Mente, animo, lingua, moribus ingenio;
Par ſpatium exiguæ haud quaquam telluris, olympi
Culmina erant meritis præmia digna tuis
ANGELE: ſed quærimur nimium tua præmia ſerò
Optanda heu nobis, acceleraſſe DEOS.
Quid loquor ah demens? ſatis eſt hoc tempore terris
Cernere Diuinum nos potuiſſe decus.

CAPITA

CAPITA, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

LIBRI PRIMI.

QVID ſit legatum, quid fideicommiſſum, & an ſint exæquata. Cap. 1. fol. 3.B
Quotuplex ſit legatum, & fideicommiſſum, & quæ inde vtilitas. Cap. 2. 6.B
De expreſſo tacitoque fideicommiſſo. Cap. 3. 9.B
De fideicommiſſis puris, vel in diem ſub conditione. Cap. 4. 11.B
De varijs formulis, quibus oritur fideicommiſſum, ac de fideicommiſſaria reciproca, & compendioſa. Cap. 5. 13.B
Fideicommiſſaria an ſit proprie ſubſtitutio, & quænam inde vtilitas. Cap. 6. 16.B
De varijs formulis, & viribus compendioſæ, & an compendioſa poſſit fieri ſub alia conditione, quàm mortis Cap. 7 18.B
De vulgari eiuſque formulis, & effectibus, deque Iure ciuili informi, & formato. Cap. 8. 21.B
De pupillari & eius formulis, & effectibus. Cap. 9. 25.A
An pupillaris expreſſa excludat matrem. Cap. 10. 28.B
An matri debeatur legitima in foro conſcientiæ. Cap. 11. 30.B
An tacita pupillaris contenta in expreſſa vulgari excludat matrem etiam a legitima. Cap. 12. 32.A
Si filius inſtitutus, & pater teſtatus vno pereant caſu, vel naufragio, an locus ſit pupillari ſubſtitutioni. Cap. 13. 34.B
De exemplaris ſubſtitutionis formula, & effectibus, ac Iuriſconſultorum errore. Cap. 14. 36.B
De reciprocæ formulis, & effectibus. Cap. 15. 37.B
De compendioſa militis. Cap. 16. 39.B
De compendioſa facta à pagano. Cap. 17. 41.A
De compendioſa pagani facta verbis obliquis, & an clauſula codicillaris præbeat electionem ſubſtituto. Cap. 18. 43.A
De compendioſa pagani facta verbis communibus. Cap. 19. 44.A
An ex clauſula codicillari oriatur fideicommiſſum, & quid ſi Notario nota, vel ignota fuerit. Cap. 20. 45.B
Vtrum ex nominibus collectiuis inducatur fideicommiſſum, & quale, per vulgarem ne tantum, an per vulgarem, & fideicommiſſariam, Cap. 21. 46.B
Vtrum ex prohibita alienatione bonorum oriatur fideicommiſſum, & quale. cap. 22. 49.B
De fideicommiſſo ſimpliciter pœnali. Cap. 23. 51.A
De ſimplici, puroue fideicommiſſo ex prohibita alienatione emergente. Cap. 24. 51.A
An prohibitus alienare, prohibeatur hæredem inſtituere. Cap. 25. 53.B

LIBER SECVNDVS.

QVI legare, qui fideicommiſſi onere grauari poſſint. Cap. 1. 56.B
A quibus legata, & fideicommiſſa relinqui poſſint, & à quibus relicta intelligantur. Cap. 2. 60.A
Fideicommiſſum poſt mortem filij relictum, vtrum à filio an ab hærede relictum cenſeatur. Cap. 3. 61.A
Num appellatione filiorum veniant filiæ. Cap. 4. 63.A
Num appellatione filiorum veniant nepotes. Cap. 5. 65.A
An, & quando filius ingrediatur locum patris. Cap. 6. 67.B
An filij fratrum patruo ſuccedant per ſtirpes, an vero per capita. Cap. 7. 70.A
De gradu extrinſeco, & intrinſeco, & an fideicommiſſum familiæ relictum excedat quartum gradum. Cap. 8. 72.B
An frater vtrinque coniunctus excludat vterinum, & conſanguineum. Cap. 9. 76.A
Fideicommiſſum deſcendentibus, vel aſcendentibus maſculis relictum, quibus debeatur. Cap. 10. 78.A
Fideicommiſſum relictum per virilem ſexum per lineam maſculinam, a linea, vel de linea maſculina, an fœminis debeatur. Cap. 11. 79.B
An filia ſemel excluſa, ſemper ſit excluſa. Cap. 12. 81.B
Vtrum plures ſimul inſtituti, ac ſubſtituti intelligantur vocati ſimul, & ſemel, an vero ordine ſucceſſiuo. Cap. 13. 82.B
Succeſſiuus ordo quemadmodum accipiatur, an per vulgarem tantum, an verò per vulgarem, & fideicommiſſariam, maxime in vocatis nomine collectiuo. Cap. 14. 84.A
Vtrum proximitas teſtatoris, an verò potius grauati ſpectanda ſit in ordine ſuccedendi ad fideicommiſſaria. Cap. 15. 85.B
Legatorum prædicamenta. Cap. 16. 89.B
De ſubſtantia legatorum, & fideicommiſſorum. Cap. 17. 90.B
De ſubſtantia legati vſusfructus. Cap. 18. 93.A
De æſtimatione, quæ ſuccedit loco rei ad ſubſtantiam legati. Cap. 19. 96.A
De regula Catoniana ad legatorum ſubſtantiam. Cap. 20. 97.A
De quantitate legatorum, & fideicommiſſorum. Cap. 21. 97.B
De qualitate legatorum, & fideicommiſſorum. Cap. 22. 99.A
De relatione legatorum, & de his, quæ ad alterum. Cap. 23. 99.A
De loco legatorum, & fideicommiſſorum. Cap. 24. 101.B
De tempore legatorum, & fideicommiſſorum. Cap. 25. 104.A

LIBER

LIBER TERTIVS.

DE iure accreſcendi & alijs variis modis quibus dominia rerum nobis acquiruntur. Cap. 1. 108.A
De accidentibus ac differentiis iuris accreſcendi & non decreſcendi. Cap. 2. 109.B
Vtrum ius accreſcendi proueniat à lege an à mente teſtatoris. Cap. 3. 112.A
Qua ratione introductum fuerit ius accreſcendi & de intellectu.l.vnicæ,C.quando non pet.par.Cap.4. 114.A
De nomine hæredis deque eius varia ſignificatione.Cap.5. 116.A
Num portio quæ deficit accreſcat emptori vel venditori. Cap.6. 117.B
Num in cõtractibus,Num in legitima locum habeat ius creſcendi. Cap.7. 119.A
De iure tranſmittendi,& de ſuitate.Cap.8. 120.A
An exhæredatio tollat ſuitatem. Cap.9. 122.B
An filia excluſa à ſtatuto ſit amplius ſua,& aliæ quæſtiones. Cap.10. 124.A
De qualitatibus legatorum & fideicommiſſorum, & an conditio debeat in forma ſpecifica adimpleri. Cap.11. 127.A
De conditionibus diſiũctiuis & coniunctiuis, & de ſtatuto ne mater filiis inteſtatis ſuccedat. Cap.12. 129.A
De tacita conditione ſi ſine liberis deceſſerit. Cap.13. 131.A
De expreſſa conditione ſi ſine liberis. Cap 14. 134.A
An neceſſe ſit filium non modo naſci viuum verum etiam diu viuere vt ſuccedere poſſit. Cap.15. 135.B
An ſufficiat vel minimo temporis momento conditionem adimplere. Cap. 16. 137.B
De partu legitimo eiuſque tempore.Cap.17. 139.A
An cruentatum linteolum ex primo concubitu ſit certum ac ſufficiens indicium defloratæ virginitatis. Cap.18. 143.A
An filii poſiti in conditione, ſi ſine liberis, cenſeantur vocati à teſtatore. Cap. 19. 145.A
Vtrum in conditione ſi ſine liberis contineantur naturales tantum. Cap.20. 148.B
An filii legitimati contineantur in conditione,ſi ſine liberis,& excludant ſubſtitutum.Cap.21. 150.B
De Principis poteſtate ordinaria,& abſoluta,& an legitimatus excludat ſubſtitutum non citatum. Cap.22. 152.B
Num in conditione ſi ſine liberis contineantur adoptiui, & monaſteria, & an conditio ſi deceſſerit verificetur in morte ciuili. Cap.23. 154.B
An ſi pater legauerit filiæ millenos aureos coronatos, ſi nupſerit, & quingentos ſi monachauerit,& iſta monacha facta fuerit,an inquam ſibi debeãtur milleni aurei.Cap.24. 155.B
Pater filio legauit quingentos, ſi religionem Diui Franciſci lignipedis ingrederetur,filius ingreſſus ante poſſeſſionem receſſit à monaſterio,quæritur an poſſit conſequi legatum. Cap.25. 157.B

LIBER

LIBER QVARTVS.

QVI mittendi ſint in bonorum poſſeſſionem oſtenſo teſtamento, & an præſcription eacquiratur directum dominium. Cap. 1. 159.B

An legata & fideicommiſſa præſcribantur, & an pactum quandocunque recuperandi extinguatur præſcriptione 30. vel 40. ann. Cap. 2. 162.B

Quæ diminuere poſſint fideicommiſſa. Cap. 3. 166.B

Ex quibus aliis cauſis, perſonis, genere prohibendi, & rebus quibus fideicommiſſa alienari poſſint Cap. 4. 171.A

Quænam veniant in fideicommiſſariam reſtitutionem, funeris impenſa, dotis æſtimatio aliud æs alienum, fructus, & meliorationes, & quo tempore ineunda ęſtimatio. Cap. 5. 175.A

De Falcidia. Cap. 6. 179.A

De legitima, & eius propriis accidentibus. Cap. 7. 182.B

De quantitate legitimæ, & eius augumento. Cap. 8. 185.A

Vtrum frater cui minus legitima quid fuerit relictum, poſſit turpe inſtituto hærede agere inofficioſi ad reſcindendum totum teſtamentum, an verò teneatur legitima ſupplemenrum petere. Cap. 9. 187.B

An legitima, & dos augeantur aucto patrimonio. Cap. 10. 189.B

Num filia excluſa à ſtatuto poſſit petere augmentum legitimæ. Cap. 11. 19 .A

Num filia excluſa à ſtatuto faciat numerum pro augēda legitima maſculis, & dos quomodo computanda, & an legitima à ſtatuto tolli poſſit. Cap. 12. 193.B

Quæ in legitima ſint imputanda. Cap 13. 195.B

De propriis accidentibus aliis legitimæ, Falcidiæ, ac Trebellianæ. Cap. 14. 198.A

Num filius grauatus fideicommiſſo poſſit ambas, legitimam. ſ. ac Trebellianam detrahere, & an iure Pontificio magis quam Cæſareo hac in re acquirendum ſit. Cap. 15. 201.A

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM

Memoria dignarum,

Quæ in hac Epitome Fideicommiſſorum continentur ſerie Alphabetica digeſtus.

ACQVISITA *filio patris contemplatione vtrũ cedant loco legitimæ; Et dos pariter nepti, vel aui, vel patrui liberalitate collata, cum profectitia cẽſeatur vtrum in vicem legitimę eidem ſi ia computanda ſit, cum aut filij, aut fratris cõtemplatione cenſeatur conſtituta.nu.11 fol.196.a*

Actus incipere non debet vbi finem eum nantiſci conueniat nu.11.f.152.a

Actus in dubio debet interpretari, vt potius valeat quam pereat.nu.1.61.b

Actus iubenti non autem exequenti attribui debet.ab eoque denominari,nu.3.86.a

Accenſatio ingratitudinis contra donatarium non tranſmittitur ad hæredes donatoris.n.8.116.b

Admittendus cum admittitur, tunc excludendus excluditur.nu.3.124.a

Adulterij damnata mulier non poteſt eſſe teſtis in criminali iudicio.nu.16.147.b

Affectus punitur licèt non ſecuto effectu in atrocioribus,nu 25.38.b

Affectio et mens paterna magis eſt ſpectanda quã proximitas pupilli vel agnati, n.7.& 8.76.a

Agnatis ſtantibus ſi excludantur cognati frater vtrinque coniunctus non excludit conſanguineum nu.21.77.a

Agere non valenti præſcriptio nulla præiudiciũ aliquod adferre poteſt, niſi per eum amotio impedimenti fieri poſſit.nu.2.162.b

Alciatus quid ſenſerit in c.23.lib.3.nu.3.154.b

Alciati error in q.cap.17.lib 3.142.b

Alienatio bonorũ fideicommiſſo ſubiectorum, nec militię,nec ſtudiorum cauſa venit concedenda, nu.5.171.

Vt nec eleemoſynarum cauſa in fauorem animæ præ l:functi.nu.5.fol.ead.b

Et quid in cauſa dotis conferendæ virgini monaſterij ſepta ingredienti.nu.7.ibid.

Alienatio cenſetur facta à teſtatore ex cauſſa neceſſaria non voluntaria,nu.3. 53.b

Alienare prohibitus, an poſſit facere hæredem extraneum, qui ſucceſſurus ſit ab inteſtato, uide etiam ibi cautelam,nu.7.50.a

Alienare prohibitus, poteſt vni de familia relinquere bona,cui ſcilicet maluerit,nu.8.ibid.a

Alienare prohibitus an poterit hoc facere denunciando hæredibus, ad quos negotium ſpectat, quòd vult alienare,ſi ipſi hæredes nolint emere rem alienari prohibitam, nu.9.ibid.

Alienare prohibitus,an poſſit inſtituere illum hęredem,qui ſibi ſucceſſurus eſt ab inteſtato,licet non ſit de familia prohibentis.nu.2.5 .b.

Alienata parte bonorum, quæ prohibita fuerunt à teſtatore alienari an fideicommiſſarius pro omnibus bonis agere poſſit, an vero pro parte tantum;quod pro parte affirmatur.nu.6 50 a

Alimentorum computatio, ſiue ipſius Falcidiæ, qua ratione ex Vlpiano facienda, vbi commutabatur annorum mirabilis declaratio deducitur,nu.17.vſque in finem,f 181.a

Alternatiua fauore filiorum reſoluitur in coniunctiuam,nu. 29.24.a

Alternatiuis pluribus poſitis alteram adimpleri ſufficit.nu.6.129.b

Ampliationes ad d.l. cum auus, latè digreditur per ipſas eaſdemque proſequitur,nu.3.vſq; ad nu.11.131.a

Angeli opinio putantis principem poteſtate ſuprema ſubditis ſuis dominium rerum ſuarum tollere poſſe reijcitur,nu.24.154.a

Anima eſt rebus præferenda.nu.8.34.a.

Anima ſenſitiua denegata eſt Cœlo propter eius ſupremam dignitatem plantæ verò denegata eſt anima ſenſitiua propter eius ſummam craſſitiem & ignobilitatem,nu.17.121.b

Animantia cætera habent certum pariendi tempus ac determinatũ una excepta muliere.nu.16.fol.142.a

Antiquitus, id eſt, ab initio iuris non erat licitũ hominum vltimas voluntates trahere de caſu ad caſum.nu.6.22 a

Appellatione rerum vel bonorum an veniant feuda,nu.27 92 a

Argumentum à contrario ſenſu eſt in ſtatutis validum,nu.14.147.b

Vt etiam à pacto ad ſtatutum,nu ſeq.fol.ead.

Argumentum à contrario ſenſu non valet, quando reſultat legum contrarietas, vel correctio.nu.4.122.b

Argumentum à loco ad tempus, et è contra eſt validum in Iure, & nu.9.& 10.103.a
Argumentum à ſecundum quid ad ſimpliciter ſe habere, non concludit vniuerſaliter, nu.12.fol. 113.a
Argumentum à ſufficienti partium enumeratione validum eſt.nu.14.76.b
Authentica Res quæ, C.comm.de legatis vnde deſumpta, nu.13.201.b
Authentica Res quæ, intellectus. nu.17.173.b
Et an ea extendatur ad municipale ſtatutum vetans rem in extraneum alienari etiam cauſa dotis conſtituenda.18.ibid.b
Et quid iuris in Feudalibus bonis emphyteuſi, primogenitura & ſimilibus.19.fol.ſeq.a
Autor omnes limitationes cap.12.lib.1.propoſitas ingenioſè redigit, nu.9.34 a
Autoris canclusio & opinio in puncto quaſtionis. cap.19.lib.3.nu.21.148.a
Auctoris diſtinctio in quaſt.cap.15.lib.1.nu.8. 38.a
Authoris improbatio deprauatam conſuetudinem concernens ex iuris ignorantia cauſatam. nu.16.202.a
Auctoris in quaſt.cap.5.lib.1.diſtinctio ac ſingulorum membrorum diſtinctionis exempla, n.8. 9.10.11.15.16.17.18.f.14.b
Auctoris opinio, 10 q.cap.1.lib.1.nu.2.4.& 7. f.41.a
Aliorum opiniones in hac q. huius cap.17. nu. 2.41.a
Auctoris opinio in quaſt. cap.15. lib.3.nu.17. 151.b
Auctoris opinio in q.cap.16. lib.1. nu.7.40.b
Auctoris apinio, & contrariorum reſolutia, c.9. lib 1.nu.28.f.26.b
Auctoris opinio, nu.12.68.b.in q.cap.6 lib.4.
Auctoris opinio in q.c.17.lib.3.nu 19.142.a
Auctoris opinio contraria Illuſtriſs.Card.Manticæ, nu 12.15.a
Auctoris reſolutio in q.cap.13. lib.1. nu.101. f.36.a
Authoritate propria, & abſque iudicis permiſsione ac decreto omnia capere bona vniuerſalis hæres potis eſt, non item legatarij, n.15.160.a
In legataria tamen limitatur, niſi huius ſibi actus propria ſcilicèt authoritate capiendi legatum, poteſtatem fecerit ipſe teſtator.fol.eod.
Auxilia iuris ciuilis perpetua videntur, nu.7. 114.b
Auxilia requirunt noua, quę nouiter emergunt. nu.16.190.a
Aune ſi nepotem & ex eo pronepotem hæredem ſcripſerit, an ob virtutem copula (Et) ſimul ſuccedere dicantur, nu.6.83.a

B

Bona fidei poſſeſſor ex fideicommiſſo relictis bonis vel hæreditate neceſſario factas deducere impenſas poteſt, nu.9.f.176.a
Vtiles præterea, adhibita tantum æquitatis quodam temperamento, fol. & nu.eod.
Bona eccleſiaſtica poſſunt alienari pro redemptione captiuorum, niſi teſtator, qui ea eccleſia reliquit aliter cauerit, nu.7.54.b
Bona fideicommiſſi Eccleſiæ, vel pio alicui loco reſtituenda, vtrum diminui poſſint, vel alienari. nu.8.fol.171.b
Et quid in duabus cauſis priuilegiatis concurrentibus, quarum vna de damno agit vitando, altera de lucro acquirendo ſtatuendum, nu.9.fol. eod.b
Et quid iuris ſi bona fideicommiſſo venerint per teſtantem ſuppoſita, ut ex ij eccleſia conſtruatur parochialis, nu.10.f.172.a
Et ſi diminutio hæc concedenda utrum omni fideicommiſſariæ diſpoſitioni conueniat quaſtionis eſt nu.11. ibid.a
Bona fideicommiſſo ſubiecta, utrum fauore captiuorum uenum proponi poſſint.nu.1.171.a
Et quid eo caſu quo fideicommiſſo grauatus criminali iudicio cõdemnatus ſit, uel carceribus fuerit mancipatus, nu.2.& 4 f.eod.a
Bonorum appellatio eſt latiſſima, nu.13.91.b
Bonorum fideicommiſſo ſubiectorum uenditio an fieri poſsit, ubi de dotis reſtitutione agitur; & communis opinio in hoc affirmans eſt, num. 4.166.b
Bonorum poſſeſſor habens cauſam ab alio quam grauato, longi temporis ſpatio aduerſus legatarium uel fideicommiſſarium præſcribit ſecundum communem opinionem, nu 10.163.a
Et in ſequẽtem in gradu fideicommiſſi prima præſcriptione expleta, alia longi temporis præſcriptio eſt neceſſaria, nu.11.f.eod.a
Bonorum poſſeſſione ut frui integrè poſſit hæres, & inſimul in eorum poſſeſſionem iuridicè mitti, quonam ordine ueniat procedendum, num.1.f. 159.a
Bonorum poſſeſſio Vnde liberi, datur etiam in bonis maternis. nu.11.115.a

C

CAgnoli intellectus ad d.l.unic.C.quando nõ pet.part.nu.18. 115.a
Canon Raynutius de teſtam.in 6.Cæſareis conſtitutionibus, & ante & poſt Iuſtiniani Nearas reluctatur, nu.3.201.a
Canones Sacri interdum non ſunt ſeruandi in foro conſcientia, nu,13.31.b
Canones Rainutius, et Rainaldus, quibus Iuſtinianeis legibus aduerſentur, nu.23.202.a
Capitaliter peccat, qui contra pietatem aperatur, nu.4.31.a
Caſus in ſpecie l.Lucius ponitur, numer. 10.fol. 147.a

Caſus

Caſus nollentia trahitur ad caſum impotentiæ, nu.5.21.b

Caſus quæſtionis cap.14.lib.3 proponitur, nu.1. f.134.

Caſus quo breuiloqua nullam ſubſtitutionem fouet.nu.3.37.b

Caſus fortuiti hæredi nocere non debent, nu.29.f. 111.a

Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.n.12. 147.a

Cauſa teſtati quamdiu locum habere poteſt tamdiu cauſam inteſtati ſubſiſtere eſt neceſſe. n.8, 191.

Cauſales conditiones ſufficit ipſo ſuperſtite teſtante adimpleri per grauatum.nu.19 138.a

Cautela authoris in materia circa repudiationem factam à filio alicuius tertij inſtituto, nu.24. 23.b

Cautela in dotis legato vt ſecurè tutoque ad mentem teſtantis præſtari poſſit Doctorum quorundam conſilio quænam tradatur, nu.16.156.b

Cedere,& venire diem,quid ſignificent .num.6. 12.a

Ceſſante cauſſa dilationis ceßat ipſa dilatio, nu. 15.105.b

Ceſſante ratione legis corruit lex,nu.28.77.a

Charitatis ordo in pluribus ſimul inſtitutis ac ſubſtitutis,quando ſit attendendus,nu.1.83.a

Quando verò ordo neceſſitatis,nu.2.ibid.

Circularis regreſſus, an admittatur in theſi filius habet Trebellianam, ideò habet legitimam & viceuerſa filius habet Legitimam,ideò & Trebellianam,nu,8.fol.101.a

Citatio nulla requiritur in beneficiorum conceſſione,nu.16.193.b

Ciuitas poteſt ſibi ius condere, numer. 23. 113.b

Clauſula codicillaris duplex eſt,nu. 2.45.a

Clauſula codicillaris quid importet, nu.3.f.eo b

Clauſula codicillaris quando inducere poſſit fideicommiſſum,nu.9.41.b

Clauſula codicillaris plures effectus, nu.9.42.b

Clauſula Ex nunc,prout ex tunc connectit & trahit tempus præſens ad futurum,& econtra,nu. 9 104.b

Clauſula per ſtirpes, & non in capita, non poteſt ſtare ſimul cum Clauſula ſalua gradus prærogatiua,nu.17.69.a

Clauſula ſalua gradus prærogatiua quid operetur.nu.4.68,a

an Clerici faciant teſtamentum,& de quibus bonis,nu.14.57 a

Clerici an filios ſibi adoptare poſſint,n.18.149 b

Cohærede dato vniuerſali, puta filio, & hac filia inſtituta in dote in fundo Mæuiano, vti hærede in re certa, vtrum ſi hac filia deceſſerit, & ea mortua cohæres vniuerſalis repudiet hæreditatem, an inquam teſtamentum efficiatur irritum,num.13.124.b

Cohærede nullo vniuerſali dato in re certa inſtituto, eum loco hæredis haberi in omnibus manifeſti iuris eſt,nu.8.159.b

Et quid in eo cui cohæres vniuerſalis fuerit adiunctus iure cautum ſit,nu.9.

Quid item in vniuerſali cohærede hæreditatem repudiante,nu.10.f.eod.

Collectæ & tributa ab vſufructuario debent ſolui,ſi totum non abſorbeant vſumfructum, nu. 15.fol.95.a

Commixtio re & verbis coniunctorum, quomodo fiat cum his, qui re tantum coniunguntur, nu. 19.109.a

Quomodo item commixtio fiat re coniunctorum, & verbis coniunctorum,ibid.nu.20.Et

Quomodo fiat commixtio coniunctorum verbis tantum,& re,ac verbis coniunctorũ,nu.21.Et

Quomodo commixtio triplicis generis coniunctorum,ibid.nu.22.109.b

pro Communi itidem in prædicta quæſtione c.12, lib.1.plura argumenta,nu.4.32.b

an per Compendioſam factam à pagano verbis cõmunibus excludatur mater ſuperſtes pulchrè digreditur,nu.4.5. vbi ri ime diſtinguendo,nu. 2.4.5 f.44.a

Compendioſa facta à pagano verbis directis impuberi,an poſt pubertatem euaneſcat, an verò ſuſtineatur veluti fideicommiſſum,nu.1.41

Compendioſa militaris facta verbis obliquis, ſemper eſt fideicommiſſaria,licet mater ſteterit in medio.nu.8.39.b

in Compẽdioſa nominibus collectiuis concepta ſubrogantur vulgariter, & fideicommiſſariè ſubſtitui,nu.3.14.a

Compendioſa quod non ſit ſubſtitutio propriè, nec reciproca,nu.1.18.b

Compendioſa quòd non plures ſubſtitutiones complectatur ſed tempora plura ſecundum Deciũ nu.3.19.a

Compendioſa,an ſubſtitutio poßit fieri ſine mortis conditione,latè proſequitur autor referẽdo quas opiniones,nu.5.19.a

Compenſationem in cauſas à neceſſitate dependentes lex facilè inducit,nu.24.197.a

Conceptionis dies in hæreditate inſpicitur, vel fideicommiſſi,nu.5.139.b

Condemnatus ad perpetuos carceres an teſtari poſſit,& quid iuris ſit in infamibus, & feneratoribus, vide ibi, nu.13.57.a

Conditio, an in forma ſpecificà debeat adimpleri nu.10.127.b

Conditio,aut ſucceſſiuum temporis tractum continet aut momentaneum, nu.22.138.a

Conditio duplex eſt,expreſſa & tacita.& expreſſa facit conditionale legatum,nu.4.127.b

Conditio tacita triplex eſt, tacita ſcilicèt ex natura rei, diſpoſitione legis, & diſpoſitione hominis,

minis,num.5.127.b

Conditio tacita non facit conditionale legatum,et ſic tranſmiſſibile eſt.nu.6.ſ.127.b

Expreſſio eorum,quæ tacitè inſunt nihil operatur, ibid.

Conditio triplex eſt,neceſſaria & impoſſibilis, & poſſibilis;poſſibilis itidem triplex eſt, ut patet nu. 7.127.b

Conditio hæc in capite diminuto locum non habet nec verificari poteſt,cum mors naturalis neceſſario requiratur.nu.6.155.a

Et mors ciuilis hoc caſu nequaquam morti naturali æquiparatur,num.ſeq.ſ.eod.

Conditio inhoneſta pro non ſcripta habetur,n.20. 149.b

Cōditio neceſſaria ad neceſſariam ſimilem extenditur.nu.12.105.a

Conditio nihil addit actui, nihilque operatur, niſi quod ipſum actum ſuſpendit,nu.6.19.a

Conditio ſi Monaſterium ingrediatur,pro non ſcripta habetur, ita vt contra oneratos grauamen omne reijciatur.nu.2.155.b

Conditio ſi non nupſerit appoſita legato in virgine inualida cenſetur. ſecùs in ea quæ viro orbata vidua fuerit relicta.nu.7.157.a

Et huiuſmodi quidem conditio in ſpecie facta valida eſt,ſecùs ſi generatim facta fuerit,ea namq; pro non adiecta ſemper habenda eſt , nu.8.fol. ead.

Conditio,ſi ſine liberis vt deficiat,requiritur partum in qualibet eius parte perfectè viuum fuiſſe,nu.1.135.b

Et quid ſi aliquid habuerit monſtruoſi , vt dixit Accurſius,nu.2.fol.eod.

Conditionis adimplēdæ gratia à filio acquiſitum extra patrimonium defuncti patris,utrum ueniat computandum in legitimam,nu.7.& 12. 196.a

Conditionem ſolo temporis momento adimpleri, vtrum ſufficiat,nu.1.137.b

Conditione deficiente fideicommiſſi, an deficiat ipſum fideicommiſſum,nu.16.52.a

Conditione fideicōmiſſaria iam purificata,an poſſit contra fideicōmiſſarium currere præſcriptio. nu.3.162.q

in Conditione quæ ſunt non habentur in diſpoſitione.nu.7.91.a

Conditiones huiuſmodi poteſtatiuæ & mixtæ ſi ſi non adimpletæ fuerint facto alterius contrahentis pro impletis habentur.127.b

Conditiones plures adimpletæ,uincere debent vnā tantum non adimpletam,nu.7.129.b

Cōditiones quædam ſunt, quæ uiuo teſtatore adimpleri poſſunt,quædam verò,quæ morte iam ſubſequuta in effectum deduci queunt, numer.18. 138.a

Conditionalia uerba,an diſpoſitiuā uim habeant. nu.17.147.b

Coniectura fortior uincit debiliorem , & plures uincunt pauciores,nu.4.68.b

Coniunctio hominis quænam ſit,nu.15.109.a

Coniunctio item realis quæ,ibid.nu.ſeq.a

Quæ item uerbalis,ibid.nu.17.a

Quæ uerò mixta,ibid.nu.ſeq.a

Coniunctiua aliquando reſoluitur in diſiunctiuam,nu.8.83.a

Conſanguineus frater quis,nu.15.& nu.21.76.b & 77.a

Conſilium duplex eſt , & quando ipſum importet fideicommiſſum uel neceſſitatem , nu.3.145.b

Conſuetudo loci eſt à Iureconſulto ſedulo conſideranda,nu.32.77.b

Conſuetudine cōi omnium penè nationum obſeruatur maiori peculio filias mundanis deſtinatas nuptijs dotari , quā eas quæ ſacris ſpiritualis matrimonij notis dicari ſolent,nu.11.156.a

Et ubi huius conſuetudinis ratio ipſo actu habetur, affirmantium ſententia authorum nullum ſibi locum uendicare poteſt, nu.12.fol.eod.

in Contractibus prior in tempore, potior eſt in iure,uide ibi hanc Regulam egregiè declaratam. nu.19.105.b

Creditor,& hæres defuncti grauatus reſtituere poteſt creditum ſuum deducere ab hæreditate fideicommiſſaria, non autem à particulari legato,nu.18.ſ.8.a

Cruoris ſignū nō oſtēſum in linteo defloratæ apud nōnullas gentes Barbariæ infames ſignum dedecoris non exiguum relinquebat, nu.8.143.b

Cruorem in linteo apparentem, uel non apparentē inditium non eſſe uirginitatis, uel uiolatæ,uel integræ.nu.12.144.b

D.

DEbitor Generis per interitum rei non liberatur. Et quid in alijs debitoribus ſpeciei,uel quantitatis,uide ibi latè,nu.1.97.b

Debitore ceſſante ſoluere per uiginti annos creditori, decem puta modios frumenti, quot ei debet,quæ menſura attendatur,& quod tempus. nu.13.101.a

Debitum exactū compenſationem nullam admittit celebri & decantata Doctorum enunciatione,nu.10.201.b

Decedere quis non poteſt pro parte teſtatus,et pro parte inteſtatus,nu.2.114.a

Decedente aliquo ſine deſcendentibus, & ſine fratribus utrinque coniunctis.ſed ſuperſtitibus ſibi duobus fratribus, uno uterino,& altero conſanguineo,quomodo iſti ſuccedere debeant,nu. 3.77.b

Decennio à condito priori teſtamento iam elapſo niſi ſecunda ſuperueniat celebratio teſtamenti,illud ualidum cenſebitur nulla licèt in eo mētione facta Clauſulæ derogatoriæ, n.27.160.b

Deci-

Deciduntur multa in iure ciuili ex futuro euentu. num.24.8.b

Declaratio Regulæ Catonianæ.nu.1.97.a

Deficiente prohibitionis ratione deficit prohibitio.nu.14.80.b

Definitio conditionis, & demonſtrationis vide etiam ibi declarationem cauſæ & modi,nu.1. & 2.127.b

Definitio ſuitatis Autoris,num.7.120.b

Definitio temporis ſecundum Ariſtotelem quænam.nu.1.104.a

Definitio vſusfructus.nu.1.93.a

Defuncto primogenito Rege Siciliæ ſine liberis, an filius ſecundogenitus ſemel excluſus poſſit ſuccedere,num.4.f.82.a

Defuncto teſtatore, quænam requirantur vt poteſtatiua conditio in exitum deducatur, nu.20. 138.a

Deportatus neutram teſtamenti factionem obtinet,& quid in relegato,vide ibi.nu.9.57.a

Deſcendentium appellatione omnes in infinitum veniũt, cuiuſcunque gradus vel ſexus tam ex fœmina,quam ex maſculo nati,nu.1.78.a

Deſcendentium nomine omnes poſteri veniunt vſque in infinitum,nu.10.73.a

Deſcriptio compendioſæ ſubſtitutionis,& formulæ ipſius,nu.2.19.a

Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare, nu.14. 22.b

Determinatio vna reſpiciens plura æquè determinabilia debet ea pariformiter determinare,nu. 16.f.17.a

Dictio, deſcendentes, fideicommiſſum inducit & quid de multis alijs dictionibus ſit intelligendum,vide ibi.nu.15.52.a

Dictio(Dummodo)quid ſignificet, num.20.33.a

Dictio(mihi)adiecta non alterat naturam ſubſtitutionis cui adijcitur,nu.15.42.a

Dictio (quandocunque) principaliter importat tempus,ſecundario conditionem, nu.17.20.a

Dictio(,ſi,) principaliter denotat conditionem, ſecundario tempus,nu.18.ibid.a

Dictio(Quaſi) veritatem exprimit,num.9.33.a

Dictio ſemper idem importat quod perpetuo, nu. 13.f.52.a

Dictio (ſi) principaliter ſignificat conditionem, ſecundario tempus,nu.13.& nu.14.12.b

Dictio(cum) principaliter indicat tempus, poſtea conditionem; huiuſque regulæ exceptio,nu.14 13.a

Dictio tantum, taxatiua excludit alios caſus ſed non ſimiles,num.5.& nu.6.f.33.a

Dictio(Tunc) denotat extremitatem temporis, num.13.105.a

Dictio,vt,& dictio,ve,diſiunctiuè ponuntur,n.9. 146 b

Dictiones, perpetuo,in infinitum, per omne æuum, idem reſonant, num.14.52.a

Dictiones quandocunque impropriè ſumuntur ne ſequatur abſurditas nu.3.129.a

Dictiones(vel-& (ſeu)alternatiuæ ordinem qualem demonſtrent,nu 6.153 a

Differentia an ſit aliqua inter formulas, per virilem ſexum,per lineam maſculinam, à linea, vel de linea maſculina,nu.1.79 b

Differentia inter ius accreſcendi ex legis diſpoſitione & ex mente teſtatoris circa feudum, nu. 20.113.a

Differentia notabilis inter conditionem, ſi ſine liberis,poſitam à parentibus & affinibus,ab ea quæ poſita fuit ab extraneis,num.26.138.b

Quæ Differentia olim erant inter legata,& fideicommiſſa latè proſequitur,num.10.4.a

Differentia quænam ſit inter conditionem,ſi ſine liberis, affirmatiuè conceptam, vel negatiuè, num.23.38.b

Peccans in vno,omnium factus eſt reus, num.24. 38 b

Differentia quænam ſit inter edictum ſucceſſoriũ & tranſmiſſionem,nu.8.108.b

Differentia quænam ſit inter illa verba, ſi ſine liberis &,ſi liberos habuerit, num.10.134.b

Differentia quænam ſit rem tantum eſſe ſub conditione, vel quod attendatur & conditio & obligatio,num.21.138.a

Differentia quæ ſit inter hanc ſubſtitutionem inſtituo hæredem filium meum impuberem, & ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, & hanc ſi in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituo Seium, & de alijs formulis pupillaris, vide nu.3.& nu.4.5.6.7.f.25.b

Differentiæ & conuenientiæ inter ſe horum terminorum,conditionis, demonſtrationis, cauſæ,& modi, nu.3.127.a

Differentiæ inter fideicommiſſum in caſu alienationis,& fideicommiſſum in caſu mortis,num. 17.& latè digreditur vſque ad nu.22.42.a

Differẽtiæ quæ hodie ſint inter legata, & fideicommiſſa,num 25.5.b

Differentiæ nonnullæ inter ius accreſcendi & ius non decreſcendi, nu.13.& nu.15.17.& 19. f.100.b

Dignitas inducta ad fauorem alicuius,non debet ad eiuſdem incommodum reflecti, num.9.ſol. 120.b

Dilationem vel diem non recipere legitimam quo modo,& quando verificari poſſit,nu.14.& 16 196.b

Dilectus in primo caſu cenſetur magis dilectus in ſecundo,num.3.32.b

In dubio potius directa, quam obliqua cenſenda eſt ſubſtitutio,nu.10.38.b

Directa ſubſtitutio flectitur in obliquam ſed obliqua nunquam reflectitur in directam,num.13 17.a

Directi acquiſitio ſit dominij præſcriptione fauorabili orta ex ipſiusmet præſcribentis fauore, nu. 30. 160.b

Directæ inſtitutiones poſſunt fieri ſub vna uel pluribus cõditionib. n. 7. 146.a. Et quid iuris in caſu huius quæſtionis ſi hæres ante aditam hæreditatem deceſſerit liberis relictis, nu. 8. ibid.b

Diſcuſſionem & examinationem egregiæ l. generaliter, C. de inſtitut. & ſubſtit. vide num. 5. f. 129.a

Diſiunctiua quando debeat conuerti in coniunctiuam quomodo cognoſcatur, num. 4. 129.a

Diſiunctiuæ aliquando in coniunctas conuertuntur abſurdi vitandi gratia & è contra; Et quæ ſint diſiunctiuæ dictiones, & quæ copulatiuæ ibi etiam vide; & exempla ponuntur ſub nu. 1. & 2. 129.a

Diſpoſitio l. cum auus procedit in filijs iam natis, num. 13. vſque ad nu. 16. 132.a

Diſpoſitio l. cum auus, habet locum etiam in donationibus, nu. 4. f. 131.a

Et an habeat locum d. diſpoſitio in matre nu. ſeq. ibid.

Diſpoſitiuum ſufficit prima vice adimpleri, nu. 8. 100.b

Diſtinctio Alber. & Coraſ. in propoſita cap. 10. lib. 1. quæſtione, num. 8. 29.a

Diſtinctio pulcherrima in materia codicillaris clauſulæ latè ponitur ab auctore & cõfirmatur per plura exempla, num. 4. & 5. 45.b

Diſtinctio pulcherrima pro reſolutione quæſtionis poſitæ in titul. capitis 25. lib. 1. num. 1. fol. 53.a

Diſtinctio auctoris cum authoritate Theologorum Philoſophorum & Aſtrologorum vſque ad finem, nu. 12. in q. cap. 18. lib. 3. fol. 140.a

Doctorum authoritate virginitatem ſignis comprobare, num. 5. 143.b

Domus relicta ex legato vniuerſali ſi penitus deſtructa à teſtatore deinde reparetur, fideicõmiſſario debetur, ſecus vero ſi relicta fuerit ex legato ſingulari, nu. 17. 8.a

Donatio bonorum naſcentibus liberis reuocatur & quid ſi facta ſit eccleſia, num. 6. 31.a

Donatio Principum vel Regum facta Legatis alterius Regis vel Ciuitatis, an cedat ipſis Regibus, vel Ciuitatibus, an Legatis ipſis, num. 12 100.b

Donatio vel teſtamentum filij ruptum natiuitate, ſi is filius patre adhuc ſuperſtite decedat, reintegrantur & reconualeſcunt, nu. 6. 137.b

Dos ſuccedit loco Legitimæ, nu. 14. 190.a

Dos an ſuccedat loco Legitimæ, num. 17. fol. 124.b

Dos non numerata confeſſata tamen vtrum veræ dotis fruatur priuilegijs in quæſtione ponitur, num. 31. f. 169.a

Dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt, nu. 18. f. 190.a

Dotis ceſſio alicui tertio facta à muliere non valenti ab hæredibus mariti prioris exigere, priuilegia transfert ceſſionis perſonalia in ceſſionarium, nu. 16. f. 167.b

Dotis confeſſio facta à marito vt creditoribus ita & fideicõmiſſarijs præiudicium parere nequit etiam conſtante matrimonio facta, ſecus lapſu fatalium interueniente, communi opinione ſuffragante. nu. 32. f. 169.b

Idem iuris in donatione propter nuptias confeſſa cenſetur, num. 33. fol. eod.

Dotis deducendæ ius vtrum ceſſione facta in alterum transferri poſſit, nu. 13. 167.b

Dotis priuilegia cum perſonas non egrediantur dotatas, aliorum vt ſubſeruiant commodis transferri ad alienos poſſunt nequaquam, nu. 14. f. 167.b

Dotis ſupplementum vbi filiæ venit conferendũ cuiuſnam ratio temporis habenda ſit, contractus ne vel mortis ipſius patris dotem conferentis, num. 3 166.b

Dotes filiarum aucto acceßione bonorum patrimonio an etiam adaugendæ ſint quæritur, & quodnam in his tempus veniat cõſiderandum, matrimonij ne, an obitus dotantis; negatiuæ partis argumenta, vide à n. 5. vſque ad nu. 12. incluſiuè, 189 b

Dotes in ſemiſſe vel ipſa legitima imputantur, ideoque ex ſemiſſe detrahuntur, vt reſiduum cedat maſculis in uicem eorum legitimæ, nu. 3. 193.b

Dotes ante Legitimam filiorum conſtituendam ex patrimonio detrahuntur, num. 4. fol. 193.b

Dotes matris & nuruum non fideicommiſſario ſed filijs quando veniant attribuendę, num. 5. fol. 175.a

Et quid iuris in fructibus num fideicommißario ſint reſtituendi ardua eſſe videtur quæſtio, num. 4. eod.

Dotium fauore fideicommiſſa diminui poſſunt etiam vltra omnem Legitimam, num. 20. fol. 190.a

Dotare filiam quando pater teneatur, num. 6. 189 b

Duareni conciliatio. in q cap. 17. lib. 3. num. 18. 142.a

Duareni, & Cuiacij reſolutio ad quæſtionem, cap. 1. libri 1. nu. 19. 4.b

In Dubio verba ſunt potius referenda ad teſtatorem quam ad grauatum, num. 4. 96.b

Ducenta legata ſi fuerint pupillo vt ſtudijs operã det, ſoluenda ſunt tempore quo fuerit idoneus ad ſtudium; Et quid iuris ſit in legato facto alicui vt Hieruſalem petat, vide ibid. num. 6. 104.b

Dico vincula magis ſtringunt. nu. 9. 38.b

Duobus inſtitutis ſi error vltimo morienti facta fuerit

fuerit ſubſtitutio an reciprocum fideicommiſſum enaſcatur,nu. 12.15.a
Duplici vinculo coniuncti ſunt præferendi,nu.19 115.b

E.

ECcleſia ſi fuerit ſubſtituta filio, an habeat locum diſpoſitio l.cum auus, numer. 9. 131 b
Eccleſia vtpote pia fidelium mater, iuſtitiæ cultrix ſedula eſt & obſeruatrix,& ob id neque vltimis teſtantium derogare voluntatibus vel in minimo conſueuit.nu.13.156.a
Effectus, ac ſubtilitates exemplaris ſubſtitutionis,nu.3.37.a
Effectus quidam fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, nu.1.13 b
Effectus Clauſulæ Codicillaris,num.1.45.a
Effectus vulgaris ſubſtitutionis qui ſint, latè digreditur,num.16.vſque ad nu.23 fol.23.a
Emphyteuſim accipiens pro ſe,& deſcendentibus per lineam maſculinam, ſi decedat relicta filia fęmina,an ipſa ſuccedat in emphyteuſi,num.3 79.b
Emphyteuta & Colonus per annos 30. vel 40.ſoluens penſionem, præſcribit ius colonatus, nec poteſt e fundo expelli, num.20.105.a
Epilogus ſecundi libri. num.22.106 a.
Epitomis dictarum & paraphraſtica concluſio auditoribus deſtinata, num.18 202.a
Aequalitas in dotatione filiorum maximè venit a parentibus obſeruanda, num.17.190.a
Aequaliter quæ diſtant ab vno, ea ſunt inuicem æqualia ſecundum Eucl:dem,num.16.4.b
Error impedis conſenſum, nu.7.46.a
Error eorum qui putant non induci fideicommiſſum niſi verbis expreſſis,non coniecturis,num. 4.fol.9.b
Aes alienum & cætera onera hæreditaria ad quẽ ſpectent, an ſcilicet ad vſufructuarium an ad hæredem,& determinatur quod ad hæredẽ. num.13.95.a
Euentus fortunæ dubius non venit conſiderandus in petitione ſuppletionis legitimæ, num.9. 189.b
Exceptio firmat regulam in non exceptis,num.8. 136.a
Excluſus vno iure,non eſt deiectus ab altero iure. num.17.115.a
Executores teſtamenti quibus nihil relictum ſit, an poſſint grauari.nu.23.58.a
Et an filius cui tantum legitima relicta eſt grauari poſſit,nu.24.f.eod.a
Et an pater grauari poſſit honorato filio eius. Et quid iuris ſit in vſufructu,nu.25.f.eod b
Exhæredatio an tollat ſuitatem,ſiue iura ſui hæredis,nu.1.& 3.f.122.b
Exhæredatus pro mortuo habetur. nu.2.f. eod.b
Exhæredati iuſtè,Monachi, deportati,et ſimiles, non dicuntur filij ciuiles ſed naturales tantum, Baldi opinione.nu.8.185.b
Expreſſa uulgaris continet tacitam pupillarem, & è contra expreſſa pupillaris continet tacitã uulgarem.nu.12 21.b
Expreſſum regulariter ſuperat tacitum,nu.24.f. 111.a
Extẽſio à temporali Matrimonio ad ſpirituale fit piæ cauſæ fauore inſpecto,idque etiam in pęnalibus locum habet,nu.5.156.a
Extraneus & etiam penitus ignotus ſubſtitui poteſt,nu.15.80.b
Exules uel banniti an habeant factionem aliquã teſtamenti.nu.10.57.a

F.

FActi error minimè nocet quin ſolutum indebitè repetatur,nu 4.179.b
Sed tamen ſoluti repetitionem Iuris error impedire ſolet.nu.5.eo.
Facti quæ ſunt,non tranſeunt ad dominum, num. 12.128 a
Facti ſpecies & verba l.cum auus,ff.de cond. & demonſtr. & eius declaratio, & aliarum legum concordantium.nu.1.130.a
Falcidia niſi eam omnino prohibuerit teſtator vtrum hodie detrahatur contra ipſius ſtatuentis voluntatem variorum opinionibus de hoc puncto relatis ipſius autoris ſententia clareſcit, nu.14.180.b
Falcidia, quibus in rebus veniat demenda eidemque quando nullus ſit locus amplius relictus, num.& fol.iiſdem.
Falcidia prohiberi poteſt a teſtatore,nu.7 f.199
Et quid iuris in Trebellianica,nu.8.ibid.a
Et quid in hoc opinetur author,nu.9.f. eod.
Falcidiæ detrahendæ beneficium ſoli hæredi, & pręter ipſum nemini competere põt.n.6.179.b
Falſa demonſtratio non vitiat legatum,dummodo conſtet de corpore.nu.2.127.a
Familiæ nomen aliquando continet omnes deſcendentes in infinitum,nu.9.& 11.fol.73.a
Feudi in ſucceſſione ille admittitur, qui eſt proximior vltimo vaſallo,nu.12.& 16 f.87.a.b
Feudi in ſucceſſione proximitas reſpectu primi authoris eſt conſideranda.
Feuda in Legitimæ portionem attenta eorum naturali diſpoſitione partim aduentitia partim profectitia, aliquando imputantur, aliquando verò minimè,nu.10.196.a
Fictio locum ſibi vendicat in ſucceſſione ab inteſtato,& de hoc uidenda authoris opinio. num. 8.151.a
Fictione, quod tale eſt non poteſt propriè dici & eſſe tale.nu.5.150.b

Fidei-

Fideicommiſſum quid ſit, & in quo differat à legato, nu. 4. 36.

Fideicommiſſum quibus verbis fiat. nu. 6. 3. b

Fideicommiſſum quot modis vtiliter poſſit relinqui, num. 1. 61. a

Fideicommiſſum imperſonaliter relictum à quo intelligatur relictum, nu. 2. ibid. a

Fideicommißum reddendum poſt mortem pupilli grauati cui cenſeatur iniunctum, & an pupillus cenſeatur grauatus etiam in legitima, nu. 3 vſque ad num. 10. f. 61. b

Fideicõmiſſum aut eſt vniuerſale, aut particulare, nu. 1. & nu. 4. ſed legatum aut vix aut nuſquã vniuerſale reperitur, fol. 6. b

Fideicommiſſum vniuerſale quid ſit & quid particulare, nu. 4. 7. a

Fideicommiſſum expreſſum quid ſit, nu. 1. 9 b

Fideicommiſſum tacitum quid, nu. 2. 8. b

Fideicommiſſum tacitum extenditur de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, nu. 10. 10. b

Fideicommiſſum relictum de deſcẽdentibus de hærede in hæredem naſcituris, de domo, de familia, de agnatione, de progenie, & ſimilibus, an fœmina quoque admittatur, nu. 18. 80. b

Fideicommiſſum relictum deſcendentibus per virilem ſexum, per lineã maſculinã, à linea, vel de linea maſculina, an fœminis debeatur, nu. 2. 79. b

Fideicommiſſum relictũ deſcẽdentibus maſculis, an debeatur etiam maſculis ex fœminis ortis; Et quid in huiuſmodi fideicommißo à fœmina relicto, num. 4. 78. a

Fideicommiſſum deſcendentibus relictum quibuſnam debeatur, & an debeatur quoque nondum natis nec conceptis tempore mortis teſtatoris, num, 2. fol. 78. a

Quid ſi teſtator dixerit tranſeat hoc fideicommiſſum, vel hæreditas mea in deſcendentes ſiue liberos meos de hærede in hæredem; Et quid ſi vocauerit deſcendentes ex ipſis hæredibus, quinã vocati cenſeantur, nu. 3. & num. 4. ibid. a

Fideicommißum relictum fratribus & pluribus exiſtentibus fratribus ex diuerſis parentibus ortis vtriſne dandum ſit, nu. 1. 76. a

Et quid apud Venetos obſeruetur circa hãc Quæſtionem. num. 2 ibid. a

Fideicommißum familiæ relictum cum prohibitione ne bona alienentur extra familiam reſtringitur ad quartum gradum, nu. 3. 73. a

Quod limitatur, num. 8. ibid. & 21. 74. b

Fideicommiſſum an intelligatur relictum, quando pater dedit filiæ dotem, quæ non excedas legitimam, & cauit, quod ſi ſine liberis, deceßerit illa dos proueniat ad ſubſtitutum, nu. 6. 61. b

Et quid ſi etiam vltra legitimam ſit grauatus filius, & habeat ſubſtitutum, num. 7. f. 62. a

Et quid ſi ſubſtitutum non habet latè proſequitur diſtinguendo, nu. 8. eod. a

Fideicommiſſum an inducatur per hæc verba, probibeo alienari bona mea extra familiam, nu. 2. 51. a

Et quid ſi dicat teſtator probibeo alienari, & ita fiet, vt non extant bona de familia mea, nu. 3. fol. 51. a

Et an per hæc verba, Interdico alienari vt in familia relinquantur inducatur fideicommiſſũ. nu. 4. 51. a

Et an per hæc verba, prohibeo alienari, quia volo bona mea conſeruari in familia fideicommiſſum fias, num. 6. eod. b

Et quid ſi teſtator dicat probibeo alienari extra familiam, quia volo vt relinquantur vel remaneant in familia. nu. 7. ibid.

Et quid ſi dicat, probibeo alienari bona mea quia volo perpetuo manere in familia, & nunquam exire de nomine meo, num. 8. ibid. b

Et quid ſi dicat, Ego vinculo, & vinculata eſſe volo bona mea, vel ego conditiono, & conditionata eſſe volo bona mea, nu. 9. ibid. b

Quid ſi, dicat probibeo filijs meis diuiſionem bonorum, quia volo eis, & eorum deſcendentibus perpetuo permanere, nu. 10. ibid. b

Et quid ſi dicat, probibeo alienare, quoniam volo ipſa eſſe probibita, & ſemper in perpetuum permanere ac permeare in poſteros, num. 11. ibid. b

Et quid ſi probibeat filijs ne poßint condere teſtamentum vſque ad 25. annum expletum, num. 12. ibid. b

Fideicommiſſi alienatio ex cauſa dotis conferendæ vel donationis propter nuptias faciẽdæ vtrum fieri poſſit. nu. 1. 166 b

Et quid in hoc puncto determinarit diſtinguendo poſt alios Doctores Curt. iun. num. ſeq. eod.

Fideicommiſſi coniecturæ a mente fideicommittẽtis, non autem à lege ſunt eliciendæ. nu. 5. 9. b

Fideicommiſſi onere qui poßint grauari, num. 18. vſque ad num. 25. 58. a

In fideicommiſſo cum longo temporis tractu conſtituto inter agnatos vel deſcendentes in infinitum attenditur proximitas grauati, num. 13. 87. a

Fideicommißa quando etiam non adita hæreditate transmittantur ad fideicommiſſarium, num. 7. & 8. 9. & 10. fol. 12. a

Fideicommißa quare ſic appellentur, num. 7. 3. b

In fideicommiſſis ſucceditur teſtatori non autem grauato, num. 2. 86. a

Fideicommiſſaria quod non ſit propriè ſubſtitutio, pluribus argumentis probatur nu. 1. vſque ad nu. 8. 16. b

Fideicommiſſaria quod immo propriè, & verè ſubſtitutio, itidem pluribus argumentis, num. 10. 17. a

Fideiußores dotium mulieri dari ſolent ad obligationis confirmationem, & maiorem ipſius cautelam, vnde diminutionem hæc datio fideiußorum

rum operari nequit,nu.24.169.a

Ampliatur in filia naturali quam etiam pater alere tenetur, idq; iure Canonici vigore,& in terris Eccleſiaſtico ſceptro ſubiectis locum habet. nu.25.fol.eod.

Finis mouet agentem & ratio finalis ſemper eſt atendenda,nu.8.48.b

Filius an tranſmittat non ſolum portionem ſuam ſed etiam portionem ſororis ſibi acquiſitam ex ſtatuto excludente ſororem nondum aditam, ſicuti transferre poteſt omnem ſuam portionem hæreditatis nondum aditam,nu.20.125.b

Filius cenobiũ ingreſſus an admittatur ad fideicõ commiſſum, quando ipſum cenobium capere poteſt,nu.17.64.b

Filius cui minus legitima relictum fuit inofficioſi teſtamenti agere poterit querela, & ad reſciſſionem teſtamenti peruenire ita ſuffragante communi opinione.nu.1.187 b

Filiusfam.teſtari non poteſt etiam permittente patre,nu.2.56.b

Filius fideicõmiſſi onere grauatus,an vt legitimã deducere poteſt,& Trebellianam,ita legitimã vnà cum Falcidia deducere poſſit, nu.7.180.a

Et affirmans communi nititur opinioni Doctorũ, nu.8.fol.eod.a

Filius fideicommiſſi onere grauatus,an poſſit Legitimæ & Trebellianicæ beneficio frui,num.1. 201.a

Et num Pontificio potius Iure quàm Imperatorio in huius quæſtionis controuerſia dirimenda ſtã dum ſit.fol.& nu.eod.a

Filius grauatus in diem, vel ſub cõditione ex particulari non poteſt excerpere niſi falcidiam,ab vniuerſali verò Trebellianam, & legitimam. nu.15.f.8.a

Filius grauatus quæcunque patris contemplatione ex eius bonis percipit non purè,ſed ſub conditione relicta in legitimæ portionem nequaquam conferet.nu. 13.196.a

Filius is definitur,qui ex viro & vxore natus eſt, & ſic non dicitur natus is qui legitimatus eſt, nu.4.150.b

Filius legitimatus, an deficere faciat fideicommiſſi conditionem,nu.1.150.b

Filius naturalis continetur in illa conditione ſi ſine liberis deceſſerit, nu.1.148.a

Limitatur ne procedat in filijs natis ex damnato coitu,nu.ſeq.

Item in filiæ grauatæ filio naturali,nu.3.

Et quid in muliere extranea,nu.4.

Et quid ſi teſtator fuerit naturalis.nu.5.148.b

Filius niſi fuerit inofficiosè tractatus à patre vel ſaltem in legitima inſtitutus, de legitima tractare nequit,nu.11.201.b

Filius non poteſt teſtari de peculio etiã patre permittente,& etiam ſi in peculio plenum habeat ius; ſecus in Caſtrenſi, & an poſſit donare permittente patre cauſa mortis vide ibi, & an filia de dote aduentitia poſſit teſtari.nu.5.56.b

Filius poteſt hæreditatem paternam renunciare, vel ab ea abſtinere; & an hoc procedat tam in filijs emancipatis quam in poteſtate conſtitutis,nu.12.& nu.14.115.a

Filius quartam eligens Trebellianam,eamque habens,is vt hæres tenetur eã imputare in quartam legitimam,nu 6.201.d

Filius quæcunque extra ſubſtantiam defuncti percipit in legitimam ei non veniunt computanda,nu.2.195.b

Filius Religioni deuotus,& in ea facta profeſſione ſtabilitus,vtrum non expectata morte naturali patris ſui legitimam in eius bonis petere poſſit,nu. 11. 186.a

Emanuelis Coſtæ Luſitani Iuriſconſulti in hoc caſu quænam ſit opinatio,nu. 12.fol.eod.

Filius ſuus eſt deterioris conditionis quam extraneus in eo,qui pro hærede vſucapere nõ poteſt. nu.15.121.a

Filius ſuus an poſſit vſucapere pro ſuo,ibid.n.eod. fol.eod.

Filius turpi hærede ſcripto patrem præteriens grauius delinquit eo qui fratrem præteriit turpi perſona in teſtamento inſtituta,n.16.186.b

Filio an legatum ſub conditione relictum ſi Religioſo ſtatui ſe deuouerit,ea per profeſſionem nõ adimpleta capere non poſſe quinque aſſerunt Doctores,num.5.57.a

Et poſſe illud adipiſci ex aduerſo tuentes videntur,nu.ſeq.fol.eod.

Filio quidquid iudicio teſtatoris relinquatur quouis etiam titulo,ſiue is inſtitutionis fuerit, ſiue Legati, aut fideicommiſſi, vel in vim etiam modi,& donationis cauſa mortis,eidem in Legitimæ portionem computabitur.nu.17.196.b

Donatio verò quæ ab initio valuit, vtpote poſt emancipationem filij factam in Legitimam non imputabitur,num.ſeq.eod.b

Vt nec illa quę antidotalis eſt, & ob benemerita filio parente facta fuerit, vtpote quæ aduentitia cenſetur, non venit loco Legitimæ computãda,nu.19.fol.eod.b

Quod & in donatione paterna iureiurando confirmata locum habet communi Doctorum opinione,num.20.fol.eod.b

Quamuis ab hac ſententia Fulgoſij & Coraſij doctrinam ſecutus rationib. validis innixus, ſibi author diſcedendum putarit, num.21.fol. eod.b

Filium onere fideicommiſſi grauatum impoſſibile eſt poſſe legitimam & Trebellianam deducere niſi cum maxima iurium ruina, nu.12.201.b

Filium fideicommiſſi onere grauatum poſſe duas ab eodem quartas deducere Iuris Ciuilis principijs aduerſatur eaque funditus euertit, num. 2.201.a

Filio

Filio alicuius tertij inſtituto repudiante an eius pater ad hæreditatem admittatur, numer. 24. 23.b

Filio condemnato ſi mulctã ſoluerit pater hæc in Legitimam eius imputabitur hoc ſubſiſtente, ſi ſtatutariæ legis conſtitutione eam ſoluerit ad actus neceſſitate, num. 26.fol. 197.a

Filio decedente poſt pubertatem ſi occurrat fideicommiſſaria ſubſtitutio an frater vtrinque coniunctus alios excludat. nu. 15.64.b

Filio non valente ex fideicommiſſo deducere poſtquam eo grauatus fuerit nec legitimam nec Trebellianam, inanes nonnullæ efficiuntur in materia hac fideicommiſſaria quæſtiones, nu. 15.202.a

Filij Gallorum an dicantur eſſe in propria poteſtate, nu. 10.121.a

Filij legitimati interdum cum filijs legitimis & naturalibus ad ſucceſſionem admittuntur, nu. 7.153.a

Filij poſiti in conditione in fideicommiſſo vniuerſali non cenſentur à teſtatore vocati, ſed ab inteſtato, nu. 8.10.a

Filij poſiti in conditione, non cenſentur vocati in ſubſtitutione vniuerſali, ſecus in particulari, num. 20.8.b

Filij naturales, vel ſpurij an habeant facultatem teſtandi, num. 16.57.b

Et quid iuris ſit in prodigijs circa teſtamenta, num. 17.eod.b

Filiorum diſsimilitudo coloris vel membrorum vnde cauſetur, num. 15.fol. 141.b

Filiorum nomine non comprehenduntur nepotes, num. 1.65.b

Filiorum numerum in Legitimæ computatione Ciuiliter non naturaliter ſumi an conueniat, nu. 7.185.b

Filijs an mater tutores dare poſsit. fol. 60 numer. 3.b

Filios in conditione poſitos etiam in diſpoſitione eſſe apud Venetos moris eſt, numer. 20. fol. 147.b

Filia competenter dotata augumento bonorum accreſcente patrimonio vſque ad mortem parentis, dotis incrementa tamen petere non poterit ſubſiſtente ſtatuto & hic varij caſus relati apparent, nu. 21.168.b

Filia dotata excluſa vigore ſtatuti maſculis exiſtentibus non debere ſuccedere an etiam ſit excluſa à legitimæ portionis petitione, num. 11. 189.b

Filia dotata vtrum faciat numerum, quo affirmato non ob id tamen maſculorum adauget legitimam, nu. 2.193.b

Filia excluſa à ſtatuto ſtantibus maſculis an ſit amplius ſua, an verò potius amiſerit iura ſui hæredis; Et opinionem auctoris, vide num. 4. Et huius quæſtionis effectus & vtilitates, vide nume. 1. & 5. fol. 124.

Filia fideicommiſſi onere grauata à parente vtrũ transmiſſionis ius dotis non exactæ vel non habitæ ad ſuos hæredes tranſmittere queat, num. 6.fol. 167.a

Et quid in rebus ſentiendum feudalibus num. ſeq. fol eod.

Filia inſtituta grauataque ſub conditione ſi ſine filijs maſculis deceſſerit reſtituere hæreditatẽ, an Nepos ex filia ſit impedimento conditioni, quin defeciſſe videatur, nu. 6.78.b

Filia hæres grauata onere fideicommiſſi nulla ſibi legitima relicta à parente an deducere eiuſdemque deducendi ius ad ſuos pariter hæredes tranſmittere poteſt, nu. 8.167.b

Vt etiam idem facere potes quamuis ante nuptias in ſata conceſſerit, nu. 9.

Secùs vbi ſemel indotata matrimonio fuerit coniuncta & in eo diem ſuum abierit, num. 10.

Et quid iuris vbi defuncto patre & marito primo ad ſecunda tranſierit vota vtrum id ius dotis nomine ſecundo contuliſſe viro iudicetur, num. 11.

Et quid in iuuencula ob tenellam adhuc ætatem innabili & incõpetenti ad dotis exactionem, nu. 12.eod.b

Filia primi, & in linea maſculina deſcendentium à primo, & ſumma gradus prærogatiua potitur dicique poteſt & agnata & cognata, num. 8. 80.a. num. 18.ibid.b

Filia indigno nubens & inſcio parente ad vota tranſiens nuptiali licèt dotari debeat, adimitur tamen ei facultas & beneficium tranſmiſſionis verum dotalium ad ſuos hæredes, num. 18. 168.a

Filia ſemel reiecta perpetua ſit excluſa, quatenus ad hæreditatem & ſtatuta excludente, num. 3. 82.a

Filia ſi inſtituta fuerit in fundo aliquo pro dote, & ſic ſit hæres in re certa, an poſsit hanc portionem ſuam non agnitam tranſmittere ad hæredes, nu. 12.124.b

Filia ſi per ſtatutum excluſa ab inteſtato fuerit à patre pupillariter impuberi fratri ſubſtituta, vtrum poſsit hæreditatem non aditam fratris ſui iure ſuitatis ad hæredem transferre, nu. 10 Et opinionem auctoris vide num. 19.125.b

Filio iuris ciuilis vigore ab inteſtato debetur ſucceſsio exceptio licèt municipalis ſtatuti illi obſiſtat, nu. 5.191.b

Filium monaſticam profitenti vitam concluſiuè authoris ſententia contra Vallenſem quingentos & non millenos attribui dotis nomine aureos debere deducitur, nu. 17.156.b

Filiæ naturali Legitima non debetur Iuſtinianea conſtitutione, quamuis in hoc mens præſumpta defuncti patris non parum veniat ſpectanda, vt & publicus dotium factor eo pudicitia fœminarum.

minarum,num.28.f.169.a

Filiæ à ſtatuto excluſæ an faciant partem & quomodo computanda ſit filiorum legitima remiſſ. num.9.119.b

Fœmina quoad fideicommiſſa admiſſo maſculo non cenſetur perpetuò excluſa,num.5.fol.82.a

Fœmina ſemel excluſa, nunquid ſemper videatur excluſa quoad feuda,nu.2.81.b

Fœmina ſi fœminam inſtituerit,& ei deſcendentes maſculos perpetuo ſubſtituerit, an veniant maſculi ex fœminis geniti,num.5.78.b

Fœmina ſtatuti vigore excluſa à ſucceſſione ab inteſtato vtrum etiam pari modo à Legitima excludi dicatur. Negatiuæ partis argumenta vide vſque ad num.10. incluſiuè Contrariæ partis à nu.11.vſque ad nu.17. incluſiuè,num.1. 191.a

Fœmina vna ad feudum admiſſa, reliquæ deſcentes cenſentur admiſſæ,num.6. 4 b

Fœminæ ſtatutis excluſæ a ſucceſſione non agunt actione inofficioſi teſtamenti, numero 14. 192.a

Fœtus animati dies in homicidijs veniunt conſiderandi,num 6.139.b

Formula compendioſe facta à pagano verbis communibus, & quando talis ſubſtitutio ſit directa vel fideicommiſſaria, numer. 1. 44.a

Formulæ variæ fideicommiſſorum, nu.1.vſque ad num.15.fol.51.a

Frater patruelis & filius fratris patruelis quo in gradu ſint tam de iure ciuili quam pontificio, nu.2.72.b

Frater pupillo patris diſpoſitione ſubſtitutus in uicem legitimæ non ſupputat idipſum quod ex tali ſubſtitutione ſibi lucrifecerit, num.6. 195.b

Frater ſecundogenitus ſemel excluſus à primo,ſemper eſt excluſus,num.1.81.b

Frater priſco iure niſi tota ſibi Quarta & cæteris filijs fuiſſet relicta,totum ſubuertebat teſtamẽtum,nu.18.186.b

Sed nouiſſimo iure hodierno id immutatum eſt, ita vt Legitimæ tantum ſupplemento debeat eſſe contentus,nu.ſeq.& nu.22.187.a

Fratres conſanguinei a fratre vel à patre vocati ad fideicommiſſum ratione agnationis conſeruandæ vna cum vtrinque coniunctis admittuntur,num.20.77.a

Fratres ex pluribus matrimonijs procreati quomodo ſint in gradu pares,nu.4.73.a

Fratres minores ſeu mendicantes an ſint capaces vniuerſalis vel particularis legati, nu.14. fol.8.a

Fratres non debent eſſe melioris conditionis quam ſint primi gradus liberi quibus præ cæteris ſuitatis iure hæreditas defertur, num.5. 188.a

Fratres vtrinque coniuncti,& uterini ſunt in eodem gradu extenſiuo,nu.16.76.b

Fructus pendentes collecti ex rebus uniuerſali ſiue particulari fideicommiſſo ſubiectis, ante uel poſt aditam hæreditatem cui debeantur. num. 12.f.7.b

Fideicommiſſum uniuerſale ſeu particulare an procuratori poſſit reſtitui, numer. 13. fol. 8.a

Fructus percepti ex bonis prædefuncti teſtatoris cum eos in ipſius nunquam fuiſſe bonis conſtet iure Codicis,an cedant filio vice legitimæ, aut in eius vicem veniant computandi, num.8. 196.a

Et quid iuris in ære alieno quod mater cum prædefuncto habebat marito ſi id ipſum donatione transferat in filium, numer.8. & 9. fol. 196. a

Fructus recollecti adhuc in humanis agente ipſo teſtatore vtpote in bonis eius reperti,in fideicommiſſi veniunt reſtitutionem tanquam hæreditarij,nu.5.eo.b

Percepti autem poſt obitum teſtantis non fideicommiſſario, ſed hæredi qui per aditionem ſe hæreditati immiſcuit relictæ cedunt. numer.6. eod.b

Et quid in penſionibus & mercedibus rerum locatarum, in vſuris & alijs huiuſmodi quæ huiuſmodi fructuum vices repreſentãt ſtatuendũ, num.7.eod.b

Quid tandem in impẽſis meliorationibusque quas Iuſtinianus Emponemata appellat ſentiendũ. nu.8.176.b

Fundamentum iuris accreſcendi eſt coniunctio ipſa,num.10.110.a

Funeris impenſa an præ omnibus veniat ex hæreditate deducenda, aut ex fideicommiſſo detrahenda cum omne creditum præcedat, num.1. 175.a

Et quid in tali impenſa vt vxor ex dote conferat & hæres ex ipſa hæreditate.numer.eod.fol. eodem.

G.

GEminata oratio magnas habet vires, nu.5. 68.a

Genus vniuocè de ſuis ſpeciebus prædicatur, nu. 15.132.a

Genus maſculinum concipit fœmininum in materia indifferenti. Et quid iuris quando ſubſtituit teſtator alium filium ſuum,nu.ſeq.

Et an in filijs filiorum, numer. 6. & numero 8. 131.b

Genus propriè de omnibus inferioribus ſpeciebus prædicatur,num.23.17.b

Genera ſunt æterna vt perire vlloque circumſcribi loco nequeant.nu.17.91.b

Generum diuerſorum etiam diuerſæ ſunt ſpecies ac iuris determinationes, numer. 3. fol. 187.b

Genitum ſextimeſtrem licèt diu non viuat ſuccedere poſſe, nu.9.140.a

Et quam diu viuere poſſit, nu.19.140.a

Et quid de partu dierum, 162.168.& 174. cum autoritate philoſophorum & medicorum. fol. eod.

Gentiles qui dicantur, nu.2.129.a

Germaniæ conſuetudine filiusfamilias contracto matrimonio ipſo iure cenſetur emancipatus: & in regno Hiſpaniæ filius coniugatus habetur pro emancipato. numer.12. & 13.fol. 121.a

Gradus dupliciter ſumitur, extenſiuè & intenſiuè, nu.3.73.a

Gradus, quomodo computentur in fideicom. de quo in hoc capite, nu.19.74.b

Gradus ſanguinis extenſiuus, fit intenſiuus ratione repræſentationis, nu.6.73.a

Grauatus ad hæreditatis reſtitutionem in dubio tamen non videtur adſtrictus ad refuſionem Legitimæ. nu.4.191.b

Grauatus legata reſtituere & fideicommiſſa, & non ea reſtituens, ob id malæ fidei non dicitur eis antea nequaquam agnitis. numer. 5. fol. 162.b

Et quid in eo qui teſtamentum occultarit, vel hæredem non monuerit. nu.7. fol. eod.

Grauati vltimi proximitas, quod in ordine ſuccedendi ad fideicommiſſa ſit ſpectanda, non autem teſtantis, numer.1. 86.a. & numer.9. ibid.b. & numer.15.fol.ſequ.b. & numer.18. 88.b

H

HArpocratiaci, ſiue fatui qui dicantur, & qui diuinandi ſpiritu vexantur, & vide exempla, & an tales ad hæreditatem admittendi ſint. nu.7.134.a

Hæres an poſſit cogi reſtituere vniuerſale fideicõmiſſum, & an particulare legatum. numer.8. f.7.b

Hæres ex aliqua parte ſimul exiſtens is deficientium partes etiam inuitus accipit. num.8. fol. 112.b

Hæres hæredis in infinitum licèt ſit hæres teſtatoris, attamen duobus modis reſtringitur. n.2. & nu.7. & 8.116.a

Hæres hæredis honorati, an grauari poſſit, & quid in ſubſtitutis, vide ibidem, num.21. fol. 58.a

Et quid iuris ſit in ſuccedentibus ab inteſtato. num. 22.58.a

Hæres hæredis quamuis ſit hæres defuncti, non tamen dicitur eadem perſona cum defuncto ſicut primus hæres, nec prohibetur venire contra factum primi, & in odioſis hæres hæredis non eſt hæres defuncti, numer. 9. fol.117.a

Hæres inſtitutus in re certa, dato ſibi cohærede, ſimplicis legatarij loco habetur; at nullo dato cohærede, vniuerſalis, ac quæ ſibi competant, & an poſſint potiri iure accreſcendi. num.21. f.8.b

Hæres nihil poteſt contra factum defuncti, nu.10. 117.a

Hæres nunquam deſinit eſſe hæres, numer.19. fol. 17.b

Hæres ſemel nunquam deſinit eſſe hæres, num.5. 94.a

Hæredi non doti imputandũ venit lugubre veſtimentum, quod luctus tempore vxor deferre tenetur. nu.2.175.a

Hæredem nullus habere poteſt niſi poſt mortem. nu.3.116.a

Hæredes & fideicommiſſarij cum Iudicum decretis in bonorum mitti ſoleant poſſeſſionem quid iuris ſit in re certa inſtituto quæſtionis eſt, & vtrum ſtatim in bonorum poſſeſſionem cum in mitti conueniat. nu.7.159.b

Hæredum tria ſunt genera, numer. 1. fol. 120.a

Ab hæredibus hæredis, & legatarij vel fideicommiſſarij poſſunt relinqui legata, & fideicom. & quid iuris ſit in donatarijs cauſſa mortis, & in illis, quibus nihil relictum eſt, vide ibi. nu.4. 60.b

Hæredibus an poßint legata, & fideicommiſſa relinqui. nu.1.f.60.a

Hæreditas adita non eſt amplius hæreditas patris, ſed proprium patrimonium filij adeuntis. nu.3.76.a

Quid in vulgari ſubſtitutione circa prædictam quæſtionem, & quid in Reciproca, Pupillari, & Fideicommißaria, & numer.6. numer. 4. ibid.a

Hæreditas parentum magis debetur liberis, quã liberorum parentibus. nu.12.132.a

Hæreditas ſi ab inſtituto non adita fuerit nec repudiata, ſed deliberandi adhuc ſibi ſpacium reſeruauerit, vtrum loco hæredis habendus ſit. nu. 11.f.159.a

Hæreditatem quænam amplificare, & augmentare dicantur. nu.3.189.b

Hæreditate vendita non tranſeunt in emptorem actiones, quæ poſtea acquiruntur, numer.3. fol. 118.a

Hermaphroditi qui dicantur. nu.6.134.a

Honorato filio vel ſeruo poteſt grauari eius pater vel eius dominus. nu.20.f.58.a

I

IAſonis & Bologneti intellectus ad d.l.vnic.C. quando non pet.part.nu.21.115.b
Immunitates perſonis datæ hæredibus non relinquuntur, generi autem poſteriſque data ad eos qui ex fœminis nati ſunt non pertinent. nu.11. 80.b
Incertitudo an poſthumus viuus natus fuerit nõ vitiat teſtamentum,nu.14.134.b
Incertitudo quando naturaliter veritas haberi nõ poteſt vitiat actum.nu.19.135.a
Indefinita, non ſemper æquipollet vniuerſali. nu. 14.f.15.a
Indefinita vel vniuerſalis enunciatio amplectitur etiam ea quæ alioqui minimè continerentur,n. 18.76.b
Indignitas quænam in matrimonijs contractis admiſſa dicatur ex imparitate perſonarum, quæ vt plurimum ex Ciuitatis moribus metienda eſt,nu.19.168.a
Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectum operari,nu.17.88.b
Inofficioſi non agit teſtamenti actione filius, cui minus legitima fuerit relictum, ſed tantum ad legitimæ ſupplementum aduerſus communem Doctorum opinionem.nu.9.188.a
Inſpectionem & genitalium virginis & eorundẽ perſcrutationem non licere Cæſarea autoritate eſt ſancitum,nu.11.144.a
Inſtitutio declarat ſubſtitutionem,& vna ſubſtitutio alteram.nu.14.87.b
Inſtitutionis iure quiſquam ex maiori parte hæres factus ſit,an quod per legem alteram partẽ alicuius vendicet,nihil intereſt,nu.2.112.a
Inſtitutione facta loci alicuius pij & Titij pariter poſſidentis bona & tenentis,vtri veniat res adiudicanda,nu.22.160.a
Inſtitutus in re certa participat naturam Legatarij,& etiam hæredis,& ſic eſt anomalus ſucceſſor,nu.14.124.b
Inſtitutus in re certa, vt hæredis loco habeatur, quando ex futuro euentu pendere dicatur, nu. 12.159.a
Inſtitutus in re certa,quando loco hæredis cenſeatur,nu.22.& nu.24.f.8.b
Quando verò loco legatarij.nu.23.f.eod.
Inſtitutus in tota hæreditate non poteſt partem accipere,& partem repudiare,nu.3.114.b
Inſtitutus, vt ſe habet ad ſubſtitutum, ita ſe habet hæres inſtituti ad hæredem ſubſtituti,nu.4. 116.b
Inſtituto filio & nepote ex eo,non cenſentur vocati ſimul & ſemel, ſed ordine ſucceſſiuo, num.4. 83.a
Intellectus ad l.1.ff.de reg.Catoniana, nu.2.97.a
Intellectus ad l.1.§.ſi ita,ff.ad l.Falcid.& ad l.1. ff.de pen.leg.nu.15.f.20.a
Intellectus ad l.verbis,ff.de verbor.ſignif.nu.22. fol.5.a
Intellectus ad l.ſi quis ſeruo,ff.de manum.teſt.nu. 23.5.a
Intellectus ad l.primam, C.de legit.hæred.nu.29. 77.a
Intellectus,§.nos igitur, Auth.de reſtit.fideic.nu. 16.17.20.& 21.f.74.b
Intellectus omnes Accurſij ad d.l.vnicam,C.quã do non pet.par.reijciuntur,nu.9.& num.13.& 16 f.115.a
Intellectus plures l.precibus,C.de impub.& l.Centurio,ff.de vulgari,nu.6.40.a
Interpretatio communis Doctorum non eſt deſerẽda.nu.14.74.a
Interpretatio in dubio facienda eſt, vt actus valeat,potius quam pereat,nu.27.f.5.b
Interpretatio illa in dubio recipienda eſt, qua excluditur fideicommiſſum non ea qua inducitur. nu.4.47.b
Interpretatio in dubio benignior eſt facienda, nu. 14.132.a
Interpretatio latior facienda ſemper eſt in vltimis voluntatibus,nu.23.66.a
Interpretatio paſſiua ſtatutis attribuitur legum ciuilium vigore,nu.5.159.b
Interpretatio plena fieri debet in contractibus, in teſtamentis plenior,in beneficijs pleniſſima,nu. 13.128.a
Inuentarij non confecti pœna infligitur hæredi Falcidiæ ipſius admiſſio, adeo etiam, vt vltrà hæreditatis vires creditoribus ſatisfacere teneatur,nu.10.180.a
Inuentario non confecto vtrum filij veniant ob id priuandi legitima.nu.5.198.b
Et an Trebellianica,nu.ſeq.ibid.fol.eõd.
Iuſtinianus ab impugnatione Didaci defenditur. nu.22.75.a
Iuſtinianea conſtitutio in alimentis ampliatur filiæ naturali præſtandis indotatæ.nu.29.169.a
Vt et in dote confeſſata licèt non numerata, n.ſeq.
Ius accreſcendi an proueniat à lege, an verò potius à mente teſtatoris, nu.1.& nu.3.5.7.9. cum ſeqq.f.112.a
Ius accreſcendi nullum erit nulla ſi adfuerit coniunctio.nu.4.110.a
Ius nõ decreſcendi inter diſiũctos locum habet, nu. 5.110.a
Ius coniunctionis ex diuerſis teſtamentis non contingit.nu.6.f.ibid.
Ius accreſcendi,in quibus caſibus ceſſet.num.9.& 12.110.a
Ius accreſcendi habet etiam locum inter omnino diſiunctos.nu.26.113.b
Ius accreſcendi,et ius non decreſcendi differunt ob varias coniunctiones,nu.13.109.a
Coniuncti à lege qui dicantur,nu.14.109.a

Ius accreſcendi obtinet vim tacitæ ſubſtitutionis, nu.5.76.a

Ius accreſcendi qua ratione fuerit introductum, nu.1.114.a

Ius accreſcendi dupliciter à teſtatore prouenire poteſt.nu.6.112.b

Ius accreſcendi & portio accreſcit hæredibus vel habentibus ius vniuerſale non autem particulare.nu.4.118.a

Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedẽtes iure diuerſo.nu.5.118.a

Ius accreſcendi ſi prouenit ex tacita voluntate defuncti dabitur probatio contra eius voluntatẽ, ſecus ſi proueniat à lege.nu.16.113.a

Ius accreſcendi prouenit ex præſumptione extenſiua & fictitia, & quomodo hoc intelligatur, nu.13.113.a

Ius accreſcendi ſi prouenit à Lege, debet fieri interpretatio ſecundum legem; Si vero à teſtatore fieri debet interpretatio ſecundum eius mentẽ, nu.18.113.a

Ius accreſcendi an ſibi locum vendicat in contractibus, nu.1.& num.3,119.a

Ius aut in ſpe, aut in re conſiſtit aliquorum opinione, num.12.153.a

Ius ciuile erat antiquitus informe, & incertum, nu.10.22.a

Ius commune potentius eſt iure ſingulari, num.15 192.a

Ius non decreſcendi locum ſibi non vendicat niſi quando coniuncti faciunt ſimul partes concurſu, nu.6.119.a

Ius accreſcendi an habeat locum in legitima liberorum, nu.7.119.a

Ius quid ſtatuat in vaſallo & domino feudi, in emphyteuta & cõductore ac locatore, an teneantur ire ad ædes domini pro obedientia vel ſolutione præſtanda, nu.4.102.a

Ius ſubſtituendi ſuperat ius accreſcendi quod probatur, nu.20.& nu.23.& limitatur ibidem & nu.26.& 28.

Ius ſummum in ſummam iniuriam non eſt vertendum; & plura imperfecta non faciunt vnum perfectum, nu.3.129.b

Ius ſuitatis vel ſui hæredis eſt triplex, & de eius effectu, & vtilitate, vide nu.5.& 15.120.b

Ius tranſmiſſionis ſuperat ius accreſcendi & nu. 25. vbi latè diſcutitur.

Ius accreſcẽdi vincit ſucceſſorium edictum vel venientes ex eo, & nu.31.111.

Ius vni quæſitum an principis Reſcripto tolli poſſit, & an in eodem Reſcripto requiratur neceſſario aliqua citatio in caſu propoſitæ quæſtionis, nu.11.f.153.a

Iuris accreſcendi deſcriptio, nu.1.108.a

Iuris ſubdiuiſio vel diſtinctio, nu.13.153.a

Iuri accreſcendi vt locus ſit requiritur probatio voluntatis defuncti, & quando hoc procedat, nu.14.113.a

Iuri acreſcendi vt locus ſit, quæ neceſſario requirãtur, & nu.3.6.& 8.109.b

Iure accreſcendi quomodo ſuccedatur. Et Quomodo iure non decreſcendi, ibid.nu.ſeq. Et Quomodo per translationem à Lege factam, ibid. nu.11. Et Quomodo iure conſolidationis, num.9.ibid.num. 12.108.b

Iure communi ab inteſtato ſuccedit vtrinque coniunctus excluſis progenitis ex altero duntaxat latere.nu.12.76.b

Iure ſuo vtens nemini poteſt dici eſſe iniurius, nu. 20.152.a

Iura, actiones, & ſimilia, ſunt tertium genus, nec mobilia nec immobilia, nu.16.91.b

Iura multa nobis nequaquam acquirũtur niſi animi declaratio acceſſerit.num.6.162.b

Iuriſconſulti antiqui recenſentur qui de hac materia ſcripſerunt, nu. 3.1.a

Iuſtè exhæredatus, deportatus, vel monachus pro mortuis habentur, nu.8.119.a

L.

L*Aus materia legatorum, & fideicommiſſorum, & antiquorum Iuriſconſultorum, num.1.fol.1.a*

Legatarius decedens ante aditam hæreditatem an tranſmittat legatum purum: & quid in conditionali, & in diem, nu.4.12.a

Legatarij vt legata ab vniuerſali hærede hæreditatem relictam adeunte teneantur petere, ita & is qui in certa re inſtitutus eſt ad eũdem ut ſuum conſequatur recurrere debet, nu.14.160.a

A legatarijs, & fideicommiſſarijs etiam legata, & fideicommiſſa relinquuntur, & quid iuris ſit in dubio à quo ſcilicèt intelligantur relicta an ab illis an ab hærede.nu.3.60.b.

Legatum quid ſit, quid fideicommiſſum, & an differant inter ſe, nu.1.3.b

Legatum ab auo nepti relictum, quando profectitium & quando aduentitium ſit, & quando in Legitima computetur, nu.1.99.a

Legatum ad pias cauſas relictum a ſecũdo gradu cenſentur relictum à primo, nu.9.60.b

Legatum alicui cauſa ſtudiorum eſt ei ſoluendum in loco illo vbi ſtudijs operam dat; Et quid iuris ſit tempore vacantiarum vide ibid. num.5. 102.a

Legatum an valeat vſusfructus omnium bonorum alicui relictum alio hærede inſtituto poſt eius mortem, nu.2.93.b

Legatum annuum an ſit purum uel conditionale. nu.18.f.13.

Legatum annuum eſt præſtandum in initio anni; Et an ſit unum uel plura, uide ibi, quia latè diſtinguendo proſequitur etiam quando tranſeat

ad

ad hæredes,num.3.104.a

Legatum factum a teſtatore alicuius ſpeciei puta fundi,quando ipſe teſtator non habuit unquam aliquam iſtius ſpeciei rem,an valeat ,num.2. 97.b

Legatum incertæ quantitatis an valeat, & illud quando teſtator dicit,lego tibi quod mihi Titius debet,& Titius nihil debebat; Et quid in Legato dotis,num.3.f.ſeq.a

Legatum factum filio de re aliena per patrem decedentē utrum in Legitimam ueniat imputandum nu.3.195.b

Et quid in inſtituto in re certa ſtatuendum,nu.ſeq. fol.eod.

Et quid pariter in lucro acquiſito filio matre eius ad ſecundas nuptias conuolante,nu.5.eod b

Legatum factum pauperibus,licèt ſit incertum ſuſtinetur; Et quid in legato alimentorum.num. 5.98.a

Legatum pro dote an ſit transmiſſibile , num. 24. 126.a

Legatum relictum annua,bima,trima die, quomodo intelligatur ; Item quomodo dos relicta annua bima,trima,quadrima interpretetur,nu.2 104.a

Legatum relictum filijs,quando naturalibus tantum debeatur,num.16.64.b

Legatum relictum uni Eccleſiæ ſi plures in illa Ciuitate Eccleſiæ illius nominis reperiantur , cui relictum cenſeatur ? & quæ veniant in ipſo legato,nu.1.101.b

Legatum relictum uxori hoc nomine appellatiuo, mortua prima,tabuliſque non mutatis,an & ſecundæ relictum uideatur; affirmans pars defenditur,nu.7.100.a

Legatum ſeu res legata quominus perueniant ad legatarium quæ impediant;quo caſu exiſtimatio rei debetur loco ipſius rei, latè deducitur poſitis exemplis ,num.1. 96.a

Legatum uel fideicommiſſum quando nutu poſſit relinqui,nu.3.56.b

Legatum vini,vel frumenti factum à teſtatore ex fundo ſuo eſt ſoluendum tempore meſſis,vel vindemiæ; Et quid iuris ſit, quando non eſt adiectum,ex fundo;nu.5.104.a

Legati , ſiue fideicommiſſi particularis dominium directò tranſit, & ipſo iure in legatarium ſine alia traditione, ſecus autem in vniuerſali fideicommiſſo.nu.9.f.7.b

Legati vniuerſalis, vt Gregis &c. onera & augmenta ad legatarium ſpectant;Et quid iuris in legato ſingulari, & in legato vſusfructus his modis relicto, quando ſcilicèt teneatur vſufructuarius ſubſtituere & ſubmittere capita mortua,nu.2.99.a

In Legato dotis ſimpliciter relicto an veniant Paraphernalia.nu.5.100.a

in Legato fundi, vel caſtri relicto cum omnib.ſuis pertinentijs,quæ veniant.nu.6.100

Legato relicto vxori ſi vitam uidualē ſeruauerit, & ipſa deinde nubat, an fructus præteritis annis perceptos reſtituere cogatur. nu.19.f.13.a

Legata ab hærede, non ab vſufructuario ſunt præſtanda,ſecùs in legatis annuis.nu.14 95.a

Legata an hodie ſint per omnia,& in omnibus exæquata fideicommiſſis.nu.13.f.4.a

Legata & fideicommiſſa,aut adhuc pendent in cōditione,aut pura iam ſunt effecta, nu.1.162.b

Legata , & fideicommiſſa exæquata ſunt à Iuſtiniano,nu.9.f.4.a

Legata etiam ignorantibus acquiruntur , nu 10. f.7.b

Legata intelliguntur relicta ab eis , à quibus poſſunt relinqui,nu.8.60.b

Legata omnia pura,fideicommiſſa,& alia poſſunt tranſmitti iure ſuitatis,iure ſanguinis, & iure deliberandi ; ſecùs eſt in conditionalibus legatis, fideicommiſſis,& id genus multis,nu.7.& 8.124.a

Legata pura quæ ſint,nu.1.f.11.b

Legata in diem quæ dicantur.nu.2.12.a

Quæ legata ſint ſub conditione,nu.3.12.a

Legata relicta cognatis intelliguntur relicta cognatis teſtatoris.nu.4.86.b

Legata ſingularia ſingularibus fideicommiſſis,nō autem legata vniuerſalia fideicommiſſis vniuerſalibus exequantur.nu.2.f.7.a

Legata, quibus verbis fiant,& relinquantur.nu. 5.f.3.b

Legatorum definitio triplex traditur.nu.2.f.3.b

An differant inter ſe tres prædictæ definitiones, quod non,nu.3.f.3.b

Legatorum genera,quæquā antiquitus erant in vſu nu.11 f.4.a

Legatis in particularibus poſiti in cōditione, ſunt etiam in diſpoſitione,nu.18.f.147.b

in Legatis proprietas verborum in fideicommiſſis verò defuncti voluntas eſt ſpectanda . num.3. f.9.b

in Legatis rigor , & ſubtilitas habet locum in fideicommiſſis benignitas ſeruanda eſt,& voluntas magis ſpectanda eſt,num.8.4.a

Legato lecto debetur etiam culcitra uel coopertorium,num.26.92.a

Legato uſufructu omnium bonorum relicto uxori quænam ueniant.nu.7.94.a

Legato uſufructu omnium bonorum non ueniunt fructus feudales,ſecus eſt in uſufructu fideicōmiſſi uel emphyteuſis,nu.9.94.b

In legato hoc non ueniunt legitimæ filiorum fructus,nu.ſeq.ibid.

Item protocolli ueniunt uigore huius legati , item pœnæ & iuriſdictiones,nu.11.ibid.a

In hoc etiam legato uſusfructus omnium bonorū ueniunt nomina debitorum,nu.12.ibid.a

Legata res ſi in loco longinquo reperiatur , hæres

eam

tam legatario referre tenetur ſuis expenſis ; & quid in creditore & debitore? nu.3.102.
Legata columna marmorea ædibus affixa, an lega tario debeatur; & quid iuris ſit in legato molen dini, an ſcilicèt veniat ſtabulum, & in legato co lumbariæ. nu.4.100.a
Legata domo cedit etiam hortus. nu.25.92.a
Legata poſſeſſione quam teſtator habet in aliquo loco, intelligitur legaſſe etiam proprietatem. nu me.11.91.b
Legata vtilitate palatij legatarius vſum tantū conſequitur, ſed legato vſu et commoditate, etiā vſumfructum. nu.9.91.a
Quid ſi teſtator fundi conducti ius ſuum legauerit nu.ſeq.ibid.b
Legatis bonis mobilibus quæ ſunt in domo, an ve niant muriſtragula. nu.22.92.a
Legatis mobilibus, an veniant fructus ſeparati à ſolo; & quid in non ſeparatis, nu.23.ibid.a
Legatis mobilibus, quæ in domo ſunt, an intelliga tur pecunia quoque numerata. nu.24.ibid.a
Legitimus hæres filij impuberis à matre inſtituti poteſt detrahere legitimam de fideicommiſſo v niuerſali. nu.4.61.b
Legitima quid ſit, quid item Falcidia, & Trebelliana. nu.1.185.a
Quæ quidem legitima & Trebelliana nomine Fal cidiæ gloriantur. fol.eod.
Legitima qualiter definiatur. nu.1.182.b
Legitima eſt tertia portio eius, quod cuipiam ab inteſtato fuiſſet ceſſurum, ideoque nonniſi hære di debetur. nu.11.192.a
Legitima iure cōmuni integra filijs eſt debita, om ni planè grauamine remoto. nu.2.f.191.b
Legitima non eſt quota hæreditatis, ſed quota bonorum. nu.18.125.b
Legitima non minori iure naturali matri debetur quam liberis. nu.7.31.a
Legitima ei debetur, cui poteſtas facta eſt, quęrelare teſtamentum de inofficioſo, ſi ei non fuerit collata. nu.13.192.a
Legitima fratrum, an æquè aucta ſit ad Trientē, ac legitima filiorum atque parentum difficilis admodum quæſtio eſt. nu.13.186.a
Affirmatiuæ partis argumenta quadruplici numero deducta, vide nu.ſeq.fol.eod.
Et Doctorum negatiuam partem tuentium rationes, & argumenta latè deducta habes nu.15. fol.eod.b
Legitima quæ paternorum bonorum quota eſt, auctis bonis poſt obitum patris, non augetur: Trebelliana tamen & Falcidia augmentātur, vtpote quæ hęreditatis ipſius portiones exiſtūt, nu.2.184.b
Legitima utrum ſtatuti municipalis vigore tolli poſſit varijs Doctorum opinionibus exagitatur, nu.5.194.a
Legitimæ imputabuntur filio etiā ex peculio profectitio prouenientia eo quod & ea ſint hæreditaria, nu.27.197.a
Peculia vero quaſi Caſtrenſia, vtpote comparata dignitas quę vt nec vendi nec ad hæredes tranſ mitti poteſt, & expenſæ pariter in Doctorali Laurea per patrem factæ in legitima portionē non computabuntur, nu.29.eod.a
Et quid de libris à patre filio ſtudiorum gratia coemptis, & datis ſtatuendum ſit. vide nu.ſeq. eod.
Legitimæ loco computantur filio ea omnia quæcumque capit ex patrimonio prædefuncti, nu.1 195.b.& nu.17.196.b
Legitimæ loco non ſolent imputari Eccleſiaſticorum beneficiorum redditus, vt nec ſimilia quæ que, quorum ad hæredes nulla fieri poteſt tranſ miſſio, nu.23.197.a
Legitimæ nullum onus iniungi poteſt, num.1. 198.a
Legitimam eſſe hæreditatis Quotam multiplici argumentorum ſerie comprobatur, num. 2. 182.b
Eſſe autem bonorum Quotam non hæreditatis veriori opinione vel ſententia deducitur, nu.3.
Quæſtionis huius reſolutio eſt, bonorum eſſe portionem non hæreditatis, nu.4.
Et huius reſolutionis vel Concluſionis multiplices effectus deducuntur in finem vſque num. 5. 183.a
Legitimam filio non deberi, ſed ſolum Trebellianicam ipſo hærede ſcripto vniuerſali, & fideicommiſſi onere grauato contra aliorum opinionem Doctorum legum rationibus validiſſimis innixus ſentit author, num.15.196.b
Legititimam filiorum pro numero auctā eſſe trientem & ſemiſſam multiplici ratione comprobatur, nu.9.185.b
Legitimam habens eligenſque eam tenetur in Trebellianam conferre, vtpote qui legitimam iure inſtitutionis conſequitur, nu.7.201.a
Legitimam quamuis pater filio ſuperſtes dare nō teneatur patrimonio rerum incrementis accedentibus adaucto adaugebitur pariter, et legitima, & uideatur num.1.& 8.189.b
Legitimatio quænam & quibus pariat aliquando incommoda, nu.17.153.b
Legitimatus a non habente auctoritatem legitimandi, nullo vnquam ſibi tempore legitimationem præſcribit, nu.2.152.b
Legitimatus per reſcriptum Principis an ſubſtitutum excludat. n.3.150.b
Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit DD. omnium ſententia ſubſtitutum, nu.9. 151.a
Et quid in hac quæſtione ſi teſtator dixerit, ſine filijs legitimè ſiue ex legitimo matrimonio natis, nu.10.eod.
Legitimatus reſcripto principis differt a legitimato

mato ſubſequuti matrem,nu.11.151.a

Legitimatus ſine patris teſtantis voluntate ſubſti tutum minimè excludit,num.20.153.b

Legitimè natorum appellatione venire per ſubſequens matrimonium legitimatos eum reſponſione videbis latè,nu.16.151.b

Lex aliquid corrigens in principali etiam eandem adhibere craſuram in annexis ceaſetur & conſequentibus ipſum principale, n.17.190.b

Lex,cum auus an procedat in adoptiuis filijs , nu. 18.132.b

Lex,cum auus,au vendicet ſibi locum in filio grauato reſtituere ſtatim hæreditatem , num.16. 132.b

Lex xij. tabularum reſpicit tempus conceptionis. num.27.138.b

Lex generalis non eſt reſtringenda , nu.10.115.a

Lex generaliter loquens neque vlla generalis repudiatio vnquam potuit in legitima uocere filijs, vel parentibus,nu.7.29.a

Lex humana permittit , vt contrahentes ſe inuicem potiſſimum in pretio decipiant ſecus eſt in foro Dei,num.9.& 10.31.a

Lex imitatur naturam,nu.17.134.b

Lex in ſucceſſionibus ab inteſtato fingit aliquando parentes eſſe prædefunctos filiis, nu.2. 35.a

Lex non tantum filium , ſed etiam filiam uocat eius cui honor vel priuilegium conceditur, Deſcendentes verò ſolummodo ex filio non autẽ ex filia aduitis,nu.12.80.b

Lex omnis eſt ſeruanda in foro conſcientiæ dummodo ſit iuſta,num.1.& num.3.30.b

Lex poteſt dominium,& res proprias alicui iuſta de cauſa auferre,nu.3.28.b

Legis diſpoſitione poteſt fieri aliquid mihi proprium.nu.4.112.a

Legis verba cui non conueniunt nec conuenit legis diſpoſitio nu.22.125.b

Legi qui reſiſtit Deo reſiſtit,nu.2.30.b

Leges Cæſaris non poſſũt præiudicare legibus Pontificis; & an hoc ſit ſemper verum ibi vide nu. 10.131.b

Leges iuris accreſcendi datæ ſunt ſolummodo vltimis uoluntatibus , hæreditatibus ſcilicet & legatis , quin etiam donationibus cauſa mortis, nu.4.119.a

Leges legitimam adaugentes aduocant ad eius portionem eos quibus ordinariè debetur non traaſuerſales quibus inſtituta turpi perſona extra ordinem deferri ſolet,nu.20.187.a

Sed vide num ſequenti reſponſionem , fol.eod.a

Leges non patiuntur alicui ſine cauſa auferri liberam teſtandi facultatem,num.4.54.a

Liberi grauati non poſſunt donare duas Quartas legitimam nempe & Trebellianam , num.10. 199.b

Et quod ſic vide nu.ſeq.

Negatiuam autem partem num.12.

Et ipſius quæſtionis reſolutionem , num.13.200

Liberi primi gradus ſemper fuerunt cæteris prælati; num.6.80.a

Liberos habere non dicitur qui licèt generauerit , mortis tamen eius tempore his orbatus nullos habet amplius ſuperſtites, num.5.137.b

An libertas directo data ſit ſpecies legati ; quod ſic,nu.21.fol.5.a

Libertas an directo ſeruo alieno data ſuſtineatur per fideicommiſſum,num.26.5.b

Liberatus de patria poteſtate , an poſſit amplius ad eam reuerti,num.14.121.a

Limitationes ad legem cum auus; & an dicta lex procedat in aſcendentibus,vide ibidem,nu.11. 131.b

Limitatio ad quæſtionem , num.4. poſitam , cum nõnullis coniecturis ad hanc rem attinentibus, capitis 18.lib.2.vide num.6.94.a

Limitationes ponuntur ad regulam poſitam nu.2. & 10.cap.22.vſque ad num.15.49.a

Limitationes ad l.filius fam. §. Diui, ff.de leg.1. nu.1.uſque ad num.5.49.b.& fol.ſeq. a

Limitata cauſa limitatam producit effectum , nu. 23.f.113.b

Linea deſcendentium ab aliquo incipit a primis qui ab eodem oriuntur quod exemplo declaratur,nu.4.79.b

Linea maſculina à quo incipiat ſi teſtator dixerit, ſuam,uel eius lineam,nu.9.80.a

Linteolum cruentum quod ſit ſignum defloratæ uirginitatis ex verbis Moyſi aſſumitur ratio, nu.2.143.a. contrarium uideatur,nu.6.ibid.b

Linteolum ſanguine conſperſum non eſſe urgens & probabile ſignum uirginitatis uiciatæ, num.6.143.b

M.

Magnum & paruum in Quantitate , pulchrum in Qualitate, maius autẽ & minus ac pulchrius in Relatione uerſantur ſecundum Plotinum.nu.1.99.b

Malæ fidei poſſeſſor neceſſarias deducere impenſas poteſt,indiſtinctè eas repetendo,utiles uerò nequaquam num.10.176.b

Quid autem de eo iudicandum qui initio bona fide poſſedit,& tandẽ in mala fide repertus fuerit,num.11.177.a

Manumitti poſſunt tam ſerui,quam liberi,nu.15 17.a

Maſculinum nomen in ultimis uoluntatibus concipit fœmininum ſaltem ex interpretatione. nu. 1.63.a.

Mares utrum in dubio prius fœminis in lucem editi præſumantur.nu.18.134.

Materialis quænam formalis cauſa & ſit iuris accreſcendi.nu.4.114.b

Mater quando nec per querelam,neque per conditionem

ctionem ex lege poteſt vendicare legitimam, ſed petere ſupplementum.nu.10.29.b

Mater filio, nec filius matri ex lege 12.tabul. ſuccedebat.nu.8.114.b

Mater quid ſi ſteterit in medio, au ſupradicta compendioſa flectatur in fideicommiſſariam. nu.2.39.b

Matrimonium impediens conditio infirmatur, non tamen infirmat.nu.3.155.b

Matrimonium non ſoluitur ſuperueniente furore. nu.9.120.b

Matrimonij fędera nulla conditionum appoſitione tanquam in liberos contractus incidentia grauari poſſunt.nu.14.156.b

Media via in dubijs ſemper eſt eligenda .num.3.44.b

Media participant de natura extremorum. ibid, nu.2.32.a

Media plura pro communi opinione in quaſtione cap.10.lib.1.nu.9.f.29 a

Mediti, Philoſophi, & Iuriſconſulti ſecundi donati paritate primi au cathedra ipſorum ſecundorum æquetur cathedra primorum latè.n.14.f.4.b

Melioramenta quo tempore veniant ſoluenda, & multa de melioramentis factis in emphytheuſi locatione & ſimilibus vſque in finem, nu.12.177.a

Mens teſtatoris verbis eſt præferenda. nu.7.80.a

Mens verbis eſt præferenda, nu.16.105.b

Miles in dubio cenſetur iure militari teſtari voluiſſe.nu.2.39.b

Miles poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere.nu.15.113.a

Militia, emptaq; qualibet à patre filio officia, et inter viuos donatione collata, & quæcunq; etiam alia, quæ ad hæredes tranſmitti poſſunt, cedunt loco Legitimæ, & in vim eiuſdem imputari aſſolent.nu.22.197.a

Mille teſtes tantum probant ſingulares, quantum vnus teſtis ſingularis.nu.7.68.a

Miſſioni in poſſeſſionem impedimento eſt & allud à primo factum teſtamentum, & ipſa pariter præſcriptio, nu.16.160.a

Mixta ſeu partim tacita, & partim expreſſa duplex eſt nempè quoad verba, & quoad caſus, nu.4.21.b

Modi quibus omnia rerum dominia acquirantur. & nu.2.108.a. Et

Quibus modis directa linea, nu.3.Et

Quomodo obliqua.nu.4.Et

Quomodo reflexa, ibid.nu.ſeq.fol.ibi:

Momentanea temporis qualitas ſola non ſufficit ad conditionem implendam.nu.8.137.b

Et quod temporis momẽtum ſufficiat, nu.ſeq.vſq; ad nu.14.excluſiuè.fol.eod.

Momento ſolum temporis quæ conſiſtunt, ita, vt durare non poſſint, facta nequaquam dicuntur. num.4.137.b

Monachus pro mortuo habetur, & nec ad ſucceſſionem vel admittitur, vel admitti ſperatur.nu.5.185.b

Monachus et iuſtè exhæres factus, vt nec filiorũ auget numerum, ita neque legitimæ portionẽ, Baldi ſententia.nu.6.185.b

Monachi an poſſint teſtari; & qui illorum paſſiuã habeant teſtamenti factionem.nu.15.57.b

Monaſterium vices filiorum obtinet.nu.4.154.b

Monaſterium vtrum excludat ſubſtitutum ſi oneratus cõditione hac, ſi ſine liberis &c. idipſum fuerit ingreſſus.nu.1.154.b

Monſtri appellatione quid veniat.nu.5.134.a

Mulier nubens infra annum luctus amittit ea quę à priori marito conſequuta eſt, nu.20.& 22.f.142.b

N

NAtalium reſtitutionẽ princeps gratioſè alicui concedere non poteſt aliorum in præiudicium, quibus ius fuit antea quæſitum.nu.18.153.b

Natiuitatis maculas omnes principis autoritas & reſcriptum gratioſè conceſſum legitimato eluere poteſt.nu.1.152.b

Natiuitatis tempus attenditur in collatione bonorum, & in diuidenda hæreditate. n.8.139.b

Natus legitimus, licèt impotens ad vitam diuturnam, admittitur tamen ad ſucceſſionem hæreditatis. nu.11.136.b

Natus licèt diu viuere non poſſit, rumpit tamen teſtamentum.nu.9.136.a

Natus poſt decem menſes à die mortis patris nõ admittitur ad hæreditatem.nu.5.136.a

Natus vndecimo menſe, an ſit legitimè natus.nu.6.136.a

Natus aliquando in ſeptimo & nono menſe propter ſtellarum oppoſitionem, & indiſpoſitionem viuere non poteſt.nu.7.136.a

Nati ſeptimo nono & vndecimo menſe ſunt legitimi.nu.1.139.a

Et quid de natis ſexto vel octauo menſe, num.ſeq. fol.eod.

Naturalis vel ſpurius, quando bona paterna ſibiipſis præſcribant.nu.3.152.b

Naturales filij ex mente teſtantis vocati cẽſentur. nu.13.113.a

Naturaliter minimè debita an cenſeantur legata quæ vltra hæreditarium aſſem ſoluta fuere. nu.2.179.a

Et affirmatiuam huius partem, qui eam patrocinio ſuo ſuſtentarent Doctores. nu.3.f.eod.

Nemo debet ſine cauſa iuſta priuari legitima, nu.6.29.a

Nemo poteſt facto alieno exhæredari, priuarique hæreditate, quæ ſibi à lege debetur. nu.4.28.b

Nepos ex filio noturali licèt non poſſit ſuccedere ab inteſtato, ex teſtamento tamen poteſt.n.16. 80.b

Nepotes filiorum an ingrediantur locum patris, & cum patruo ſuccedere poſſint, de quo plures opiniones.nu.1.67.b

Nepotes nondum nati vel concepti tempore mortis teſtatoris, an poßint repræſentare perſonam patris, & cum patruo ſuccedere. nu.13. 68.b

Nobiliora, & priora ſunt ſecundum naturam quæcunque ſine alijs exiſtere poſſunt, & ſine quibus alia ſtare nequeunt.nu.15.f.4.a

Nomen appellatiuum aptum eſt comprehendere plures perſonas gradu & tempore diſtinctas. nu.10.100.b

Nomen collectiuũ quoad fideicommiſſariam ſubſtitutionem non ſignificat ordinem ſucceſſiuũ inter liberos, & deſcendentes inter ſe. num.4. 85.a

Nomen collectiuum per ſe ſolum non poteſt inducere fideicommiſſariam de gradu in gradũ. nu.5.ibid.a

Et quid intelligatur per tractum ſucceſſiuum.n. 6.ibid.a

Nomen filiorum eſt collectiuum, & ſignificat ordinem ſuccedendi.nu.14.64.b

Nomen hæredis licèt ſit latiſſimum etiam ad extraneũ ſucceſſorem extenſum, ſæpe tamen limitatur, vt non poſſit niſi deſcendentes ſiue hæredes ſanguinis ſignificare.nu.1.& 3.116.a

Nomine proprio nuncupati, prius ſunt admittendi, dein qui ſpecialiter poſtea, qui collectiuè vocati fuerunt.nu 9.68.a

Nomina propria appellatiua; & collectiua, quæ dicantur.nu.1.46.b

Non refert aliquid ex æquipollentibus fieri.n.11. 105.a

Nuda prohibitio alienandi facta à teſtatore ſine expreſſione cauſæ vel perſonæ, & nullius momenti.nu.2.& 9.f.48.a

Nupta mulier non tamen dotata, vtrum Auth. Res quæ beneficio potiri queat, & dotem à fideicommiſſarijs deducere bonis; vide varios caſus ibidem adductos à Ripa. numer. 17. fol. 167.a. Et

Indotata mulier contemptui ſolet eſſe marito & ab eodem, vt plurimum indignè tractari ſub num.eod.168.a

O

Obligatio ſemel extincta amplius reſurgere nequit.nu.12.190.a

Oculos & mentem dirigere oportet ad varias formulas verborum, quæ in ſtatutis vel teſtamẽtis habentur.nu.6.124.a

Odioſa præſcriptio negligentis inducta odio vt nec directum, ita neque vtile dominium acquirit, ſed ſolum producere exceptionem aſſolet. nu.31.160.b

Omiſſa à ſtatuto remittuntur diſpoſitioni iuris. nu.7.77.a

Onus vt valeat oportet vt habeat originẽ ab hærede.nu.7.60.b

Onus legatorum vel fideicommiſſorum ſequitur hæredem ſicut vmbra corpus.nu.6.60 b

Onerari plus dare, quando quis poſſit quam acceperit in quo proſequitur autor diſtinguendo vſque in finem.nu.26.58.b

Opinio Archid.Curt.& aliorum contra commune quod pupillaris expreſſa matrem non excludat.nu.1.28.b

Opinio Ripæ circa Quæſtionem de fideicommiſſo familiæ relicto &c.defenditur.numer.15.fol. 74.a

Oppoſita præſcriptio hæredi ab aduerſario miſſionem poſſeſſionis impedire ſolet. Et quotuplex ſit præſcriptio.nu.29.160.b

Ordo charitatis in pluribus inſtitutis & ſubſtitutis, quando ſit attendendus.nu.1.83.a

Et quando ordo neceſſitatis.nu.2.ibid.

Ordo ſcripturæ charitatem denotat, & index pariter eſt affectus paterni in teſtãdo.n.5.153.a

Ordo ſuccedendi qualis in feudalibus veniat obſeruandus.nu.4.152.b

Ordinem quem author ſit ſeruaturus in ſingulis legatorum prædicamentis declarandis. nu.2. & 3.cum ſeqq.89.b.& fol.ſeq.a

Oſculi libati ſponſorum prærogatiua priuilegia honeſti, & illiciti præterea pœnæ graues.nu. 34.169.b

P

Pactum recuperandi rem venditam quandocunque an tollatur præſcriptione 30.vel 40. annor. & communi opinione affirmatiua comprobatur.nu.12.163.a

Sed contrarium tenuerunt multi non contemnendi nominis Doctores hoc.ſ.pactum non præſcribi, ſed pacto præſcriptionem elidi. n.13.f.eo.b

Et authoris ſententiam & rationes communis opinionis argumenta eneruantes, vide nu.4.& 15.f.eod.

Paganus non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.nu.11.110.a

Pari paſſu ambulãt non facere vel minus legitimè facere.nu.19.190.a

Paria ſunt non naſci, vel naſci & viuere non poſſe.nu.4.f.135.b

Pars alicuius rei ſi legata ſit, in dubio dimidia illius intelligitur, & legato continente etiam contentum cenſetur legatum; & quid iuris ſit in legato apothecæ, vide ibi pulchram diſtinctionem.nu.2.100.a

Index Rerum

Partem non faciens alij numerum etiam nequaquam auget & uice uerſa,nu.1.193.b

Partem ſuam qui alienauit non poteſt partem alterius petere,num.18.74.b

Partus monſtruoſus diſſimilis formæ humanæ ab hæreditate excluditur,num.4.134.a

Partus vt legitimus eſſe dicatur tria veniunt nobis tempora penitus conſiderãda conceptionis, fętus animati, ac natiuitatis, & quæ tempora commodum poſthumi aliquando reſpiciant,nu.3.139.a

Pater etiam in præiudicium filiæ vltra legitimam in vltima voluntate diſponere poteſt, nu.8.156.a

Pater num per actus inter uiuos poſſit filios legitima priuare,nu.2.198.a

Et is pariter in præiudicium legitimæ filiorum bona dilapidare non poteſt, & ideo alienata vſq; ad legitimam ſibi poterunt vendicare,num.3.eod.a

Et ſi delinquant, pater non poteſt filium legitima priuare, & id quando procedat, nume.4.eod.b

Pater ſi filios ex duabus vxoribus inſtituat, & inuicem ſubſtituat, non propterea frater vtrinque coniunctus pręfertur, nume.6.fol.38.a

Pater ſi legauerit millenos aureos filiæ ſi nupſerit,quingentos autem ſi monachauerit, ipſa vero monacha facta ſit,quæritur num milleni debeantur,nu.1.155.b.Et Autores partem affirmatiuam tenentes,num.7.156.a

Pater quamuis filiæ naturali alimenta Ciuilium vigore iurium præſtare teneatur, ad eam tamen dote cohoneſtandam talium vi legum compelli nequit inuitus, numero 26. folio 169.a

Sed Baldi tamen opinione & Romani non improbanda etiam ad dotis quantitatem alimentis proportionatam de iure tenetur, nume. ſeq. fol.eod.

Pater quando cenſeatur pari affectione filios diuerſorum matrimoniorum proſequi, nume.13. & 14.64.a

Patris morte ſubſecuta ſtatim filijs debetur legitima,nullamq; dilationem, & diem nullum recipit,ſecùs eſt in Trebelliana, num.9. fol.201.b

Patre millenos filiæ aureos dotales conſtituente hac lege, vt digno nubat,denos autem tantummodo ſi indigno, et filia famulo cõiuncta fuerit vltra decem ſupplementum legitimę non aſſequetur,num.20.168.a

Paterna conſtitutione delata ſucceſſione filio primogenito, non ob id cenſetur adempta ſecundogenito Legitima,nu.7.191.b

Patruus an nepoti præferatur quoties in ſubſtitutione poſt filios per alternatiuam nepos fuerit vocatus,num.18.68.b

Peccare non dicitur qui peccat legis auctoritate nec puniri poteſt huiuſque regulæ exceptio,nu.5.num.11.31.a

Peculium hominis inſtar natiuitate oritur,creſsit, decreſcit, & pariter per defectum vt morte interit,nu.4.189.b

Perſonæ multæ recenſentur à quibus legari vel fideicommitti poteſt,nu.5.60.b

Piæ cauſæ fauore fit extenſio de matrimonio temporali ad ſpirituale,num.5.155.a

Plus eſt in cauſa quam in proueniente ab ea nu.5.80.a

Pluribus ſimul inſtitutis ac ſubſtitutis quando ordo charitatis ſit attendendus. Quando verò ordo neceſſitatis,ibid.nu.2

Pluralis locutio in vno ſolo verificari non poteſt, num.17.76.b

Pœnæ loco ſuccedit nullitas actus, nume.2.folio 49.a

Poſiti in conditione ſunt poſiti in diſpoſitione & in teſtamento vocati,num.11.147.a

Portio acquiſita tranſmittitur,nec poteſt amplius accreſcere,quod limitatur quadrupliciter,nu.2.109.b

Portio cohæredis deficiens accreſcit filio cohæredis ſine onere præſtandi legati, nume.10.112.b

Portio non accreſcit perſonæ, ſed portioni, num.20.115.b

Portio non accreſcit niſi penitus deficiat,num.22.111.a

Portio quæ defuit an accreſcat emptori,vel uenditori,num.1.118.a

Portio portioni accreſcit, non perſonæ, num.2.118.a

Portio ſi deficit coniuncti verbis, re coniunctus nõ capit, ſed uerbis tantum coniunctus recipit,
num.18.110.b

Poſſeſſio nunquam acquiritur vel hæredi vel fideicommiſſario,licèt propria auctoritate & res & bona apprehendere poßit, niſi per ipſas res ipſaque adeo bona naturaliter actu ipſo apprehendantur, puta, manu, pede, & ſimilibus. nu.2.159.b

Poſſeſſio à detentore præoccupata etiam ab iniquo bonorum,non facit locum vero domino ut eam propria ingredi poſſit auctoritate, uacuam tamen inire ſpontaneo actu nullo impediente poteſt.nu.3.159.b

Et quid ſi uigeat ſtatutum quo hæredi fiat poteſtas & proximiori propria auctoritate bona occupare relicta uide ad hoc Decij Cautelam,numer.4.& 6.159.b

Poſſeſſor ab alio cauſam habens quam à grauato, num longo temporis ſpatio legata, ſeu purè in diem vel ſub conditione relicta ſibi præſcribat. nu.8.162.b

Pote-

Poteſtatiua & mixta conditio, quæ indiget facto alterius pro impleta habetur, nume. 8. fol. 127.b

Poſthumus vndecimo menſe natus an ſit legitimus ad tranſmittendam hæreditatem, num. 17 142.a

Poſthumus vt rumpat teſtamentum quænam requirantur, nu. 2. 134.a

Poſthumus ſuccedere non poteſt niſi viuus naſcatur, & ſi corpus animatum, num. 3. & num. 8. & 20. ibid.

Poſthumum ſolo temporis momento viuum fuiſſe ſufficit ad hoc vt rumpatur teſtamentum, num. 10. 136.b

Poſthumis bona minimè conferuntur, ſed eorum geneſis expectatur, nu. 4. 139.b

Præſcriptionis tertia ſpecies mixta à Doctoribus appellata an directi vel vtilis dominij producat acquiſitione latiſſimè in finem vſque deducitur, nu. 32. 160.b

Præſcriptione 30. vel 40. annorum actiones omnes auferri ſolent, num. 4. 162.b.

Priuatio præſupponit habitum, nu. 15. 115.a. & nu. 10. 130.a

Priuatio quæuis rem auferat, tamen non tollit, ſed præſuppponit habitum, nu. 6. 14.a

Priuilegium datum à lege tranſit ad hæredes quãuis acceptum minimè fuerit, nume. 23. fol. 126.a

Priuilegium de fideicommiſſariorum diminutione bonorum vtrum deferri poſſit ad deſcendentes per lineam paternam vel ad eas transferri debeat perſonas quibus legitima debetur. & affirmatiuè concludendum opinantur nonnulli, Et negatiuè alij, nu. 13. 172.b

Et quid in perſonis ex linea materna deſcendentibus, nu. 14. fol. ſeq. a

Et quid præterea in tranſuerſalibus ſeu collateralibus ſentiendum, nu. 15. ibid. b

Priuilegium quo filius lucratur portionem ſororis, habet locum ſi appareat à filio acceptum fuiſſe, num. 21. 125.b

Priuilegia beneficio legum conceſſa non cedunt commodis diſtinguentium, num. 3. 171.a

Priuilegia in præiudicium tertij non ſunt interpretanda. num. 2. 28.b

Priuilegia ſtrictè ſunt interpretanda, num. 22. 125.b

Princeps ea tollere non poteſt quæ ſunt de iure gentium vel ciuili, nu. 24. 154.a

Vt & peccare dicitur princeps ſine cauſa iuri derogans poſitiuo, cum in eius nequaquam ſit poteſtate ius alicui delatæ hæreditatis auferre, nu. 23. 154.a

Principis poteſtate abſoluta poſſe ius alteri quæſitũ auferri erroneè affirmarunt multi non autem ordinaria, & de hoc hic auctoris videatur opinio, num. ſeq. nu. 14. 153.a

Principis Reſcripto legitimati an æquè legitimi ſint, ac hi qui ex viro & vxore prognati ſunt, nu. 7. 150.b

Probatio non datur contra præſumptiones iuris et de iure. nu. 17. 113.a

Probationum ſpecies in iure Ciuili tres ſunt numero & quæ illæ, num. 13. 44.b

Prohibitus alienare an poſſit facere hæredem extraneum, qui ſucceſſurus ſit ab inteſtato, vide etiam ibi circa hoc cautelam, nume. 7. 50.a

Prohibitus alienare, poteſt vni de familia relinquere bona cui ſcilicet maluerit, nume. 8. fol. 50.a

Prohibitus alienare an poterit hoc facere denunciando hæredibus ad quos ſpectat negotium quod vult alienare, ſi ipſi hæredes velint emere rem prohibitam alienari, num. 9. fol. 50.a

Proximitas agnati an potius ſpectanda ſit quam grauantis, nu. 10. 76.a

Proximitas teſtatoris eſt conſideranda quando fit tranſitus de linea maſculina ad fœmininam, nu. 7. 86.b

Proximitas vltimi grauati quod in ordine ſuccedendi ad fideicommiſſa ſit ſpectanda non autem teſtantis, num. 1. f. 86.a. & nu. 9. ibid. b. & nu. 15. 87.b & nu. 18. 88.b

Pupillaris directa contenta in compendioſa an trahatur ad omnia bona tam teſtatoris quam pupilli, & etiam ad ea quæ aliunde ipſe pupillus acquiſiuit non erat hoc deciſum iure antiquo & tempore Ciceronis, num. 8. & 9. Hodie verò reſolutum eſt, num. 11. 22.a

Pupillaris non flectitur in obliquam ſed directò per eam ſuccedititur, num. 13. 30.a

Pupillaris quare introducta ſit à iure ciuili, num. 1. 25.a

Pupillaris ſubſtitutionis qui ſint effectus, num. 8. 25.b

Pupillaris tacita quod contenta, & expreſſa vulgari excludat matrem etiam à legitima contra communem plura argumenta, nume. 1. 32.a

Q.

QVanda à communi opinione in quæſtione cap. 5. lib. 1. ſit recedendum, nume. 20. 15.b

Quando dubium à quibus ſit relictum fideicommiſſum intelligitur ab hærede relictum, num. 2. 60.a

Quando legati particularis, & quando vniuerſalis cedat dies, nu. 12. 7.b

Quando verba directa ſunt ad teſtatorem eius proximitas eſt attendenda, & grauati quando diriguntur ad grauatum, num. 8. 86.b

Qualitas verbi attendendenda eſt, num.14.fol. 149.a

Qualitas verbi debet intelligi ſecundum tempus verba, num.9.134.b.& nu.2.124.a

Qualitas verbi intelligi debet ſecundum tempus verbi cum declaratione Clariſs. Oddi de Oddis & reſponſione autoris, nume.13.& 14.folio 151.b

Quantitas debiti iuramento creditoris probari poteſt debito ipſo probato, nu.4.98.a

Quantitas Legitimæ quænam ſit ratione perſonarum computanda non parua inter Doctores eſt controuerſia. Et quando ſit ſemis, quando verò Triens vel Quadrans, nume. 3. & 4. folio 185.a

Quantitatis Legatum loco circumſcriptæ, vt puta quæ eſt in area, vel ærario, vel Monte, valet; Et an redditus illius pecuniæ qui fluxerunt viuo teſtatore, debeantur, num. 6. 98.b

Quarta an deducenda ſit vna an duæ quæſtio verum eſt temporalium, & ſic poſitiui iuris, & hinc Cæſariarum legum iudicijs decidenda ex Vaſquio, nu.19.202.a

Quarta hæreditatis portione habita p liberos, inofficioſi alterius querela teſtamenti iiſdem denegatur, num.6.188.b

Querelæ inofficioſi, vt ſit locus quæ requirantur, num.11.29.b

Quæſtionis cap.1.lib.4. variæ vtilitates, num.33. 34.161.a

Quæſtionis num ſcilicet excluſa à ſtatuto filia Legitimæ augmentum petere poſſit reſolutio variorum Doctorum vſque in finem, num. 18. 192.b

Autoris in hac propoſita theſi ſententia vide, nu. ſeq.19.192.b

Quæſtionis propoſitæ cap. 9. lib. 4. & Caguoli egregia reſolutio diſtinctione nititur non parũ ingenioſa, num.7.188.b

Qui non poteſt per ſe multo minus poterit per aliũ num.5.28.b

Quoad fideicommiſſa admiſſo maſculo fœmina non cenſetur perpetuo excluſa, num.5. folio 82.a

Quod ago ſi non valet, vt ago non valet etiam vt valere poteſt, nu.11.42.a

Quouſque ſupereſt aliquis in primo gradu ille admittitur reiectis his qui ſunt in ſecundo, num. 10.119.b

R.

R*Atio agnationis etiam conſanguineo tantum competit. num.23.77.a*

Ratio diuerſa diuerſum etiam ius parere aſſolet, num.17.186.b

Ratio generalis non debet reſtringi à dicto, num. 21. fol. 52.b

Ratio quare fiat tranſmiſſio iuris deliberandi intra annum & non poſt annum, num. 30. fol. 111.a

Ratio Regulæ Catonianæ, nu.3.97.a

Rationes ob quas conditio ſi ſine liberis deceſſerit à lege ſubintelligatur, num. 2.131.a

Rationis paritas vel maioritas extenſionem admittit ſecus ea non exiſtente, num.15. fol. 156.b

Reciproca compendioſa mixta continet pupillarem in perſona impuberum, nume. 7. folio 38. a

Reciproca, & Breuiloqua quod ſpecies plures contineant ſubſtitutionum, numero 4. folio 19. a

Reciproca facta duobus impuberibus, licèt vnus eorum prius peruenerit ad pubertatem non finitur pupillaris, niſi quoſque alter pubeſcat, nu.5.38.a

Reciproca omnes directas ſubſtitutiones in ſe continere poteſt, num.1.37.b

Quando etiam fideicommiſſariam continere poterit, nu.2.37.b

Reciproca quæ complectitur pupillarem, & vulgarem ſubſtitutionem. nu.13.22.b

Ad inducendum reciprocum fideicommiſſum quæ requirantur, nu.19.15.b

Regnorum in ſucceſſione nõ accipitur proximitas primi teſtantis, nu.11.87.a

Regula Catoniana habet locum tantum in legatis puris, non in conditionalibus nec in iis in quibus dies ex tempore aditæ hæreditatis cedit, nu.4.97.b

Regula excluſa filia excludi debent deſcendentes ab ea; quando procedat, nume. 13. fol. 80.b

Regula quem non honoro nec onero, quomodo procedat, nu.19.58.a

Regula quod ſancita in filijs fratrum vtriuque coniunctorum inter ſe, vindicent etiam ſibi locum in filijs fratrum ex vno latere tantum inter ſe, quomodo intelligatur, num.31. fol. 77.b

Religionis approbatæ alicuius ingreſſio & eiuſdem pariter profeſſio differunt plurimum, vt ſi pariter actus diſcrepare ſolent, num.3. 157.a

Religionis fauore mens teſtantis latius interpretari ſolet, nu.2.154.b

Religioni ſemper in dubio fauendum eſt, num.6. 156.a

Religionem approbatam amplectentes eiuſdem ingreſſu & caſtitatis vota præſtant, & paupertatis pariter profitentur obſeruationem, nu. 10.156.a

Relinquere etiam ſolo nutu quiſpiam poteſt legata. num.19.147.b

Renun-

Renunciatio generalis bonorum defuncti facta à filio, vel hærede non comprehendit Legitimam, nu.3.191.b

Reprobatur reſolutio Bart. ad quæſtionem c.1.lib.1.num.18.4 b

Repugnantia ſimul conſiſtere poſſunt nequaquã, nu.15.151.b

Res quando duobus legata eſt vel coniunctim vel diuiſim, quomodo ſit procedendum, num. 2. 96.a

Et quid ſi ſæpius in eodem teſtamento ſit legata, num.3

Et quid in re feudali, num.4. ibid.b

Rei legatæ Eccleſiæ an æſtimatio debeatur, nu.5. 96.b

Rei nomen corporalia & incorporalia continet, & inter transcendentia prædicamentorum connumeratur, nu.12.91.b

Rem alienam quilibet legare poteſt ſi ſciérit eam eſſe alienam alias ſecus, niſi ſit legatarius ſanguine coniunctus legantis, & niſi dominium rei ſit penes hæredes, num.3.& nu.4.96.b

Re aliqua in dubio legata vel fundo, intelligitur legatum illud ius quod teſtator habet in illa re etiam in ſpe vel in potentia, num.8.91.a

Re coniunctus capit iure proprio, uerbis autem cõiunctus iure alieno, nu.16.110.b

Re coniunctus ſolidum habet; verbis autem coniunctus partes obtinet expreſſas à teſtatore, num.14.& 110.b

Rerum dominia in contractibus nunquam transferuntur ſine traditione, nu.5.119.a

Res fideicommiſſo ſubiecta cauſa dotis reſtituendæ diſtrahi poſſe ampliatur etiam in caſu quo maritus de dote reddenda fideiuſſoria cautione idonea cauerit dotanti, nu.23.169.a

Res quæ alienari nequeunt, vel nullam vtilitatem adferunt legare minimè licet, num.1.& nu.2. 90.b

Reſcripto principis legitimati propriè legitimatĩ dicuntur, nu.8.153.a

Reſcripto principis teſtamentariæ reſcindi tabulæ non poſſunt, nu.19.153.b

Reſolutio authoris ad quæſtionem cap.9. libri 3. fol.123.a

Reſolutio authoris ad quæſtionem, num.9. poſitam ſub cap.12.lib.3.nu.14. 130.a

Reſolutio authoris ad quæſtionem nu.10. poſitam, cap.11.lib.3.128.b

Reſolutio authoris ad quæſtionem, cap.1.lib.1. num.24.5.b

Reſolutio authoris ad quæſtionem cap.7.libri 1. num.5. poſitam, nu.16.20.a

Reſolutio auctoris quæ an fideicommiſſaria ſit propriè ſubſtitutio egregiè diſtinguit, num.25. 17.b

Reſolutio communis Doctorum circa quæſtionẽ cap.1.lib.1.num.20.4.b

Reſolutio quæſtionis cap.12.lib.2. poſita, num.6. 33.b Et

Limitationes quamplures ad communem opinionem ibi poſitam, nu.7.33.b

Reſolutio quæſtionis quod mater non poſſit priuari legitima, num.12.31.b

Reſolutiones plurium Iureconſ. fideicommiſſariam propriè ſubſtitutionem eſſe aſſerentium, nu.21. 22.& 24.17.b

Reſolutiones variæ ad quæſtionem poſitam in cap. 6.lib.3. Et

Reſolutio auctoris, nu.7.118.a

Reſolutiones variæ quæſtionis cap.11.lib.3 latiſſime recenſentur, num.11.128.a

Reſtitutus per ſubſequens matrimonium ipſis natalibus potius legitimus eſt quam legitimatus, nu.9.153.a

Reo alias licèt fauorabili præferri ſolent libertatis conceſſio, dotis contributio, matrimonij vinculum, & ipſa tandem pia cauſa, num.28. 160.a

Reis licèt fauorabiliter ſit aſſiſtendum, id tamen nonnullis in caſibus fallit, & quibus, nu.23.& 24.160.a

S.

SAbinianorum opinio qualis fuerit de poſthumo rumpente teſtamentum, num.11. fol. 134.b

Et quænam Proculianorum fuerit, numero ſequen.

Et de hoc ſententiam Imperatoris, vide num.13. fol.eod.

Salutis æternæ immemor nullus præſumitur in articulo mortis, nu.19.152.a

Scienti, & volenti non fit iniuria; Nec ei ſubſidia veniunt ferenda qui ſemetipſum in difficultates ſua ſponte coniecit volens, num. 22. fol. 168.b

Sententia lata ex priuilegiatis probat, licèt non tranſeat in rem iudicatam, num.12. fol. 57.a

Semper idem ſemper facit idem. num.6. folio 68.a

Sermone in generali non comprehenditur legitima. nu.12.29.b

Seruitutis natura nullam patitur diuiſionem, nu. 2.119.a

Seruus factionem teſtamenti actiuam non habet paſſiuam verò habet, numero 8. folio 57.a

Sexto menſe natus filius an rumpat teſtamentum, nu.3.& nu.11.135.b

Sextimeſtris partus in aliquibus regionibus uiuit, nu.13.140.b

Solutione facta ab hærede per errorem integrorum legatorum an Quartam Falcidiam repetere

 poſſit

poſſit quæſtionis eſt, num.1.179.a

Spes uulgaris ſubſtitutionis non poteſt tranſmitti quando ueram continet conditionem; idem in pupillari excepto uno caſu ſingulari, idemque in reciproca & fideicommiſſaria, num.10.124.b

Spurio filio pater nil relinquere poteſt iure directo; ſecùs per obliquum, nu.21.149.b

Statutum excludens fœminas per maſculos ſi iuſſerit eas dotari vſque ad Legitimam, an moriente filia antequam dotetur tranſmittat ad hæredes hanc legitimam vel hanc dotem, num.11.124.b

Statutum filiarum excluſiuum à ſucceſſione, & legitima iniquum eſt & ob id inualidum & minimè attendendum. Sed vide num.10. & 19.191.b

Statutum prohibens maritũ vxori donare vel legare, non prohibet eam hæredem inſtitui poſſe, & quam olim, & hodie contineantur appellatione legati, num.3.7.a

Statutum qua parte corrigit ius Ciuile, in ea nullam recipit ab eo interpretationem, ſed ei derogare videtur, num.24.77.a

Statuto iubente Filiabus vt contentæ ſint habita dote, non parum controuertitur an Dos minor debeat eſſe legitima, ideoque diligenter Statutorum verba penſitare conuenit & ponderare, nu.9. & nu.16.191.b

Statuto præferente deſcendentes maſculos, vel hæredes maſculos fœminis, an nepos ex filia, vel ex alia fœmina concurrat cum maſculo per lineam maſculinam deſcendente, nu.8.78.b

Statuto ſanciente vt ex teſtamento quid ſoluatur, vtrum hæres inſtitutus, an fideicommiſſarius ſoluere teneatur, num.26.17.b

Statuto cauente vt ex cauſa ſubſtitutionis quid ſoluatur an fideicommiſſaria ſubſtitutus ſoluere debeat, pulchrè diſtinguitur, num.27.ibid.

Quid ſi ſtatutum diſponat vt poſſeſſio continuetur in hærede, optime limitat, num.28.ibid.

Quid ſi ſtatuto caueatur dandam eſſe bonorum poſſeſſionem ſubſtitutis, nu.29.ibid.

Quid ſi ſtatutum prohibeat ne ſubſtitutis currat præſcriptio 30.annorum, num.30.ibid.

Quid ſi ſtatutum interdicat ne inſtituti, vel ſubſtituti poſſint quid vltra retinere, nu.31.ibid.

Quid ſi ſtatutum caueat vt ex cauſa conditionalis ſubſtitutionis, etiam conditione pendente relictum tranſmittatur.

Et Autoris in hoc reſolutio, ibid.nu.33.18

Statuto ſtante Canonicorum alicuius Eccleſiæ cathedralis ne quis amplius in Canonicum recipiatur, niſi de fructibus ſui beneficij ſoluat veſtem valoris tantum aureorum: ſi quis fiat Canonicus; & fructus primi anni non ſufficiant ad conficiendam veſtem, an teneatur de fructibus anni ſequentis ſupplere ſummam, num.6.102.b

Et reſolutionem dictæ queſtionis vide num.ſeq.ibid.

Statuto ſtante excludente mulieres, & lineam maternam à ſucceſſione & vocante agnatos maſculos utrum frater vtrinque coniunctus excludat conſanguineum tantum, nu.19.76.b

Statuto ſtante quo agnati excluſis fœminis uocentur ad hæreditatem vſque ad tertium gradum, quomodo gradus ſint computandi, nu.1.72.b

Statuto ſtante quod contumaces habeantur pro conuictis, an exul poſſit nouas attentare prohibitiones, vel damnatus à lege municipali, eo quia non potuerunt adeſſe, num.11.57.a

Statuto ſtante quod exiſtentibus maſculis fœminæ à ſucceſſione ab inteſtato excludantur, ſi vnus maſculus repudiauit hæreditatem, an portio accreſcat cæteris maſculis excluſa ſorore, an etiã ipſi ſorori; Et quid ſi ſtatutum admittat fœminas ad tertiam vel quartam partem, num.21. & 22.113.b.

Statuto ſtante quod filijs extantibus fœminæ non ſuccedant, an fœminæ nomine filiorum comprehendantur, num.3.63.a

Statuto ſtante quod maſculi excludant in ſucceſſione fœminas, tam à ſucceſſione grauantis quã grauati, utrum nepos ex filio grauato teſtatoris grauantis excludat ſororem, nu.6.63.b

Et quid iuris ſit ſtante ſtatuto quod excludat maſculus fœminas à ſucceſſione grauati tantum, nu.7.63.b.

Et quid ſi ab hæreditate grauantis tantum excludãtur fœminæ, an maſculus excludat filium grauati. nu.8.63.b

Statuto ſtãte, quod mater filijs inteſtatis ſuccedat, an etiam a ſucceſſione pupillorum, qui de iure non poſſunt facere teſtamentum excludatur ipſa mater uigore illius ſtatuti, nu.9.129.b

Statuto ſtante, quod minor 25.annis teſtari non poſſit, an legare, vel fideicommittere poſſit, nu.6.56.b

Statuto ſtante quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, quomodo frater & ſoror in eodẽ gradu cenſeantur, nu.5.73.a

Statuto ſtante quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant filiorum inſtitutio ad maſculos tantum refertur, nu.13.76.b

Statuto ſtante quod teſtamenta intelligenda ſint prout iacent an tunc maſculinum comprehendat fœmininum, quod ſic, nu.9.64.a

Statuto ſtante quod teſtamenta intelligantur ad literam, &c. filiorum nomine non ueniunt nepotes, num.2.65.b

Quid ſi teſtator nomine proprio filios uocauerit, nu.3.65.b

Quid ſi teſtator ſit extraneus; uel nepos non ſit ſucceſſurus una cum filijs, num.4.65.b

Quid

Quid ſi grauentur filij fideicommiſſo, num eorum nomine nepotes veniant cum alijs ampliationibus ad regulam, nu.5.vſque ad num.13.65.b

Et

Limitationes plures ad regulam latè recenſentur, nu.14.vſque ad nu.23.66.a

Quid ſi teſtator in ſubſtitutione reciproca fideicommiſſaria inter filios vel fratres, vel liberos, & deſcendentes adhibuerit clauſulam, ſalua gradus prærogatiua.nu.2.68.a

Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.nu. 10.64.a

Statuta ſunt ſtrictè interpretanda.nu.26.77.a

Statutaria lege licèt totaliter adimi filijs legitima nequeat, de eiuſdem tamen & incrementis & decrementis decernere poteſt.nu. 6.194.a

Subiecta talia ſunt qualia prædicata demonſtrãt. nu.5.116.b

Subrogatũ ſapit naturã eius, cuius fuerit loco ſubrogatum.nu.15.190.a

Subſtantia legati eſt res legata ratione materiæ. nu.1.89.b

Subſtantia quorum eſt vna, eadem ſunt, & æqualia, quorum vna eſt quantitas.nu.17.f.4.b

Subſtituo, verbum eſt commune tam ad directam quam ad fideicommiſſariam.nu.12.f.17

Subſtitutio directa ex coniecturis induci non poteſt. nu.5.146.a

Subſtitutio, hæc, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Caium ſubſtituo, an ſit merè compendioſa ad certum tempus reſtricta, an pupillaris, & ſic contineat expreſſam vulgarem, nu.9.& 10.cum ſeqq.f.26.a

Subſtitutio in dubio potius recta quàm obliqua interpretari debet.nu.2.f.84.b

Subſtitutio iſta, filium meum inſtituo, & ſi nauis ex Aſia receſſerit Caium ſubſtituo, an intelligatur breuiloqua, vel compendioſa, & an filius admittatur ex vulgari vel pupillari contenta in breuiloqua, an contenta in compendioſa, nu.12.vide etiam numero præcedenti.n.11. f.19. b

Subſtitutio iſta, filium meum inſtituo, & ſi nauis ex Aſia venerit Caium ſubſtituo, an trahatur ad fideicommiſſariam poſtquam vulgaris, & pupillaris expirauerunt pulchrè diſtinguit, nu. 13.& 14.f.20.

Subſtitutio mixta quæ ſit.nu. 2.f.13.b

Subſtitutio pupillaris quotuplex ſit.numer.2.fol. 25.a

Subſtitutio, quæ mente capto fieri poteſt, non eſt extendenda ad mutos, ſurdos, prodigos, omneſq; in hoc errant.nu.2.36.b

Subſtitutio vulgaris an impediat ius accreſcendi pulchrè diſtinguitur.nu.22.33.b

Subſtitutio vulgaris an tollat ſuitatẽ, & quod expreſſa ſit quæ tollat, non tacita, numer.23.fol. 23.b

Subſtitutio vulgaris contenta in breuiloqua, vel compendioſa, an tollat ſuitatem remiſſiue. n.7. f.19.a

Subſtitutionis compendioſæ definitio. cum ſeqq. nu.11.26.a

Subſtitutione facta à milite verbis communibus, quandocunq; filius meus deceſſerit Caium ſubſtituo, an valeat directa iure directo militari tam ante, quàm poſt pubertatem, numer.1.fol. 39.b

in Subſtitutione poſita clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum, an ſubſtitutus ſuccedat ex vulgari, vel pupillari, vel fideicommiſſaria.nu.1.43.a

ex Subſtitutione reciproca ſimplici vel mixta, an oriatur fideicommiſſum.nu.7.14.a

Subſtitutiones quas continet breuiloqua expreſſe verbis generalibus habentur, & proinde matrẽ excludere poſſunt, nu.4.38.a

Subſtitutus an admittatur mortuo inſtituto non adita hæreditate, & prætendente hærede inſtituti tranſmiſſum eſſe ſibi ius deliberandi, num. 18.f.23.b

Subſtituto mortuo ante mortem naturalem inſtituti ſubſtitutio ſit caduca.nu.8.155.a

Subſtitutis fratre, & eius hæredibus, nomen hæredis dabit ordinem ſucceſſiuum. nume.9.fol. 83.a

Subſtitutis pluribus nomine collectiuo, puta fratre, & eius liberis, deſcendentibus, agnatis, & familia, an ſuccedant ordine ſucceſſiuo, & an per vulgarem tantum, an verò potius per fideicommiſſariam remiſſiuè.nu.12.83.b

Qui nomine proprio, qui appellatiuo, qui denique collectiuo vocati intelligantur, & quomodo ſuccedant.nu.13.& 14.ibid.b

Succeſſiones teſtamentariæ à lege etiã proueniunt. nu.25.113.b

Supplementum dotis ob auctas parentum facultates filia vtrum petere poſſit. numer. 7.fol. 189.b

Suſpectus de fuga poteſt etiam in Eccleſia capi. nu.9.103.a

Suus hæres de iure ciuili erat etiam neceſſarius, ita vt non poterat non hæres eſſe, ſed de iure Prætorio introductum eſt abſtinendi beneficium, quo ſuus hæres poſſit ab hæreditate abſtinere, ita vt nec adeat, nec ſe immiſceat, nec repudiet, ſed abſtineat tantum. num.4.fol. 120.b

Suus hæres dicitur ille qui eſt in poteſtate patris, & qui inter liberos obtinet primum locum ſucceſſionis.nu.8.120.b

Suitas inuenta eſt de iure Ciuili. numer.7.fol. 123.a

Suitas quot modis tollatur.nu.18.121.b

Suitatis nomen vnde fuerit introductum, num.3. 120.b

Suitatis

Suitatis ratio in matre non conſideratur. nu.11. 121.a

Sydera influere poſſunt in hac inferiora non tamẽ cogere.nu.14.140.b

T

Tabula teſtamentaria nulla poſſunt fictione reuocari.nu.12.151.b

Tacita exemplaris ſubſtitutio qua ſit. num.1.fol. 36.b

Tacita vulgaris qua ſit, latiſſimè declaratur. nu. 3.f.21.b

Tacita vulgaris contenta in pupillari expreſſa quando expiret deficiente ipſa expreſſa pupillari.nu.30.f.24.a

Taciti fideicommiſſi plura exempla, numer.6.fol. 10.a

Talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrãt. nu.2.32.a

Tempus aditæ hæreditatis in legatis quãdo attendatur.nu.8.104.b

Tempus aditæ vel adeundæ hæreditatis in teſtamentis inſpiciendum eſt.nu.9.100.b

Tempus longiſsimum præſcriptionis 30. vel 40. annorum titulum ad ſui curſum nullum requirit.nu.9.162.b

Tempus mortis, vel nuptiarum appoſitum in fideicommiſſo ſeu legato, an illud purum, an conditionale efficiat.nu.16.f.13.a

Tempus appoſitum in fine vel in interitu legatarij, facit diem, non autem conditionem. nu.17. 13.a

Tempus, quando legatis non eſt adiectum pro ſolutione ipſorum facienda, quantum tempus hæredi detur.nu.4.104.a

Tempus ſiue ætas appoſita in fideicommiſſo, ſeu legato, quãdo pro puro vel conditionali habeatur.nu.11.12.& 15.f.12.b

Temporis incertitudo viciat omnes actus, ac valdè ambiguas reddit quæſtiones forte, fortunaq; arbitrio decidendas.nu.31.106.a

Temporum diſtinctio Digeſtorum, Pandectarum & Codicis propoſitam capitis 9.lib.4.quæſtionem determinat.nu.8.188.b

Termini agrorum indices demonſtratiui dominiorum poſiti, et non multo poſt ſublati nequaquã poſiti videntur.nu.7.137.b

Teſtamentum factum tempore inhabili non conualidatur propter aduentum temporis habilis, & quid in codicillis ſit, vide etiam ibi.num.4.fol. 96.b

Teſtamenti tabula primo celebrata, quibus Clauſula inſerta fuit derogatoria, an irritentur ſuperuenientibus alijs teſtamenti alterius, & ſecundis tabulis huiuſmodi Clauſula deſtitutis. nu.16.160.a

Teſtamenti tempus quando ſit attendendum, & quando tempus mortis in legatis.numer.7.fol. 104.b

Teſtamenta à tempore ſumunt vires.num.18.fol. 105.b

Teſtamentis duobus vnica die celebratis non apparente, vtrum prius fuerit confectum, vtrumque communi ſuffragante Doctorum opinione irritum eſt.nu.17.160.a

Et quando hoc procedat, vide Regulam nu.25.

Quæ communis opinio exaggeratur etiam in cauſa ſtatus, ſiue libertatis relictæ. numer.18.fol. eodem.

Teſtamentaria voluntas ſecundis enunciata conſcriptis per notariũ tabulis, reiectis prioribus, robur accipit iuramento teſtantis, vbi fuerit cõualidata.nu.28.160.b

Teſtari qui non poteſt, legare vel fideicommiſſum relinquere non poteſt.nu.7.57.a

Teſtari qui poſſint, atque legare.num.1.vſque ad 17.56.b

Teſtantis à voluntate non emanare dicitur, quod nobis prouenis inuitis.nu.11.113.a

Teſtator cenſetur volũtatem ſuam conformem reddere voluiſſe diſpoſitioni iuris communis,n.11. 76.b

Teſtator in dubio præſumitur minus grauare velle hæredem quam ſit poſſibile, numer. 14.fol. 105.a

Teſtator iubens de ſuis ædibus fieri pium hoſpitium, ſi eas alienauerit, aliaſque comparauerit hæres, nihilominus tenetur illud facere de his poſtremis ædibus.nu.10.100.b

Teſtator poteſt intranſmiſſibilia facere tranſmiſſibilia, & econtra.nu.9.124.b

Teſtator præſumitur condere teſtamentum conformè ſtatuto ſuæ ciuitatis, num.4. & an hoc ſemper ſit verum, vide numer.5. cum ſequent.fol. 63.b

Teſtator præſumitur ſemper mentem ſuam conformare legibus ac iuri communi.num.11.fol. 38.b

Teſtator præſumitur proximiores ſuos magis diligere & cæteris præferre.nu.5.86.b

Teſtator præſumitur voluiſſe extinctis omnibus maſculis propriam filiam ſubſtituto præferri. nu.17.80.b

Teſtator quando non ponit tempus in reſtitutione facienda, an cenſeatur, quòd ſtatim velit ipſam reſtitutionem fieri.nu.17.132.b

Teſtator ſemper præſumitur in fideicommiſſo vocare perſonas iuxta ordinem præſcriptum à lege.nu.10.87.a

Teſtator ſi filios duos impuberes, & vnum puberem, ita ſubſtituerit, ſi quis eorum in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque deceſſerit, ſuperuiuentes an admittantur ex pupillari ſubſtitutione, an verò ex fideicommiſſaria, num.8. ibid.

Teſtator ſi fratrem ſuum, et eius filios ſubſtituerit, ſimul & ſemel cenſeutur vocati, non autem ordine ſucceſſiuo. nu. 3. 83. a

Teſtator ſi in loco originis, & in loco habitationis bona poſſideat, in locoque originis adſit Statutum, quod nemo poſſit vxori aliquid relinquere, & iſte teſtator relinquat ſuæ vxori bona, quid iuris ſit. nu. 2. 102. a

Teſtator ſi inſtituat aliquem vſufructuarium omnium bonorum, & alium poſt eius mortem vniuerſalem hæredem, an inſtitutio illa ſit legatum duntaxat, an fideicommiſſum. num. 3. fol. 93. b

Teſtator ſi inſtituerit extraneũ, & eius filios, quo ordine ſuccedant. nu. 15. 83. b

Et quid ſi legauerit familiæ extraneæ. num. ſequ. ibid. b

Teſtator ſi ita caueat, Petrum & Antonium filios meos hæredes facio, & ſi filij mei ſine filijs deceſſerint Lucium fratrem meum & eius liberos ſiue deſcendentes ſubſtituo, an ſubſtituti cenſeantur vocati per vulgarem tantum, an verò per fideicommiſſariam. numer. 1. fol. 84. a

Teſtator ſi leget fundum vxori donec vitam vidualem duxerit, & poſt eius mortem iubeat dari Caio, puta ſi mulier nubat, an Caius petere poſſit fundum ante mortem mulieris, n. 10. 104. b

Teſtator ſi legauerit hæreditatem aliquam ad ſe ſpectantem, an legatarius teneatur ad onera ipſius hæreditatis, & quæ actiones in eũ migrent. nu. 5. f. 7. b

Quid ſi Teſtator iuſſerit æs alienum ſolui, deinde reſtitui, quæ ex bonis ſupererunt. numer. 6. fol. eod.

Quid ſi Teſtator dixerit omnia iura, & omnia bona, quæ extra vrbem habeo Caio lego. num. 7. f. eod. b

Teſtator ſi legauerit generaliter res ſuas vel bona, intelliguntur omnia legata. numer. 14. fol. 91. b

Quod ſi legauerit omnia bona mobilia & immobilia, an intelligantur legata iura & actiones. ibid. nu. ſeq.

Quid ſi ita lego res meas, & bona quæ habeo in domo mea. nu. 18. 92. a

Quid ſi ita lego res meas, vel bona mea. num. 19. ibid. a

Quid in publicatione bonorum mobilium & immobilium delinquentis. nu. 20. ibid. a

Quid in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium. nu. 21. ibid. a

Teſtator ſi leget alicui annua dona; ſi in Cenobio Diui Franciſci permanſerit, an ſi in aliud tranſeat Monaſterium, debeatur legatum illud. nu. 17. 105. b

Teſtator ſi relicta dote filiæ ſuæ fratrem hæredem inſtituerit, & ei decedẽti ſine deſcendẽtibus maſculis, ſubſtituerit filiam ipſam ſi moriatur frater relicto nepote ex filia, an locus ſit ſubſtitutioni. nu. 7. 78. b

Teſtator ſi rem ſuam quaſi alienam legauerit nõ vitiabitur legatum. nu. 5. 90. b

Teſtator ſi ita dixerit: Si penum hæres meus non dederit vxori, decem dato; an verò ita hæres meus penum dato vxori, ſi non dederis penum decem dato, nunquid penus intelligatur legatum, an mortis cauſa capio. numer. 6. fol. 91. a

Teſtator ſi ſubſtituerit ſuperſtites, vtrum alij puta nepotes in locum demortuorũ potuerunt ſuccedere. nu. 8. 68. a

Teſtator ſi ſubſtituerit Titium, ſeu eius filios, filij habebuntur vt vocati poſt Titium ordine ſucceſſiuo. nu. 7. 83. a

Teſtator ſi ſubſtituerit fratres & eius filios & nepotes, gradatim ſuccedent ordine ſucceſſiuo, ſecus ſi fratrem, & eius filios, vel cum eius filijs. nu. 10. & 11. f. 83. a. & b

Teſtator ſi vocauerit proximiores, nunquid filius ingredietur locum patris. numer. 11. fol. 68. b

Teſtator ſi vocauit ſuos hæredes, cenſetur deſcendentes appellare in vltimis voluntatibus, ſecùs in contractibus. nu. 6. 116. b

Teſtatoris prohibitione Falcidiæ detractio adimi poteſt hæredi, quæ licèt expreſsè prohibita non appareat, ex commutata diſponentis mente elicienda venit. nu. 11. 180. a

Teſtatoris proximitas eſt conſideranda, quando ſit tranſitus de linea maſculina ad fœmininam. n. 7. 86. b

Teſtatoris ſola voluntas attenditur etiam ex tacitis coniecturis. nu. 13. 147. a

Teſtatoris vltimam voluntatem ſeruare diligenter, & fide integra exequi, conueniens eſt & æquum. nu. 9. 156. a

Teſtatori non grauato, an in fideicommiſſo ſuccedatur, & qualiter, quid in hoc opinetur autor. nu. 15. 149. b

Et quod non ſuccedunt filij à clerico adoptati. nume. 17.

Item nec clericus vel monachus grauatus. nu. 19. fol. eod.

Teſtatori per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur. nu. 9. 76. a

Teſtatori ſucceditur in fideicõmiſſis mediante perſona. nu. 6. 145. b

Teſtatori ſucceditur non grauato in fideicommiſſo. nu. 8. 149. a

Limitatur quando hæres grauatus teſtamenti tempore filios habebat legitimos & naturales. num. 9.

Quæ limitatio ab Alexandro reijcitur. numero 10.

Item

Item ſi talis ſubſtitutio ab vxore viro ſuo facta fuerit.nu.11.
Item ſi Eccleſia vel pia cauſa fuerit ſubſtituta, quæ etiam ab Alciato reijcitur.nu.12
Item limitatur ſi grauatus nobilis filios habuerit naturales.nu.15.149.b
Teſtatore dicente volo legata primo iure reſtitui, non paruz eſt controuerſia, an ob talium prolationem verborum demere poßit Falcidiam.nu.12.180 b
Et autoris de hac quæſtione quæ ſit opinio. nu.13. fol.eod.
Teſtatore iubente fieri ſignum Crucis in æde ſacra, ex qua fieri materia debeat. num.14. fol. 101.a
Teſtatore vetante ne vel dotis cauſa vel alterius donationis vlla fiat fideicommißi diminutio quid ſtatuendum.nu.16.173.b
Teſtis dicens ſe protuliſſe falſum, vel iudex dicẽs ſe feciſſe ſententiam iniquam non facit præiudicium iuri alteri quæſito per ſuum teſtimonium vel ſententiam.nu.8.46.a
Textus in l.vnica, C.quando non peten.part.magnopere ſplendet in iure accreſcendi. num.5.f. 114.b
Textus in §.nos igitur, Authen.de reſtitut.fideicomm.in Hiſpania non obſeruatur, num.13.f. 73.b
Thalami in legato facto à marito vxori, quæ veniant; Et quid in legato vini vel olei, vel ſcripturæ, vel chirographi. numer. 3.folio 100.a
Thamar Hebreæ pulchræ ſpecies. num. 15 fol. 134.b
Item Iacob & Eſau fratrum. ibid. num. ſequen. fol.eod.
Traditionibus, & vſucapionibus non nudis pactis dominia rerum acquiruntur. numer. 12. fol. 4. a
Tranſmißione quomodo nobis acquiratur; Et Quomodo per ſucceſſorium edictum. ibid.nu.6.& ſeq fol.108.a
Trebelliana lex eo tempore lata fuit, quo ſola ex teſtamento detrahi poterat.nu.4.201.a
Triens etiam vnico filio Legitima loco debetur. nu.10.186.a
Triplex eſt ſubſtitutio Vulgaris ſecundum Ber. ſententiam expreſſa ſcilicet, tacita, & mixta. nu.1.f.21.b
Turpi conditioni nequaquam eſt parcendum, num. 2.137.b

V

VArij intellectus d.l.vnicæ, C.quando non peten.part.ab Accurſio relati. num.4. 114.b
Variæ definitiones ſuitatis.nu.6. 120.b
Vaſquij paradoxalis ſententia de ſtatuto quo cautum eſt patrem ad filij alimenta non poſſe compelli vbi annum attigerit 18. reprobatur. nu.7. 194 a
Verbum legitimatus non poteſt naturaliter intelligi, cum & naturali iure & gentium planè fuerit incognitum.nu.6.150.b
Verbum, perpetuò, omne æuum ſine aliqua temporis præfinitione ſignificat. numer. 12. fol. 73.b
Verbum relinquo eſt diſpoſitiuum vltimæ volũtatis nu.5.51.a
Et verbum volo eſt inductiuum fideicom. nu.eod. ibid.
Verba conditionalia non diſponunt, nec in hæreditate, nec in legatis.nu. 9.f.10.b
Verba enunciatiua quando inducant fideicommiſſum.nu.7.f.10.a
Verba in modum conſilij prolata nulla neceſſitate conſtringunt.f.145.a
Quod autem neceßitatem afferant, numer.ſequen. fol.eod.
Verba legis cui conueniunt, conuenit quoque legis diſpoſitio.nu.16.26.b
Verba in potentiori ſignificatu ſunt accipienda. nu.14.115.a
Verba quãdo ſunt directa ad teſtatorem, eius proximitas eſt attendenda, & grauati quando diriguntur ad grauatum.nu.8.86.b
Verba quæ ab initio aliquid non comprehendunt nec etiam ex poſt facto operari poſſunt. nu.21. 153.b
Verba ſi filius meus ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit utrum legitimatum includãt. nu.2.150.b
Verba ſignificantia ſeriem ſucceſſiuam tractumq; temporis.nu.7.85.a
Viduitatis futuræ cauſa teſtamento relictum ſtatim eſt ex debito præſtandum cum vidua fuerit quamuis poſtmodum ad ſecũda matrimonij vota mulier conuolarit.nu.14.138.a
Vinco vbi vincentem te multo magis vincam te. nu.13.149.a
Vinculum vnum, quod per ſe nihil operatur, nec ſimul iunctum poterit quicquam lege reſiſtente.nu.22.77.a
Vinculi duplicitas in feudo non conſideratur. nu. 25.77.a
Vir ſi inſtituat vxorem vſufructuariam omnium bonorum donec vixerit, & vitam caſtam & vidualem ſeruarit, & poſt eius mortem, vel tranſitum ad ſecunda vota hæredem inſtituat, atq; ſubſtituat, an, & inquantum valeat huiuſmodi inſtitutio, & an vxor ſit hæres.nu.4.93.b
Viro atque vxore ex humanis rebus exemptis bona fideicommiſſo ſuppoſita, & ab eis alienatione diſtracta, fideicommiſſario non veniunt reſtituenda, ſed ad hæredes mulieris per translationem

tionem deuoluuntur.nu.35.169.b

Id quod & in emphyteuſi Eccleſiaſtica locum habere dignoſcitur.nu.36.fol.eod.b

Vltimæ voluntates non debent pendere ab alieno arbitrio.nu.7.22.a

Vniuerſale fideicommiſſum ſuſtinetur ſola exiſtentia ſui hæredis,non autem particulare. nu.19. f.8.b

Vniuerſale, vel particulare fideicommiſſum, vtrũ valeant hæreditare non exiſtente ſoluendo, nu. 11.f.7.b

Vniuerſali cum fideicommiſſo iungere legata an conueniat pro Trebellianica ipſa detrahenda. nu.9.180.a

Vniuerſalia ad fideicommiſſa, quibus hodie in locis non admittantur legitimati. nume.10.fol. 153.a

Vniuerſalia in quo iure verſentur,& quomodo nobis acquirantur,& itidem particularia. num. 16.f.8.a

Voluntas debet præferri verbis.nu.36.f.27.b

Voluntas teſtatoris expreſſa præferenda eſt tacitæ.nu.25.f.23.b

Voluntas teſtatoris dicitur facere totum in iure ciuili.nu.5.f.12.a.& nu.26.f.eod a

Voluntas teſtatoris in conditionibus illicitis nequaquam in exitum deduci debet. num. 4.fol. 156.a

Voluntas teſtatoris non debet verborum ſubtilitatibus violari.nu.10.80.b

Voluntatem teſtatoris per coniecturas venari, & de caſu ad caſum trahere licet.nu.15.23.a

Voluntas teſtatoris primum locum ſemper obtinere debet.nu.5.54.a

Votum an impleuiſſe dicatur is qui ingreſſus Religionem non tamen facta profeſſione ad ſeculũ remearit.vide varias de hoc Doctorum opiniones.nu 4.157.a

Vox(in ſtirpes) reſonat fideicommiſſum . num.5 f.14.a

Vſus communis loquendi etiam in Statutis habet locum.nu.11.130.a

Vſufructuarius omnium bonorum an concurrat cum vſufructuario rei particularis ad vſumfructum ipſius rei particularis latè diſtinguendo digreditur.nu.8.94.b

Vtilitas materiæ legatorum, & fideicommiſſorũ, nu.2.f.1.a

Vulgaris expreſſa quando contineat tacitam pupillarem,& quando non.nu.21.f.23.b

Vulgaris expreſſa triplex eſt in genere , ſcilicet in ſpecie,& in indiuiduo,& hæ omnes ſpecies ſubſtitutionis , optimè ibi declarantur.num.2.fol. 21.b

Vulgaris ſubſtitutio quando expiret.nu. 27.fol. 24.a

Et quando pluribus inſtitutis vulgaris ſubſtitutio expiret.nu.28.f. 24.a

per Vulgarem,& fideicommiſſariam teſtatori,per pupillarem filio, & patri ſucceditur . nu.14. 42.a

Vxor breui temporis ſpacio reuerſa nequaquam dicitur diuertiſſe.nu.3.137.b

Vxor legando coniugi ob neceſſariam quandam cauſam , animo compenſaudi legaſſe præſumitur.nu.25.197.a

Z

ZEnonis Imperatoris cautela qua prouidit filijs inoſſiciosum teſtamentum paternum non accuſantibus.nu.5.201.a

EPITOME
LEGATORVM
ET FIDEICOMMISSORVM
In ſuas partes methodo, ac legitima ratione digeſta.

SVMMARIA.

1 *Laus materiæ Legatorum, & Fideicommiſſorum, & antiquorum Iuriſconſultorum.*
2 *Vtilitas materiæ legatorum, & fideicommiſſorum.*
3 *Iuriſconſulti antiqui recenſentur, qui de hac materia ſcripſerunt.*
4 *Intentio & ſcopus Authoris & ordo, quem ſecuturus eſt.*

PRAEFATIO.

1 LEGATA, † & fideicommiſſa iuris prudentiæ
pars nobiliſſima ſupremę hominum voluntati
penitus inhærent, à qua eorũ præſtantiam, ſum
mamq́; vtilitatem in lucẽ prodire facile conſpi-
cimus. Quãobrem Iuriſconſulti non ſolum me-
moria, verum etiam ingenij acumine in venan-
da ex coniecturis Teſtãtium mẽte, quoſcunq; literarũ eruditiſſimos
longè excedere exiſtimantur; vtpotè qui haud ſecus ac venatorij ca-
nes feras inſequũtur cũ odoratu quaſi leporem auidè ſectãtur, & aſſi
dua indagine [a] per legitimos tramites, & per latebras iurisprudentiæ
quæritant, & amplexãtur; ac inuentã veluti reginam piè obſer-
uant, & venerantur: quod mortuos reſurgere, muros loqui, & de iu-
2 re legitimè reſpõdere ſumma æquitate procurent. † Præterea hic ti-
tulus nulla prorſus eget commendatione; ipſe enim frequenti vſu,
& vtilitate cum in ædibus priuatis, tũ in Iudicijs publicis ſeſe conſpi
3 cuũ, & inſignẽ oĩbus offert. † Plures igitur egregij Iureconſulti cala-
mos, & ingeniũ ad ea legata & fideicõmiſſa cõuerterunt; Põponius
ſiquidẽ quinque fideicõmiſſorũ compoſuit libros, [b] quãuis ex quin
to nullæ à Triboniano in Pandectis collectę eius legantur ſententię;
Valens Alburnius ſeptem [c], Voluſius Merianus ſexdecim, [d] Caius
duos, [e] præter ſingularem de tacitis fideicommiſſis [f]: Paulus tres, [g]
& vnicum de tacitis [h]. Vlpianus deniq; ſex, [i] & Modeſtini etiã plura

deſiderãtur; Quorũ omniũ Cõmẽtaria ſiue leges in Digeſtis partim omiſſas, partim relatas, & cõpoſitas, à me, & ab alijs diligẽter cõnumeratas, & examinatas huc referre operoſũ magis, quam vtile fore arbitratus ſum. Ijdẽ prætetea, & reliqui priſci iuris prudẽtes in hac, & omni fere alia iuris ciuilis materia arduas quæſtiones excitarunt, & diſſoluerũt: Æmilius namque Papinianus, Quęſtionũ ſeptem, & triginta[k], Caliſtratus duos[l], Celſus decẽ & nouem[m], Voluſius Metianus ſexdecim[n], Africanus nouem[o], Tertullianus octo[p], Paulus ſex & viginti[q] libros eruditiſſimos ediderunt.

4 Horum ego ductus exemplo, † vt vobis efflagitantibus ſtudioſi Auditores morem geram, Legatorum, & Fideicommiſſorũ ſubſtantiam, ac propria accidentia diligenti inueſtigatione, & legitima ratione perquiram, meq; ab eorum tricis, ac męandris abſtinebo; qui maximo leuiſſimorum etiam autorũ numero quaſi infinito in ſingulis ptopoſitionibus adeò grauatum, & adeò nauſeabundum reddunt lectorem, vt manus eius tot nominum aculeatis ſpinis irretita, roſam ſępius decerpere nõ poſſit: quin ẽt iuri ciuili obſcuriſſimos turbines, ac dẽſiſſimas tenebras vndecunq; offundunt: haud ſecus ac ſæuiſſimi vẽti elatũ puluerẽ ſurſum, ac deorſum, & modo huc, modo illuc cęco turbine ob oculos euolare & reuolare cogũt: quęſtiones ẽt referre ad ſuaq; principia reducere enitar, vt potius iuris artem legibus ipſis, earũmq; rationibus contexere, quam ex eius limpidiſſimo fonte aquam per riuos, ſpecus, & ſepta immunda inanium opinationum turbidam deducere videar, & naturali iuris ordine, & methodo ſeruatis (quod legum ſtudioſis, conſultoribus, aduocatis, & iudicibus felix fauſtumque cedat) illuſtriori iuris prudentiæ lumine nixus, faciliori via ab ipſa definitione exorſus diuini numinis aura afflante, examinate, ac reſoluere tentabo.

AD PRAEFATIONEM.

a Baldus in l. penul. In princ. ff. de neceſſ. ſeru. hæred. Inſtit. & Dec. in l. 1. nu. 5. C. de inſti. & ſubſt.
b L. hæred. ad S.C. Trebell.
c L. cum qui, de annuis lega.
d L. neque infantis, l. ſi mater, ff. de fideicommiſſ. liber.
e L. ſi ex aſſe, ff. familiæ herciſc. l. ſi Titius ex parte, de legat. 3.
f L. ſi quilibet, ff. de his quibus vt indignis.
g L. ſi ſeruus, l. ſed ſi non ſeruus, ff. ad leg. Falcid.
h L. cum tacitum, de iur. fiſci, l. tranſacta, finitaue, de verb. ſignif.
i L. fœminæ, de Senator. l. cum quædam, de iuriſd. omn. iud. l. ſi fideicommiſſ. de iud.
K L. ſi tacitum, ff. ad leg. Falcid. l. doli clauſula, l. ſi ita ſtipulatus fuero, de verb. oblig.
l L. nauis onuſtæ, ff. ad leg. Rhod. l. cum plur. de euictio.
m L. cum aurum, in med. de aur. & arg. leg.
n L. cui, l. neque infantes, de fideicommiſſ. liber.
o L. frater à fratre, de condict. indeb. l. fundus, l. cum eſſent, de ſeruit. ruſtic. præd.
p L. cum quidam, §. ſuum hæred. de acquir. hæred l. ideo quia, ff. de leg.
q L. partum, l. Caius, ff. de vſuris, l. fęner. ff. de naut. fœno.

CAPITA QVAE IN HOC PRIMO LIBRO CONTINENTVR.

QVID ſit legatum, quid fideicommiſſum, & an ſint exæquata, Caput primum.
Quotuplex ſit legatum & fideicommiſſum, & quæ inde vtilitas, caput ſecundum.
De expreſſo, tacitoque fideicommiſſo, cap. tertium.
De fideicommiſſis puris vel in diem, vel ſub conditione, caput quartum.
De varijs formulis quibus oritur fideicommiſſum, ac de fideicommiſſaria reciproca, & compendioſa, caput quintum.
Fideicommiſſaria an ſit proprie ſubſtitutio, & quænam utinde vtilitas, caput ſextum.
De varijs formulis, & viribus compendioſæ, & an compendioſa poſſit fieri ſub alia conditione quam mortis, caput ſeptimum.
De vulgari, eiuſque formulis, & effectibus, deque iure ciuili informi, & formato, caput octauum.
De pupillari & eius formulis, ac effectibus, caput nonum.
An pupillaris expreſſa excludat matrem, caput decimum.
An matri debeatur legitima in foro conſcientiæ, caput vndecimum.
An tacita pupillaris contenta in expreſſa vulgari, excludat matrem etiam à Legitima, caput duodecimum.
Si filius inſtitutus, & pater teſtatus vno pereant caſu vel naufragio, an locus ſit pupillari ſubſtitutioni, caput decimumtertium.
De exemplaris ſubſtitutionis formula, & effectibus, ac Iuriſconſultorum errore caput decimumquartum.
De reciprocæ formulis, & effectibus, caput decimumquintum.
De compendioſa militis, caput decimum ſextum.
De compendioſa facta à pagano, caput decimumſeptimum.
De compendioſa pagani facta verbis obliquis, & an Clauſula codicillaris præbeat electionem ſubſtituto, caput decimumoctauum.
De compendioſa pagani facta verbis communibus, caput decimumnonum.

An ex Clauſula codicillari oriatur fideicommiſſum, & quid ſi notario nota, vel ignota fuerit, caput vigeſimum.
Vtrum ex nominibus collectiuis inducatur fideicommiſſum, & quale, per vulgarem ne tantum, an per uulgarem & fideicommiſſariam, caput vigeſimum primum.
Vtrum ex prohibita alienatione bonorum oriatur fideicommiſſum, & quale, caput vigeſimumſecundum.
De fideicommiſſo ſimpliciter pœnali, caput vigeſimumtertium.
De ſimplici purove fideicommiſſo ex prohibita alienatione emergente, caput vigeſimumquartum.
An prohibitus alienare, prohibeatur hæredem inſtituere, caput vigeſimum quintum.

EPITOME

EPITOMES LEGATORVM ET FIDEICOMMISSORVM,

METHODO ET RATIONE DIGESTAE.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIA.

1 *Quid ſit legatum, quid fideicommiſſum, & an differant inter ſe, nu. 4.*
2 *Triplex definitio legatorum traditur.*
3 *An differant inter ſe tres prædictæ definitiones, quod non.*
4 *Fideicommiſſum quid ſit, & in quo differat à legato.*
5 *Quibus verbis fiant, & relinquantur legata.*
6 *Quibus verbis fiat fideicommiſſum.*
7 *Quare fideicommiſſa ſic appellentur.*
8 *In legatis rigor, & ſubtilitas habet locum, in fideicommiſſis benignitas ſeruanda eſt, & voluntas magis ſpectanda eſt.*
9 *Legata, & fideicommiſſa exæquata ſunt à Iuſtiniano.*
10 *Quæ differentiæ olim erant inter legata & fideicommiſſa, late proſequitur, num. 11.12.*
11 *Legatorum genera, quæ antiquitus erant in vſu.*
12 *Traditionibus, & vſucapionibus, non nudis pactis dominia rerum acquiruntur.*
13 *An hodie ſint per omnia, & in omnibus exæquata legata legata fideicommiſſis.*
14 *An Medici, Philoſophi, & Iuriſconſulti ſecundi donati paritate primis cathedra ipſorum ſecundorum æquetur cathedræ primorum. late nu. 54.15.56.57.58.*
15 *Nobiliora, & priora ſunt ſecũdum naturam, quæcunque ſine alijs exiſtere poſſunt, & ſine quibus alia ſtare nequeunt.*
16 *Quæ æqualiter diſtant ab vno, ea ſunt inuicem æqualia ſecundum Euclidem.*
17 *Eadem ſunt quorum ſubſtantia eſt vna, & æqualia quorum vna eſt quantitas.*
18 *Reprobatur reſolutio Bart. ad quæſtionem, nu. 13. poſitam.*
19 *Duareni & Cuiatij reſolutio ad prædictam quæſtionem, nu. 13. reprobatur.*
20 *Reſolutio communis Doctorum circa præallegatam quæſtionem, reprobatur.*
21 *An libertas directo data ſit ſpecies legati. quod ſic.*
22 *Intellectus ad l. verbis, ff. de verb. ſignif.*
23 *Intellectus ad l. ſi quis ſeruo, ff. de manum. teſt.*
24 *Reſolutio Authoris ad prædictam quæſtionem, nu. 13. poſitam.*
25 *Quæ differentiæ hodie ſint inter legata & fideicommiſſa.*
26 *An libertas data directo ſeruo alieno ſuſtineatur per fideicommiſſum.*
27 *In dubio interpretatio facienda eſt vt actus valeat, potius quam pereat.*

Quid

Quid ſit legatum, quid fideicommiſſum, & an ſint exæquata.
Caput Primum.

SVBIECTAE materiæ præſtantiam, vtilitatem, autores, methodum, & rationẽ quæ me ad hæc edẽda impulerit in præfatione patefeci: nunc ex ordine propoſito quærendum
1 eſt, quid ſit legatum, quid fideicommiſſum: † Legata à fideicommiſſis multum differre, ſi eorum originẽ ſpectamus, ſin verò Iuſtiniani Conſtitutionem (qua exæquata fuerãt) pro
2 ſpicimus, ſatis omnibus conuenire videbuntur. † Quamobrẽ quærentibus no-
Legati definitio. bis definitionem legati, occurrit Modeſtinus in l. legatum, de leg. 2. inquiens, legatum eſt donatio quædam teſtamento relicta. & Florentinus in l. legatum, de legat. 1. legatum eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret alicui quid collatũ velit, quin etiã Imperator Iuſtinianus in §. 1. Inſti. de legat. legatum eſt donatio à defuncto relicta ab hęrede præſtã-
3 da: † quod ſi quis obiiciat vni rei vnam, non autẽ plures deberi diffinitiones, & proinde iuris conſultos in ſuis definitionibus grauiter errare, animaduertẽdum erit ei, has omnes re quidẽ, ſiue ſentẽtia ipſa inſpecta vnã eſſe; at ſolis verbis attentis, plures vtique videri, nec propterea breuiorem illam Modeſtini ſuis carere differentiis arbitrandum eſt, nam ſi legatum eſt donatio teſtamento relicta, erit profectò delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit; Item ſi legatum eſt donatio teſtamento relicta, erit certe à teſtatore relicta, & ab hærede præſtanda, cum eo tẽpore legatum non poſſet niſi in teſtamento relinqui, nec a legatario, nec ab alio legari fas eſſet, verum à ſolo hærede præſtari deberet, Inſtit. de ſing. reb. per fideicommiſſ. relic. §. 1. nec cæteris donationibus conuenit quod in eis donantes obligentur, nec tam facile eas poſſint reuocare.[a]

4 Fideicommiſſum † verò quod re quidem conuenire, forma autem à legato differre videtur, facile ab eo ſeiungi, ipſumque ſolum cognoſci poterit, ſi eius originem, ac definitionem ab Vlpiano in Fragmentis deducere, & exhaurire
Fideicommiſſi definitio. velimus; Fideicommiſſum inquit eſt quod non ciuilibus verbis, ſed precatiue relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur re-
5 linquentis. † Ex his patet legatum ciuilibus verbis hoc eſt legis modo, & imperatiuè relinqui; veluti centum Titio do, lego, centum Titius habeto, hæc ſunto Lucij Titij, quare in tit. quemadm. hær. inſt. deb. idem Vlpianus dicebat hæredem ita recte inſtitui poſſe; Titius hæres eſto, Titius hæres ſit, Titium hæredẽ eſſe iubeo; illa autem inſtitutio, hæredem inſtituo, hæredem facio, pleriſq; im-
6 probata eſt; nempè, quod imperatiuum legis modum non habeat. † Fideicommiſſum verò verbis non ciuilibus, ſed precarijs fieri, vt puta fideicommitto, peto, volo, rogo hæredem meum dare Mæuio ducenta. Quamobrem idem Vlpianus in titul. de legat. legatum eſt inquit, quod legis modo ideſt imperatiuè teſtamento relinquitur; nam ea, quæ precatiuo modo relinquuntur fideicommiſſa vocantur, quod etiam comprobauit Iuſtinianus in §. in primis, de fideicommiſſ. hæred. cum aliquis ſcripſerit; Lucius Titius hæres eſto, poterit, ait, adijcere, rogo te Luci Titi, vt cum primum poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Seio reddas, reſtituas, quoniam fideicommiſſa nõ ex legibus, nec ex verbis legum, nec ex rigore iuris ciuilis, vt Vlpianus ſentit[b] proficiſcũtur: nec
7 mirum, cum primis illis temporibus prorſus infirma eſſent, † & ideo fideicommiſſa appellata, quod nullo iuris vinculo vt Iuſtinianus ait,[a] ſed tantum pudore eorum qui rogabantur continerentur; deinde ab Auguſto confirmata fue-

runt;

runt;hinc factum eſt,vt in legatis anguſtius,& ſtrictius, in fideicommiſſis verò
8 plenius,& benignius Iuriſconſulti procedant.† Quare ſubtilitas,& rigoroſa iu
ris interpretatio in legatis magis quam in fideicommiſſis venit obſeruanda,
voluntas autem magis ſpectanda in fideicommiſſis omni prorſus iuris ſubtili-
9 tate neglecta.[d] † Quamobrem ex his diuerſis fontibus varię inter legata & fi
deicommiſſa oriebantur differentiæ,donec tandem Iuſtinianus vt plurimas ſu
10 ſtulerit,& vtraque,legata nempe,& fideicommiſſa inuicē exæquauerit[e]:†erāt
enim olim plures, & nunc etiam aliquæ ſupereſſe videntur : nam legata olim
teſtamento ſolum relinqui poterant non etiam codicillis,[f] qui fideicommiſſo *Differentiæ*
rum gratia inuenti fuerunt,item à ſolo hærede legari fas erat,cum tamen fi- *legatorũ &*
deicommitti liceat ab hærede,à legatario, à fideicommiſſario[g]. Præterea lega *fideicommiſ*
11 tum poſt mortem hæredis vel legatarij relinqui minimè poterat[h],† & à diuer *ſorum.*
ſis verborum formulis varia enaſcebantur legatorum genera[i] per uendica-
tionem,per damnationem,per ſinendi modum, per perceptionē pulchrè etiā
declarata præter Iuſtinianum ab Vlpiano in Fragmentis , & à Caio libro ſe-
cundo Inſtitutionum;tanta ſiquidem erat olim legis xij.tabularum ſolennitas,
ne dicam,vana ſuperſtitio ; inſuper ante hæredis inſtitutionem inutiliter an-
tea legabatur[k],& libertates directæ datæ facilius diſſoluuntur,quam fideicom
miſſariæ,[l] an quia vt directæ ab initio dari non poterant,niſi in teſtamento,ita
poſtea ſecutæ ſunt ius teſtamenti,vt eo rupto, vel irrito facto euaneſcant;ve-
rum fideicommiſſa,vt ab eorum origine inteſtato, & in codicillis fideicōmitti
potuerunt,[m] ita reuocato etiam teſtamento ab inteſtato ſuſtineri poſſe nemi-
ni mirum videri debet,& legata non voluntate nuda,ſed ſola exceptionis ope
adimi poterant ; at fideicommiſſa etiam ipſo iure tolluntur[n] :item directa li-
bertas ſeruo alieno minimè,at per fideicommiſſum maximè relinqui poteſt[o],
vt multum interſit directè,nè, an obliquè libertas fuerit relicta; deinde fidei-
commiſſa carebant actionibus,quibus peti poſſent, ſola enim perſecutione ex
traordinaria,vel cognitione regebantur[p].Præterea,hæreditas fideicommiſſa-
ria non niſi reſtituta tranſit in fideicommiſſarium[q] : at in legatis acquirendis
nulla opus eſt reſtitutione,vel traditione , nam adita hæreditate ſtatim legata
12 ipſo iure adipiſcimur[r],†quin etiam præter regulam iuris[ſ], traditionibus, &
vſucapionibus,non autem nudis pactis dominia rerum acquiruntur : nam &
ignoranti confeſtim acquiritur legatum non irreuocabiliter, ſed ſub conditio
ne,ſi quandoque poſtea agnitum fuerit,[t]& dominium legati retro tranſit in le
gatarium, vt hæreditate adita intelligatur iam tum ab initio ante aditionē ac-
quiſitum,[u] ſic fructus,ſic partus ancillarum,ſic diminutiones,ſic lucra cenſen-
tur moderanda,ſed dominium rerum hæreditariarum tranſit in hæredem ip-
ſo iure,ſine traditione,vt directò,ac manu propria capere poſſit.[x] Denique fi-
deicommiſſarius cogit hæredem adire,& reſtituere,legatarius autem non po-
teſt eum cogere[y]. Verum inter legatorum , & fideicommiſſorum diſcrimina
auditur uox illa, quæ Vlpiano adſcribitur vndequaque reſonare in iure
ciuili *Per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis*,cuius ſanè autorem ſe pro
13 fitetur Iuſtinianus in l. 2. C.commu.de legat.& in §.non ſolum,de lega †Quę
ramus igitur an hæc ſint inuicem æquata. Huius nimirum arduæ quęſtionis
prima fuit ingenioſa magis quam vera Bartoli ſolutio ſiue intelligentia,[z] lega-
ta eſſe quidem fideicommiſſis exæquata,ſed non fideicommiſſa legatis, quem
admodum Auguſta Principi , ſed non continuo Princeps Auguſtæ exæqua-
14 tur;†Nec aliter medicinæ, philoſophiæ, vel iuriſprudentiæ profeſſores ſecun *An ſecũdus*
di,ſolent quidem à Senatu Veneto in Patauino Gymnaſio paritate interdum *primi pari-*
æquari primis, ſed non propterea prima cathedra poterit vnquam æquari ſe- *tate donatus*
15 cundæ,quemadmodum nec Rex Reginæ,nec Cæſar Auguſtæ, † quandoqui- *ſit æqualis* *primo.*

dem

dem nobiliora, & priora ſecundum naturam habeantur quæcunque ſine a-
liis exiſtere poſſunt,& ſine quibus alia ſtare nequeũt,[a] ſed ſecundus iuris pro
feſſor hoc habet à primo ut ei par ſit factus,quaſi ab eo annuẽte Principe om
nem dignitatem adeptus,vt ſine eo par ei ſtare nequeat, non autem primus à
ſecundo,ergo ſecundus longè inferior,& primus multò nobilior.Præterea ſe
16 cundum Euclidem,† quæ æqualiter diſtãt ab uno, ea ſunt inuicem æqualia,
at duo ſecundi iam primi paritate donati, æqualiter diſtant à primo, ergo æ-
quales ſibi ipſis inuicem,nõ autem primo,haud ſecus ac duo entia, quæ æqua
17 liter recedunt à Deo;† Accedat quod eadem ſunt quorum ſubſtantia una,&
æqualia ſunt,quorum quantitas una [b]; ſed primi definitio non competit ſecũ
do,quamuis primo fuerit æquatus,nec quantitas primi gradus,ſuæque inter
næ qualitates competunt huiuſcemodi ſecundo, ergo primus ſemper erit pri
mus,& dignitate multo prior hoc ſecundo.

18 Sed hæc porrò tanti uiri diſtinctio habenda eſt potius euaſio,quam huius
quæſtionis ſolutio,quinimmo,vt recte ſentit etiam Duarenus,ſenſum,& pro-
prietatem ſermonis, ac Iuſtinianeam illam ſanctionem ſubuertere videtur, vt
merito ab ipſomet autore fuerit derelicta, & falſa demõſtratur à Iuſtiniano in
§.ſed non vſque adeo,de legat.in illis verbis,vt nulla ſit inter ea differentia,ſed
quod deeſt legatis hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum, & ſi quid am-
plius eſt in legatis,per hoc creſcat fideicommiſſi natura, & ſic vires ſuas mu-
tuo cõmunicant,vt plena exæquatio hinc inde facta intelligatur, quod etiam
Imperiali Conſtitutione ita confirmatum fuit.

Secunda verò Duareni,& Cuiacij [c] fuit opinio,ſi ad tempora Vlpiani exci
19 tetur queſtio,verba illa(per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis)refe-
renda eſſe ad interdictum quorum legatorum, vt addatur hodie etiam fidei-
commiſſorum,nomine propter Falcidiæ retentionẽ,vt exæquata ſint in Quar-
tæ deductione ex Senatuſconſulto Pegaſiano, cum titulus poſitus ſupra legem
primam de legatis primo,legatur, Vlpianus *66*.ad edictum,& idem Vlpianus
in §.quæ ſub conditione,§.hoc edictum,de condi.inſti.Hoc edictum inquit ad
legata pertinet, & ad fideicommiſſa etiam; quia voce legatorum funguntur,
ergo iure quoque Prætorio prius æquata fuere.

Sed hæc ſententia oſtendit quidem in aliquibus,non autem in omnibus,
vel in pluribus æquationem,& aliena videtur à mente Triboniani,Caij,& Vl-
piani,qui in Fragmẽtis teſtatur legata in multis differre a fideicommiſſis,quod
ſi Vlpiani, ac iuris Prætorij tempore legata,& fideicõmiſſa in omnibus inuicẽ
æquata fuere,cur quæſo vt differentias, quæ ſupererant Iuſtiniano tollere no-
uiſſima lege opus fuit? & quonam modo æquata fuere?ſimpliciter ne,an reci-
procè? quare conſultius erit, vt cum Duareno [d] dicamus vel eam non eſſe Vl-
piani ſententiam,per omnia exequata ſunt,vel a Triboniano propter illam Iu-
ſtiniani Conſtitutionem Vlpiani verbis aliquid additum,(per omnia)vel de-
tractum fuiſſe.

20 Tertia ſuccedit communis Doctorum interpretatio, ſi tempora Iuſtiniani
ſpectemus,legata vniuerſalia exæquata fuiſſe fideicommiſſis vniuerſalibus, &
ſingularia ſingularibus, non autem legata particularia fideicommiſſis vniuer-
ſalibus, nec è conuerſo [e] ea nempe ratione quod fideicommiſſarius vt dixi-
mus hæredem adire, & reſtituere cogat; legatarius vero neutiquam, & quia
ſingularia fideicommiſſa in multis differunt ab vniuerſalibus [f]; Cæterum hæc
opinio longe recedit a mente Iuſtiniani,qui nuſquam æquauit legata vniuer-
ſalia fideicommiſſis vniuerſalibus, quiq; nuſquam hanc tradidit diuiſionem;
neq; enim poſt legis xij. tabularum tempeſtatem,dari poteſt legatum vniuer-
ſale,vtpote cum id nil ſit intra hæreditatem,ſed extra,§.vltimo, per quas per-

ſonas nobis acquiritur,& Inſtit. de legat.in principio. Nec legatum partitionis
erit vniuerſale,ſed potius anomalum, vel tertiũ genus, nec ſingulare,nec vni-
uerſale,vt egregiè Turraminus in hac eius doctiſſima diſputatione ingenioſè
tuetur;hæc inſuper declarat,quænã ſint exęquata,non autẽ in quibus,nec quo
modo , vt huius æquationis ſubſtantiam minimè attingat, quę in eo maximè
verſatur,vt hæc ambo vires ſuas, & naturam quoties opus fuerit, inuicem cõ-
municent.

21 Verum † quoniam obijciunt nõnulli differentias inter directam, & fideicõ-
miſſariam libertatem,de quibus ſuprà,adhuc vigere, eaſdemq́; inter legata &
fideicommiſſa conſtituendas eſſe; non deſunt qui ſubtili ingenio, & iuris pru-
dẽtiæ ſolidis rationibus elati,profiteantur libertatem directam dari quidem ,
non autem legari,nec inter legata connumerari , nec ſpeciem legati induere ,
& ita à tanto certamine ſeſe facillimè explicant,& perpendunt,eam ſeparatos
in Pandectis habere titulos de manumiſſ.teſtamento , & in Codice de teſta-
mentaria manumiſſione, ponderantes eam ſeruum acquirere ex teſtamento ſi
ne vllo hęredis,uel alterius miniſterio,ut differat à legato. l.quidam hæredem,
l.Stichus ſeruus,de manum.teſtam. Quæ ſanè opinio Socino iuniori,[g]Carolo
Ruino,Turramino, & nouiſſimis alijs arriſit. Verum enimuerò,hæc ingenioſa
porrò,ac ſubtilis opinio Duareno magnoperè diſplicuit,qui conatur oſtende-
re,libertatem & legari,l.ſed & ſi, §.ult.de hęred.inſtit.l.in generali, de uerb.ſi-
gnif.Quibus tamen nouiſſimi ſubtiliter occurrũt; At uideor mihi Duarenum
uidere eis ita reſpondentem , libertatem directo relictam ſeruum capere ex te
ſtamento,quemadmodum unuſquiſque legatarius uerè adipiſcitur, & capit iu
re directo legatum,nec officere legatarium capere ab hærede , ſeruum autem
acquirere directò ex teſtamento; nam data ſibi facultate à teſtatore,legatarius
etiam capit rẽ legatam manu propria, ac iure directo, nec propterea ſequitur
quin id ſit uerum legatum [h] , & interdum quoque à teſtatore præſtatur, non
22 ab hærede [i] . † Nec obſtant verba legis xij.tabularum,in l.uerbis legis,de uer-
bor.ſignif.(vti quiſq; rei ſuæ legaſſet,ita ius eſto;)quibus latiſſima poteſtas tri
buta videtur,& hæredes inſtituendi,& legata,& libertates dandi, tutelas quo
que conſtituendi: nam ex his patet, libertates differre à legato, ita demum,ſi
intelligantur & ſummantur eo modo,quo propter nobiliſſimum hominis ſta
tum à cæteris rebus legatis longè inferioribus diſtinguuntur;Quare libertatis
datio particulares ac ſeparatos commeruit titulos , haud ſecus ac alimenta, &
vſufructus,aurum,& argentum ,quibus particulares, & proprij decreti fuerũt
tituli,de alimentis,de legatis, de vſufructu legato,de auro, & argento legato;
Hæc tamẽ omnia propriè ſunt legata; At ſi generalis legandi ſignificatio,& de
finitio legati ſpectetur,libertatum dationes erunt porrò verè legata,vel ab hæ
rede præſtanda,ſi obliquæ,vel à teſtatore, ſiue ex teſtamento, ſi directæ[k] , om-
ne ſiquidem teſtamento relictum, regulariter nouoq́ue iure ciuili, aut eſt hæ-
reditas,aut legatum,aut fideicommiſſum;ſed enim,libertatis datio non eſt hæ
reditas,nec pars eius,non fideicommiſſum,quia directa, ergo verè eſt legatũ ,
cui maximè competit Florentini definitio legati,& verba l.in generali,de ver-
bor.ſignif. Verbalis inſuper cenſenda eſt,[l]non autem realis differentia,qua li-
bertatem affirmant poſſe per fideicommiſſum legari,non poſſe autem directã
legari,ſed dari; Enimuerò,vel legetur libertas,vel detur, vel legetur aurum,&
argentum,id erit vtique donatio à defuncto relicta,ab hærede , vel ab ipſo te-
23 ſtatore pręſtãda; ergo eſt legatum,† Cui conformis videtur Pauli ſententia,in
l.ſi quis ſeruo,de manumiſſ.teſtamento. *Si quis ſeruo teſtamento libertatem de-
derit*,& directò,& per fideicommiſſum,in poteſtate ſerui eſt,vtrum velit ex di
recto, an ex fideicommiſſo ad libertatẽm peruenire; Ecce vni ſeruo libertatem

relictam directò ac per fideicommiſſum,ergo eſt legatum, & fideicommiſſum vtrumcunque ipſe voluerit,nam ſi directò,non erit certè hæreditas, quia non eſt iuris vniuerſalis,nec fideicommiſſum,quia id eſt obliquum,erit ergo legatum;Quid ergo magis intereſt,libertatem dari,quam legari, vel relinqui,ſi legatum poteſt etiam ſine manu hæredis annuente teſtatore à legatario capi, vel ab ipſo teſtante accipi?

24 Vltima denique magis placet † reſolutio,quę à Iuſtiniano colligitur in l. 2. C.communia de legatis, dum verborum differentias ſuſtulit, & legatorum actiones fideicōmiſſis communicauit,& ſe non verbis,ſed rebus legē imponere ex teſtantium mēte profeſſus eſt, & exęquata eſſe legata fideicommiſſis in eo ſenſu, vt ſi legatum iure legati valere non poſſit, adeo ęquatum cenſeatur fideicommiſſo,vt fideicommiſſum intelligatur, & fideicommiſſi iure ſuſtineatur;econtra verò,ſi fideicommiſſum non potuerit iure fideicommiſſi ſuſtineri, induat naturam legati, & valeat vt legatum, dummodo his non reſiſtat voluntas teſtatoris;Proindeomnia inquit Iuſtinianus,quę naturaliter inſunt legatis, & fideicommiſſis inhærere intelligantur,& è contra,quicquid fideicommittitur,hoc intelligatur eſſe legatum, & ſi quid tale eſt quod non habet naturam legatorum,hoc eis ex fideicommiſſis accommodetur, quibus legatorum etiā actiones communicatę videntur; Quo ſpiritu ductus Tribonianus dum Pandectas digereret, haud inſcius in aliquibus ęquata etiam fuiſſe iure Prętorio, non potuit non addere verbis Vlpiani, non potuit inquam hęc non proferre (per omnia exęquata ſunt legata fideicommiſſis.)Cui ſupremę reſolutioni adhęrent etiam inſignes illi Iuriſconſulti,Hugo Donellus, & Alexāder Turrami

25 nus,† qui Turraminus in luculēta,& eruditiſſima diſputatione ſua de exęquatione legatorum,& fideicommiſſorum ſatis lepidè, ac prudenter hæc ſubdidit verba (Cum vtrumque,legatum ſcilicet, & fideicommiſſum per ſe valuerit, omnes vigebunt differentiæ, vtporè cum eſſet ratio finalis exęquationis) Nil officit igitur,quin maneant differentię aliquę,maximè verò quod fideicōmiſſarius vniuerſalis hæredem cogat adire,& reſtituere,legatarius autem, vel fideicommiſſarius ſingularis, non vtique;ac multo magis quod libertas directa multum differat à fideicommiſſaria; Nā ſi directò fuerit ſeruo relicta, ſeruus ſtatim & recta via eam conſequitur; at fideicommiſſaria directò non tranſit in ſeruum,accedat, directam competere à die quo peti potuit,non ſic fideicommiſſariam, & in libertate directa attenditur conditio leuiſſima, ideſt utiliſſima,per quam ſeruus poſſit citius peruenire ad libertatem; in fideicommiſſaria verò inſpicitur nouiſſima conditio, quæ videlicet poſteriori loco poſita fuerit;[k] Præterea,is qui directò liber eſſe iuſſus fuerit,teſtatoris libertus efficitur, qui etiam Orcinus nuncupatur,quaſi Orci, vel nullius libertus,[l] at qui per fideicommiſſum manumittitur teſtatoris libertus, quamuis etiam eius eſſet ſeruus,minimè redditur,ſed eius qui eum manumiſit.

In hac poſtrema differentia euitanda mirum eſt quantum inſudent, & algeant Interpretes, ſed nos eam poſt ipſam æquationem adhuc vigere admittimus; nam ſi mens teſtatoris nobis eſt ſequenda, legatum libertatis non potuit,nec poteſt verti in fideicommiſſum, nec fideicommiſſum libertatis in legatum,quoniam ſi libertatem directam accipiamus, ac interpretemur fideicommiſſariam,iniuriam porrò (vt exiſtimat quoque Donellus) faciemus ſeruo,quia hæredis fieret libertus contra teſtatoris voluntatem, qui eum Orcinum vel nullius libertum eſſe voluit: econuerſo,ſi fideicommiſſariam inuertamus directam,iniuriam certe hęredi ipſum eo liberto priuando faciemus,quē teſtator per fideicommiſſum ſibi libertum eſſe maluit; ſed aduerſus hæc id etiam negotium maximum faceſſere videtur, quod ſeruo alieno libertas directè

26 ctè dari non poteſt; † Quid ergo erit, ſi teſtator dixerit: Stichus Lucij Titij ſeruus liber eſto;& magis putarem in hac ſpecie æquatum eſſe legatum fideicommiſſo,vt cũ non poſſit valere directò, & iure legati,induat naturam fideicommiſſi, & ſuſtineatur vti fideicommiſſum,quando quidem ſeruo alieno libertas per fideicommiſſum rectè relinquitur, & hoc maximè probabile eſt,
27 † cum per Regulam iuris,vt actus magis valeat,quam pereat,tum per memoratam Iuſtiniani Conſtitutionem,qua ſancitum eſt,In hoc diſcrimine ſuſtinendi vel pereundi relicti, alterum alterius induere naturam, cum potiſſimum nequeat ſecundum teſtatoris mentem aliter ſuſtineri; quod præcedentibus differentijs ſic minimè contingit: quamobrem vtraque erunt in eo ſenſu ita per omnia plenè ex omni parte ac perfectè exæquata, legata fideicommiſſis, & fideicommiſſa legatis,ita tamen,vt non inconueniat,variato ſenſu nunc aliquas quoque ſupereſſe differentias.

AD CAP. I.

a §.1.& §.aliæ quoque donationes, Inſtitut. de donat.
b Vlpianus in Fragmentis,in Tit.de fideicom.
c §.1.& §.poſtea diuus Auguſtus,de fideicom.hæred.
d §.ſed non vſque,de legat.l.2.C.commun.de legat.
e Dicta l.2. C.communia de lega.
f §.præterea de fideicom.hæred.l.illum,§.tractari,de iu.codicill.§.1.de legat.l.legatum,de leg.1.
g L.ſi fuerit,l.ſi legata,de legat.3.l.ab eo,C.de fideicom.l.1.§.hoc diſpoſuimus, C.commu.de legat. Vlpianus in Fragmentis,in tit.de fideicom.& in tit.de legat.
h §.poſt mortem, de legat.l.ſcrupuloſam, C.de contrah.ſtip.l.vnica,C.vt actio.ab hæred.
i §.ſed olim,de legat.l.1.& 2. C.communia de legat.
k §.ante hæredis,de legat.
l L.Papinianus.§.vltimo,cum l.ſeq.de inof.teſt.
m §.præterea de fideicom.hæred.& in tit.de codicill.
n L.3.§. vlt.cum ſeq.de adim.legat.
o L.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus alienus,de legat.1.l. ſeruo, C.de teſtam.manu.
p L.1.de extraord.cognit.l.2.§.deinde diuus Claud.de orig.iur.l.2.C.commu.de legat. Vlpianus in Fragmentis.
q L.reſtituta,l.facta,ff.ad S.C.Trebelli.§.reſtituta,de fideicom.hæred.l.nam quod.§.vlt.l.non cogi.ad S.C.Trebell.
r L.à Titio,de furt.§.ſi tibi homo,§.cum ſeruus,de legat.1.
ſ L.traditionibus,C.de pact.
t L.cum pater, §.ſurdo,de legat.2.
v L. legatum ita, ff.de legat.2.l.à Titio,de furt.l.ſeruus,l.ſi tibi homo,§.cum ſeruus, de leg.1.
x L.cum hæred.ff.de acqui.hæred.tradunt in l.vlt.C.de edict.D. Adr.toll.
y L.apud Iulianum,§. Antiſtia l.nam quod, in fine,ad Trebell.Bar.& omnes,in l.1.de legat.1.
z Bar.in l.1.ff.de legat.1.
a Quinto Metaphyſ.c.de prior.
b Quinto Metaphyſ.com.20.
c Duaren.c.3.de legat.& fideicom.Cuiac.Obſer.8.cap.3.
d Duaren. lib.2.diſput.c.9. Ang.emenda.iur.ciuil.lib.3.
e Bar.& omnes l.1. de leg.1.
f §.vltimo,per quas perſon. nob.aquir.& §.1.de legat.
g Socin. in l.1.num.171.de legat.1. Turraminus in hac quæſtione.
h L.Titia,§.Lucius,cum gloſ.de legat.2.Bar.in l.creditoris,in 11.quæſt.C.de pignor.per illũ tex. Bar.& alij commun.in l.nemo poteſt,num.10.de legat.1.
l L.Lucius Titius teſtamento ſuo,de legat.2.l.filia.C.de legat.
i L.reſtituta,l.cogi,ad Trebell.dicta l. Lucius Titius,& dicta l.filia.
k L.quod tradita eſt,cum l.ſeq.de condi.& dem.
l §.penul.de ſing.rebus per fideicom.relict.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum aut eſt vniuerſale, aut particulare, & num.4. Sed Legatum aut vix aut nuſquam vniuerſale reperitur.*

2 Legata ſingularia ſingularibus fideicommiſſis, non autem legata vniuerſalia fideicommiſſis vniuerſalibus exequantur.

3 Statutum prohibens maritum vxori donare, vel legare, non prohibet eam hæredẽ inſtitui poſſe; & quæ olim, & quæ hodie contineantur appellatione legati.

4 Quid fideicommiſſum vniuerſale, & quid particulare.

5 Si teſtator legauerit hæreditatem aliquam ad ſe ſpectantem, an legatarius teneatur ad onera ipſius hæreditatis, & quæ actiones in eum migrent.

6 Quid ſi teſtator iuſſerit æs alienum ſolui, deinde reſtitui quæ ex bonis ſupererũt.

7 Quid ſi teſtator dixerit, omnia iura, & omnia bona, quæ extra vrbem habeo Caio lego,

8 Hæres an poſſit cogi reſtituere vniuerſale fideicommiſſum, & an particulare legatum.

9 Legati, ſiue fideicommiſſi particularis dominium directo tranſit, & ipſo iure in legatarium, ſine alia traditione, ſecus autem in vniuerſali fideicommiſſo.

10 Legata etiam ignorantibus acquiruntur. (ſ:luendo'.

11 Vniuerſale, vel particulare fideicõmiſſum vtrũ valeant hæreditate non exiſtente

12 Quando legati particularis, & quando vniuerſalis cedat dies.

Fructus pendentes collecti ex rebus vniuerſali, ſiue particulari fideicõmiſſo ſubiectis, ante, vel poſt aditam hæreditatem, cui debeantur.

13 Fideicommiſſum vniuerſale, ſeu particulare an procuratori poſſit reſtitui.

14 Fratres Minores, ſeu Mendicantes an ſint capaces vniuerſalis, vel particularis legati.

15 Filius grauatus in diem, vel ſub conditione ex particulari non poteſt excerpere niſi Falcidiam, ab vniuerſali verò, Trebellianam, & Legitimam.

16 Vniuerſalia in quo iure verſentur, & quomodo nobis acquirantur, & itidem particularia.

17 Domus relicta ex legato vniuerſali, ſi penitus deſtructa a teſtatore deinde repare tur, fideicommiſſario debetur, ſecus vero ſi relicta fuerit ex legato ſingulari.

18 Creditor & hæres defuncti grauatus reſtituere, poteſt creditum ſuum deducere ab hæreditate fideicommiſſaria non autem a particulari legato.

19 Vniuerſale fideicommiſſum ſuſtinetur ſola exiſtentia ſui hæredis, non autem particulare.

20 Filij poſiti in conditione, non cenſentur vocati in ſubſtitutione vniuerſali, ſecus in particulari.

21 Hæres inſtitutus in re certa, dato ſibi cohærede, ſimplicis legatarij loco habetur, at nullo dato cohærede, vniuerſalis, ac quæ ſibi competant, & an poſſint potirĩ iure accreſcendi.

22 Quando inſtitutus in re certa, loco hæredis cenſeatur, & num. 24.

23 Quando verò loco legatarij.

24 Multa in iure ciuili ex futuro euentu deciduntur.

Quotuplex ſit Legatum, & Fideicommiſſum, & quæ inde vtilitates. Caput Secundum.

POST Legati, ac Fideicommiſſi definitionem, par eſt vt videamus quotuplex id ſit vnumquodque, vt poſt eorundem ſubſtantiam, pateant nobis etiam intimæ qualitates, propriaque accidentia; Nec obijciat aliquis, omne multiplex prius eſſe diſtinguendum, poſtea definiendum [a], quoniam analogam tradidimus deſcriptionem: quare congrua ſequi poteſt ex arte diui

1 ſio, eaque erit huiuſmodi, vt dicamus: † Fideicom miſſum, aut eſt vniuerſa-

le,

le, aut particulare: legatum, ſi quidem, vt iam tum in eorum æquatione dixi-
mus, vniuerſale aut vix, aut nuſquã reperitur. Nec me latet Bar. diſtinctio[b], lega
tũ aut eſt vniuerſale, aut ſingulare, aut generale, à qua tandem nouiſſimi Bono
nienſes tãquam ſuſpecta, & non veridica receſſerunt[c]; Ego verò dico, quod iu
ra ad hoc à Bartolo adducta,[d] loquuntur de legato partitionis hæreditatis, de
quo non agit quæſtio noſtra, & de quo Vlpianus in Fragmentis, in tit. de leg.
cap. de partit. Sicut inquit ſingulæ res legari poſſunt, ita vniuerſarũ quoq; ſum-
ma legari poteſt, vt puta Męuius hæres meus cum Titio hæreditatem meam
partito, diuidito, quo caſu dimidia pars bonorum legata videtur, l. nomen, §.
partitionis, de verb. ſign. de quo etiam Iuſtinianus, ac Theophilus, in Inſtit. de
fideicom. hæred. partiuntur enim hæres, & legatarius lucra, & onera hæredita-
tis, vigore mutuæ ſtipulationis, ergo non eſt merè legatũ, nec poteſt eſſe vniuer
ſale totius hæreditatis, cum ſit portionis legatum; Quonã igitur modo poterit
æquari vniuerſali fideicommiſſo; Sapit inſuper naturam iuris vetuſtiſſimi, le-
gis nempe xij. tabul. vt poſtea legatum fuerit penitus ſeparatum ab hęreditate,
2 & portione eius, quemadmodum propria indicat eius definitio. †Patet deniq;
Imperatorem Iuſtinianum ſingularia exæquaſſe legata ſingularibus, non autem
vniuerſalia vniuerſalibus, vt bene intuentibus ac perpendentibus ger-
mana ſenſa legis primę, & ſecundę, C. communia de legat. & §. 1. de legat. dum
inibi legatorum genera vnaquęque ſingularia connumerat, pomeridiana lu-
ce clarius apparet, quod nonnullis acutè ſuboluit, non autem his qui practi-
cę magis in foro, quam theoricę in Lycęis operam nauant; Quare prohibitus
3 legare, intelligitur prohibitus fideicõmittere; Quod † ſi ſtatutum prohibeat ma
ritum vxori donare, vel legare, non cenſetur propterea prohibitus vxorem hę
redem inſtituere; nam licèt olim appellatione legati contineretur hęredis in-
ſtitutio, l. verbis legis, de verb. ſignif. hodie tamen mutata eſt huius verbi ſigni
ficatio, & definitio, ac vſus communis loquendi ſequendus eſt, maximè in ma
teria ſtricta, & in re dubia, cum non appareat cõtraria mens ſtatuentis, ut poſt
Corneum, Bartolum, & Fulgoſiũ firmarunt Petrus Pich. & Ioãnes Dilectus;[e]
Pergamus iam ad alias diuiſiones, & ſubdiuidentes, dicamus: Legatum, ſiue fi-
deicommiſſum, vel eſt expreſſum, vel tacitum; Inſuper, aut purè conceptum,
aut ſub conditione, vel in diem. Quas ſanè legati, & fideicommiſſi qualitates
omnes eorum quidditatem concomitantes, nos diligenter ſcrutari oportet, vt
inde iuris effectus, ſiue manantes vtilitates luculenter exhaurire poſſimus;
4 Eſto igitur horum prima diuiſio; † Omne fideicõmiſſum, aut eſt ſingulare, aut
vniuerſale, vt egregiè patet paſſim in iure ciuili, maximè verò in tit. Inſtit. de
fideicommiſſarijs hæreditatibus; & de ſingulis rebus per fideicommiſſum reli
ctis; Verum, quoniam non parua aliquando emergit difficultas, id legatum,
vel mauultis dixerim id fideicommiſſum, ſit ne uniuerſale, an uerò potius par
ticulare, animaduertẽdum erit, id eſſe uniuerſale, quod habet ſpeciẽ hæredita
tis, aio ſucceſſionẽ hæreditatis in vniuerſum ius defuncti, & in totã hęredita-
tẽ, vel portionem aliquã hęreditatis, nõ autẽ in quotam bonorũ, cum iuribus
inquã, & actionibus actiuis, & paſſiuis, ut ex S.C. Trebel. & Pegaſiano deſume
5 re licet. † Quamobrẽ, ſi quis legauerit Titio hęreditatẽ matris, uel alterius, reli
ctam ſibi uel acquiſitam, uel ſi peculium, gregem, uel armẽtum reliquerit, hęc
naturam legatorum quę iure ſingulari acquiruntur, proculdubio induunt, &
ſequũtur, quamuis legatarius onera hęreditatis ſuſtineat ſibi legata, quod Bar
tolus profeſſus eſt,[f] conſuluit Decius[g], & eorũ conſectanei imitati ſunt, quẽ-
admodum egregia coruſcat Papiniani ſpecies, in l. cum filius, § Lucio Sẽpro-
nio, de leg. 2. Lucio Sempronio lego omnem hęreditatem Publij Męuij, Sem
pronius ea demum onera ſuſcipiet, quę Mæuianæ hęreditatis fuerũt, & in diẽ

mortis

mortis eius, qui hęres Męuij extiterit perſeuerauerunt, ſicut vice mutua pręſtabuntur actiones, quæ ei prętari potuerunt; quam ſanè ſpeciem interpretatus Paulus Caſtrenſis, animaduertebat actiones actiuè competentes ipſi teſtatori, tranſire vtiles in legatarium abſque alia ceſſione, ſed actiones paſſiuas minimè migrare, quemadmodum nec in emptorem proficiſcuntur hæreditate vendita, creditores ſiquidem legatarium conuenire non poterunt, ſed legantis hęredem, qui ab ipſo demũ legatario recuperabit, quandoquidem hoc non eſt fideicommiſſum vniuerſale, cum non ſit legata hęreditas legãtis, tum enim

6 tranſirent onera etiam paſſiua ipſo iure. †Idẽ iuris erit, ſi teſtator iuſſerit ſolui ęs alienum, deinde reſtitui quę ex bonis ſupererunt, ſingulare illud erit legatum [h] quaſi forma hęreditatis deſtitutum; Huiuſmodi exiſtimatur etiam legatum bonorum mobilium, & immobilium, quod neque iura, neq; actiones con

7 tineat[i]; Nec † diſſimile erit hoc, Omnia iura, & omnia mea bona, quę extra vrbem habeo Caio lego, vel reſtituenda rogo [k]; hęreditas namque & fideicommiſſum vniuerſale, iura inquam incorporalia, & æterna, non poſſunt loco circumſcribi; Id tamen fideicõmiſſum erit vniuerſale, quo quis nullo cohærede ſibi dato, in re certa et particulari fuerit hęres inſtitutus, vt inferius declarabimus. Ex hac verò fideicõmiſſi diuiſione, ſingularis nępe vel uniuerſalis, multę quidẽ iuris differentiæ, & quamplures minimè ſpernendę vtilitates oriuntur,

8 quas Bartolus, Iaſon, Ripa, Socinus, ibidem [l] accumulant; & examinãt, † quarũ prima eſt, quod hęres grauatus reſtituere, quemadmodum in ſuperiori diximus, cogi poterit à fideicommiſſario, vt adeat, & ſibi reſtituat vniuerſale fideicommiſſum, non aut cogi poterit à legatario, vt ſibi reddat particulare legatũ, ea ſcilicet ratione ait Bartolus, [m] quod hęres adeundo, ac reſtituendo, transfert in fideicommiſſarium omnia iura, omneſq; actiones actiuas, & paſſiuas; quod ſi legatarius adita hęreditate reſtitueret particulare legatum, onera hæreditaria non migrarent in legatarium, quare hęres ipſe obligaretur inuitus creditoribus.

9 Secũda. †Legati, vel fideicommiſſi particularis dominium directò tranſit in legatarium ipſo iure, ſine traditione alia, at vniuerſalis fideicommiſſi dominiũ ni facta fuerit realis, verbaliſve reſtitutio, non transfertur, [n] alioquin, ſi fideicommiſſarius fieret ipſo iure ſtatim dominus & hæres, poſſet per repudiationem deſinere eſſe hæres, aduerſus Regulã, Semel hæres, nunquam deſinit eſſe hæres; [o] vel quia reſiſtit lex xij. tabu. & vniuerſum ius ciuile, quo quidem iure deſtituta leguntur fideicommiſſa, cum ſolo rubore, & verecundia ſuſtinerentur,

10 †legata vero à lege xij tabul. emanarunt, & ignorantibus acquiruntur, ea conditione, vt in ſuperioribus diximus, ſi quandoque poſtea agnita fuerint, & huiuſmodi dominium ita tranſit in legatarium, vt intelligatur adita hæreditate id tum ab initio ante aditionem acquiſitum, [p] verum cætera dominia ſine traditionibus, & vſucapionibus non acquiruntur, [q] vno excepto hærede, cui quæritur ipſo iure hæreditas, quique manu propria eam capere poteſt. [r]

11 Tertia † Vniuerſale fideicõmiſſum valet hæreditate etiam non exiſtente ſoluendo, particulare verò minimè ſuſtineri poteſt, l. ſi hæres ab eo, ff. ad Trebell. non enim ex vniuerſali, ſed ex particulari creditorum conditio fieri poteſt deterior: nam ex legatis particularibus creditores nimium paterentur, tum, quia diminuerentur res hæreditariæ, tum, quia creditores aduerſus legatarios veluti tertios poſſeſſores agere cogerentur, pluribuſq; iudicijs, ac expẽſis vexarentur cum aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem poſſint in ſolidum agere.

12 Quarta. †Legati particularis cedit dies à tempore mortis teſtatoris, vniuerſalis autem ab adita hęreditate, [ſ] quod valde vtile eſt propter fructus, & iu-

rium

rium tranſmiſſionem; quare fructus pendentes tempore mortis teſtatoris, vel eo viuente, vel iacente hæreditate collecti ex rebus vniuerſali fideicommiſſo ſubiectis, eiuſdem iuris ſunt cum ipſo fideicommiſſo, proinde reſtituendi, ſecus, ſi poſt aditam hæreditatem collecti fuiſſent, neque enim eſſent hæreditatis, ſed hæredis; aliud verò iuris eſt in rebus ſingularis fideicommiſſi, quod legatario cedit à morte teſtatoris, & quod aditæ iam hæreditate intelligitur ante aditionem ab initio acquiſitum, vt nec illo quidem tempore teſtamenti ad hæreditatis aditionem vſque nec tum poſtea (vt Hugo Donellus diligenter obſeruauit) alius quiſpiam de re legata ſtatuere potuerit, quam legatarius, non rem alienare, non pignori obligare, & ita ius ait integrum in præcedens etiam tempus legatario ſeruatur, l. vltima, §. ſed quia, C. commun. de legat. Hinc fructus fundi, partus ancillarum, & quæ ſeruus legatus ſtipulatur, vel aliter egerit, omnia ex tempore aditæ hæreditatis legatario quæſita eſſe putantur, l. ſi tibi homo, §. cum ſeruus, de legat. primo, talis eſt enim quæſiti retrodominij effectus in rebus quæ legato accedunt.

13 Quinta. † Fideicõmiſſum particulare reſtitui poteſt procuratori in rem ſuã, non autem vniuerſale, ita reſiſtente vel iubẽte l. ſi mulier, §. ex aſſe, de iure dot. ne transferat hæres actiones in alium, quam eum cui debet, quamuis alij vendidiſſet, vel ceſſiſſet, ergo nec in vxorem pro marito, ne in maritum pro vxore, quod in vtilitatem procuratoris intelligitur, ſecus verò in commodum fideicommiſſarij, l. ſeruo inuito, ff. ad S.C. Trebell. l. 3. §. acquirere, de bon. poſſ.

14 Sexta erit, Vniuerſale relictum Fratribus Minoribus ſiue mendicantibus haud poſſe ſuſtineri, particulare autem valere, eò quoniã ſunt incapaces omnium bonorum, tum in communi, tum in particulari ſtatu, vtpotè, qui dominium rei alicuius quærere nequeunt, capaces verò alimentorum vtique habentur, proinde legatum particulare eis pro alimentis relinqui poterit. [t]

15 Septima. † Falcidia detrahitur à legato particulari, Trebelliana verò ab vniuerſali, idque probatur à lege Falcidia, & à S.C. Trebelliano, hinc ſequitur, quod filius grauatus in diem, vel ſub conditione, quo caſu iuxta communem Interpretum ſententiam, deducere ſolet duas quartas, Legitimam ſcilicet, & Trebellianam [u], ex particulari non poterit extrahere niſi Falcidiam [x], & inter vtramque magna verſatur differentia, ac vtilitas.

16 Octaua. † Vniuerſalia verſantur in iure merè obliquo, neq; enim poſſunt nobis acquiri, niſi è manu hæredis grauati capiantur, l. reſtituta, l. cogi, totoque titulo ad S.C. Trebell. particularia verò iure mixto conſiſtere videntur, ex obliquo ſcilicet iure, & directo. Nam ſingularis legati dominium tranſit quidẽ prius ipſo iure in legatarium, ſed vt perfectius quæratur, opus eſt etiam, vt iure obliquo, hoc eſt è manibus hæredis capiatur; Eſt enim donatio quædam à defuncto relicta, & ab hærede præſtanda, §. 1. de legat. & hęc latius in ſuperioribus tetigimus.

17 Nona. † Si ex Legato vel Fideicõmiſſo vniuerſali domus relicta penitus deſtruatur à teſtatore, deinde reparetur, & in priſtinum reſtituatur, fideicommiſſario cedit, ac debetur [y]; quod ius non vendicat ſibi locum in Legato vel Fideicommiſſo ſingulari; an quia deſtructa parte ſuppoſita iuri vniuerſali, ac ęter no, ipſum in cæteris totum continetur, vt animal in hominibus, vt ædificium in area, vel cementis: at indiuiduo vel ſingulari deſtructo, totum ipſum ſingulare ſpirauit, vt de priuatione ad habitum nulla amplius detur regreſſio.

18 Decima, † Creditor & hæres defuncti reſtituere grauatus, poterit vtique creditum ſuum ab hæreditate fideicommiſſaria deducere, non autem à particulari legato [a], quandoquidem fideicommiſſa vniuerſalia detractis detrahendis reſtitui oporteat, quod ſi ex particulari detrahere poſſet, dubio procul

à credi-

à creditoribus & legatarijs cogi etiam poſſet integra ſoluere legata, & credita quæque ex ſua pecunia, & ideo vltrà vires.

19 Vndecima.† Vniuerſale fideicommiſſum conſeruatur, & ſuſtinetur ſola exiſtentia ſui hæredis, quod in particulari legato fieri minimè poteſt,[b] quemadmodum iura ſui hæredis manifeſtiſſimè oſtendunt, quæ nos inferius ſuo loco patefaciemus.

20 Duodecima.† Filij poſiti in conditione, non cenſentur in ſubſtitutione vniuerſali vocati à teſtatore per celebrem Glo. in l. Lucius, 2. de hæred. inſtit. at in ſubſtitutione particulari exiſtimantur diſpoſitiuè vocati, exempli gratia, teſtator legauit fundum Titio, & eum grauauit (ſi deceſſerit ſine filijs) Caio reſtitue re, filij vtique cenſentur à teſtatore tacitè ſubſtituti, & hoc fuit inuentum Angeli[c], de quo in poſterioribus latius tractabimus.

21 Vltima † erit differẽtia hæredis inſtituti in re certa, qui dato ſibi cohærede, ſimplicis legatarij loco habetur: at nullo dato cohærede, vniuerſalis hæres accipi debet[d]; Primo caſu ſibi competunt omnia, quæ ſupra legatariis conuenire aſſeruimus: quare non poterit accreſcendi iure vnà cum aliis cohæredibus potiri, quoniam ius accreſcendi nullum ſibi vendicat locum inter ſuccedentes iure diuerſo[e]; Secundo verò caſu, nullo relicto cohærede, totam capit hæreditatem iure accreſcendi, ne quis pro parte decedat teſtatus, & pro parte inteſtatus[f]; poteritque mitti teſtamento oſtenſo non abolito, nec cancellato, in bonorum poſſeſſionem[g]: nam ſibi competunt omnia, quæ hæredibus vniuerſalibus conueniunt: quamobrem hunc Bartolus, Alexander, Iaſon, Salicetus, & Emanuel Coſta[h], anomalum ſucceſſorem appellare maluerunt, vtpotè, qui rei ſingularis ratione (vt Bartolus inquit) tanquam legatarius habetur: at merito perſonæ, & eorum, quæ extrinſecus accedunt, non niſi hæres exiſtimandus eſt, vt inſtar aliorum hæredum poſſit manu propria rem illã capere, l. cum hæredes, de acquir. poſſeſſ. quamuis enim legatarii non poſſint niſi de manu hæredis capere legata, l. non eſt dubium, C. de legat. attamen, hanc teſtator facultatem legatarijs dare poteſt, l. Titia cum teſtamento, ff. de legat. 2. quemadmodum huic dediſſe videtur, dum eum inſtituit hæredem, licèt in re certa, propter emphaſim verborum ciuilium, & directorum, l. verbis ciuilibus, de vulgari & pupillari. Verum, quoniam is irregularis ſucceſſor, ſiue anomalus dicitur, tres ſunt caſus (vt eius perfecta habeatur ſcientia) cũ Decio[i] ho-

22 bis diſtinguendi. Primus,† Quando hærede inſtituto in re certa, puta domo, vel fundo, nullus datus ſibi fuerit cohæres, vel ſi datus repudiauerit, vel ante aditam hæreditatem deceſſerit, iam tum inſtitutus in re certa, habetur loco hæredis, l. 1. §. ſi ex fundo, de hæred. inſtit. l. cohæredi, in fine, de vulgari, & pupil-

23 lari. Secundus,† Quando ſibi adſcriptus fuerit cohæres vniuerſalis, qui adiuit, erit vtique loco legatarij, l. quoties, vbi omnes, C. de hæredib. inſtit. quę qui dem omnia contradicente nemine, mihi receptá videntur in iure ciuili. Ter-

24 tius eſt caſus, † Quando cohęres vniuerſalis, nec adiuit, nec repudiauit, ſed procraſtinatur: vnde quęritur, an inſtitutus in re certa, interim vices gerat cohęredis, poſſitque mitti in hanc bonorum poſſeſſionem ſibi à Iudice delatam? In qua ſanè quęſtione, Bartolus, & nonnulli alii putarunt eum fore hæredem, eaque bonorum poſſeſſione potiri, vtpotè, cum propria etiam manu, ac auctoritate rem capere poſſit, eiuſque poſſeſſionem ingredi, ergo multò magis id poterit Iudicis auctoritate accedente, quòd tamen Decio minimè placuit, cum hic agatur non de ordinaria poſſeſſione à Prętore decernenda; ſed potius de extraordinaria, & executiua teſtamenti, quæque iuris ordine non ſeruato, eo tamen oſtenſo, non abolito, nec in aliqua ſui parte viciato, deferri ſolet; Quamobrem, poſteriores aduerſus Bartolum hanc Decii opinionem propugnant, ſed

Sed enim quæſtionem huiuſmodi ex futuro euentu decidi oportere arbitrantur:nam ſi datus cohæres deliberauerit tum demum non adire, is vtique in re certa inſtitutus erit hæres;at ſi adire voluerit,erit porrò legatarius, nec ei deferenda erit hæc bonorũ poſſeſſio;multa enim in iure ciuili ſic ex futuro euentu reſoluta ac deciſa leguntur,l.ſed & ſi quis,§.interdũ; ff.de vſufructu, l.ſi ſic, in fine, de legat.primo, ſed ne pomum Athlantę ſequi videar, bis vtilitatibus hic iam finis eſto.

AD CAP. II.

a Ariſtotel.primo Cœli,textu centeſimo decimo.
b Bartol.in l.1.num.12.de legat.1.
c Bononienſes in l.1. num.255.de legat.1.
d L.ſi quis ſeruum,cum l.ſeq.de legat.2.& l.mulier,§.vlt.ff.ad S.C.Trebell.
e Bart.in l.Centurio,num.19.de vulg.& pupill.Petrus Pichus lib.4.de teſtam.coniug.c.7. Dilectus de arte teſt.tit.6.c.44.Corn.conſ.185.lib.1.Fulgoſ.conſ.215.
f Bart.in l.cum filius,§.1.de legat.2.Aretinus conſ.155.Periculoſum,col.9.
g Dec.conſ.69.Simeon Preteus reſp.205.nu.16.lib.1.& de interpret.vlt.volunt.lib.3.
h Bart.in l.cogi,per illum tex.nu.5.& l.Titius,in fine,ad Trebell.Corn.242.lib.4. Alc.146. num.1.libro 9.
i Bar.in l.Centurio,nu.27.&28.de vulgari, & pupil.l.quã Tuberonis,§.vlt.de peculio. Ill.Card. Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.7.tit.2.
k Ripa in l.in quartam,num.4.ad l.Falcidiam,Corn.conſil.161.lib.1.Bero.q.3.nu.44.lib.2.Nat. conſ.199.& 234.nu.1.Ruin.conſ.116.nu.7.in 2.per l.fideicommiſſum,§.tractari,de iudicijs, per l.cogi,§.generaliter,& l.mulier,§.vlt.ad S.C.Trebell.
l Omnes in l.prima,ff.de legat.primo.
m Bart.in dicta l.1.num.8.de legat.1.l.apud Iulianum,§.Antiſtia, l.nam quod,ff.ad S.C.Trebell.
n Dicta l.à Titio,de furtis,l.reſtituta,l.cogi, ad Trebell.
o L.ſed & ſi ſine,§.nam,quòd Papinianus,de minor.
p L.cum pater,§.ſurdo,l.legare,de legat.2.l.ſi tibi homo,§.cum ſeruus,de legat.1.
q L.traditionibus,C.de pactis.
r l.cum hæredes,de acquir.hæred.traditur in l.vltima,C.de edicto Diui Adr.toll.
ſ Ripa in l.re coniuncti,num.87.88.de legat.3.
t Bart.in l.1.num.9.de legat.1.& in lib.Minoricarum.
u Bart.in l.Papinianus,§.meminiſſe,de inoff.teſtam.DD.in l.iubemus,C.ad Trebel.& in c.Raynucius, de teſtam.
x Cuman.conſil.133.nu.1.Angel.in dicta l.iubemus,nu.1. Ill.Card.Mant.de coniect. lib.7.tit.2.
y L.Lucius,2.de legat.2.vbi Bart.Caſtren.Cum.Imo.l.ſi ita legatum,§.fin.de legat.1.firmat Bar. in dicta l.Lucius,in princ.
z L.inter ſtipulantem,§.ſacram,de verb.obligat.l.ſi vnus,§ adeò,§.pactus,de pactis.
a Paul.Caſtr.in l.omnibus,§.ſi ex Trebell.num.1. & Alex. num.3. ad S.C.Trebell. Caſtr.conſil. 77.Viſa facti narratione.& cõſ.188.Quia dubia,lib.1. Alex.Reſp.124.in fine,lib.7.Rui.conſ. 112.nu.19.lib.2.
b L.ita tamen,§.ſi pater ad Trebell.vbi Bart.Caſtr.Alex.& alij.Grat.conſil.134.num.35.lib.1.
c Angel.in l.legatis,C.de legatis,referente & reclamante Curtio ſen. in l.1. num.6. C.de pact. & Iaſone eam tuente conſil.4. num.5.vol.1.& diſputante in l. 1. num. 11. C.de pact. adde huic materiæ Soc.iun.conſi.118.col.fin.lib.2.Gabr.Roman.Comm.opin.lib.4.tit.de fideicõmiſſ.concluſ.4.lib.2.Simeonẽ Pret.lib.3. de interp.vlt.vol.Ill.Card.Manti.de coniect.vlt.vol. lib.8.tit.1.nu.34.Emanuelẽ Coſtam in l.Gallus, §.& quid ſi tantum,nu.3.de liber. & poſth. Bero.conſil.110.num.41.& 42.lib.2.
d L.quoties,C.de hæred.inſtit. Bart.in l.ex facto.de hæred.inſtit. l.cohæredi,in fine,de vulgari & pupill.
e L.ſi cum patrono,in princip.de bon.poſſeſſ.ſec. tabul.Bart. & omnes, in l. re coniuncti, de legat. 3.
f L.ius noſtrum,de regul.iur.l.1.§.ſi ex fundo,de hæredi.inſtit.l. cohæredi, in fine, de vulgari & pupill.
g L. vlt.de edicto Diui Adr.toll.
h Bart.in l.ex facto, num. 1. & 2.de hæred.inſtit. Alex. Iaſ. & Salicet.in l.quoties,C.de hæred. inſtit.Coſta in c.ſi pater,in verbo in re certa,extra de teſtam.in 6.
i Dec.in l.vlt.num.23.C.de edicto Diui Adri toll.

S V M M A R I A.

1 *Fideicommiſſum expreſſum quid ſit.*
2 *Quid fideicommiſſum tacitum.*
3 *In legatis proprietas verborum, in fideicommiſſis verò defuncti voluntas eſt ſpectanda.*
4 *Error eorum qui putant non induci fideicommiſſum niſi verbis expreſſis, non coniecturis.*
5 *Fideicommiſſi coniectura à mente fideicommittentis, non autem à lege ſunt elicienda.*
6 *Taciti fideicommiſſi plura exempla.*
7 *Verba enunciatiua quando inducant fideicommiſſum.*
8 *Filij poſiti in conditione in fideicommiſſo vniuerſali non cenſentur à teſtatore vocati, ſed ab inteſtato.*
9 *Verba conditionalia non diſponunt, nec in hæreditate, nec in legatis.*
10 *Fideicommiſſum tacitum extenditur de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam.*

De expreſſo tacitoque fideicommiſſo. Caput Tertium.

1 DIVIDITVR etiam † fideicommiſſum, vt dicamus, id eſſe
vel expreſſum vel tacitum, expreſſum omnibus patet preca-
rijs verbis à teſtatore clarè conceptum; Lucius Titius hæ-
res eſto; Rogo [a] te Luci Titi, vt cum primum potueris hære-
ditatem meam adire, eam Caio Seio reſtituas, vel volo [b]
2 quod hæreditas mea detur Titio. Tacitum † verò illud eſt,
quod a tacita mente teſtatoris varijs coniecturis colligitur, quaſi ſonus, aut
ſubmiſſa vox, quæ ab antris, vel locis concauis veluti echo procul reflectatur,
ne ſcilicèt coniecturæ vel phantaſia, vel proprio ingenij marte, ſed ab ore te-
ſtatoris, à ſcriptis inquam & expreſſis, alia quoque principali de cauſa in te-
ſtamento quaſi per neceſſariam conſequentiam vrgentes ad fideicommiſſum
legitimè deducantur [c]: nam fideicõmiſſum ex ſolis coniecturis tacitæ volũtatis
teſtãtis, tacitum induci ac ſuſtineri, non eſt nouum in iure ciuili [d]; quod ſanè le
gẽdo, & conſulendo tot Iuriſconſulti profeſſi ſunt, vt eorũ numerum perinde
ac ſiluam infinitis penè arboribus refertã, ac denſam, referre operoſum magis
quam vtile foret [e]: Eſt enim ſacra iuris prudentiæ anchora, & ſolidum iuris
3 ciuilis principium. In † legatis [f] verborum proprietatem, & iuris ſubtilitatem,
in fideicommiſſis ſolam defuncti voluntatem neglecta omni iuris ſolemnita-
te eſse ſpectandam: idque maximè ante Iuſtiniani tempora, à quo poſtea exæ
quata fuere, vt ſaltem tanquam fideicommiſsa ſuſtinerentur, l. 2. C. commun.
de legat. & §. ſed non uſque adeò, de legat. Quam ſanè mentem, haud ſecùs ac
reginam primum locum in cõditionibus obtinere atteſtatur Vlpianus, [g] Qua-
4 re † grauiter lapſi videntur, qui putarunt fideicommiſsum non induci niſi uer-
bis expreſſis, non coniecturis niſi à lege approbatis, quas etiam cõnumerauit
Menochius [h], hi ſiquidem inſcij artis quam profitentur, eiuſdem principia
5 deſtruere conantur, cum † fideicommiſſi coniecturę à mente fideicommitten-
tis, non autem à lege ſint eliciendę; quandoquidem, fideicommiſſa auctore
Vlpiano nõ proficiſcantur à lege, nec à iure ciuili; Ne terreant igitur eę regulę
animos noſtros, quibus aiunt, fideicommiſsa non præſumi, vtpotè, quæ onus,
& quid odioſum referunt. Pręterea, legem pręſumere, teſtatorem nolle ſuum
graua-

grauare hęredem [k]; Quę quidem vera ſunt,niſi contra enitatur, vel vrgeat teſtatoris voluntas: quò ſanè ęquitatis temperamento recipienda eſt etiam eorum argumentatio,ſiue Oldradi,& aliorum illud Axioma. [l] De hac re non loquitur fideicommiſſaria ſubſtitutio, ergo nullum erit fideicommiſſum: nam verè loquitur, ſi non expreſsè ſaltem tacitè, vt ſit ad inducendum fideicommiſſum ſatis,quod Caius,& Paulus de tacitis fideicommiſſis clariſſimè oſtenderunt. Sed iam taciti fideicommiſſi exempla vel egregias ſpecies quæramus.

6 Huius generis † primum erit exemplum, primave ſpecies; Lucius Titius hæres eſto, teque rogo Luci Titi, vt Mæuium agnatum meum hæredem facias. Martianus reſpondit, vt quis hæredem inſtituat aliquem, rogari non poteſt; planè Senatus cenſuit, perinde habendum, atque ſi rogaſſet hæreditatem reſtitui. Ecce fideicommiſſum ſecundum verba, inutile, at ſecundum tacitam mentem, ſatis validum, & vtile. Quæ pulcherrima ſanè ſpecies nitidè ſplendet in l. filiusfamiliàs, §.vt quis, ff. de legat. primo.

Secunda huic ſimilis eſt Papiniani ſpecies,illa,quæ coruſcat in l.pater, § ex parte dimidia, ff. de legat.3. Ex parte dimidia hæredi inſtituto teſtator per præceptionem fundum legauit, & ab eo ita petijt, peto vt velis cohæredem recipere in fundo Iuliano meo, quem hoc amplius te percipere iuſſi, Claudium verum nepotem meum,cognatum tuum; Papinianus reſpondit, partem fundi ex cauſa fideicommiſſi deberi: nam ſi verba inſpiciamus, inane prorſus erit hoc fideicommiſſum, totaque corruet teſtatoris diſpoſitio, nec enim poteſt quiſpiam in fundo prælegato, vel in re certa, hæres fieri vniuerſalis in toto, vel in parte, l.cohæredi, in fine, de vulg. & pupill.l.1.§.ſi ex fundo,de hęred.inſtit. verum,omiſſis verbis, ex tacita mente teſtatoris validum oritur fideicommiſſum.

Tertia erit etiam Papiniani ſpecies,in l.cum proponebatur, de legat.2. qua ſuſtinetur fideicommiſſum, non ex eo,quod teſtator fideicommiſerit, vel mutuam fecerit vnquam ſubſtitutionem, eam ſi quidem per errorem omiſit in primis tabulis,ſed ex eo duntaxat, quod dixerit in ſecundis, eos inuicem ſubſtituiſſe; En, verba prorſus deficiunt ad contrahendum fideicommiſſum, id tamen ſola voluntate tacitis pręcepta coniecturis reſurgit & prodit in lucem.

Quarta Vlpiani, in l.denique, §. interdum,de pecul.legat. Dominus ſeruo libertatem dedit in teſtamento, & eum iuſſit centum de peculio dare ſcriptis hęredibus, ex hac nempè diſpoſitione, teſtans peculium tacitus ſeruo legaſſe intelligitur;& conſequens opus eſt ſuum inſequi neceſſariū antecedens: nam qui iubet à grauato quid pręſtari de hęreditate ſua, iubet etiam eum hęredem uel legatarium fore [m].

Quinta Imperialis fulget Sanctio, in l. quamuis, C.de fideicommiſſ. Titius Męuij filiū inſtituit hęredem, vnde patri acquiritur hęreditas, ſed Titius Męuium rogauit, vt filium manumitteret, ergò tacitè rogatus cenſetur hęreditatem filio reſtituere, nulla tamen ſunt verba quę reſonent fideicommiſſum.

Sexta ex l.cum filius,§.pater, de legat.2.quod Bartolus, Baldus, & Albericus ibidem connotarunt [n]; Pater filiam pro ſemiſſe fecit hęredem, deinde ita cauit, peto cum morieris,licèt alios quoque filios ſuſceperis, Sempronio nepoti meo plus tribuas; at ſi filia nepoti vni plus tribuere tenetur,cęteris etiam nepotibus hęreditatem reſtituere debebit. Ecce tacitum fideicommiſſum Papiniano auctore.

Septima Scæuolæ,in l.vlt.§.Lucius,de leg. 2. ſi teſtans iuſſerit hæredes omnia bona,& iura ſua inuicem conferre,emergit fideicommiſſum, vt vnus ſcilicèt bonorum ſuorum portionem alteri reddere cogatur.

Octaua ſumitur ex l.peto, in princip.de leg.2. & l.fideicommiſſa, § ſi quis ita,de legat.3.peto Luci Titi,vt contentus ſis centum aureis, fideicommiſſum inquit valere placuit, iam reſiduum reſtituere tenebitur, quoniam & illud fideicommiſſum arbitramur, contentus eſto illa re.

Nona,ex his verbis [o], prohibeo,ne alienes extra familiam; volo bona mea in familia perpetuò manere; peto, quod fundus non exeat de nomine meo; Item,mando tibi,ne leges, vel teſteris de bonis quæ tibi relinquo; vt in l.peto, §.fratre,l.vnum ex familia,§.ſi fundus,de legat.2.l. qui filium, in princ.ad Trebell.Idem ſi Caſtrum,Turrim,vel Palatium interdixerit ne extra familiã alienetur:hoc ſiquidem,non purum, nudumq́ue conſilium, ſed fideicommiſſum agnationis conſeruandæ gratia,ex natura & qualitate rei, vel ratione expreſſa, vel etiam tacita,ſi vnica fuerit,iudicari opus eſſe, iuris prudentes arbitrantur, in l.filiusfamiliàs,§.Diui,ff.de legat.1.

Decima,ſi maſculis inſtitutis fœminas excluſerit [p], eaſque dote contentas fore iuſſerit, reſurgit fideicommiſsum maribus præſtandum; idemque,ſi quis prohibuerit hæredi,ne detrahat Trebellianam.

Vndecima,ex l.vnum ex familia, § vlt.de legat.2. Teſtator dixit, non dubitare ſe,quæcunq; vxor eius hæres inſtituta accepiſſet, liberis ſuis redditurã: hæc verba Vlpianus inquit, prò fideicommiſſo accipienda ſunt, quamuis fideicommiſſi verba,& formula deſint. Vnde notarunt Interpretes,verba enunciatiua [r], quoque in grauatum directa inducere fideicommiſſum, idque maximè,ſi grauamen poſtea fuerit iniunctũ.Et Vlpianus in l.fideicommiſsa,§ hæc verba,ff.de legat.3.Hæc verba inquit,te fili rogo,vt prædia quæ ad te peruenerint,pro tua diligentia diligas, & curam eorum agas, vt poſſint ad filios tuos peruenire; licèt non ſatis exprimant fideicommiſsum, ſed magis conſilium quam neceſſitatem relinquendi, tamen ea prædia in nepotibus poſt mortem patris eorum,vim fideicommiſſi videntur continere.

Duodecima, ſi quis hęres fuerit inſtitutus donec vixerit duntaxat,rogatus intelligitur hæreditatẽ reſtituere venientibus ab inteſtato; in qua ſpecie haud inutiliter diſtinguunt; Aut teſtator alium ſibi hæredem non inſtituit, & inſtitutio vitio temporis ſublato remanet pura; Aut poſt mortem eius alium ſibi fecit hæredem,& ſecunda hæc inſtitutio trahitur ad fideicommiſſariam, quẽadmodum Interpretes affirmant in l.quoties, C.de hęred.inſtit.

Tertiadecima,in legatis & fideicommiſſis particularibus (vt ſuperius quoque diximus) filij poſiti in conditione, vocati cenſentur à teſtatore per tacitum fideicommiſſum: verbi gratia. Si filius meus ſine liberis deceſſerit;grauo eum dare prædiolum Mæuianum Caio: nam ſi filius ſuſceperit filios, vtique filij vocati viderentur per fideicommiſſum, vt non potuerit eorum pater alienare prædium, idque ratione contrarij ſenſus comprobatur, ſi filios ſuſceperit,ſi non ſuſceperit;& à mente teſtatoris, quæ multò magis in legatis ſingularibus,& leuioribus,ſolis coniecturis eſt venanda,ac ſpectanda. Contrariam verò ſententiam in hæreditate & fideicommiſſo vniuerſali Iuris Interpretes communiter ſecuti ſunt, nempè, filios poſitos in conditione non haberi à teſtatore vocatos,ſed ab inteſtato,iuxta ſenſum Gloſſæ,in l.Lucius,2.de hæred. inſtit.reclamante nihilominus Ancharano [r]; ſenſa & verba Iuriſconſulti violari: nam prudens inquit conſilium teſtantis animaduertitur,non enim fratrẽ ſolum hæredem prætulit ſubſtitutis,ſed etiam liberos. Quare,hæc ſingularis fideicõmiſſi opinio exiſtimatur exceptio ipſius Gloſſæ, & Angelo [s] adſcribitur,

quam

quam ſecutus eſt Iaſon,& Socinus iunior, qui cõmunem appellat, reclamantibus tamen Curtio, Alciato, Didaco, & alijs [u],tum, quia verba conditionalia nõ diſponunt,nec in hæreditate,nec in legatis [x],tum, quia fideicommiſſa tam vniuerſalia,quam ſingularia,nutu relinqui poſſunt [y]; Sed enim Angelus facillimè reſponderet,in his non verborum ſonum, ſed teſtantis mentem eſſe ſpectandam,& verba conditionalia vtiq; diſponere,ſi teſtatori placuerit [z],aliudq; iuris eſſe,poni ſub conditione, aliud in conditione nominari; quibus rationibus inſignes Iuriſconſulti nixi,Scæuolam ſeçuti,neglectaque Gloſſa[a] illa,profeſſi ſunt,filios poſitos in conditione, cenſeri vocatos à teſtatore ſaltem per tacitum fideicommiſſum; Verum, quoniam aduerſa ſententia magis communiter recepta [a] videtur, & hæc ardua quæſtio ſummos iuris apices tangit, nos eam in poſterioribus diligenter examinare decreuimus.

Quartadecima erit, fideicommiſſum induci, declarari, vel potius probari per hæredis grauati confeſſionem [b], ſi maiorum ſuorum fideicommiſſum exiſtere fuerit confeſſus : quæ ſanè confeſſio, ſibi, & hæredibus potius noceat quam proſit,ita tamen,vt per errorem facta minimè ſit, tunc enim confeſſum, expreſſum,ac approbatum habebitur fideicommiſſum.

Denique, non ſolum inducitur fideicõmiſſum per tacitas coniecturas, verum etiam iuductum extenditur de caſu ad caſum, nemine penè reſiſtente [c]. Quin etiam, directa ſubſtitutio, vulgaris expreſſa in tacitam pupillarem, & pupillaris expreſſa, in tacitam vulgarem protrahitur [d], & de perſona quoque ad perſonam,quod magis dubium videbatur, quando ea poteſt latè ſumpto vocabulo,comprehendi ſub verbis & mente diſponentis [e];qualia memoranda exempla in libro meo de via & ratione iuris ſecundo,latè connumeraui. Vtinã verò, quæ Caius,quæq; Paulus de tacitis fideicõmiſſis Commentaria ante Iuſtinianum ediderunt, in manibus Iuriſconſultorum hodie verſarentur. Sed,ne ſingulas Oceani vndas connumerare,neue tot,tantiſque Protei formis indui videar,calamum ſiſtam, & reliqua Iuris prudentiæ cupidis, Legumque ſtudioſis curioſè inueſtiganda relinquam.

AD CAP. III.

a §.in primis,verſ.cum igitur,de fideicommiſſ.hæredit.
b L.2.C.de legat.Bar.in l.cunctos populos,num.2.C.de ſumma Trin.& fid.Cath. & Iaſ. nu.14.
c Ripa,in l.hæredes mei,§.cum ita,numer.34.ad Trebell.Pariſ.conſ.44.numer.25.lib.2. Bald.in l.1.nu.10.C.de his qui ante apert.tab. Caſt.conſil.264. num.2.lib.2. Iaſ.in l.poteſt,num.9.de vulg. & pupill.
d L.cum proponebatur,de legat.2.l.vnum,§.penult.& vlt.l.Titia,cum teſtam. in fine, l.pater filium,in fine,de legat.3.l.qui ſolidum,§.1 de legat.2.l.licèt Imperator,de legat.1.Alex. conſil. 100.num.10.lib.4. Decian.conſ.103.num.43.in 2.
e Gratus ait conſil.5.num.14.lib.2.
f Vlpian.in Fragmen.tit.de fideicommiſſ. Duaren.de fideicommiſſ. in princ.l.non aliter,de legat. 1.l.cum proponebatur,de legat.2.Inſtitut.de fideicommiſſ.hæred.in princ.
g L.in conditionibus primum locum,de condit.& demonſtrat.
h Menochius conſil.85.nu.86.& 87.lib.1.Simon Preteus lib.3.de interpret. vlt.volunt.pag.294.
i L.cohæredi,§.cum filiæ,de vulg.& pupill.Crauet.conſ.180.in fine.
k L.vnum ex familia,§.ſi rem, de legat.2.
l Oldradus conſ.21.Ioann. Andr.in additionibus Speculatoris, de teſtam.§.1. Socin.iun.conſil. 62.num.4.& conſil.63.num.14.vol.3.
m L.ad rem mobilem,l.ad legatum,ff.de procuratorib.l.2.de iuriſd.omn.iud. Aretin. in l.Centurio,num.15.de vulg.Ruin.conſ.111.nu.9.lib.2.l.ab eo,C.de fideicommiſſ.
n Et Socin.iun.reſp.1.num.22.vol.3.
o L.qui filium,in princ.ad Trebell.Guido Papæ,Deciſ.469.l.peto,§.fratre,l.unum, §.ſi fundus, de legat.3.
p Guido Papæ,Deciſ.292.Dec.conſ.477.nu.3.Curt.iun. conſ.87.col.2. Crauet.conſ.130. nu.4. Iaſ.conſ.108.uol.4.Bal.conſ.111.lib.3. Gozad.conſ.64.num.13.Pariſ. conſil.4.nu.22.& 23. lib.2.

r Bart. Caſtr. Imo. in l. cum proponebatur, de legat. 2. Craſſus in §. fideicommiſſum, q. 4. num. 12. Card. Manti. lib. 3. de coniect. ult. uolum. tit. 12. Simon Preteus 3. ultim. uolunt. pag. 294.

ſ Ancharanus conſ. 74. Socin. iun. conſ. 158. lib. 2.

t Angelus in l. in legatis, C. de legat. ubi Iaſ. & conſ. 4. num. 5. uol. 1. Socin. iun. conſ. 158. num. 76. & 77. uol. 2. Purpurat. in l. 1. in fine, ubi Iaſ. num. 11. C. de pactis.

u Card. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 1.

x L. ſi quis, ſub conditione dandorum decem, ff. ſi quis omiſſ. cau. teſtam.

y L. nutu, de legat. 3.

z Cephal. in l. Centurio, de uulgar. num. 778. & l. 1. de condit. & demonſtrat.

a Gabriel. Rom. Comm. Opinion. de fideicommiſſ. Concl. 4.

b Ruin conſ. 147. num. 9. & conſil. 124. nu. 4. & 5. lib. 2. .... 3. num. 17. Aflict. Deciſ. 337. nu. 7. Pariſ. conſi. 11. num. 38. & 39. lib. 3. & conſi. 17. num. 20. & 24. lib. 3.

c Craſſus in §. fideicommiſſum, quæſt. 4. num. 20. 21. & ſeq. Aretin. & Angel. in l. Gall. §. & quid ſi tantum, de liber. & poſth. dummodo ſit unica ratio expreſſa, uel quæ poſſit haberi pro expreſſa, cum ſit unica, Gloſ. in l. quamuis, C. de fideicommiſſis, & eſt communis. Socin. iun. conſ. 167. num. 1. uol. 2. Clarus in §. teſtamen. quæſt. 76.

d L. iam hoc iure, de uulg. & pupill. l. precibus, C. de impub.

e Card. Mant. lib. 3. de coniect. ult. uolunt. tit. 19. nu. 8. Curt. iun. conſ. 121. num. 14. Gozad. cōſi. 39. num. 22. Socin. iun. conſi. 129. num. 35. uol. 3.

S V M M A R I A.

1 Legata pura quæ ſint.

2 Legata in diem quæ dicantur.

3 Quæ legata ſint ſub conditione.

4 Legatarius decedens ante aditam hæreditatem an tranſmittat legatum purum; & quid in conditionali, & in diem.

5 Voluntas teſtantis facit totum in iure ciuili.

6 Cedere, & venire diem, quid ſignificent.

7 Fideicommiſſa quando etiam non adita hæreditate tranſmittantur ad fideicommiſſarium, & num. 8. 9. & 10.

11 Tempus, ſiue ætas appoſita in fideicommiſſo, ſeu legato, quando pro puro, vel conditionali habeatur, & num. 12. & 15.

13 Dictio (Si) principaliter ſignificat conditionem, ſecundariò tempus, & nu. 19.

14 Dictio (Cum) principaliter indicat tempus, poſtea conditionem; huiuſque regulæ exceptio.

15 Tempus mortis, vel nuptiarum appoſitum in fideicommiſſo, ſeu legato, an illud purum, an conditionale efficiat.

17 Tempus appoſitum in fine vel in interitu legatarij, facit diem, non autem conditionem.

18 Legatum annuum an ſit purum vel conditionale.

19 Legato relicto vxori, ſi vitam vidualem ſeruauerit, & ipſa deinde nubat, an fructus præteritis annis perceptos reſtituere cogatur.

20 Dictio (Dummodo) quid ſignificet.

De fideicommiſſis puris, vel ſub conditione, vel in diem: Caput Quartum.

1 SEQVITVR de fideicommiſſis alia diuiſio, nam † fideicommiſſa, vel purè, vel ſub conditione, vel in diem ſunt concepta. Legata pura dicuntur, quæ ſimpliciter, & purè ſine tempore, die, conditione, modo, vel cauſa aliqua, quæ ea ſuſpendere poſſint, confecta ſunt; veluti, centum Titio do, lego; ducenta Mæuio dari volo. Quæ ſanè pura, vel ſimpliciter pura ſumuntur, vel præſentia, quæ ſcilicèt ſtatim ac præſentia debentur, qualia

qualia Vlpianus oſtendit in l. 1. de condit. & demonſtrat. & in l. talis ſcriptura,
ff. de legat. 1. dum ait: Si fortè purè legatum fuerit, prorogabitur ex hac adie-
ctione, quas pecunias legaui, hæres meus annua, bima, trima die dato; quod ſi
fortè centum militi legata ſint præſentia, vtrum annua, bima, trima die dabun
tur? & ait Seruius, & Labeo, præſentia deberi. Quod ſi cum Papiniano dixe-
2 rim: † Hæres meus [a] cum morietur Titius, centum ei dato, purum legatũ eſt,
non præſens, non ſub conditione. Et legata in diem ea dicuntur, quæ in diem
vel certum, vel incertum fuerint relicta; in diem certum; Hæres meus Kalen-
dis Martij decem Titio dato. in diem incertum; Mæuio centum dato, cum hòc,
vel illud factum fuerit, vt poſt mortem Lucij Titij, vel cum nauis ex Aſia vene
rit, qui dies incertus conditionale facit legatum, l. dies incertus, de condit. &
3 demonſtrat. l. talis ſcriptura, de legat. 1. † Legata verò ſub conditione relicta di
cuntur, quando futuro, ac dubio rei euentu ſuſpenduntur, veluti, lego tibi mil-
le, ſi Capitolium aſcẽderis; ſi nauis ex Aſia venerit; [b] ſi ſtatuam meam in foro
poſueris; vel, ſi hoc vel illud, feceris, aut dederis [c]; Proinde, conditiones extrin-
ſecæ intelliguntur, non verò intrinſecæ, quæ ex natura rei tacitæ inſurgunt.
Ex his autem diuiſionibus, haud inutilia profluunt in iure: nam legati puri ce-
dit dies ſtatim à morte teſtatoris, & vt antea diximus, recta tranſit dominium.
4 Quare † legatarius tranſmittit huiuſmodi legatum ad quoſcunque, quamuis
antea deceſſerit quam hæreditas fuerit reſtituta, vel adita [d]; Sed in diem incer
tum, vel conditionalia quæque legata, legatario ante diem, vel purificatam cõ-
ditionem pereunte, minimè tranſmittuntur, nec etiam ad deſcẽdentes, ſed ca-
duca, & irrita fiunt, ſi legatarius ante conditionem obierit: ni tamen teſtanti ea
5 tranſmitti placuerit, † quoniam ipſe poteſt legatum intranſmiſſibile, reddere
trãſmiſſibile, & è conuerſo, trãſmiſſibile conuertere vt ſit intranſmiſſibile, eius
enim voluntas eſt Regina, quę totum, ut ait Iuriſconſultus, facit in iure ciuili [e];
6 ſuntque † omnibus notiſſimi Vlpiani termini [f], Cedere diem, ſignificat incipe-
re deberi pecuniam, venire diem, eum diem veniſſe quo pecunia peti poſſit,
ergò, vbi purè inquit quis ſtipulatus eſt, & ceſſit, & venit dies; vbi in diẽ, ceſſit
dies, ſed nondum venit; vbi ſub conditione, neq; ceſſit, neq; venit dies, penden
te adhuc cõditione, quare vniuerſalis fideicommiſſi puri ceſſit venitq; dies, vt
peti poſſit; vel ſimul ac ſuũs hęres fuerit grauatus; quandoquidẽ iure ſui hęre-
dis vniuerſale fideicommiſſum confirmatur [g]: vel vbi hęres extraneus adierit
hęreditatem, tunc enim fideicommiſſa quęque ex teſtamento robur, & vires
accipiunt, [h] ac tum demum ceſſit, venitque dies, vt peti poſſint; quandoquidẽ,
fideicommiſſa nullum robur, nullaſque vires conſequi poſſint, ſed inania, &
protrita iaceant, ni prius ab hęrede fuerit adita hęreditas. Excipiuntur tamen
à Regula nonnullę in Iudicijs vtiliſſimę ſpecies.

7 Prima eſt, † quando compendioſa ſubſtitutio facta fuerit in hunc modum:
Quandocunque Titius hęres meus deceſſerit, Caium ſubſtituo: nam hęrede
ſcripto non adeunte, Caius vtique admittitur per vulgarem ſubſtitutionem,
tacitè in compendioſa contentam, ſi illę hęres non erit, ille hęres eſto [i].

8 Secunda, † quando adiecta fuit Clauſula Codicillaris, cuius vigore fideicõ-
miſſum ab inteſtato repetitum exiſtimatur, & repetitio ſub eiſdem conditioni-
bus facta intelligitur [k].

9 Tertia, † ſi teſtator iureiurando confirmauerit teſtamentum: nam legata, &
fideicõmiſſa tum denique videntur à venientibus ab inteſtato repetita, quam-
uis hęreditas ex teſtamento minimè fuerit adita [l].

10 Quarta, † ſi poſita fuerit Clauſula. Volo hęc omnia valere iure donationis,
cauſa mortis, quoniam huiuſmodi donatio nõ exigit hęreditatis aditionem [m];
Quod ſi hęres ſcriptus fuerit minor, & ante aditam hęreditatem deceſſerit, fi-

deicom-

deicommiſſarius coget hæredes pupilli reſtitutionem in integrum poſtulare,& ſic adire,& ſibi reſtituere [n].

11 Cæterum, † legata & fideicommiſſa ratione temporis, certæ nempè ætatis in eis poſiti, tum conditionalia, tum pura habentur; aut enim tempus poſitum eſt ad ſubſtantiam legati, aut ad præſtationem, ſiue executionem, aut ad finem ſiue interitum eius.

12 Primo caſu, † tempus poſitum ſubſtantiæ legati regulariter facit conditionale legatum, l.ſi Titio, in princip.ff.quando dies legati cedit: ſi Titio cum annorum 14. eſſet factus, legatum fuerit, & is ante decimumquartum annum deceſſerit, verum eſt ad hæredem eius legatum non tranſire, quoniam nō tempus ſolum, ſed etiam conditionem in ſe continet, ſi is effectus eſſet annorū 14. nec intereſt, ſi annorum 14. factus fuerit, an priore ſcriptura per conditionem tempus demonſtretur, ſequenti per tempus conditio, vtrobique tamen

13 eadem conditio eſt; Vnde † Bartolus connotauit, dictionem,(Si) principaliter

14 ſignificare conditionem, ſecundariò tempus, & † dictionem,(Cum) principaliter indicare tempus, poſtea conditionem; à qua Regula excipitur cauſa ſtatus, ſiue libertatis, l.ſi ita ſcriptum, de manumiſſis teſtamento, l.fideicommiſſaria, C.de fideicommiſſ.libert, quamuis etiam per conditionem poſitum eſſet, l.ſi ſeruus liber, de ſtatu liber.& quando tempus certæ ætatis poſitum eſſet in perſona grauati, quin etiam per conditionem, l.libertis, §.ab hęredibus, de alimen. & cib.legat.

15 Secundo, † ſi præſtationi, vel ſolutioni tempus inuentum fuerit, legatum remanet purum, ſiue in diem certum, non autem conditionale l.ex his, C.quando dies leg.ced. Ex his verbis, do, lego, Aelię Seuerinæ filię meę decem, quę legati nomine accipere debebit, & cum ad legitimum ſtatū peruenerit, non conditio fideicommiſſ. vel legato inſerto, ſed petitio in tempus legitimę ętatis dilata videtur; & ideò, ſi Aelia Seuerina die legati cedente vita functa eſt, ad hæredem ſuum actionem tranſmiſit, ſcilicèt, vt eo tempore ſolutio fiat, quo Seuerina, ſi rebus humanis ſubtracta non fuiſſet, viceſimumquintum annum impleſ

16 ſet. † Quod nihilominus excipitur in tempore ita poſito, vel mortis, vel nuptiarum, l.quibus diebus, §.quidam Titio, de cond. & demonſtrat.l.Seius Saturninus, vbi Gloſ. ff. ad S.C. Trebell. eo quod tempus mortis ſit incertum an, certum autem quando, tempus verò nuptiarum eſt multo magis incertū, dicam, an, & quando: dies verò incertus parit conditionem, l.dies incertus, de condit.& demonſtrat.& Labeonis ſpecies in §.quidam Titio, erat huiuſmodi. Quidam Titio centum legauerat, deinde ita iuſſerat, quas pecunias cuique legaui, eas hęres meus ſi mater mea moritur, dato, Titius viua matre deceſſit, quęritur, an hęredibus Titij legatum debeatur? Et Labeo aduerſus Offilium reſpondit, nihil intereſſe, vtrum ita ſcribatur, quas pecunias cuiq; legauit hæres meus, ſi mater mea moritur, dato; an ita: niſi mater mea moriatur, ne dato, vtrobique enim ſub conditione datum, vel demptum legatum reſpondit Labeo; Attamen, huiuſcemodi legatum purum prius relictum fuerat. Incertitudo igitur in diuerſis perſonis variè ſpectanda venit. Sic Papinianus in l.hęres meus, de condit.& demonſtrat. diligenter diſtinguebat, hęredine, an verò potius legatario inhęreret. Hęres meus inquit eum morietur Titius, centum ei dato, purum legatum eſt, quia non conditione, ſed mora ſuſpenditur: non poteſt enim conditio non exiſtere: Hęres meus cum ipſe morietur, centum Titio dato; legatum ſub conditione relictum eſt: quamuis enim hęredem eſſe moriturum certum ſit, tamen incertum eſt an legatario viuo dies legati non cedat, & non eſt certum legatum ad eum peruenturum.

17 Tertio verò caſu, † tempus poſitum non in ſubſtantia, non in ſolutione, ſed in fine

in fine vel interitu ipſius legati, facit diem, non autem cōditionem, qualis coruſcat egregia ſpecies in l. ambiguitatem, C. de vſufruc. Vſumfructum, vel annua decem Titio legaui, quouſque peruenerit ad annos 25. ſi interim Titius moriatur, tranſmittet vſumfructum, vel annua decem pro reſiduo tempore, quaſi tempus iniunctum fuerit, (vt putant Interpretes) iuri antea quæſito. Da-
18 tur etiam † legatum primo anno purum, ſequentibus verò cōditionale, vt pu ta; Teſtator legauit 20. annua vxori ſuæ, donec vitam vidualem duxerit, & ſeruauerit; huiuſmodi legatum annuum, primo anno dicitur purum, ſequentibus verò conditionale; & plura legata cenſentur, ac in ſingulis cedit dies; quod ſi vxor aliquot annis vſumfructum hunc, vel hæc annua acceperit, eos vtiq; fructus lucrata eſt, vt quamuis poſtea ad ſecundas conuolauerit nuptias, illos tamen reſtituere nequaquam tenebitur; at deficiente conditione ob iterata con nubia, perderet legatum; quia conditionale à primo effluxit anno; quæ vera ar bitrati ſunt Interpretes propter vim ac ſenſum dictionum earum, donec, quādiu, quouſque.[e] Diuerſum igitur ius ſancitum iri arbitrati ſunt, ſi fideicommiſ ſum ſub figura veræ conditionis per dictionem (Si) fuerit conceptum, quā con ditionem magis quam tempus inſinuare fertur,[f] exempli gratia. Centum lego vxori, ſi ipſa non nupſerit, & vitam vidualem ſeruauerit: nam ſi vidua facta poſtea nupſerit, vel inhoneſtè vixerit, priuatur legato, omneſque fructus & lu cra præteritis annis percepta reddere cogitur:[g] nam hęc conditio perpetuam,
19 non autem temporalem exigit viduitatem; Idemque † iuris dictionem (dummodo) æquè referre exiſtimarunt. Hinc Aretinus, vxorem dominam, & vſufructuariam toto vitæ ſuæ tempore maritus reliquerat, dummodo inquit vitā caſtam, & vidualem ſeruauerit; Quod ſi ad ſecunda tranſierit vota, eidem Flórenos ducentos præter dotem, legauit: Sed hæc poſtea nupſit; Quare ferunt in Rota Florentina iudicatum fuiſſe,[h] eam propter emphaſim dictionis (dummodo) & propter ſecundas nuptias, cecidiſſe ab vſufructu, & quos vidua collegerat fructus, omnes reddere oportere; Quinetiam, nec ei dandam actionem ad Florenos ducentos, ob violatam viri voluntatem: nam cum uitam uidualem ab initio elegerit, & uſumfructum perceperit, in eadem iugiter perſeuerare debuit, uel à morte viri ſecundas eligere nuptias; Id tamē ſatis durum, & nimio iuris rigore tinctum alicui videbitur.[i]

Quamobrē, ex his ita generaliter traditis, iam pateſcit nobis, fideicommiſſum eſſe donationem teſtamento relictam, ſingularem, uel uniuerſalem, tacitam, vel expreſſam, puram, uel ſub conditione, uel in diem. *Pulchra dictorum repetitio.*

AD CAP. IIII.

a L. hæres meus, de condit. & demonſtr.
b L. 1. l. 2. l. dies incertus, de condit. & demonſtr.
c L. 1. l. 2. l. ſtatus, l. hæc conditio, l. cui fundus, & paſſim, de condit. & demonſtr.
d L. à Titio, de furt. l. 2. C. com. de legat. l. quidam ita, ad Trebell. Bart. in l. 1. nu. 8. de legat. 1. Gloſ. in l. hæredes mei, §. cum ita, in verbo, ſuſceperit, ad S.C. Trebell. Alciat. lib. 4. Paradox. c. 5. Ripa, in d. §. cum ita, nu. 57. Cor. conſ. 28. nu. 2. vol. 4. Alciat. in l. cum filiofam. nu. 25. de lega. 1. Emanuel Soarez com. opin. littera F. l. Titio, §. penult. ff. quando dies legati cedit.
e L. ex facto, magna, §. rerum Italicarum, de hæred. inſtit. Bal. in l. vnica, C. de caduc. toll. Ruin. conſ. 145. nu. 6. & 7. in 2. Socin. iun. conſ. 116. nu. 17. in 1.
f In l. cedere diem, ff. de verb. ſignif.
g L. ita tamen, §. ſi pater, ad Trebell. vbi Bart. Ang. Imola, Caſtr. & Alex.
h L. ille à quo, §. ſi de teſtamento, l. ſi patroni, §. qui fideicommiſſum, l. quidam ita, vbi Gloſ. ad S.C. Trebell. Bart. in l. cum filiofamilias, de legat. 1. Ruin. conſ. 170. num. 3. lib. 2. Pariſ. conſi. 43. num. 12. lib. 3.
i DD. in l. Centurio, de vulg. & pupill. & in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſt. & in c. Rainut. & c. Rainaldus, extra de teſtam. Bald. conſil. 408. lib. 2. Alex. conſil. 22. lib. 3. Dec. conſil. 228. Dilect. de arte teſt. tit. 5. c. 26. qui hæc ſingula capita refert.

K L.ex teſtamento, C.de fideicommiſſ. Bart.in l.1.de iure codicill. & in Auth. Ex cauſa, C.de liber.præter. Socin.conſ.218. Alex.conſ.4.lib.7.

l Barbat.in Rubr.de teſtam.col.18.arg.l.cum pater, §.filius patrem, de leg.2.

m L.1.de his qui ſine manum.ad liber.peruen.Sicul.in Rub.de teſtam.fol.18.

n L.cogi, l.reſtituta, ad Trebell. Bart.in l.qui duos, nu.5.de reb.dub.arg.l...de acq.hæred.not.Bart. in l.ſi infanti, C.de iure deliber.

o L.in ſingulos annos, de ann.legat. Bart.& cæteri, in l.Titia, de legat.2. Bart.Caſtr.& alij, in l.fi. C.de indicta viduit.toll. Alex.conſ.18.vol.4. Pract.Papienſ.in forma libelli, quo vxor agit ad dotem, in Gloſ.donec, nu.8.latè Caualcan.de vſufruc.mul.nu.115.& ſeq.

p Bart.in l.1.de condit.& demonſtrat.

q §.ſi verò, & §.ſeq. Auth.de Nupt. Auth. Cui relictũ, C.de indict.viduit.toll.Paul.Caſt. & alij, in d.l.fi.C.de indict.viduit.toll.Caualcan.de vſufruc.mul.relic.nu.117.

r Caualcan.de vſufructu, num.117.

S V M M A R I A.

1 *Effectus quidam fideicommiſſariæ ſubſtitutionis.*

2 *Subſtitutio mixta quæ ſit.*

3 *In compendioſa nominibus collectiuis concepta, ſubrogantur vulgariter, & fideicommiſſariè ſubſtituti.*

4 *Si quis filios, & nepotes ſubſtituerit, an ſit vulgaris tantum, an etiam fideicommiſſaria ſubſtitutio.*

5 *Vox (In ſtirpes) reſonat fideicommiſſum.*

6 *Priuatio quamuis rem auferat, tamen non tollit, ſed præſupponit habitum.*

7 *Ex ſubſtitutione reciproca ſimplici, vel mixta, an oriatur fideicommiſſum.*

8 *Auctoris huius quæſtionis diſtinctio, ac ſingulorũ membrorum diſtinctionis exempla. & nu.9.10.11.15.16.17.& 18.*

12 *Duobus inſtitutis ſi eorum vltimo morienti facta fuerit ſubſtitutio, an reciprocum fideicommiſſum enaſcatur.*

13 *Auctoris opinio contraria Illuſtriſſ.Card.Mantica.*

14 *Indefinita, non ſemper æquipollet vniuerſali.*

19 *Ad inducendum reciprocum fideicommiſſum quæ requirantur.*

20 *Quando à communi in hac quæſtione ſit recedendum.*

De varijs formulis quibus oritur fideicommiſſum, ac de fideicommiſſaria reciproca, & compendioſa. Caput quintum.

SVBSTANTIAM & qualitates internas declarauimus. Nũc quæramus formulas, quibus inducitur fideicõmiſſum. Sunt porrò hęc iuris propria, & nobiliſſima induměta, quibus id conſpicuũ prodit in lucem. Verba precaria, tacita mens, ſubſtitutio fideicõmiſſaria, ratio agnationis conſeruandę, & prohibitio ne res alienentur. Sunt autẽ duæ, expreſſa ſcilicet voluntas, & mens tacita teſtantis, ad quas reliquæ veluti ſpecies ad genera congruè referuntur. Verùm, quoniam verba precaria in capite quid ſit fideicommiſſum, & mentem tacitam, vel coniecturas titulo de tacito fideicommiſſo ſuccinctè patefecimus, eaſdem poſtea copioſius declaraturi, nunc reliquas inter-
1 pretari decreuimus, quas inter, maximè ſplendet † fideicommiſſaria ſubſtitutio, per hanc inſtitutus cogitur à ſubſtituto hæreditatem adire, ac reſtituere; [a] per hanc hæres detrahit partem quartam de aſſe hæreditatis, & reliquum fideicommiſſario reddit, [b] per hanc ſuccedit ur teſtatori, & in bonis eius; [c] hęc
2 ſe modo ſimplicem, modo mixtam oſtendit, mixtam intelligimus, quæ in

compen-

compendioſa, & reciproca inſerta, & quaſi confuſa continetur. Simplicem declarauit Iuſtinianus, [d] Lucius Titius hæres eſto; rogo te Luci Titi, vt eum primum potueris hæreditatem meam reddere, eam Caio Seio reddas, reſtituas; quæ caret varijs temporibus, & verbis concipitur obliquis; Fideicommiſſariam verò compendioſa mixta inſinuat [e] huiuſmodi formula obliqua, vel communis. Filium meum hæredem facio, & quandocunque ſine liberis deceſſerit, rogo hæreditatẽ Caio reſtituat; vel ſi ſine liberis obierit; vel poſt mortem filii mei, Caium ſubſtituo. In qua ſanè varios temporis ſtatus, varioſque futuros effectus ex illis dictionibus, quandocunque, ſi poſt mortem, ac ſimilibus, reſurgere & cæteras ſubſtitutiones, prout caſus emerſerit, contineri arbitrati ſunt Iuriſconſulti; [f] Vulgarem, ſi filius, vel extraneus non potuerit eſſe hæres; Pupillarem, ſi in pupillari ætate; Exemplarem, ſi in furore; Fideicōmiſſariam, ſi poſt pubertatem obierit; Tum præterea animaduertẽdũ eſt, [g] † quod

3 ſi compendioſa nominibus collectiuis fuerit concepta, in ea ſubrogati intelliguntur non ſolum vulgariter, verumetiam fideicommiſſariè (vt caſus dederit) ſubſtituti, exempli gratia. Lucio Titio hẹredi meo Mæuium ſubſtituo, & ſuos; Vel Caium ſubſtituo & eius hæredes; Vel Seium, & eius deſcendentes, uel agnatos, ſiue familiam: nam caſu hoc cenſentur ſui quoque vel hæredes, vel deſcendentes, vel agnati, vel familia ſubrogati per vulgarem, nedum etiam per fideicommiſſariam ſubſtitutionem; per vulgarem, ſi Lucius Titius, ſi Mæuius, vel ſi Caius hæres eſſe noluerit, vel non potuerit; per fideicommiſſariam, ſi Lucius Titius, ſi Mæuius, vel ſi Caius hæreditatem adierit, qua adita, ſpirat vulgaris, & ſubſtituti ſuccedunt iure fideicōmiſſi, vigore nominis collectiui apti compræhendere & vocare non modo plures perſonas, verum etiam plures in pluribus gradibus, de cuius virtute inferius in proprio capite de nominibus

4 collectiuis vberrimè tractabimus; At † ſi quis ſubſtituerit filios, & nepotes ex eo, pleriqne putant in ea ſpecie ex Galli Aquilij reſponſo [h], vulgarem duntaxat, non etiam fideicommiſſariam reperiri, eo quod nepotes ex cauſa neceſſaria fuerint vocati, ne ſcilicèt illi præteriti rumpant teſtamentum, quod quidẽ accideret, ſi filius viuo patre ex hac vita decederet; hæc verò ſpecies à Curtio iuniore [i] egregiè ita limitatiuè enucleatur, ne procedat, quando pater nepotes & pronepotes vocaſſet, vel vſus verbis fuiſſet temporis tractum ſignificantibus; quinetiam, ſi teſtator ita cauiſſet. Filium meum hæredem facio, & ei ſubſtituo filios ſuos, in capita, non in ſtirpes; tum denique non modo vulgaris, verum etiam fideicommiſſaria, ac verborum compendioſa formula inducta eſſe videretur, quemadmodũ reiecta Grati opinione, Berous, & Simon Preteus, [k]

5 rectè arbitrati ſunt, ne ſcilicèt, † vox illa, (in ſtirpes) habeatur vox clamans in deſerto, [l] cum ſui natura retineat fideicommiſſum, [m] & priuatio, qualitatis ſuę, nempè, vt ſuccedant vocati per capita, non autem per ſtirpes, non tollit gradum natorum à ſtirpe, ad quem vſq; gradum tractu temporis compendioſè

6 parens progreſſus eſt; Sic † rei alicuius priuatio, quamquam rem auferat, attamen, non tollit, ſed præſupponit habitum [n]; Sic talpa, quæ caret oculis potentia Logica, vt animal; ſic catuli ante nonum diem, ſi non actu, ſaltem potentia vident: nam inter filios primi gradus non vtique poſſunt conuenire verba (per ſtirpes;) quare vocati intelliguntur etiam nepotes, quibus ex Iuſtiniani ſententia [o] origo ſtirpis naturaliter competit, vt in locum parentis ſuccedere, & eiuſdem gradum præſeferre valeant.

7 Oritur † quoque fideicommiſſum à reciproca ſubſtitutione, non quidem ſimplici, ſed inſerta in compẽdioſa: nam & reciproca duplex eſt, vna ſimplex; Titium & Mæuium hæredem inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo, & hęc non eſt potis generare fideicommiſſum, vtpotè, quæ apta ſit gignere ſolas directas

 ſub-

ſubſtitutiones: [p] tum quia inutile foret fideicommiſſum; [q] nam tantum vnuſquiſque daret, quantum ab vnoquoque acciperet, quod ab omnibus communiter receptum videtur, vno tamen reclamante, & ſubtiliter refellente Iaſone.[r] Altera eſt reciproca mixta, contenta ſcilicèt incompendioſa, ut puta; Filios meos hæredes facio, & quandocunque deceſſerint, eos inuicem ſubſtituo; & ab hac reciprocum aliquando enaſci fideicommiſſum non eſt ambigendum: adeſt enim ſpacium ſiue temporis progreſſus, [ſ] ex quo fideicommiſſariam poſt mortem omnium inductam eſſe profitentur; quæ ſanè ſententia ex uarijs for-

8 mulis, & qualitatibus, uaria quoq; redditur apud omnes: Quare † non erit inutile ita diſtinguere; aut ij, quos quærimus, an fideicommiſſo ſint grauati, ſunt poſiti in conditione: aut in diſpoſitione; ſi in diſpoſitione, aut ſubſtitutio facta eſt poſt omnium mortem, ultimo ſcilicèt morienti; aut poſt mortem omnium ſimpliciter. Præterea, uel in tota hæreditate, uel ſimpliciter, uel indefinitè, hinc uarium uarijs caſibus ius ciuile emergit.

9 Exemplum † primi caſus eorum, qui poſiti ſunt in conditione. Pater filios inſtituit hæredes, deinde cauit, ſi filij mei ſine liberis deceſſerint, vel filij filiorũ ſine liberis, Caium ſubſtituo in tota hæreditate; hinc non emanat reciprocum fideicommiſſum: [t] nam cum illi filij ſint poſiti in conditione, ſi ſine filijs, iuxta communem conſulentium opinionem non ſunt aſciti à teſtatore, ex teſtamento inquam: & cum non ſint honorati, non potuerunt fideicommiſſo grauari, ſecundum Regulam,[u] quem non honoro, non grauo; At, ſi poſiti in conditione intelligerentur à teſtante vocati, inductum vtique videretur etiam tacitum ac reciprocum fideicommiſſum; Sed enim, huius rei veritas ab ea depẽdet quæſtione, an filij poſiti in conditione, cẽſeantur vocati. De qua ſuccinctè quidem, verum ſolidè infrà diſputabimus.

10 Secunda † eſt ſpecies, quando poſt mortem omnium concepta fuerit ſubſtitutio, vltimo morienti in tota hæreditate; veluti, filios meos hæredes facio, & poſt mortem eorum omnium, vltimò decedenti Caium ſubſtituo in tota hæreditate; iam inter eos inductum cenſetur communi omnium ſententia tacitum, reciprocumque fideicommiſſum, [x] vt in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de legat. 2. nam ſi teſtator voluit hæreditatem ab vltimo decedente totam Caio reſtitui, vtique etiam voluit totam ad eum peruenire, alioquin totam reddere non poſſe, & cum voluerit conſequens, voluit quoque neceſſarium antecedens, [b] tota autem non potuit vnquam ad vltimum decedentem peruenire, niſi per tacitam, & reciprocam fideicommiſſariam ſubſtitutionem viciſſim delata fuerit, ergo.

11 Tertia † fulget, ſi teſtator Mæuium, Caium, & Seiũ inſtituerit, & poſt mortem omnium Sempronium ſubſtituerit, nec dixerit, in tota hæreditate, nec morienti vltimo, hinc non oritur reciproca ſubſtitutio, [c] ſed vnuſquiſq; grauatus intelligitur, cum petierit, ſuam reddere portionem ſubſtituto.

12 Quarta † ſuccedit ſpecies, Mæuium, Seium, & Caium inſtituit, & vltimo eorum morienti Sempronium ſubſtituit, nec expreſſit teſtator, in tota hæreditate, nec in hæreditate; inde non enaſcitur reciprocum fideicommiſſum, quoniã intelligitur ſubſtitutio facta in portione, ſolummodo vltimi eorum morientis; [d] At ſi ita cauerit, ſupremo morienti in hæreditate Sempronium ſubſtituo, plerique putant, nullam inde manare reciprocam fideicommiſſariam, [e] vno reluctante Curtio iuniore, [f] qui vrgentiſſimis rationibus nixus, hanc ſententiam veram haud ſecùs ac Euangelium profitetur, & cuius veſtigia Didacus, [g] & Cephalus [h] ſecuti ſunt; tum, quia enunciatio indefinita æquipollet vniuerſali; [i] tum, quia quorſum inquit Didacus fieret hæc ſubſtitutio vltimo moriẽti in fundo, vel in hæreditate, ſi in eius tantum parte ſubſtitutum admitti uo-

ti voluiſſet? Spectandum igitur erit, an teſtator totam intellexerit hæredita-
13 tem, totumue fundum: quod ſi aliundè non appareat, † ego adhuc in hac hypotheſi fideicommiſſum admittendum putarem, quale reſonant verba indefinita; & quamuis Illuſtriſs. Cardinalis Mantica, lib. 7. de coniect. vlt. volun. cap. 5. contrarias partes defendere conetur, tum, quia cum teſtator vltimo ſubſtituerit morienti, in hæreditate, nec dixerit in tota, commodiſſimè intelligi poteſt, in parte vltimi defuncti, l. ſi Titius ex parte, de legat. 3. l. Titia, ff. ad l. Falcidiam: poteſt ſiquidem nouiſſimus tantum grauari, & aſſerēti fideicommiſſum, incumbit onus probandi talem fuiſſe teſtatoris mentem, l. Titia, §. Caius, l. Lu-
14 tius Titius, §. penult. de legat. 2. tum, quia † indefinita non ſemper æquipolleat vniuerſali, niſi inſit eadem ratio, & æquipollet reſpectu eius cui facta; ſed ſupremo facta eſt, in parte eius, non autem reliquorum; Hæc tamen bina argumenta facilè repelli poſſunt, vtpotè cum multò magis vrgeant coniecturæ pro opinione Curtij, quam aduerſariorum; An non indicant hæc verba, Titius & Seius hæredes ſunto, & ſi vltimus deceſſerit ſine liberis, vel poſt mortem vltimi decentis ſine liberis, volo hæreditatem ad Sempronium peruenire; An nō indicāt hæc verba ſubſtitutionem in tota hæreditate teſtatoris? ſi teſtator qui nominauit fundum, vel hæreditatem, vigore indefinitæ enunciationis totum fundum totamq; hæreditatem intellexiſſe præſumitur? l. Titia, §. Seia libertis, de legat. 1. l. hæreditas, l. nihil aliud, de verb. ſignif. & de reg. iur. Quid ergo vltimo morienti ſubſtituit, ſi portiones prius decedentium in nouiſſimum delatas non intellexit? quid tum, Caio nō autem ſupremo obeunti ſubſtituit? quid tum in hæreditate ſubſtituit non in portione vltimi decedentis? cum potiſſimum iura ab aduerſarijs adducta, vt ſupremus grauari poſſit, eum partiali onere expreſſim grauent, non autem indefinitè in fundo vel hæreditate, vt in l. eū qui, ad Trebellian. in l. ſi Titius ex parte, de legat. 3. & in l. Titia, ff. ad l. Falcidiam. Quid tandem ſibi vult ſeries, & catena illa verborum, Titius & Caius hæredes ſunto, & vltimo eorum ſine liberis obeunti, Caium ſubſtituo, niſi totam hæreditatem teſtatoris ad Caium peruenire? hæredes inquit ſunto, nonne totius aſſis, & vltimo morienti ſine filijs, Caium ſubſtituo, nonne in toto aſſe? quid ergo vſus eſt relatione vltimi, an vltimus nō refertur ad præcedentes, qui totam capiunt hæreditatem? an non præcedentes ad vltimum referuntur, etiam cum toto aſſe? vtique quidem. Patet igitur, quam leuia ſint hæc aduerſaria argumenta, vel ſi fortia, quam fortioribus conuincantur, vt clauus clauo trudi propelliq́ue ſolet.

15 Quinta † erit theſis, Caium, Mæuium, & Seium inſtituo hæredes, & poſt eorum omnium mortem, Sempronium in tota hæreditate ſubſtituo, nullum præterea inde oriri putant fideicommiſſum, [k] nec talia repngnantia fore, quod vltimo defuncto, tota hæreditas perueniat ad ſubſtitutum, & quod inter eos nullum ſit reciprocum fideicōmiſſum, quaſi velit teſtator, hęredem eius qui prior deceſſerit portionem retinere, donec alij moriantur, & poſt mortem vltimi reſtituat hæreditatē. Quare, in his arduis quæſtionibus (vt Michael Craſſus ait) vix ſecerni poteſt vtra ſit communior ſententia, quandoquidem, varia interpretes varijs caſibus emergentibus protulere.

16 Primus † eſt, ſi omnes; poſt quorum mortem facta eſt ſubſtitutio, grauati ſunt, nullum inuenitur reciprocum fideicommiſſum, [l] quoniam omnes onerati ſunt, ergò vnuſquiſque in ſua portione, ergò non poteſt intelligi fideicommiſſum relictum ab vltimo moriente.

17 Secundus, † quando inſtituti omnes quidem non ſunt grauati, attamen, tales ſunt quorum ſi vnus obierit, ſuperſtites ex veriſimili mente teſtatoris non excluderent ſubſtitutum, proinde, nullum generatur reciprocum fideicom-

miſ-

miſſum: [m] quilibet enim intelligi poteſt grauatus ſub eà conditione, ſi nouiſſi-
mus ſine liberis deceſſerit; Nec repugnat, vltimo defuncto totam hęreditatem
ad ſubſtitutum peruenire; & inter inſtitutos nullum admitti reciprocum fi-
deicommiſſum.
18 Tertius † eſt, ſi illi, poſt quorum mortem facta eſt ſubſtitutio in tota hære-
ditate, tales ſint, vt ſi quis eorum obicrit, ſuperſtites ex veriſimili teſtãtis men-
te excluderent ſubſtitutum, vtpotè magis dilecti, quia ſunt liberi; in hac ſpe-
cie conueniunt inductum eſſe reciprocum fideicommiſſum, [n] vt morienti vl-
timo, in tota hæreditate poſt mortem omnium intelligatur facta ſubſtitutio.
19 Quamobrem † ad inducendam reciprocam fideicommiſſariam, hæc tria
potiſſimum poſtulanda aiunt; [o] Primum, quod omnes illi ſint à teſtatore ho-
norati, non autem poſiti tantum in conditione. Secundum, quod ſubſtitutio
facta ſit vltimo morienti, ne ſubſtitutus ſingulis decedentibus ſuccedat. Ter-
tium, quod ſit facta in tota hæreditate: nam ſi daretur ſucceſſio in portione vl
20 timi, nullum profectò fideicommiſſum reciprocum reſurgeret. † A qua ta-
men communi ſententia tunc recedere fas eſt, quando teſtator prætulit ma-
ſculos fœminis, & quando prohibuit bonorum alienationem, & voluit ea tran
ſire de hæredibus in hæredes in infinitũ, & ex ſimilibus alijs coniecturis, quo-
niam hęc fieri non poſſunt, niſi detur inter eos reciprocum fideicommiſſum.

AD CAP. V.

a Inſtitut. de fideicom. hæred.
b DD. in l. Centurio, de vulg. & pupill. & in l. precibus, C. de impub.
c L. cohæredi, §. cum filiæ, de vulg. & pupill.
d §. in primis igitur, de fideicom. hæred.
e Decius in l. precibus, num. 335. C. de impub. & alijs ſubſt. Bart. in l. Centurio, nu. 20. & 21. de vulg. & pupill. DD. in l. precibus, de impub. & alijs ſubſt. Craſſ. in §. ſubſtitutio. q. 6.
f Bart. in d. l. Centurio, nu. 32. DD. in d. l. precibus, propter temporis tractum, & quia poſt mortem ſubſtituit per Gloſ. magnam, in l. in teſtamento, C. de milit. teſta. Decius in d. l. precibus, nu. 16. & conſ. 227. nu. 3. & conſ. 272. Pariſ. conſ. 11. nu. 34. lib. 3.
g Crauet. conſ. 22. nu. 4. Dec. conſ. 205. & 431. nu. 6. Curt. iun. reſp. 48. num. 4. DD. in l. cum ita, §. in fideicom. de leg. 2.
h L. Gallus, de liber. & poſthum. vbi Caſtr. & alij, in §. quidam rectè. Crauet. d. conſil. 48. & conſil. 22.
i Curt. iun. conſ. 48. nu. 4. & ſeq.
K Simon Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. pag. 268. Bero. quæſt. 104. Grat. conſ. 109. num. 50. & 56. libr. 2.
l L. ſi quando, de leg. 1. l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iuris.
m Pariſ. conſ. 92. nu. 58. lib. 2. Curt. conſ. 42. Socin. iun. conſ. 89. nu. 14. lib. 3. Decian. conſ. 24. nu. 3. & 10. in 2.
n L. manumiſſionis quoque, de inſt. & iure, l. qui decem, de verb. oblig. c. ad diſſoluendum, de diſpenſat. impuber.
o §. cum filius, de hæredit. quæ ab inteſt. defer. l. cum ratio, de bonis dam. Auth. Poſt fratres, Auth. Ceſſante, C. de legitimis hæred.
p Bart. Caſtrenſ. Alex. in l. 2. C. de impub. & alijs ſubſt.
q Socin. iun. conſ. 100. nu. 41. lib. 3. Ruin. conſ. 7. nu. 11. lib. 3.
r Iaſ. in l. Lucius, nu. 39. de vulg. & pupill.
ſ Bart. in l. Lucius, nu. 5. & 20. de vulg. & pupill. Angel. conſ. 131. & 307. nu. 3. Iaſ. in d. l. Lucius, nu. 30. Dec. in l. in teſtamento, C. de teſtam. mil. nu. 3. Caſtrenſ. conſ. 41. nu. 35. vol. 2.
t Gloſ. in l. Lucius, 2. de hæred. inſtit. Socin. ſenior, in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 3. ff. ad Trebell. & inibi Ripa, num. 39. Gozadin. conſ. 67. num. 14. Didacus, in c. Rainutius, in §. 8. nu. 3. de teſtamen.
u L. ab eo, C. de fideicom. l. 1. in fine, C. communia de legat. l. planè, 2. in fine, de leg. 1.
a l. Titia Seio, §. Seia libertis, de legat. 2. Bart. in d. l. Centurio, nu. 14. & 15. Didac. in c. Rainutius, in §. 8. nu. 3. Ruin. conſ. 111. nu. 12. vol. 2. Pariſ. conſ. 43. nu. 8. & 25. vol. 2. Gabr. Rom. Commun. Concluſ. lib. 4. de ſubſtitut. Concluſ. 1.
b L. ad rem mobilem, ff. de procuratorib. l. denique, §. interdum, de peculio legat. l. 2. de iuriſdict. omn. iud.

c Ripa,in d.l.hæredes mei,§.cum ita,nu.14.Gabr.Rom.d.Concluſ.1.
d Ripa,in d.§.cum ita,nu.18.& Bart.in d.l.Titia Seio,§.Seia libertis,de leg.2. & in l. vel ſingulis,de vulg.& pupill.
e Socin.ſen.in d.§.cum ita,nu.15.Gabr.Rom.d.Concluſ.1.
f Curt.iun.in l.penult. C.de impub. & alijs ſubſtitut.& conſ.43. num.5. verum credit vt Euangelium.
g Didac in c Rainutius, d.§.8.nu.3.de teſtam.
h Ceph.Reſp.166.num.26.qui plures accumulat.
i L.ſi pluribus,de legat.2.l.ſi plures,de legat.3.
K Socin.Alex.& alij,in d.§.cum ita.
l Socin.iun.d.§.cum ita,num.21. Ripa,nu.14.& 24. Didac.d.§.8.num.4.
m Socin.iun.d.§.cum ita,nu.22.Ripa,nu.26.& 27.
n Socin.iun.in d.§.cum ita,num.24.Pariſ.conſ.43.nu.53.vol.2.Didac.d.§.8.nu.4. Craſſ.in §.ſubſtitutio,q.61.Ill.Card.Mantica,de coniect.vlt.volun.lib.7.tit.5.
o Iaſ.in l.poteſt,nu.12.de vulg.& pupill.& in l.penult.nu.7. C.de impub. & alijs ſubſtitu. Communem dicit Socin.iun.conſ.140.num.10.vol.3.Crauet.Reſp.161.nu.7. & conſ. 113.nu.1. Alb. conſ.31.
p Crauet.conſ.113.Socin.iun.conſ.115.nu.7.vol.3.& conſ.145. nu.33. Pariſ.conſ.55.nu.1. uol.2.Illuſt.Card.Mantic.de coniect.ult.uolunt.lib.7.tit.ult.in fine.

SVMMARIA.

1 Fideicommiſſaria quod non ſit propriè ſubſtitutio, pluribus argumentis probatur: & num.2.3.4.5.6.7.& 8.

9 Dictio (Et) aliquando ponitur pro (Vt.)

Dictio (Quaſi) veritatem exprimit.

10 Fideicommiſſaria quod immò ſit propriè & verè ſubſtitutio, itidem pluribus argumentis,& nu.11.12.14.17.18.& 20.

12 Verbum (Subſtituo) eſt commune, tam ad directam, quam ad fideicommiſſariam.

13 Directa ſubſtitutio flectitur in obliquam, ſed obliqua nunquam reflectitur in directam.

15 Manumitti poſſunt tam ſerui, quam liberi.

16 Vna determinatio recipiens plura æquè determinabilia, debet ea pariformiter determinare.

19 Hæres nunquam deſinit eſſe hæres.

21 Reſolutiones plurium Iurecons. Fideicommiſſariam propriè ſubſtitutionem eſſe.& num.22.& 24.

23 Genus propriè de omnibus inferioribus ſpeciebus prædicatur.

25 Reſolutio auctoris, quæ an Fideicommiſſaria ſit propriè ſubſtitutio, egregiè diſtinguit.

26 Statuto ſanciente vt ex teſtamento quid ſoluatur, vtrum hæres inſtitutus; an fideicommiſſarius ſoluere teneatur.

27 Statuto cauente vt ex cauſa ſubſtitutionis quid ſoluatur, an fideicommiſſariè ſubſtitutus ſoluere debeat, pulchrè diſtinguitur.

28 Quid ſi ſtatutum diſponat vt poſſeſſio continuetur in hærede, optimè limitat.

29 Quid ſi ſtatuto caueatur dandam eſſe bonorum poſſeſſionem ſubſtitutis.

30 Quid ſi ſtatutum prohibeat ne ſubſtitutis currat præſcriptio 30.annorum.

31 Quid ſi ſtatutum interdicat ne inſtituti, vel ſubſtituti poſſint quid vltrà retinere.

32 Quid ſi ſtatutum caueat, vt ex cauſa conditionalis ſubſtitutionis, etiam conditione pendente relictum tranſmittatur.

33 Auctoris reſolutio.

Fideicom-

Fideicommiſſaria an ſit propriè ſubſtitutio, & quænam inde vtilitas. Cap. Sextum.

Fideicommiſſariam ſubſtitutionem expreſſam,& tacitam,ſimplicem,& compendioſam, declarauimus; nunc quærimus,
1 † an fideicommiſſaria ſit propriè, & verè ſubſtitutio? Michael Craſſus [a] quæſtionem hãc adeo ancipitem eſſe refert, vt vix cognoſci poſſit quænã ſit communis opinio. Decius [b] poſt Baldum,& Salicetum,ſuſtinuit,non eſſe propriè ſubſtitutionem,quam communem,nec ab ea recedendum eſſe teſtatur Hieronymus Cagnolus;[c] & eam ſecuti ſunt Iaſon,[d] Ripa,& alij; Horum opinio ſic probari poteſt.

2 Primò, †[e] Fideicommiſſariæ non competit ſubſtitutionis Definitio, ergo non eſt propriè ſubſtitutio. Probatur antecedens: nam ſubſtitutio eſt hæredis inſtitutio,ſecundo,vel vlteriori loco facta; Vel eſt ſubrogatio in ius, & locum hæredis:[f] ſed hæres habet iura directa, & manu propria capit hæreditatem, Fideicommiſſarius verò à manu hæredis,& iura tantùm vtilia adipiſcitur,l.cũ heredes,de acquir.poſſeſſ.l.reſtituta,l.facta,ad S.C.Trebel.§.reſtituta,de fideicom.hæred.§.quos autem,de bonor.poſſeſſ.

3 Augetur argumentatio: † nam in omni directa ſubſtitutione, quæ vera eſt ſubſtitutio,ſubſtitutus ſuccedit in ius & locum deficientis hæredis; patet in vulgari,& pupillari,l.2.l.iam hoc iure,de vulg.& pupill.è conuerſo,ſola fideicommiſſaria requirit alium hæredem,qui ſibi iura vtilia reſtituat, l.cogi,l.reſtituta, totoque tit.ad S.C.Trebell.ergò,fideicommiſſaria non poteſt eſſe propriè ſubſtitutio;quandoquidem fideicommiſſarius non ingrediatur ius, & locum plenum hæredis.

4 Secundò † Paulus Caſtrenſis,& alij,ſic argumentantur. Subſtitutus,vel ſubrogatus, ſuccedit in plenum ius, & ſtatũ eius cui ſubſtituitur vel ſubrogatur [g] ſed fideicommiſſarius non ſuccedit in plenum ius hæredis, ſed habetur potius loco hæredis,vel quaſi, [h] ergò.

5 Tertiò † deducitur argumentum ex cap.ſi pater, de teſtam.in 6. quod ſanè fortiſſimum & ineuitabile nuncupatur à Cagnolo, [i] idque eſt huiuſmodi. In dubio ſubſtitutio intelligitur directa, non autem fideicommiſſaria, ergò directa erit propriè,fideicommiſſaria verò impropriè ſubſtitutio; quod tamen conantur aliqui ita retorquere, quaſi ambæ ſint propriè ſubſtitutiones; in dubio tamen ſubſtitutio potius cenſenda eſt directa quam fideicommiſſaria; verum, vt inquiunt; At non ſequitur,propterea alterã eſſe impropriam; verum quemadmodum cum Poetam dicimus, Homerum,aut Virgilium intelligimus,§.ius quidem ciuile,de iure natur.gent.& ciuili,ſic in dubio,digniora,potentiora, & magis propria ſunt intelligenda.

6 Quartò † obijciunt titulum, C.de inſtitutionibus,ſubſtitutionibus,& reſtitutionibus,ponderantes inibi reſtitutiones deferre à ſubſtitutionibus,ergò fideicommiſſaria nempe ſubſtitutio, non erit ſubſtitutio. Cui occurrunt aliqui,
7 † dictionem(Et)ſignificare, (Vt) ſicut in titulo C.de ſeruitutibus,& aqua. Attamen, aquæ ſeruitus, eſt propriè ſeruitus; & adducunt quoque Matthæum cap.16. Dicite Apoſtolis, & Petro, quoniam reſurrexit à mortuis: an non Petrus erat Apoſtolus? At Decius id particulari ratione factum aſſerit: tum,quia ſpecialiter agitur etiam de ſeruitute aquæ, tum,quia Petrus negauerat Dominum,(antequam cantet gallus ter me negabis) placuit Domino ſpecialem facere de Petro mentionem.

8 Quar-

8 Quintò † opponunt l.tutores,§.hæres,de adminiſtr.tut. Hæres qui non habet ſubſtitutum, tenebitur reſtituere fideicommiſſario, ergò fideicommiſſaria non eſt ſubſtitutio; ſed reſpondent,non habent ſubſtitutum,ſcilicèt,directum. Sextò,l.recuſare,§.Titius, ff.ad S.C.Trebell. longè differt capere hæreditatem per reſtitutionem,an per ſubſtitutionem, ergo fideicommiſſaria differt à ſubſtitutione,& l.poſtulante,§.vlt.ad Trebel.fideicommiſsarius eſt loco hęredis,ergò non eſt hæres,ſed quaſi,§.reſtituta,de fideicom.hęred.§.quos autem, de bonor. poſſeſ. nec afficit reſponſio eorum qui dicunt, differre quidem,aliquid eſſe tale,vel loco talis, in his quæ facti ſunt,verum in his quæ iuris ſunt,
9 minimè differre [l]: nam fictio iuris, veritati æquiparatur,& † dictio, (Quaſi)exprimit veritatem, [m] nam hæc diſtinctio tum demum eſt vera,cum nullæ apparent contrarietates,vel differentiæ iuris,ſed hic plures pateſcunt: namq; vnus hæreditatem manu propria capit,alter aliena,vnus tenet actiones,& iura directa,alter verò vtilia, & obliqua,vt ex ſuperioribus liquidò conſtat, quamobrē hæc ſufficere & corroborare videntur communem eam opinionem,nempè,fideicommiſſariam non eſſe propriè ſubſtitutionem.

10 Contrariam † verò ſententiam, quod imò fideicommiſſaria ſit propriè & verè ſubſtitutio, tenuere Alexan.& Socin.iun. cuius reſponſo viginti illuſtres Italiæ Doctores ſubſcripſerunt,& Oddus,& Vaſquius, & alij plerique,[n] quorum opinio ſic probatur.

11 Primò, † legatarius legatario dicitur propriè ſubſtitutus,& donatarius donatario,ergò ſic fideicommiſſarius erit propriè hæredi ſubſtitutus, vt hæres hęredi, l.vt in hæredibus,de legat.2. l.ſi legata, C.de legat.l.Titius,& Seius,cum ſeq.de hæred.inſti. At reſpondetur,id fieri impropriè, non propriè,quinetiam extra naturam ſubſtitutionis, & magis propriè dicitur fideicōmiſſarius fideicommiſſario,quam hæredi ſubſtitutus, vt natura iurium ſucceſſionis indicat.

12 Secundò,† verbum ſubſtituo,eſt commune, tam ad directam, quam ad fideicommiſſariam,[o] ergò ſubſtitutio vti genus, vniuocè,& propriè,de vtraque dicetur;ergò fideicommiſſaria propriè ſubſtitutio.Reſpondetur,ſubſtitutio in genere æquiuocè ſumpta,ſe habet ad vtrumque, ergò fideicommiſſaria erit ęquiuocè & impropriè ſubſtitutio,& ſubſtitutio ſumpta in genere vniuoco,inſtitutionis, vel ſubſtitutionis hæredis,non poterit eſſe genus commune vtriq;:
13 † directa poteſt flecti in obliquam, ſed obliqua nunquam reflectitur in directam;Facilis deſcenſus Auerni,ſed reuocare gradum,&c.

14 Tertiò † comprobat per l.generaliter,§.cum autem, C.de inſtit.& ſubſt.Imperator fideicommiſſariam appellat ſubſtitutionem, ſed Imperator propriè loquitur,ergò. Reſpondet,qđ impropriè ibidē loquitur,dein ponderanda ſunt ea verba(ſubſtitutionem,ſiue reſtitutionem) ergò nuncupatur impropriè ſubſtitutio, at Ripa ait,ꝗ reſpectu vnius ponitur propriè, ſed merito alterius im-
15 propriè,vt in l.2.ff.de offic.proconſ. nam † manumitti poſſunt tā liberi quam ſerui,at manumiſſio liberis propriè,ſeruis autem impropriè competit. Quare Cagnolus & alij occurrunt,Regulam dictæ legis ſecundæ, habere locum, vbi
16 ſubiecta materia id patitur,& ſuadet, alioqui ſuccedit altera regula. † Vna determinatio reſpiciens plura æquè determinabilia, debet ea pariformiter determinare,[p] ſed hæc materia ſic patitur, ſic ſuadet,vt ſuprà oſtenſum fuit.

17 Quartò † à communi vſu loquendi,fideicommiſſaria propria ſubſtitutio appellatur,[q] & teſtator eam ſubſtitutionem nuncupauit,ſed occurrit Cagnolus[r] cōem loquendi vſum probari oportere,an verò potius dicendum erit,contrariam opinionem vti Regulam ſtare, ſed limitari ex communi loquendi vſu, ſi fuerit probatus.

18 Quintò † ante aditam hæreditatem poſſet quidem inter fideicommiſſariū,

 & hæ-

& hæredem differentia inueniri,ſed poſt aditam,& reſtitutam, nullum poterit
inter eos diſcrimen reperiri : nam hæreditas iam facta eſt proprium adeuntis,
vel eius cui præſtituta fuerit,patrimonium. [r] Reſpondetur, vnum habere iura
19 directa, alterum vtilia, vnum ſcilicet † hæredem, nunquam poſſe deſinere eſſe
hæredem, §.reſtituta,de fideicom.hæred. §.quos autem,de bonor.poſſeſ.l.ſed
etſi ſine,§.Nam quod Papinianus, ff.de minoribus.
20 Perpendendum inſuper, † quod fideicommiſſa,& ſubſtitutiones fideicom-
miſſariæ,ſunt deſtitutæ iure ciuili, robur enim acceperunt ab Octauiano Au-
guſto,cum antea ſolo pudore eorum qui rogabantur ſuſtinerentur, §.1. de fi-
deicom.hæred.Perpendendum quoque Trebellianum S.C.& Pegaſianum.

Sed iam ad reſolutionem deſcendamus. [m]

21 Prima † ſumitur reſolutio ab Alexandro, [t] quod obliqua, ſiue fideicommiſ
ſaria ſit propriè ſubſtitutio,ſed fideicommiſſarius nõ ſit propriè hæres,verum
loco hæredis,quæ ſanè reſolutio, contradictoria vel impoſſibilia continere vi-
detur:nam ſi fideicommiſſarius ſubſtitutus non eſt propriè hæres,nõ erit pro-
priè ſubſtitutus, ergò ſubſtitutio fideicommiſſaria non erit propriè ſubſtitu-
tio,eſt ſiquidem quaſi hæres, vel loco hæredis,l.poſtulante, §.vlt.l.recuſare, §.
pen.ad Trebell.& vbi adeſt repugnantia,actus,vel improprius,vel nullus eſt, l.
vbi repugnantia,de Reg.iur.
22 Secunda † eorum eſt reſolutio, qui dicunt, ſi accipiatur ſubſtitutio pro ge-
nere latiſſimè, quo quidem legatarij dicũtur legatarijs ſubſtituti, & iudices iu
dicibus,& arbores arboribus,ac oues ouibus, & armenta armentis, fideicom-
23 miſſaria erit propriè ſubſtitutio,† quoniam genus(inquiunt,)ſupremum pro-
priè de omnibus inferioribus ſpeciebus prædicatur, vt Subſtãtia,vel Corpus
animatum apud Logicos,argum.l.ſi quid earum,§.inter emptum,de legat. 3.l.
generi per ſpeciem,de Reg.iur. tradunt in l. 1. de teſtam. & l.omnis definitio,
de reg.iur. Sed hæc penitus reijcienda eſt:nam id genus non eſt vniuocũ, nec
analogum,ſed æquiuocum,ergò ſubſtitutio erit impropria,& æquiuoca,cuius
nomen commune quidem,ſed ratio lõgè diuerſa,vt apud Porphirium,Hamo-
nium,& cæteros Logicos,in cap.de genere.
24 Tertia † de hæreditate adita,& conuerſa in proprium patrimonium, iam ſu
prà reiecta fuit.
25 Quarta igitur † & vltima ſuccedit noſtra,Aut Subſtitutio ſumitur in gene-
re ampliſſimo, & æquiuoco, quemadmodum arbores, iudices, legatarij,
boues, & armenta, ipſa ſibi ipſis dicuntur ſubſtituta, aut in genere vniuoco
ſubſtitutionis hæredis. Primo vtique modo fideicommiſſaria æquiuocè,& im
propriè:ſecundo autem modo,per ſe,propria quidem,& relata ad directas, e-
rit impropria,vel minus propria ſubſtitutio, proinde meruit particularibus in
iure ciuili titulis donari, de fideicommiſſarijs hæreditatibus, ad Senatus Con
ſultum Trebellianum, de fideicommiſsarijs inſtitutionibus, & de fideicom
miſſis,ſeparatis nempè à vulgari,& pupillari,& ab aliis ſubſtitutionibus, quin-
etiam Logicè dicere poſſem,fideicommiſſariam materialiter eſse propriè,for-
maliter verò eſse impropriè ſubſtitutionem : conueniunt enim in bonis, ſiue
hæreditate materiali.

Præterea, vtilitas exhauriri põt, ſi quæſtio referatur ad ſtatuta de hærede,
26 vel de ſubſtituto loquentia : exempli gratia. † Statuto ſancitum eſt, ex teſta-
mento aliquid ſoluendum eſse fiſco, hæres porrò inſtitutus, non autem fidei-
commiſsarius ſoluere tenebitur, quia iura propria inſunt hæredi, non autem
fideicõmiſsario, [u] maximè,cũ agaẽ de materia ſtricta,& odioſa,ac reſtringẽda.
27 Quid † aũt,ſi Statuto caueretur de acquiſitis,quod ex cauſa ſubſtitutionis
decima pars fiſco ſolui dẽat? Alexãd. porrò affirmaret,cæteri negarẽt:ego verò
diſtin-

diſtinguerem; Aut ſtatuentes principaliter reſpexerunt bona, vt pro eis decima ſoluatur, tunc Alexandro dextram porrigerem, idque ratione indifferentis materiæ: at ſi diuerſa ratione, ac differenter moti eſſent, cum alijs conuenirem.

28 Item † ſi ſtatuto caueatur, quod poſſeſſio defuncti continuetur in hærede, hoc non habebit locum in fideicommiſſario [x], nam appellatione hæreditatis non venit fideicommiſſum [y]; ego tamen hanc ſententiam limitandam arbitrarer, ni apparerent ſtatuentes voluiſſe quid ſolui principaliter ratione bonorũ: nam materialiter, & quoad bona, iam oſtendimus fideicommiſſariam eſſe propriè ſubſtitutionem.

29 Statuto † quoq; ſi caueatur dandam eſſe bonorum poſſeſſionem ſubſtitutis, hæc dabitur etiam fideicommiſſario, qui propriè dicitur ſubſtitutus, quandoquidem materia indifferens ſit, & æquè communis, atque fauorabilis hæredi, & fideicommiſſario, & principalis ratio ſtatuentium reſpiciat hæreditatis materiam, ſiue bona ipſa, in quibus vtramq; pariter conuenire oſtendimus; fideicommiſſarius itaque oſtenſo teſtamento non abolito, nec cancellato, in hanc mittetur bonorum poſſeſſionem.

30 Præterea, † ſi ſtatutum prohibeat ne ſubſtitutis currat præſcriptio 30. annorum, ea ſanè fideicommiſſarijs non nocebit, nam potuit fideicommiſſarius æquè ignorare teſtamentum, ac potuit directo ſubſtitutus [a].

31 Econuerſò, † ſi ſtatuentes interdixerint, ne inſtituti, vel ſubſtituti poſſint retinere niſi viginti vel niſi vnciam, vel ſeſcunciam; porrò, huiuſmodi ſtatutum in verbo (ſubſtituto) non comprehendit fideicommiſſarios, cum ipſi qua rtam non retineant, l. lex Falcidia, §. nunquam, ff. ad l. Falcid. quare Socinus [b] hoc nõ eſſe præter Pauli Caſtrenſis [c] mentem referebat, qui ſcriptum reliquit, ſtatuta de ſubſtitutione loquentia, non procedere in fideicommiſſaria, niſi ratio ſubiectæ materiæ aliud expoſtulet.

32 Tum † denique proponit Vaſquius [d], tale ſtatutum, vt ex cauſa conditionalis ſubſtitutionis, etiam conditione pendente relictum, tranſmittatur, quęrit ipſe, an fideicommiſſarius poterit tranſmittere fideicommiſſum, & ita reſtringere legis diſpoſitionẽ [e], haud ſecùs, atque reliqui ſubſtituti, & ait attenta Alexandri opinione, fideicommiſſarium comprehendi in eo ſtatuto, ac inſpecta opinione Decij, Baldi, Saliceti, & aliorum, non continebitur, vt potè, qui

33 non eſt propriè ſubſtitutus. Sed † ego ratione materiæ indifferentis, & fauorabilis, puto ſtatuentes vtique fideicommiſſarios etiam ſubſtitutos intellexiſſe, conditio ſiquidem æquè ſiſtit in pendenti iura directa, & obliqua, hęreditates, & fideicommiſſa, & pariter impedit eorum omnium tranſmiſſionem, ergò, ſi relictum cauſa conditionalis diſpoſitionis poteſt pendente conditione tranſmitti, poterit vtique fideicommiſſarius quoque ſuum transferre fideicommiſſum, idque ratione ſubiectæ materiæ, quæ hoc idem patitur, & ſuadet.

AD CAP. VI.

a Michael Craſſus, in §. ſubſtitutio, q. 3.
b Decius poſt Bald. & Salic. in Rub. C. de impub. & alijs ſubſt.
c Hieron. Cagn. in d. Rub. nu. 50.
d Iaſon. in tit. C. de inſtit. & ſubſtitut.
e Ripa in Rub. de vulg. & pupil. ſubſtitut. & Socin. iun. in l. Centurio, nu. 3. de vulg. & pupill.
f Interpretes in Rub. & in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſt.
g L. 1. de vulgar. l. 1. §. hoc autem, ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. l. ſi quis eum. §. qui iniuriatum, ff. ſi quis cautus.
h §. quis autem, de bon. poſſeſſ. l. poſthumo, in fine, ad S.C. Trebell. §. reſtit. de fideicom. hæred.
i Cagnol. in Rub. C. de impub. & alijs ſubſt. nu. 50.
k Decius inibi.

l Bart.in l.ſi maritus,§.legis Iuliæ,ff.ad l.Iul.de adult.& l.ſi is qui pro emptore, ff.de vſucapion.
m L.1.ff. de tranſaction.
n Alex.in Rub.C.de impub.conſuluit Soc.iun.Reſp.uol.1.n.128.189.191.cui ſubſcripſerunt 20. Illuſtres Italiæ Doctores. Odd.de com p.q.v. Vaſquius de ſucceſſionis progreſſ.§.11.nu.1.
o Omnes in l.Centurio,& in l.vrbis ciuilibus,de vulg.& pupill.
p L.iam hoc iure, ff.de vulg.& pupill.
q Socin.d.Reſp.128.lib.1.l.librorum,§.quod.tamen Caſſius,de leg.3.l.Labeo, de ſupellect.leg.
r Cagnolus inibi.nu.50.& 51.
ſ L.ſed etſi plures, §.filio,de vulg.& pupil.Iaſ.in l.1.§.Veteres,nu.20.de acqui.poſſeſſ.
t Alexand.in Rubr.C de impuber.
u Crauet.in Rubr.de leg.1.nu.11.refert Cephal.in fine dictæ Rub.de vulg.& pupil.nu.246.Cagnol.in Rub.C.de impub.& alijs ſubſt.c.eod.de regul.iur.in 6.l.2.C.de noxal.
x Sentit Crauet.in Rubr.de legat.1.nu.37.Dec.conſ.55.nu.9.
y Ripa in d.Rub.Gozad.conſ.81.num.8.q.10.Rub. Alexan.conſ.121.nu.3.Bar. Cephal.& loco prædicto.
z Iuxta formam l.vlt.C.de edicto Diui Adriani toll.vbi Decius,nu.25.& 26.quia bonorum poſſeſſ.æquè competit fideicommiſſario.d.§.quos autem.& d.§.teſtam.
a Socin.iun.in l.Centum,nu.39.& 40.ff.de vulg.& pupill.& d.Reſp.128.uol.1.
b Socin.inibi.
c Paul.Caſtr.in l...in Rubr.C.de impub.& alijs ſubſtit.
d Vaſquius de informi ſubſtitutione,§.11.nu.10.
e Diſpoſitionem l.unicæ,§.ſin.autem,C.de cadut.toll.

S V M M A R I A.

1 Quod compendioſa non ſit ſubſtitutio propriè, nec Reciproca.
2 Deſcriptio compendioſæ ſubſtitutionis & formula ipſius.
3 Quod compendioſa non plures ſubſtitutiones complectatur, ſed tempora plura; ſecundum Decium.
4 Quod Reciproca & Breuiloqua, ſpecies plures contineant ſubſtitutionum.
5 An compendioſa ſubſtitutio poßit fieri ſine mortis conditione, latè proſequitur referendo quattuor opiniones num. 6.7.8.9.
10 Conditio nihil addit actui, nihilque operatur, niſi quod ipſum actum ſuſpendit.
11 An ſubſtitutio vulgaris contenta in breuiloqua, vel compendioſa, tollat ſuſtatem remißiuè.
12 An ſubſtitutio iſta, filium meum inſtituo, & ſi nauis ex Aſia receſſerit Caium ſubſtituo, intelligatur breuiloqua, vel compendioſa, & an filius admittatur ex vulgari vel pupillari contenta in breuiloqua, an contenta in compendioſa. vide etiam numero præcedenti 11.
13 An ſubſtitutio iſta, filium meum inſtituo, & ſi nauis ex Aſia venerit Caium ſubſtituo, trahatur ad fideicommiſſariam poſtquam vulgaris, & pupillaris expirauerunt. pulchrè diſtinguit num. 14.
15 Intellectus ad l.1.§.ſi ita, ff.ad l.Falcid.& ad l.1.ff.de pen.leg.
16 Reſolutio Authoris ad quæſtionem num. 5. poſitam.
17 Dictio (quandocunque) principaliter importat tempus, ſecundariò conditionem.
18 Dictio (ſi) principaliter denotat conditionem, ſecundariò tempus.

De varijs formulis & viribus compendioſæ, & an compendioſa poßit fieri ſub alia conditione quam mortis. Cap. V I I.

1 COmpendioſam † non eſſe ſubſtitutionem, ſed formulam continentem omnes ſubſtitutiones directas & obliquas: Reciprocam verò eſſe formulam continentem omnes directas duntaxat, Duarenus & Donellus exiſtimarunt. Verum enimuero, magna vertitur quęſtio apud Iuriſconſultos de formulis Compendioſæ, & an poſſit fieri ſub alia con-

lia con-

lia conditione quam mortis, quam Decius [a] ex Bartol. & aliorum mente ita diſcuſſit.
2 † Compendioſa eſt ſubſtitutio quæ ſub conditione mortis, vel alia plura complectitur tempora. Hanc alij communiter ſecuti ſunt, & eiuſdem varias formulas conceperunt; Veluti, Filium meum inſtituo, & quandocunque ipſe deceſſerit, Caium ſubſtituo; vel in hunc modum. Titium inſtituo, & poſt mortem eius Mæuiũ ſubſtituo; vel, ſi filius meus perierit ſine liberis, Sempronium
3 ſubſtituo. † Et eã reddũt rõnẽ, quod ſemper quilibet mori poſſit, & ꝗ mortis conditio ſecum habeat tractum temporis ſucceſſiuum, multaque tempora Compendioſæ complectatur; quæ ſanè tempora Decius declarat, ante & poſt pubertatem, non autem plura tempora (ideſt) plures ſubſtitutiones tantũ.
4 Reciproca enim ſiue Breuiloqua, plures quidem ſubſtitutionum ſpecies continet, non eſt tamen Compendioſa [b], Nam ſi quis dixerit: Filio meo impuberi Caium ſubſtituo, ea continebit vulgarem & pupillarem, nec propterea Compendioſa erit [c], quæ paruo compendio apta eſt in ſe oẽs recipere ſubſtitutiones [d]. Definit igitur Compendioſam exigere plura tempora, pubertatis ſcilicèt, & poſt pubertatem, & fieri nõ modo ſub mortis conditione, verum etiam ſub alia, affertur exemplum alterius conditionis quam mortis: Quandocunque Rex Gallorum venerit in Italiam, Caium Titio ſubſtituo; hæc ſiquidem continet tractum temporis, ac plures ſubſtitutiones: nam purificata conditione, ſi Titius non erit hæres, ſubſtitutus per vulgarem ſuccedit; ſi verò in pupillari deceſserit, per pupillarem. ſin autem poſt pubertatem, per fideicommiſſariam; & ita Compendioſa ſubiectę fideicommiſſi materię maximè conuenit, vtpote, quę ſeriem temporis ſucceſſiuam puberem nempe, ac impuberem, pluresque ſubſtitutiones, & fideicommiſſariam quoque poſt pubertatem
5 amplectitur; Verum hac de re in iure ciuili valde controuertitur: † Proinde, anceps, & profunda emerſit quęſtio, vtrum Compendioſa ſubſtitutio poſſit ſine mortis conditione rectè concipi; qua in re trinas ego opiniones referendas, examinandaſque duxi.

6 Prima eſt communis Bartoli [e] poſt Azonem, Alberici, Decij, Socini, & Curtij, Compendioſam rectè ſub alia conditione quam mortis fieri poſſe, veluti, filium meum hęredem inſtituo, & ſi nauis ex Aſia venerit, vel ſi Titius Conſul factus fuerit, vel quandocunq; Rex Gallorum in Italiam venerit, Caium ſubſtituo, qui ſanè omnes, præcipuè verò Socinus, latè digreditur, ſi filius inquit repudiatione, vel alio modo fuerit excluſus ab hæreditate patris, & præterea nauis ex Aſia venerit, ſubſtitutus ad eam patris hæreditatem ex vulgari ſubſtitutione admittetur; quod ſi filius poſt mortem patris in pupillari ætate obierit, & nauis quoque ex Aſia in portam fuerit delata, ſubſtitutus hæreditatem filij ex pupillari capiet; at ſi idem filius adierit patris hæreditatem, & pubes factus ſit, nauiſque ex Aſia redierit, ſubſtitutio fideicommiſsaria locum habebit; Sequitur Decius, ſequuntur alij, & hæc profectò magna ſunt, ſi vera ſunt: ſed vereor, ne quandoque bonus dormitet Homerus; Hæc ſanè reclamantibus apud me duobus in pupillari, & vno in fideicommiſsaria communiter affirmata leguntur. Quare

7 Secundam aduerſus primam reluctatur opinio, fideicommiſsariam factam intelligi in caſu mortis filij poſt eius pubertatem, ſi modo conditio extrinſecus appoſita euenerit, non autem ei viuenti; cuius ratio à perſona filij, & ab amore patris deducitur: nec enim ſibi perſuaſum iri putat, patrem velle filium viuentem onere fideicommiſſi grauari, ſed potius morientem, ne aliena progenies proprio ſanguini præferatur, vt in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. ex l. cum auus, de condit. & demonſtrat.

Sed hæc cõiectura refellitur à Ripa, quod illę leges Papiniani non loquantur de

tur de fideicommiſso conditionali, cuius conditio veniat vireſque exerceat viuente filio; Accedat, Bartolum cæteroſq; arbitrari compendioſam fieri poſse ſine mortis conditione, ergo ſenſerunt, pupillarem habere quidem implicitã mortis conditionem, quæ ab ea ſeparari non poteſt, eandem tamen conditionem non habere inſertam in fideicommiſsaria, vtpotè, quæ naturaliter fieri poteſt etiam viuentibus purificata conditione.

8 Tertia ſuccedit Ripæ, & Alciati Sententia, qui reclamantes, affirmant huiuſmodi ſubſtitutionem non eſse Compendioſam, nec in ſe continere pupillarẽ; probant ea ratione: quia purificatio conditionis, ſi nauis ex Aſia venerit, ſi Titius Conſul factus fuerit, vel ſimilis, admittit ſubſtitutum ſtatim ſuccedere, viuente etiam pupillo: quod certè reluctatur aduerſus naturam pupillaris, l. in pupillo, de condit. & demonſtr. l. cedere diem, de verb ſignif. cui reſiſtit Emanuel Coſta, arbitratus non deducendam pupillarem ex ea conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, verùm ex ſolo verbo, ſubſtituo; Sed variæ huius ſubſtitutionis formulæ hanc tollere videntur difficultatem, vt infrà patebit.

9 Quarta erit Emanuel Coſtæ Luſitani opinio, hanc non eſse Compendioſam, ſed Breuiloquam, ſiue Reciprocam, vulgarem ſcilicet & pupillarem dumtaxat; nam ſi dixerim, filio meo Caium ſubſtituo, videor potius vulgariter, & pupillariter ſubſtituiſse, vt in Breuiloqua ſiue Reciproca fieri conſueuit; Quare, ſi huic formulæ adijciatur conditio, ſi Rex Gallorum venerit in Italiam,

10 ea certè non mutabit naturam, vel ſubſtantiam ipſius ſubſtitutionis: † Nam conditio nihil addit actui, nihilque operatur, niſi quod actus in pendenti cõſiſtit, & ea purificata, actus redditur purus, ergò ſubſtitutus per eam ſubſtitutionem ſuccedet: per quam ſubrogatus fuit pupillariter, ergo per pupillarem ſuccedet: vulgaris ſi quidem, & pupillaris ſunt quidem conditionales ſubſtitutiones, vel inſtitutiones ſecundæ, ſed quibus adijci poſſit alia præterea extrinſeca conditio, l. qui liberis, ff. de vulgar. & pupil. & huius ratio eſse potuit, quod remota conditione, ſi nauis ex Aſia venerit; hæc verba, filio meo Caium ſubſtituo, redolent vulgarẽ pupillarem, vt vulgò fertur ergo ſi adijciatur conditio, Si Titius Conſul factus fuerit, non propterea inductum erit aliquod fideicommiſſum.

11 Ex his primò inferebat Luſitanus, quod ſi filius à patris hæreditate excludatur, & nauis ex Aſia venerit, ſubſtitutus admittetur ad hæreditatem ex vulgari, quæ non eſt in Compendioſa ſed in Breuiloqua ſubſtitutionis verbis expreſſa; Simile habetur in l. iam hoc iure, de vulg. & pupill. propterea hæc vulgaris tollet ſuitatem ſiue iura ſui hæredis, quæ à Vulgari contenta in Compendioſa labefactari nequit, [h] & nos declarabimus infra, in tit. de iure tranſmittendi, ſed hęc illatio vera eſt, ſi antecedẽs vnde deducitur, verum fuerit, ſin minus, falſa.

12 Secundò infert, ſi idem filius in pupillari ætate deceſſerit, & nauis ex Aſia venerit, ſubſtitutus ad filii hæreditatem ex pupillari admittetur: & hanc pupillarem intelligit expreſſam verbis Breuiloquæ, aſſeritque ſubſtitutioni pupillari non repugnare adiectionem alterius extrinſecæ conditionis, vt puta, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, & nauis ex Aſia venerit, Caium ſubſtituo, l. qui liberis, de vulgar. & pupill. in qua ſanè ſpecie, ſi nauis ex Aſia venerit, viuo impubere filio, erit quidem purificata conditio illa, cæterum ſubſtitutus non poterit admitti, donec tandem non extiterit altera mortis pupilli cõditio: nam cum ſubſtitutio ſit duplici conditione concepta, neceſſe eſt vtramque conditionem purificari, vt ſubſtitutioni ſit locus, l. ſi hæredi plures, de condit. inſtit. §. penult. de hæred. inſtit.

Ego verò aduerſus hæc omnia perpendo in exemplis Decij, & aliorum adeſſe

eſſe temporis tractum, & ideo compendioſam, vt puta, quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, vel quandocunque Rex venerit in Italiam, Caium ſubſtituo: hic adeſt temporis tractus, ergo Compendioſa; Si Compendioſa, ergo pupillaris Compendioſa, ſi quis in ea pubeſcit; ſi Compendioſa inquam, er go non Breuiloqua, nec Reciproca. Vel igitur in alijs terminis militant iura illa Luſitani, vel ex his penitus ſubuertuntur.

13 Tertiò aduerſus Innocentium, & nouiſſimos inferebat: ſi filius in hac ſpecie patris hæreditatem ex teſtamento adierit, quo caſu vulgaris ſpirauit, nihil eſt inquit quod amplius de fideicommiſſaria tractari poteſt; quare, ſi idem filius pubeſcat, & moriatur poſt pubertatem, ac præterea nauis ex Aſia venerit, ſubſtitutus nequaquam poterit admitti ex fideicommiſſari a ſubſtitutione, eo quod in nullũ caſum facta intelligatur; mouetur ea ratione Luſitanus, quoniam remota conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, hæc verba, filio Caium ſubſti tuo, vulgarem tantum, & pupillarem continent, fideicommiſſariã verò haud quaquam, [1] itaque, ſi adijciatur conditio illa, ſi nauis ex Aſia venerit, nulla inquit occurrit ratio, quæ poſſit vnquam perſuadere propter adiectionem conditionis, onus fideicommiſſi in detrimentum hæredis filij fuiſſe introductum;

14 † Sunt quidem hæc pulchra, & ſubtilia Luſitani argumenta, ſed quæ variata ſubſtitutionis formula facillimè poſſint euitari, aliud ſiquidem iuris eſſe mihi videor videre, ſi teſtator dixerit, quandocunq; nauis ex Aſia venerit, filio meo vel Titio, Caium ſubſtituo; aliud verò, ſi ita cauerit, filio meo Caium ſubſtituo, ſi nauis ex Aſia venerit: primo etenim caſu ſubſtitutio compendioſa tractum temporis, ac plures complectitur ſubſtitutiones, tam ante, quam poſt pubertatem, ſecundo verò minimè, & eadem pupillaris, atque aliæ primo caſu deducuntur à Compendioſa, quandocunq;, non autẽ à ſolo verbo, ſubſtituo, quem-
15 admodũ Luſitanus perperam arbitratus eſt. † Ecquis enim negauerit, quin plu rimum interſit in iure ciuili, magis vna verborum formulã, quam alia legata, vel fideicommiſſa relinqui? ecce Paulum, & Vlpianum, in l. 1. §. ſi ita, ff. ad leg. Falcid. & in l. 1. de penu legata, diſtinguentes in hac ſpecie; hæres meus Seio penum dato; et ſi penum non dederis, decem dato, quæritur, quid legatum ſit, an penus, an decem, an vtrumque, & Paulo placuit, penum non tantum in con ditione, ſed in diſpoſitione eſſe, & verè legatum, proinde Falcidiam ex ea demendam: multum enim intereſt, an dixerit teſtator, ſi penum hæres meus non dederit, decem dato, an verò ſimplici forma hęres meus Seio penum dato, ſi non dederit, decem dato; Primo etenim caſu non poſſumus dicere legatam eſſe penum, quoniam in conditione tantum eſt, non in legato, ideo ſi hæres dederit penum, Seius eam conditionis implendæ gratia capiet, & ita mortis cauſa capio erit, non autem legatum: ſecundo verò caſu, præceſſit legatum penoris, quod ſubſecuta eſt illa conditio, ſi penum non dederis, decem dato, ergo decem tantum ſunt in conditione, non in præſtatione, non in obligatione. Quin etiam, in contractibus talia ſunt egregia illa Pauli & Vlpiani ſenſa, de in diem addictione, & de lege Commiſſoria: quoties ob figuram verborum & conditionis, incertus eſt ſenſus, & anceps habetur ipſa voluntas: nam vt Paulus ait in l. 1. In diem addictio ita fit. Ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi quis intra Kalendas Ianuarias proximas meliorem fecerit conditionem, quo res à domino abeat. Addit Vlpianus in l. 2. Quoties fundus in diem addicitur, vtrum pura venditio eſt, ſed ſub conditione reſoluitur, an verò conditionalis ſit magis emptio, quæſtionis eſt; Et mihi videtur verius intereſſe quid actum ſit: nam ſiquidem hoc actum eſt, vt meliore allata conditione ab emptione diſcedatur, erit pura emptio quæ ſub conditione reſoluitur, ſin autẽ hoc actum eſt, vt perficiatur emptio, niſi melior cõditio offeratur, erit emptio cõditionalis; vbi igitur

pura

pura eſt emptio, emptor vſucapere poteſt, fructus & acceſſiones lucratur, & periculum ad eum pertinet ſi res interierit, ſecùs autem ſi conditionalis fuerit venditio. Idem quoque firmat Vlpianus in l. 1. ff. de lege Commiſſ. Si fundus inquit Commiſſoria lege venierit, hoc eſt vt niſi intra certum diem precium ſit exſolutum, inemptus fieret, magis eſt vt ſub conditione reſolui emptio, quã ſub conditione contrahi videatur. Et ſic difficilè eſt ſecernere, an contractus ſit conditionalis, an verò purus.

16 Quinta erit † noſtra reſolutio, quod in exemplo Decij & cæterorum quandocunq; Rex venerit in Italiam, Mæuium ſubſtituo, hæc ſit Compendioſa ſubſtitutio continens vulgarem & fideicommiſſariam, vt aliquando continere Decius quoque aſſeruit, non autem pupillarem, quandoquidem conditionis purificatio reluctetur aduerſus naturam pupillaris, in ea verò formula, ſi nauis ex Aſia venerit, vel ſi Rex Gallorum in Italiã, Titio Mæuium ſubſtituo, quod ſola inſit fideicommiſſaria, vtpotè, cum veniente conditione, ceſſerit veneritque dies petendi fideicommiſſi, & ſuccedendi per fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ſed ea non veniente, nec ceſſit, nec venit dies, qualia habentur conditionalia quæque fideicommiſſa, l. 1. l. legata ſub conditione, de cond. & demonſt. l. 1. C. de pact. l. 1. C. de his qui ante apert. tabul. multum enim intereſt non ſolum an ſub hac vel illa formula relictum fuerit legatum, verumetiam an conditio, vel adiectio aliqua ante, vel poſt illud poſita fuerit, vt vna cum Paulo, &

17 Vlpiano declarauimus. † Præterea, an tractus temporis in ea contineatur, qualis ex dictione (quandocunque) colligi ſolet, quæ principaliter tempus, ſecundariò conditionẽ præſeferre videtur; an † verò præciſa conditio quæ ex di-

18 ctione (Si) vt plurimum exhauriri poteſt, vtpotè, quæ principaliter conditionem, & ſecundariò tempus ſignificat, remque conſtituit in conditione, haud ſecus, ac in puncto indiuiſibili, vſque adeò, vt non poſſit non in forma ſpecifica adimpleri, [k] niſi tamen talis eſſet conditio, à præcedente emanata, qualẽ fore Interpretes eam arbitrati ſunt (ſi filius meus ſine liberis deceſſerit Caium ſubſtituo) haud ſecùs, ac ſi dixiſſet (quandocunque filius meus deceſſerit Caium ſubſtituo) & ſi quæ non diſſimiles reperiri poſſunt; Quamobrem ingenioſus & ſubtilis Luſitanus, punctum difficultatis in aliis terminis conſtituebat: ipſe etenim ponebat ſubſtitutionem præcedentem ac ſeparatam à conditione, deinde conditionem ſubſequentem, ac in formula multum diuerſa, veluti, (filium inſtituo, & Caium ſubſtituo, ſi nauis ex Aſia venerit) quæ ſecundum varias qualitates, varios quoque effectus edere videtur: nam facta filio impuberi poſito in poteſtate, vulgarem & pupillarem generat, l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupil. ſed facta filio puberi, continet vulgarem tantum, quando eſt pars vel ſimilitudo reciprocæ, ne determinatio vna difformiter eas diffiniat, [l] etenim, ſi facta fuerit filio impuberi, qui nõ ſit in poteſtate patria, vel filio iam puberi, in hunc modum (filium inſtituo) Caium, ſi nauis ex Aſia venerit, ſubſtituo, certè, poſt pubertatem erit Fideicommiſſaria, nam Compendioſa puberi facta à pagano per verba communia, vel directa quoque, iuxta communem opinionem ſuſtinetur vt Fideicommiſſaria. Sed iam poſt diuturnam pugnam nobis receptui canere liceat.

AD CAP. VII.

a Dec. in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit. nu. 16. Alberic. in Rub. de vulg. & pupill. nu. 87. Bart. & alij, in l. Centurio, num. 9. de vulgar. & pupill. Innocent. & alij, in cap. ſi pater, de teſtament. in 6.

b L. iam hoc iure, de vulg. & pupill.

c Ale-

c Alexand. in l.iam hoc iure.
d Craſſus in §.ſubſtitutio, quæſt.61.
e Bart.in l.Centurio,num.9.de vulgar. & pupill. Alberic. in eadem Rubr.num.87. Socin. Iaſon, & Ripa,numer.18.22.62. Decius & Curtius in l.precibus, C.de impuber.& alijs ſubſtitut. num.16.24.
f Socinus loco præcitato.
g Alexand.in l.Gallus,§.quidam rectè,de liber.& poſth. Caſtr.in l.iam hoc iure,de vulg. num.5. Craſſus in §.ſubſtitutio,q.8. num.8.
h Arg.l.apud Iulianũ,§.idem Iulianus,ad S.C.Trebell. Corn.in l.1.nu.11.C.de iure delib. Bart. Ang. Imol.& Alex.in l.ſi filius hæres,de lib.& poſth. Coraſ. Miſcellan.lib.1.cap.2.
i Alex.in l.Gallus,§.quidam rectè,nu.6.de lib.& poſth. Guliel.in l.Centurio,nu.245.
K Bart.in l.1.de condit.& demon.l.cui fundus,de condit.& demonſt.
l Vide ſenſa & interpretationem Pauli Caſtrenſis,in d.l.iam hoc iure.

S V M M A R I A.

1 *Triplex eſt ſubſtitutio vulgaris ſecundum Bar. ſententiam expreſſa ſcilicet, tacita, & mixta.*
2 *Vulgaris expreſſa triplex eſt, in genere ſcilicet, in ſpecie, & in indiuiduo. & hæ omnes ſpecies ſubſtitutionis, optimè ibi declarantur.*
3 *Tacita vulgaris quæ ſit, latiſſimè declaratur.*
4 *Mixta ſeu partim tacita, & partim expreſſa duplex eſt. nempe quoad verba & quoad caſus.*
5 *Caſus nollentiæ trahitur ad caſum impotentiæ.*
6 *Antiquitus, id eſt, ab initio iuris non erat licitum hominum vltimas voluntates trahere de caſu ad caſum.*
7 *Vltimæ voluntates non debent pendere ab alieno arbitrio.*
8 *An directa pupillaris contenta in compendioſa trahatur ad omnia bona tam teſtatoris quam pupilli, & et ad ea, quæ aliundè ipſe pupillus acquiſiuit, non erat hoc deciſum iure antiquo & tempore Ciceronis, num.9. Hodie verò reſolutum eſt. num.11.*
10 *Ius ciuile erat antiquitus informe, & incertum.*
12 *Expreſſa vulgaris continet tacitam pupillarem, & è contra expreſſa pupillaris continet tacitam vulgarem.*
13 *Reciproca quæ complectitur pupillarem, & vulgarem ſubſtitutionem.*
14 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.*
15 *Voluntatem teſtatoris per coniecturas venari, & de caſu ad caſum trahere licet.*
16 *Effectus vulgaris ſubſtitutionis qui ſint, latè digreditur, num.17.19.20.21.22.23.*
18 *An ſubſtitutus admittatur mortuo inſtituto non adita hæreditate, & prætendente hærede inſtituti tranſmiſſum eſſe ſibi ius deliberandi.*
21 *Quando vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem, & quando non.*
22 *An ſubſtitutio vulgaris impediat ius accreſcendi, pulchrè diſtinguitur.*
23 *An ſubſtitutio vulgaris tollat ſuitatem, quod expreſſa ſit quæ tollat, non tacita.*
24 *Cautela Authoris in hac materia circa repudiationem factam à filio alicuius tertij inſtituto.*
An filio alicuius tertij inſtituto repudiante, eius pater ad hæreditatem admittatur.
25 *Voluntas teſtatoris expreſſa præferenda eſt tacitæ.*
26 *Voluntas teſtatoris dicitur facere totum in iure ciuili.*
27 *Quando vulgaris ſubſtitutio expiret.*
28 *Quando pluribus inſtitutis vulgaris ſubſtitutio expiret.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

29 *Alternatiua fauore filiorum reſoluitur in coniunctiuam.*
30 *Quando tacita vulgaris contenta in pupillari expreſſa expiret deficiente ipſa ex-
preſſa pupillari.*

De vulgari, eiuſque formulis, & effectibus deque iure ciuili tum informi tum clariſſimè formato.
Caput Octauum.

IAM in compendioſa vulgarem,& reliquas omnes ſubſtitu-
tiones contineri,& ex ea fideicommiſſa per vulgarem,& per
fideicommiſſariam deferri edocti ſumus [a], par eſt igitur,vt
de vulgari,eiuſq; formulis , & effectibus verba aliqua facia-
mus,& quamuis ſimplex vulgaris ſubſtitutionis formula no
1 ta ſit omnibus(ſi ille hæres non erit, Caij hæres eſto)† atta-
tamen,Interpretes proprio marte,potiſſimũ Bartolus [b],eam
triplicem eſſe conſtituerunt:nempè,expreſſam,tacitam,ac mixtam,partim ſci-
2 licèt tacitam,& partim expreſſam. † Præterea,tribus modis expreſſam intelle-
xere: in genere ſcilicèt,in ſpecie,& in indiuiduo.Expreſſa in genere ea eſt,quę
continetur in forma Reciprocæ, uel Compendioſæ [c], & hanc limitant decla-
rantes procedere,niſi Reciproca eſſet expreſſa in caſu vulgaris tantum , vtpu-
ta , vter ex vobis hęres non erit, vos inuicem ſubſtituo . Hanc appellant vulga-
rem expreſſam in ſpecie [d]. Hoc igitur modo , in ſpecie nuncupatur expreſ-
ſa; Inſtituo Titium,& ſi Titius hęres non erit, Sempronium inſtituo; talis for-
mula expreſſæ compręhendit vulgarem ſubſtitutionem,ſcilicèt , Si hęres non
erit,vt quia nolit,vel non poſſit,ſed non compręhendit ſingulariter omnes ca-
ſus ; Quare,expreſſa ſingulariter,vel in indiuiduo, tum dicitur,cum vnum ca-
ſum,vel vtrumque nominatim complectitur,veluti,Titium hęredem inſtituo ,
& ſi noluerit,vel non potuerit eſſe hęres,Caium inſtituo.
3 Tacita vulgaris eſt,quę continetur in pupillari expreſſa (ſi filius meus hęres
erit , & in pupillari ętate deceſſerit , Caium ſubſtituo .) & ea ratione tacita
nuncupatur,quoniam ſub his verbis(Si hęres erit,& in pupillari ętate deceſſe-
rit)includitur quoque caſus ex pręſumpta mente teſtatoris , ſi hęres non erit :
nam ſi teſtator prętulit ſubſtitutum filio ſuo,quando filius hęres fuiſſet, & an-
tequam de hæreditate diſponere potuiſſet , diem ſuum obijſſet , multo magis
eundem prætuliſſe præſumitur filio,quando filius nec potuit eſſe hæres ; At ſi
facta fuerit omiſſis illis verbis(ſi hæres erit) tunc vulgaris contenta in pupilla-
ri,erit expreſſa verbis generalibus,ergò non omninò tacita:quoniam verba illa
(ſi in pupillari ætate deceſſerit)poſsunt verificari ex generalitate verborũ, tam
in caſu aditæ,quàm non aditæ hæreditatis. [e]
4 Mixtam inſuper partim expreſſam,partim tacitam bifariam intelligunt, nē-
pe quoad verba,& quoad caſus ; primo modo,quo ſcilicèt ad verba, ſubſtitu-
tio vlla habetur expreſſa in genere , & tacita in ſpecie, qualis eſt vnaquęq; vul-
garis,quę includitur in formula Reciprocę,vel Compendioſę. Secundo modo
quo ad caſus dicitur tacita,quando vnus tantum caſus exprimitur , & alter ſi-
lentio inuolutus omittitur, quoniam duo obſeruari debent caſus vulgaris ſub-
ſtitutionis,ſcilicèt non aditę hęreditatis,qui compręhenditur ſub expreſsa (ſi
hęres non erit ,) & vnus caſus eſt voluntatis , alter verò impotentię; itaque ſi
teſtator vnum caſum expreſserit (ſi hęres eſse noluerit)& alterum omiſerit (ſi
non potuerit eſse hęres,) erit vtique hęc ſubſtitutio mixta, tum tacita,tum ex-
5 preſſa,† & animaduertendum eſt,vulgarem factam in caſu voluntatis, trahi ad

caſum

caſum impotentię, vt vulgò communiter receptum [f] eſt. Et has diuiſiones ſibi
ex arte conſtituerunt Interpretes, vt facilius vtilia multa in iure ciuili poſsent
inueniri.

6 Sed vt à leuioribus aliorũ terminis ad ſumma iuris prudentię faſtigia aſcen
damus, ſcire expedit, ab origine Vrbis, & ab initio iuris, nondum latas fuiſse
leges, quod diſpoſitio teſtatoris poſset de vno caſu ad alterum extendi: idcir-
co, quęſtio in iudiciaria tantum, non autem in legiſl atoria iuris prudentia age-
batur: durum enim, & aſperũ omnibus videbatur, Iuriſconſultum poſſe ex ſua
iuris interpretatioue defuncti voluntatemq; extendere de caſu ad caſum: quo-

Ius ciuile primũ informe tũ clariſſimè formatum autoris inuentum.

niam ſi de hoc teſtator non eſt locutus, nec teſtamentum fecit, nos profectò
non decet Iuriſconſultos pro eo diſponere, nec pro inteſtato, teſtamentum cõ
dere, l. vnica, § ſin verò, C. de caduc. tollend. l. iubemus, C. de teſtam. Authen-
tica. Ex teſtamento, C. de collat. hinc Oldradi prouerbium emanauit, de hoc
7 non loquitur ſubſtitutio, quod nos in ſuperioribus tetigimus. † Pręterea, te-
ſtantis voluntas non debet eſse captatoria, nec pendere ex alieno arbitrio, l.
captatorię, de hęred. inſtit. egregia quoque ac pulcherrima audiebatur quęſtio
diu Romę in Centumuirali iudicio inter Scęuolam, & Craſsum agitata, &
ſubtiliter diſputata, de qua mentionem fecimus in 2. lib. de via iuris, c. 15. exem
pli gratia: ſi quis Poſthumus mihi naſcatur, & priuſquam in ſui tutelam vene-
rit, ipſe deceſserit, Curionem hęredem ei facio, vel ſubſtituo, nullus enaſcitur
Poſthumus, quęritur, an Curio ex ſubſtitutione ad hęreditatem admittendus
ſit, uec ne? quandoquidem, agitur de caſu omiſso à teſtatore, nempè, de pupil-
lar extendenda ad vulgarem.

8 † Prætereа augetur quæſtio, an directa pupillaris, contenta in Compendio-
ſa, trahatur ad omnia bona nõ ſolum teſtatoris ſed etiam pupilli, & non ſolum
ad ea, quæ tempore teſtamenti paterni erant ipſius impuberis, uerum etiam
ad ea quæ poſtea huic pupillo obuenerunt, quæque hodie aduentitia nuncu-
pantur: non ſatis conſtat, per Vulgarem, & per Compendioſam, hæredem, &
fideicommiſſarium ſuccedere teſtatori; per pupillarem verò ſubrogari pupil-
lo, l. 1. l. cohæredi, §. cum filiæ, de vulg. & pupill. & Inſtit. de pupill. ſubſtitut. in
princip. quod & ipſa definitio vulgaris & pupillaris patefacit. Quare Cicero-
nem audiuimus 2. de Inuentione proponentem huiuſmodi negotialem con-
ſtitutionem, quæ habet in ipſo negotio iuris ciuilis implicitam quæſtionem.
9 Quidam inquit pupillum hæredem facit, & ſecundum etiam alium ſcripſit hę-
redem, pupillus mortuus eſt, antequam in ſui tutelam veniret, quæritur de hę
reditate ea, quæ pupillo venit aliundè, quam à patre, immò, poſt ipſius tabu-
las conſcriptas, controuertitur inter ſubſtitutos & agnatos pupilli: ſubſtituti
vendicant hæreditatem, nam pater ſibi, & filio teſtamentum ſcripſit dum pupil
lus eſſet, ergo, quæ filij ſunt vigore teſtamenti paterni, debent ſpectare ad ſub-
ſtitutos: ſed enim, agnati qui à Lege 12. tabul. ab inteſtato vocantur, ſic contra
obijciunt, immò, pater ſibi ſcripſit, & ſecundum hæredem non filio ſed patri
iuſſit eſſe, ergò bona paterna ad ſubſtitutos, bona pupilli ad agnatos, nec eiuſ-
dem pecuniæ alius hæres ex teſtamento, alius ab inteſtato eſſe poſſet. Sed con
tra obijciunt, non eſſe vnam pecuniam; quoniam altera iam erat pupilli aduen
titia, cuius nullus fuit hæres ſcriptus in teſtamento, vtpote, quæ relicta pupillo
poſt tabulas conſcriptas. En candide lector, quæ referuntur pro agnatis à Ci-
cerone. Nam ratio illa, quod parens ſubſtituens pupillariter filio ſuo, de bonis
ipſius, non autem filij fuerit teſtatus, oſtẽdit Ciceronem vel penitus ignarum
iuris ciuilis, & qui porrò triduo non potuiſſet (vt iactitabat) fieri optimus iu-
ris peritus, vel ſaltem iura Romana iam, tum obſcura, & cõtrouerſa fuiſſe, nec
10 clara, nec certa, nec qualia poſtea lata fuerũt. † Quamobrem, id pro comperto

habendum eſt,ius ciuile ſi eius originem ſpectas, prius informe & incertum,at
in iudicijs duntaxat valde controuerſum:poſtea verò creſcente Republica,im
perio,ac maieſtate legum,effectum fuiſſe formoſum,perfectiſſimum, & clariſſi
mum,receptumque non modo in iudiciaria , ſed etiam in ipſa legislatoria iu-
riſprudentia: nam vt Conanus lib. 10. Commentariorum iuris ciuilis,c.8.non
minus ingenioſè, quam eruditè ſcriptũ reliquit, quod vbi primum receptum
eſt parentes poſſe ſubſtituere filijs pupillis,ſi intra pubertatem deceſſerint, nõ
ideò ſtatim conſtitiſſe, vel fuiſſe receptum, quod in ſubſtitutione venirent bo-
na aliundè quam ex patre quæſita filio:nam hoc maiorem habuit dubitationẽ ,
11 & nondum ſatis fuerat explicatum temporibus Ciceronis, † quod poſtea cla-
riſſimè in iure ciuili receptum fuit,l.ſed ſi plures,§.ad ſubſtitutos, ff.de vulg.&
pupill. ad ſubſtitutos pupillares pertinent (ait Vlpianus) & ſi quæ res poſtea
pupillis obuenerint, neque enim ſuis bonis teſtator ſubſtituit , ſed impuberis.
Sed hæc duobus modis nunc à nouiſſimis limitari ſolent. Primò in teſtamen-
to militis ſi parens voluerit filio impuberi hæredem dari in bonis duntaxat ip
ſius parentis , tum enim pupillus pro parte teſtatus de bonis paternis , & pro
parte inteſtatus de proprijs deceſſiſſe videtur : nam miles ita mori poteſt.l.ius
noſtrum,de reg.iur.l.ſi duobus,l.ſi vobis vnum ex fundo, de milit.teſt.l.ſi plu-
res,§.ad ſubſtitutos,vbi gloſſ.de vulg.& pupil.Secundò in relictis ad pias cau-
ſas, vt DD.in c.ſi pater, de teſtam. in 6.[g] quando teſtator iuſſit ſola bona ſua
pauperibus dari; Etenim qui ad pias cauſas teſtatur etſi paganus ſit,vti poteſt
iure militari.[h] Præterea,an ſubſtitutus capiat potius bona patris quam filij,vel
è contra,latè contendunt in l. Centurio. ff.de vulg.& pupil.& in l.precibus,C.
de impub.& alijs ſubſtit. Quærebat igitur Cicero quid iuris ? ſed tunc ius ci-
uile erat informe, quale etiam fuiſse legitur in extendenda pupillari ad vulga-
rem,& è contra , quemadmodum atteſtatur Modeſtinus, in l. 4. ff. de vulgar.
Iam hoc vtimur(inquit)ex Diui Marci, & Seueri Conſtitutione, vt cum pater
impuberi filio in alterum caſum ſubſtituiſset, in vtrumque caſum ſubſtituiſse
intelligatur,ſiue filius hæres non extiterit,ſiue extiterit, & impubes deceſserit,
quod ius ad tertium quoque genus ſubſtitutionis Reciprocæ deductum eſse
videtur. Ergò quod antea aut prorſus reiectum,aut valdè dubiũ erat, anceps,
& obſcurum, (liceret ne teſtantis diſpoſitionem de vno caſu protrahere ad al-
terum) poſtea Diui Marci, & Seueri ſanctione clariſſimè conſtitutum fuit, vt
ſubſtitutio facta in vno caſu (ſi filius meus hæres non erit Caium ſubſtituo)
intelligatur facta quoque in altero caſu,vt ſi filius fuerit hæres , & in pupillari
ætate obierit,adhuc Caius ſubſtitutus ſuccedet ; proinde rectè Modeſtinus ac-
clamare videtur. Iam hoc iure vtimur ex Diui Marci, & Seueri Conſtitutione,
ergò ante eam Cæſaream Sanctionem Roma hoc iure non vtebatur . Iam(in-
12 quam) hoc iure vtimur. † Quamobrem eruditè aiunt Interpretes , expreſſa
vulgaris continet tacitam pupillarem , & expreſſa pupillaris continet tacitam
vulgarem , & ita vulgaris extenditur ad caſum pupillaris , & pupillaris ad ca-
ſum vulgaris . Si filius meus hæres erit,& in pupillari ætate deceſſerit , Caius
hæres eſto : tametſi filius vel noluerit , vel non potuerit eſſe hæres , Caius erit
13 hæres . Tertium † quoque genus id eſt Reciproca ſubſtitutio complectitur
vtrunque caſum , vulgaris ſcilicèt,& pupillaris, ſi duobus impuberibus facta
fuerit;ecce filios meos hæredes inſtituo,& eos inuicem ſubſtituo;hæc in vtro-
que caſu facta intelligitur, at ſi duobus imparibus poſita fuerit , vni ſcilicèt fi-
lio impuberi,& alteri puberi (eos inuicem ſubſtituo)vulgarem tantum, comple
ctitur caſum,ſi hæres non erit, quia vulgaris vtrique filio competit, vel nolit ,
vel non poſſit hæres eſſe,pupillarem verò caſum recipere minimè poteſt:quo-
niam alter exceſſit pubertatem , & vna pupillaris non poteſt ambobus impari-
bus

bus reciprocè, ác mutuę conuenire, ergò vulgarem dumtaxat præſeferret;
14 † nam determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare, d. l. iam hoc iure.

Nec obſtat quod teſtator de eo caſu nullam fecerit mentionẽ, quod ipſe nõ iuſſerit, nec nos diſponere debeamus, nec mentem defuncti poſſe ab alieno pendere arbitrio: quoniam ſi non expreſsè, ſaltem tacitè teſtans id diſpoſuiſſe intelligitur; & quamuis in inſtitutionibus non liceat diſponere quæ non fuerint iuſſa à teſtatore, l. iubemus, C. de teſtam. l. vnica, § ſi verò, C. de caduc. tollend.
15 † attamen, in ſubſtitutionibus mentem teſtatoris fas eſt per coniecturas venari, & eam de caſu ad caſum extendere, l. cum proponebatur, de legat. 2. l. cum virum, C. de fideicom.[l] vnde male exauditur proloquium illud Oldradi, de hoc non loquitur ſubſtitutio, nec propterea pendet voluntas defuncti ex alieno arbitrio, quandoquidem, Iuriſconſultus non arbitratu ſuo, ſed coniecturis exhauſtis ab his quæ expreſſa, iuſſaque ſunt à teſtatore, eiuſdem interpretatur voluntatem ad caſum etiam nec omninò expreſſum, nec penitus omiſſum, ſed clàm, vel tacitè inſinuatum.

16 Reliquum † eſt, vt naturam, & effectus vulgaris ſubſtitutionis diligenter inueſtigemus, ſunt enim plures qui à Bartolo, & ab alijs diligenter enumerantur[k], quorum

17 Primus † eſt, vt quamdiu inſtitutus poſſit adire, tamdiu non admittatur ſubſtitutus, etſi hæres inſtitutus repudiauerit, aut noluerit eſſe hæres, vel non potuerit, tunc erit locus ſubſtitutioni[l], quod quemadmodum intelli-
18 gendum ſit, inferius declarabimus. Quod † ſi inſtitutus deceſſerit non adita hæreditate, & hæres prætendat ius deliberandi ſibi fuiſſe transmiſſum, controuertitur an ſit admittendus ſubſtitutus, idcirco diſtinguendum eſt; aut inſtitutus non potuit tranſmittere, tunc ſubſtitutus ſuccedit; aut tranſmiſit, vel potuit tranſmittère iure ſuitatis, eo caſu regulariter excluditur ſubſtitutus, ſed in caſu vulgaris, ſubſtitutus excludit hæredem inſtituti, quia ſubſtitutio vulgaris ſecundum magis communem prudentum opinionem, tollit ſemper iura ſui hæredis.[m] Sed de his latius infra, ac etiam in capite de iure tranſmittendi: hæc enim quæ magis communiter recepta fuerint, mihi valdè ſuſpecta viſa ſunt, ac reijcienda à liminibus iuris ciuilis, vel iuris diſtinctionibus temperanda, vt iamiam declarabuntur.

19 Secundus eſt effectus; † Quod per vulgarem ſuccedìtur teſtatori, & in bonis eius, non autem ei cui facta eſt ſubſtitutio.[n]

20 Tertius eſt; † Teſtamentũ poſſe vires aſſumere ab hac ſubſtitutione,[o] quod ſi viuente patre impubes obierit, longè facilius erit Nili fontes (vt inquit Zazius) quam huius rei exitum vel ſolutionem inuenire; Vnde Craſſus exiſtimauit, moriente pupillo ante aditam hæreditatem, locum eſſe vulgari ſubſtituto, vt adeat ex tacita vulgari contenta in pupillari expreſſa, & hanc magis cõmunem atteſtatur Oddus[p] verò ſecutus eſt Bartoli diſtinctionem; Aut pater illico mortuus eſt, tum ſubſtitutus ex vulgari tacita ſuccedit, aut diu pater ſuperuixit, eo caſu ſubſtitutus non admittetur, quia cũ potuerit pater teſtamentum mutare, & tacitè ſubſtitutum expreſsè ſubſtituere, & non fecerit, exiſtimandum eſt, noluiſſe tacitè ſubſtitutum ſuccedere, quæ ſanè Bartoli opinio videtur communiter reiecta:[q] idem iuris, ſi ventri facta eſſet ſubſtitutio, ab ea nempè tacita ſumeret vires teſtamentum,[r] quamuis venter, vel poſthumus non naſceretur.

21 Quartus. Vulgaris † expreſſa continet pupillarem tacitam, l. iam hoc iure, de vulg. & pupill. ſed eo caſu nullas exercet vires excluſiuas; ſentit Accurſius in l. precibus, C. de impuber. & alijs ſubſtit. & longè clarius declaratur in pupillari, niſi

ri, niſi tamen teſtator ad vnum tantum caſum ſermonem reſtrinxerit ſuum,[r] veluti, filium meum impuberem hæredem facio, & in hoc duntaxat caſu, ſi hę res non fuerit Caium ſubſtituo, & ni vigeat ſtatutum, teſtamenta ad literam fore intelligenda, litera etenim ea eſt, quæ oculo corporeo legi poteſt, l. 1. §. 1. ff. de his, quæ in teſtam. delen. hanc Bald. Iaſon, Vaſquius, Oddus ſecuti ſunt, & Ripa, qui communem teſtatur, duram tamen, & aſperam.[t]

22 Quintus effectus eſt; † Quod ſubſtitutio vulgaris impedit ius accreſcendi, vt in l. 2. §. ſi duo, de bonor. poſſeſ. ſecun. tabul. & eſt communiter recepta hæc ſententia;[u] Cuius ratio reddi ſolet, quod prouiſio hominis eſt in cauſa, vt ceſſet prouiſio legis, & ius accreſcendi eſt tacita quædam ſubſtitutio, ergò per expreſſam facilè tolli poterit; Ampliatur, vt procedat etiā in vulgari tacita[x] ampliatur præterea, etiam ſi iure accreſcendi coniunctus eſſet filius teſtatoris[y], quod tamen reſtringendum exiſtimant, ne procedat in vulgari tacita:[z] nam ſi vulgaris tacita non excludit matrem pupilli, ergò multò minus filium: præterea, ſi vulgaris tacita non excludit matrem teſtatoris, etiam non cohæredem, ergò multò minus filium teſtatoris cohæredem datum, argumento l. ſcripto, ff. vnde liberi, l. nam etſi parentibus, de inoffic. teſtam. ferunt etiam inualidam ſubſtitutionem impedimento eſſe iuri accreſcendi: quare Oddus[a] egregiè diſtinguit, aut idem eſt ſubſtitutus, & coniunctus & per hanc inutilem vulgarem non impeditur ius accreſcendi;[b] Aut non eſt idem ſubſtitutus & coniunctus, & ſubſtitutio deficit, non ex cauſa deſtinata ad deducendam rem ad cauſam inteſtati, & itidem non impedit ius accreſcendi; aut ex ratione deſtinata ad reducendam rem ad caſum inteſtati: tum crebrius receptum eſt, impedire ius accreſcendi; & ratio eſt: quoniam teſtator dando ſubſtitutum, cenſetur velle impedire ius accreſcendi, ſed impedimentum vel prohibitio ita fieri poteſt per actū inutilem, ſicut per vtilem, l. etſi transferam, ff. de adim legat.[c]

23 Sextus eſt effectus; † Subſtitutio vulgaris ſuum hæredem conuertit, & facit hæredem voluntarium, ita, vt vulgaris ſubſtitutio omnem tollat ſuitatem, tum in tranſmiſſione, tum in alijs: vt vulgò fertur, per l. ſi filius hæres, de liber. & poſthum.[d] quia diſpoſitio teſtatoris impedit prouiſionem legis, & expreſſa faciunt ceſſare tacita, l. cū ex filio, §. filio, ff. de vulg. & pupill. hæc tamen non procedunt in vulgari tacita.

Cautio autoris.

24 Verumenimuerò, † ſtudioſè cauendum eſt, ne non in his, quæ ab interpretibus ſumpta, & à me ſuperius relata fuerunt pluries, non mediocris error cōmittatur: nam aduerſus hæc Duarenus audacter contendit, ſi filio repudiante hæreditatem pater eam adiuerit, quod facere poteſt, l. vltima, C. de bon. quæ liber. excludetur ſubſtitutus propter emphaſim illorum verborum (ſi hæres non erit) quæ intelligere oportet, vel ſi alium non fecerit hæredem, l. ſi paterfamiliās, de hæred. inſtit. §. vltimo, de vulgar. ſubſtit. & propter dictam Iuſtiniani

25 conſtitutionem: nam filio repudiante, poteſt utique pater adire † nec officere, uoluntatem expreſſam teſtatoris præferendam eſſe tacitæ, & ſcriptos hęredes anteponendos uenientibus ab inteſtato, l. quamdiu, 2. de acqu. hæred. l. quamdiu, de reg. iur. nam mens inquit apparet teſtatoris, volentis non modo filium fore hæredem, verum etiam eum quem filius fecerit hæredem. Mihi autem longè magis placuit Donelli expoſitio, quæ communi quoque adhæret; nempè, excluſo patre, ſubſtitutum fore admittendum, quoniam iam adimpleta eſt conditio (ſi hæres non erit) vtpotè, qui eum repudiauit, vt nec onera hæreditaria eum amplius tangere poſſint, l. vltima, §. vltimo, C. de bonis, quæ liber. nec patrem fecit hæredem: etenim, quam hæreditatem filius nunquam acquiſiuit, eam transferre minimè potuit: quinimò, nec ius adeundi, vtpotè cum repudiando, vel à ſe repellendo id omiſit, §. nemo plus, de reg. iur. at pater ex beneficio

beneficio legis poteſt hæreditatem adire, poteſt quidem, ſed id vendicat ſibi locum, quando nemo fuerit ſubſtitutus, idque adipiſcitur à lege, non autem à filio, ergò adimpleta eſt conditio ſi hæres non erit, nec alium fecerit hæredem,
26 ex mente teſtatoris, † quę totum facere dicitur in iure ciuili, l. ex facto magna, §. rerum autem Italicarum, de hæred. inſtit. ergò adimpleta conditione, locus eſt ſubſtituto, l. legata ſub conditione, de condit. & demonſtrat. l. vnica, C. de caduc. toll. l. 3. C. de impub. & alijs ſubſtitut.

Aliud verò iuris eſſe cenſendū eſt eo pereunte, qui hæreditate non adita nec repudiata, ius adeundi ad hæredes tranſmittit: nam tum ſubſtitutus excluditur à patre, vel al ab eo cui ius adeundi translatum fuit: quoniam illa verba (ſi hæres non erit) ita debent intelligi, vel ſi alium non fecerit hæredem, d. l. ſi paterfamiliàs, ſed filius iure ſuitatis tranſmittendo fratrem fecit hæredem, proinde rectè excludetur ſubſtitutus; & in hoc apertè conueniunt Duarenus, & Donellus, tum quicumque ita noluerit diſtinguere, & ſubtiliter perpendere: ille in pluribus ſuperius relatis cum alijs errabit, ſeque dabit præcipitem cum eis in decipulam ſiue foueam errorum iuris ciuilis, quoniam hæc ſatis confusè nec ſine Cimmerijs tenebris ab Interpretibus pertractata leguntur. *Aduerſus ſupraſcripta & contra cō munem.*

27 Sed agedum videamus quando ſpiret hæc vulgaris ſubſtitutio; ſpirat autem per aditionem factam à primo hęrede, l. poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſtit. ea ratione: quoniam qui inſtituitur ſub aliqua conditione, ſub contraria videtur excluſus, ergò ſi Męuius ſubſtitutus fuerit ſub ea conditione, ſi Titius hæres non erit, certè excluſus intelligitur ſi Titius hæres fuerit. *Quando ſpi ret vulgaris ſubſtitutio.*

28 Quod ſi pluribus † copulatiuè vel cōiunctim facta fuerit ſubſtitutio, vno eorum adeunte, ſpirat omninò tota vulgaris; Exemplum: Titium & Mæuium inſtituo, & ſi Titius & Męuius hæredes non erunt, Caiū ſubſtituo [e]; idem iuris ſi pluribus facta fuerit ſimpliciter, vel indefinitè, veluti, ſi illi hæredes nō erunt, Caium ſubſtituo, vno ſi quidem adeunte, tota [f] euanuit vulgaris; quod ſi concepta fuerit pluribus ſeparatim, tum vnius aditione, non expirat ſubſtitutio quo ad omnes, ſed ſuſtinetur in parte, vt vno decedente, ſubſtitutus in eius locum admittatur; nec portio accreſcit cohęredi, veluti, ſi aut Titius, aut Seius hæredes non erunt, Caium ſubſtituo; ſecùs tamen, ſi alternatiua pręcederet: hoc modo: Titium aut Seium hęredem inſtituo, & ſi Titius aut Seius hęredes non erunt, Caium ſubſtituo, quoniam apparet, teſtatorem voluiſſe alterum eorum hęredem eſſe [g]; idem, ſi cauerit in hunc modum; Si quis eorum hęres non erit, Sempronium ſubſtituo, vel ſi Titius hæres non erit, ſubſtituo Caium, & ſi Seius non erit hęres, ſubſtituo Męuium [h], tum enim vni decedenti ſubſtitutus ſuccedet, vt ſuprà diximus.

Limitantur hęc, ne procedant, quando ille qui adiuit, eſſet magis dilectus [i] teſtatori quam ſubſtitutus: nam excluderet ſubſtitutum ex pręſumpta mente
29 teſtantis, † & fauore filiorum alternatiua reſoluitur in coniunctiuam, l. cum quidam, C. de verbor. ſignific. l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtitut.

30 Præterea, deficiente pupillari expreſſa, deficit vulgaris quoque in ea contenta, l. cohęredi, §. cum filię, & l. iam hoc iure, de vulg. & pupil. per l. mulieri & Titio, de condit. & demonſtrat. & l. tractabuntur, de milit. teſtam. Hoc limitatur: quando pupillaris expirauerit adueniente pubertate, adhibita tamen Bartoli diſtinctione [k]; Aut nulla temporis limitatio facta fuit, ſed ſimpliciter dixit teſtator, Quiſquis mihi hęres erit, ſit quoque filio meo impuberi hęres; in hac etenim ſpecie non ſpirat vulgaris, quamuis deficiat pupillaris adueniente pubertate; aut facta fuit cum tempore pręfinito, quod ſubdiſtinguitur, aut cum tempore ſtatuto ante pubertatem, vt puta, ſi ante decimum annum deceſſerit, tunc vulgaris & pupillaris exſpirat, reclamantibus tamen Ripa, & Alciato; aut

cum

cũ tempore pubertatis, veluti, (ſi filius intra pupillarem ętatem obierit, Caium ſubſtituo) tum ſicut expreſſa pupillaris exſpirat pubere facto pupillo, ſic tacita vulgaris deficit incluſa in pupillari expreſſa.

Deficit etiam vulgaris tacita ſi filius fuerit emancipatus poſt pupillarem ſubſtitutionem, ſi Bartolo credimus [l]: at ſi Baldo [m], aliiſque fidem adhibemus, vulgaris non exſpirat; & hanc Vaſquius longè veriorem & receptiorem opinionem exiſtimat, quoniam ſub pupillari ex legis interpretatione comprębenditur vulgaris ęquè principaliter, & eſſe Diui Marci, & Seueri Conſtitutiones, l.iam hoc iure, de vulgari, & pupillari; ergo altera per emancipationem ſublata, altera integra, & valida manebit, quo caſu cum valuerit à principio pupillaris, locus erit Regulę, quod viciato expreſſo non viciatur tacitum, quando eadem vicij ratio non adeſt, l.1.§.1.ff.quibus mod.pig.vel hypoth.ſolu. Sed de his hactenus.

AD CAP. VIII.

a Firmauit Decius, Cumanus, & alij, in l.precibus, C.de impub. & alijs ſubſtit.in l. cum ita, §.in fideicom de leg.2.
b Bart.in l.1.nu.6.de vulgar. Odd.de Compendioſa, par.2.q.3.
c Ripa in eadem Rubr. Didac.in c.Raynutius, §.4.num.4.de teſtam. Vaſqu.de ſucceſſ.progreſſ. §.11.num.13.cenſent Craſſus, in §.ſubſtituta, queſt.6. Emanuel Coſta, in §.ſi pater, in verbo, obliqua, num.3.
d Bart.in l.Lucius, Ripa in eadem Rubr.de vulgar.nu.23. Odd.loco præcitato.
e Bald.in l.precibus, C.de impub.& alijs ſubſt. Odd. & Craſſ.in prædicta quæſt.
f Ripa, qui communem teſtatur, in l.1.num.89.de vulgar. Coraſ.in l.poſt aditam, num.26. C.de impub.& alijs ſubſtit. Didacus in c.Raynutius, in §.4.num.5. de teſtam. Craſſ.dicta quæſt.6. Bart.in d.l.1.num.14.
g Emanuel Coſta, in c.ſi pater, de teſtam.in 6.in verbo, bona omnia, nu.5.
h Bart.in repet.l.1.num.48.& 70. C.de ſacroſ. Eccleſ.
i Bald.& alij, in l.Titia Seio, §.Seia libert.de legat.2.
K Effectus traduntur à Barto.& alijs, in d.l.1.de vulg.recenſet Odd.loco prædict. Craſſ.in §.ſubſtitutio, q.9.
l Bart.in d.l.1.quem omnes ſequuntur.
m Alex.& Iaſon.in l.ſi filius hæres, de liber.& poſth. Ripa, in l.1.nu.13.& Socin. nu.47.de vulg. Oddo, par.2.quæſt.5.
n Bart.in d.l.1.nu.38.vbi Alex.Socin.& Ripa, & l.cohæredi, §.cum filiam, de vulgar.
o Bartol.in d.l.1.num.38.Ripa num.161. Craſſus in §.ſubſtitutio, quæſt.10. verſic.aut verò pupillus.
p Oddus loco prædic.ſecutus eſt Bart.diſtinctionem, in d.l.1.nu.32. Craſſ.d.q.10.
q Alciat.in d.l.1.num.17. Didac.in c.Raynutius, §.5.nu.6. Craſſus inibi, qui arbitratur affirmatiuam veriorem.
r Socin.in d.l.1.nu.37.Iaſon, nu.60. Ripa, nu.168. per l.penul. vbi gloſ.de ventre inſpiciendo, per l.vltimam, C.de inſtit.& ſubſtit.
ſ Salicet.in d.l.precibus, & eſt communis. Zazius in tractat.ſubſtit. effectu ſexto. Odd.vt ſupra, in 3.effectu.
t Bald.in d.l.precibus, Iaſon in l.iam hoc iure, num.4. Ripa qui communiter ſentit in l.1. num. 172.durum tamen & aſperum. Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.11, num.19. Odd.parte 2.queſt.3. in 3.effectu.
u Ang.in d.l.1.§.fin.in fine. Paul.Caſtr.conſ.114.lib.1. Alexand. conſ.38.lib.1.& conſil.92. lib.3. Roman.conſ.13. Dec.in Rubr.quando non petent. part. Oddus inibi, in 6.effectu. Craſſ.in §. ſubſtitutio, quæſt.9.
x Ripa, in d.l.1.num.181.per l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit. Iaſ.in l.reconiuncti, & Vaſquius de ſucceſſ. progreſſ.§.11.nu.15.ab ea nemo vnquam diſcreuit.
y Iaſon in l.ſi poſthumus, §.quòd vulgo, in fine, de lib.& poſth. Ripa, in d.l.1.nu.181.
z Ripa ibidem, Bart.in d.l.1.nu.43.
a Oddus ibidem in ſexto effectu.
b Bart.in l.re coniuncti, num.37.Socin.conſ.18.C.de leg.3.
c De his enim latè Craſſus in §.ſubſtitutio, q.16.in fine, & Oddus inibi, in 6.effectu.
d Omnes in d.l.ſi filius hæres, Socin.communem teſtatur, in l.1.nu.47.de vulgar.
e Bald.& omnes, in l.penult.C.de impub.& alijs ſubſtit. Ripa in d.l.1.nu.198.Socin qui communem teſtatur, in l.quamuis, C.de impub.& alijs ſubſt.

f Bart.

f Bart.& Ripa in d.l.1. Odd.d.parte 2.quæſt.6.

g Odd.d.parte 2.quæſt.6.

h Ita Bart.in d.l.1.num.48. Alex.teſtatur communem, num.4. Ripa, num.187.congerit Craſſ.in §.ſubſtitutio, quæſt.15.num.3.

i Bart.& alij, in d.l.1.vbi Ripa.nu.203.Craſſ.d.quæſt.15.nu.3.

K Bart.in d.l.1.num.56.Ripa ibidem, num.227. Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.11.num.46. reclamantibus, inquit Ripa, & Alciato. Bart.in l.qui tutelam, de vulg.l.fin. in fine, de fideicom.libert. l.penult.C.de neceſſ.hæred.inſtit. Alberic.in l.precibus, num.12. C.de impub.& Alex.num.53.Didac.in d.c.Raynutius,§.4. num.5.quæ autoritates comprobant omnes partes diuiſionis & ſubdiuiſionis.

l Bart.in d.l.1.num.55.Alciat.num.42.

m Bald.& alij, in l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit. Vaſquius de ſucceſ.progreſſ.§.21.num.243. hanc veriorem exiſtimat.

S V M M A R I A.

1 *Quare pupillaris introducta ſit à iure ciuili.*
2 *Quotuplex ſit ſubſtitutio pupillaris.*
3 *Quæ differentia ſit inter hanc ſubſtitutionem; inſtituo hæredem filium meum impuberem, & ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, & hanc, ſi in pupillari ætate deceſſerit ſubſtituo Seium, & de alijs formulis pupillaris, vide ibi, & nu. 4.5.6.7.*
8 *Qui ſint effectus pupillaris ſubſtitutionis.*
9 *An hæc ſubſtitutio; ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Caium ſubſtituo, ſit merè compendioſa ad certum tempus reſtricta, an pupillaris, & ſic contineat expreſſam vulgarem, & num.10.cum ſequentibus.*
11 *Subſtitutionis compendioſæ definitio.cum ſeqq.*
16 *Cui conueniunt verba legis, conuenit quoque legis diſpoſitio.*
28 *Auctoris opinio, & contrariorum reſolutio.*
36 *Voluntas debet præferri verbis.*

De pupillari & eius formulis, ac effectibus.
Caput Nonum.

1 MORIBVS introductum eſt, † vt cum eius ætatis filij ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſunt, parentes eis faciant, vt Iuſtinianus ait in tit. de pupil. ſubſtit.in princ.& Vlpianus in l.moribus, ff.de vulg. & pupill. filios intelligunt in patria poteſtate poſitos, non autem emancipatos, quare mater non poteſt pupillariter ſubſtituere [a]. Ex his igitur mori-
2 bus orta eſt pupillaris ſubſtitutio, † quæ diſtinguitur in tacitam, & expreſſam, & præterea, in partim tacitam, & partim expreſſam, vt ex eius varijs formulis exhaurire licebit, quarum vna ſub duabus conditionibus concipitur, in [b] hunc modum; filium meum hæredem inſtituo, & ſi filius meus hęres mihi non erit, ſiue hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, Seius hæres eſto; Vel, inſtituo filium, & ſi is erit hæres, & in pupillari ætate deceſſerit, Caium ſubſtituo; Tacita verò eſt, quæ continetur in expreſſa vulgari, de qua in præcedentibus, partim verò tacita & partim expreſſa, quoad verba ea eſt [c], quiſquis mihi hæres erit, & filio meo impuberi hæres eſto; & in prima illa formula (ſi hæres erit, & impubes perierit) ea verba, & ſi hæres erit, non ſunt neceſſaria pupillari ſubſtitutione, vtpotè quæ ſine eis exiſtere poteſt: quare concurſus illarum conditionum copulatarum neceſſariò non requiritur. Secunda eſt formula expreſſæ pupillaris, huiuſmodi [d]; ſi filius meus morietur antequam in ſui tutelam venerit, Ca-

ium ſubſtituo, quæ quidem non continet niſi tempus impuberis ætatis, ideò
3 non poteſt eſſe compendioſa, ſed ſola pupillaris;† ſint igitur duæ formulæ. prima, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſecunda verò ſimpliciter, ſi in pupillari ætate obierit, in qua verba illa omittuntur, ſi hæres erit, quas inter non leuis ab Interpretibus ſtatuitur differentia, quod illa verba (ſi hęres erit) videantur excludere vulgarem, ita, vt inſit omninò tacita vulgaris, l. iam hoc iure, de vulg. & pupil. ſed in illa ſimplici forma, ſi filius in pupillari ætate deceſſerit continetur quidem vulgaris, expreſſa tamen, non autem penitus tacita; proinde vim, ac poteſtatem eandem obtinere putarunt quam habet etiam expreſſa pupillaris, hinc magna illa ſcatet vtilitas matris excludendę, vel non excludendę [e]. Quod ſi ita fuerit concepta, ſi filius meus morietur in pupillari ętate, Caius mihi hæres eſto, illa dictio (mihi) non impediet ſubſtitutionem pupillarem, ſed pro non adiecta habebitur, l. ſi ita ſcriptum, §. qui filio, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. gloſ. in l. 1. in verbo, Caius, ff. de vulg. & pupil. [f] at ſi teſtator ita dixerit, filio meo impuberi Caium ſubſtituo, hęc reiecta Baldi opinione, intelligitur pupillaris expreſſa, quemadmodum à Bar. & ab alijs comprobatur. [g]

4 Idē † iuris, ſi ita cauerit, ſi filius intra pubertatē deceſſerit, filia ei hęres eſto, propter dictionem (Ei) quę vulgarem tollit ſubſtitutionem, & meram pupillarem inducit, hęc pariter pupillaris erit expreſſa: etenim, per vulgarem teſtatori ſucceditur, per pupillarem autem pupillo. [h]

5 Pręterea, † cōcipitur etiam verbis generalibus, vt puta, filium meum hęredē inſtituo, & ei Caiū ſubſtituo; vel filio meo Titium ſubſtituo; his verbis generalibus videntur contineri expreſſa pupillaris, & expreſſa vulgaris [i], idemque inquiunt obſeruari in Reciproca (& vos inuicem ſubſtituo) amplectitur enim expreſſas, vulgarem, & pupillarem.

6 Sin † autem teſtator duos, plureſue cum filio inſtituerit, dein ita dixerit, quiſquis mihi hęres erit, & filio meo hæres eſto; communior eſt opinio, hanc pupillarem fore ſubſtitutionem, quæ tamen ad uulgarem omnino tacitam extendatur [k], quoniā verba ſuccedendi referuntur ad impuberem cui hæres eſſe ſub ſtitutus non poteſt, niſi ex pupillari.

7 Verum † ſi ita cauerit, filio meo impuberi ſi deceſſerit Seium ſubſtituo, communior eſt opinio, hanc eſſe Compēdioſam, cōtinentem pupillarem, ſi ille deceſſerit in pupillari ætate, & inſuper fideicommiſſariam [l], ſi pubes factus obierit; quandoquidem, illa verba, ſi deceſſerit, vel, cum deceſſerit, æquè conuenire videntur adulto, atque pupillo.

8 Tūc † demum varios colligunt Interpretes pupillaris ſubſtitutionis effectus; Primum, pupillarem expreſſam continere vulgarem tacitam, d. l. iam hoc iure. Secundum, per pupillarem, non teſtatori ſed pupillo ſuccedi, l. cohæredi, §. cū filia, de vulgar. & pupil. Tertium, pupillarem excludere omnes à teſtatore præteritos, quos pupillus præterire minimè potuiſſet, vt puta, matrem, materteram, & huiuſmodi. Quartum, per pupillarem patrem poſſe filio ſuo efficere hæredem ſuum, & neceſſarium, quem ſibi ipſi ſcripſit hæredem. l. ſed ſi plures, §. quos poſſum, de vulg. qua de re multi ſunt qui ſummoperè dubitant, & quibus hæſitabundus adhæret animus meus; procliuior tamen vt in contrariam ſententiam inclinem. & quoniam hæc valde vtilia fore nonnulli arbitrantur, ea ad ius tranſmittendi infra releganda duxi. quos porrò effectus ſuis limitationibus exornatos latè nouiſſimi examinant [m].

9 Verumenimuerò † vt poſt varias formulas ſuprà relatas lōgè vtiliora quoque decerpere valeamus, excitatur quæſtio, an hæc ſubſtitutio, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate Sempronium ſubſtituo, ſit ne Compendioſa reſtricta ad certum tempus, an verò potius pupillaris tantum, & proinde an contineat

neat vulgarem expreſſam: quamobrem in huiuſmodi quæſtione duo quæruntur. Primum, an ipſa ſit Cempẽdioſa ad certum tempus coarctata, Secundum, an contineat vulgarem expreſſam, idcirco hæc nobis præcognoſcenda repetendaque ſunt, pupillarem ſubſtitutionem duobus potiſſimum modis fieri; Primo, ſi filius meus hæres erit, ac in pupillari ætate deceſſerit, Caij hęres eſto; Secundo, ſi filius meus in pupillari ætate perierit Mæuium ſubſtituo; ecce, in hoc vltimo exemplo omiſi verba illa (ſi hæres erit) differentia, & vtilitas in hoc verſatur, quod in prima formula habetur pupillaris expreſſa in primo caſu, & in ea impoſſibile eſt contineri expreſſam vulgarem, quandoquidem, verba illa (ſi hæres erit) excludat expreſſam vulgarem (ſi hæres non erit.) & vulgaris ſpirat adita hæreditate, ac eius forma reſiſtit; ſola itaq; vulgaris tacita poteſt legis auctoritate ſubaudiri, vt voluntas teſtatoris à caſu pupillaris tacitæ trahatur ad ſpeciem vulgaris, l. poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſtit. Inſtit. de vulg. & l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil. in ſecunda verò formula videtur quod poſſit ſub generalitate verborum includi vulgaris expreſſa, non omninò tacita, & hoc id eſt quod nos ſtudiosè quærimus, quodque verum eſſe Baldus, ac Decius [n] exiſtimarunt, ea ratione, quod illa verba ſi in pupillari ætate deceſſerit, poſſunt genericè vires ſuas exercere, tam ante aditam, quam poſt aditam hæreditatem, ergo tam ad vulgarem quam ad pupillarem.

Cæterum, aliæ etiam formulæ diligenter ſunt obſeruandæ, nam ſi teſtator dixerit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Caium ei ſubſtituo, tunc erit ſola pupillaris, excluſa penitus omni vulgari, etiam tacita, propter dictionem illam (Ei) quæ excludit vulgarem: nam per vulgarem teſtanti ſucceditur, & in bonis eius, per pupillarem autem pupillo [o]; è conuerſo, ſi pater ita cauerit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Caium mihi ſubſtituo, erit, vt diximus, pupillaris, & illa dictio (mihi) reijcitur, & pro non adiecta habetur, d. l. ſi ita ſcriptum, §. qui filio, de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. [p]

10 Iam ad primum dubium animũ conuertamus, in quo Baldus [q], Caſtrenſis, Alexander, & Curtius iunior, profitentur hanc ſubſtitutionem eſſe Compendioſam, reſtrictam ad tẽpora pubertatis, quẽadmodum coarctata legitur Cõpendioſa ad ætatem 15. annorum, in l. Centurio, de vulgar. & ſuam probant opinionem hoc modo.

11 Subſtitutio aiunt Compendioſa eſt, quæ plures caſus, & plures ſubſtitutiones directas, pluraq; tempora amplectitur, vt Bartolo [r] diffinire placuit, quem alij communiter ſequuntur, ſed hæc plures caſus, pluraque tempora, & plures ſubſtitutiones directas includit, ergo eſt verè Compendioſa; Minor probatur: nam verba illa, ſi deceſſerit in pupillari ætate, poſſunt effectum ſortiri in pupillari expreſſa, ſi obierit adita hæreditate: at ſi perierit ea non adita, ſignificabunt vulgarẽ, perinde, ac ſi dixiſset (& ſi hæres non erit) ergò ſecum refert plures caſus, & plura tẽpora, aditæ, & non aditæ hæreditatis, pluresq; ſubſtitutiones, vulgarem ſcilicet, & pupillarem, quas ambas expreſſas eſse fatentur.

12 Decius [s] cõtra ſuſtinet, eam non eſse Compendioſam, & negat minorem argumenti propoſitionem, quoniam Compendioſa non poteſt in ſe non includere tractum temporis ſucceſſiuum, ſcilicèt ante, & poſt pubertatem, pluresque ſubſtitutiones, directas ſcilicèt, & fideicommiſsarias: agitur enim quæſtio de Compendioſa facta à pagano, quod ab omnibus receptum videtur in l. Centurio, de vulgari, & l. precibus, C. de impuber. Sed hæc ſubſtitutio, ſi filius meus in pupillari ætate deceſserit, continet ſolum tempus pubertatis, non autem poſt puberatem, & ſolum directam, non autem fideicommiſsariam, vt ipſi etiã fatentur, quin nec plures expreſsas, quod Decius ſuſtinere conatur, ergò non erit Compendioſa; difficultas in eo puncto tota verſatur, an poſſit dari ſubſtitu-

tio Compendioſa infra tempora tantum pubertatis, necne? illi aiunt, iſti negant, ſed an interdum id fieri poſſit, in examine ſecundi capitis apparebit. idcirco

13 Quæritur,† Secũdo quæſtionis capite, an hæc ſubſtitutio, ſi filius in pupillari ætate deceſserit, Caium ſubſtituo, contineat expreſſam vulgarem, tunc enim erit Cõpendioſa, quæ ſolet expreſsas in genere includere, vulgarem, & pupillarem; an verò potius tacitam includat vulgarem, ita vt ſubſtitutio illa Compendioſa eſſe minimè poſſit.

14 Prima †igitur fuit opinio Pauli Caſtrenſis, Alexandri, Cornei, & aliorum [f], huiuſmodi ſubſtitutionem continere expreſsam vulgarem, quam his medijs probare conantur.

15 Primò, † ſi teſtator dixerit, ſi filius meus hæres erit, Caium ſubſtituo, verba illa (ſi filius meus erit hæres) repugnant vulgari ſubſtitutioni, eiuſque naturæ, quapropter, non poteſt complecti niſi vulgarem tacitam, l. iam hoc iure; de vulg. l. quamuis, l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt. At ſi parens dixerit, ſi filius meus morietur in pupillari ætate, Caium ſubſtituo, verba non repugnant vulgari expreſsæ, quinimmò conueniunt; probatur: quoniam poteſt decedere in pupillari ætate non adita hæreditate, ergò conuenit vulgari expreſsæ: nam

16 † cui conueniunt verba legis, conuenit quoque legis diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de dam. infec.

17 Secundò † probatur à Corneo & Lancilotto, vt vulgaris expreſsa continetur in Compendioſa, licèt verba ſint generalia tantum, vt omnes admittunt, in d. l. Centurio, & in d. l. precibus, ſic in iſta formula generica includitur vulgaris expreſsa, tum, quia eſt Compendioſa reſtricta ad tempora pubertatis, tum, quia habet verba generalia apta compræhendere vulgarem quoque: quã ſanè rationem ſatis vrgere nonnulli exiſtimarunt.

18 Tertiò † filium inſtituo, & filio Caium ſubſtituo, hæc porrò continet vulgarem & pupillarem expreſsam, ergò & iſta, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Caium ſubſtituo, continebit eaſdem expreſsas; probatur à gloſsa in l. Gallus, §. 1. in verbo, non exprimit, de liber. & poſthum. quam plures ſequuntur Interpretes [g].

19 Quartò † fortiſſimò arbitratur inniti argumẽto Baldus [a]; Compendioſa inquit ſubſtitutio, vt prius dicebamus in primo quæſtionis capite, eſt, quæ continet plures ſubſtitutiones expreſsas, & plura tempora [b]: ſed hæc continet plures ſubſtitutiones expreſsas, & plura tempora, ſcilicèt, ante aditam, & poſt aditam hæreditatem, ergò eſt Compendioſa reſtricta ad certum tempus pubertatis, qualis eſt Compendioſa coarctata ad annos 25. in ſpecie d. l. Centurio.

20 Quintò † obſtat ſpecies l. Centurio; Compendioſa reſtricta ad annos 25. eſt verè Compendioſa, ergò & iſta reſtricta ad annos 14. erit verè Compendioſa.

21 Sextò † magis vrgere videtur argumentatio deprompta ab huiuſmodi formula pupillaris; cum teſtator ita ſubſtituit, ſi filius meus deceſſerit infra pubertatem, filia mihi & illi, hæres ſit; hæc vtique ſubſtitutio eſt limitata ad tempora pubertatis, & eſt Compendioſa; Ecquis tandem negauerint nec in ea cõtineri expreſſam vulgarem, propter dictionem (mihi) nec expreſſam pupillarem, propter dictionem (& ylli) nonne ita verius exiſtimarent Franciſcus Ripa, Alciatus, & Curtius [c]: ergò & in hac formula contentioſa ex Baldi ſententia admitti debet vulgaris expreſſa.

22 Cõtrariam † tamen opinionem tanquam veriorem, nempè in ea non in eſſe vulgarẽ expreſſam, ſed ſolã tacitã, ſubtiliter ac ingenioſè ſuſtinuit Decius [d], Albericus, & alij, quorum argumenta ſunt huiuſmodi.

23 Primò, † in pupillari expreſsa continetur ſola tacita vulgaris, non autem ex-

preſſa,

preſſa,d.l.iam hoc iure,ſed hæc eſt expreſsa pupillaris; probatur in illis verbis, ſi in pupillari ætate obierit,& quia verba debent referri ad perſonam,pupilli [b], ergò includitur ſola tacita vulgaris,non autem vulgaris expreſsa.

24 Secundò,† hæc verba,ſi in pupillari ętate deceſserit,ſignificant pupillarem; quoniam vulgaris fit etiam ſine ætate pupillari [c].

25 Teitiò,† hæc ſubſtitutio,ſi filius meus in pupillari ætate deceſserit, Caium ſubſtituo, reſoluitur in hanc (ſi hæres erit,& in pupillari ætate deceſserit) nec poteſt reſolui in illam, (ſi hæres non erit) quoniam omnes fatentur eam eſse expreſsam pupillarem,ergò eſt verè pupillaris, ergo continet tacitam non autem expreſsam vulgarem ; & huic reſolutioni Cagnoli latratus impedimento eſse nequeunt.

26 Quartò † probatur in l.ſi ita ſcriptum,§.qui filio,de bon.poſseſ.ſecun.tabul. qui filio impuberi ita ſubſtituit,ſi filius meus antequam in ſui tutelam venerit moriatur,Caius mihi hæres eſto,hæreditatem Caius vēdicat, perinde,ac ſi verbum(mihi)non fuiſset adiectum: quia per vulgarem,ſucceditur teſtatori, per pupillarem,pupillo,l.cohæredi,§.cum filiæ,de vulg. & pupil. ergò eſt expreſsa pupillaris,ergò continet vulgarem tacitam,non expreſsam,& hoc videtur fortiſſimum argumentum Claua Herculis dignum, quo nititur Luſitanus [d] ille, oſtendens dictionem(mihi)non operari,quin hæc ſit pupillaris ſubſeltutio, & duas recenſet interpretationes; Prima eſt, quod cum impubes filius ſit cui facta eſt huiuſmodi ſubſtitutio,& à patre hæres inſtitutus, iā ſatis conſtat, quòd ipſi teſtatori hæres erit pupillaris ſubſtitutus, ſi impuberi patris teſtantis hæres extiterit,l.paterfamilias,de vulg.& pupil.l.ſi cui,C.de hæred.inſtit. Secunda eſt ratio:quod dictio(mihi) tollitur,vel habetur pro non adiecta, d.l.cohæredi,§.vltimo,d.l.ſi ita ſcriptum,§.qui filio.

27 Quintò,† Compendioſa facta in forma pupillaris(ei ſubſtituo)hoc inquam modo, filium meum impuberem hęredem facio, & quandocunque filius meus deceſserit ei Caium ſubſtituo, huiuſmodi Compendioſa propter dictionem (Ei) reſtringitur ad pupillarem, gloſs. in l.cohęredi, §.cum filię, in verbo, nec alia,ff.de vulg. [e] & Compendioſa reſtricta ad tempora pubertatis, eſt pupillaris,ſi pupillaris,ergò includit vulgarem tacitam,non autem expreſsam.

28 Decij †op:n:onem quam veriorem arbitramur, ſequentes oppoſita argumenta ſic diluere poſſumus.

29 Ad † primum itaque, quod verba huiuſmodi pupillaris non repugnent, ſed conueniant vulgari expreſsę,reſpondemus,ea non conuenire, quin immò reſiſtere vulgari expreſsę: nam in vulgari nulla fit mentio pupillaris ętatis, ſed hic facta mentio pupillaris ętatis, & conditio perſonę eſt maximè ſpectanda,filius etenim pupillus eſt,l.plenum,§.ęquitij,de vſu & habit.

30 Ad †ſecundum dicimus, hanc non eſse Compendioſam,& negamus pręterea, quod in iſta contineatur genus aliquod diuerſum à pupillari, immò ea ſunt verba non generalia, ſed ſpecialia, ac propria pupillaris ſubſtitutionis quemadmodum apud Iuſtinianum, Caium, ac Theophilum de pupillari legere eſt.

31 Ad † tertium egregiè occurrit Decius,inquiens,primā illam,filio Caiū ſubſtituo, eſse communem & genericam, vtpotè cum nulla fiat in ea mentio pupillaris ętatis,verum ſecunda, concepta ea formula de qua nunc contenditur; veluti,ſi filius meus in pupillari ętate obierit,Caium ſubſtituo, facta eſt ſpecialis, per uerba nominatim conuenientia pupillari ; tum propter uerba, tum propter conditionem perſonę, adeò, vt non poſſit in ea includi niſi uulgaris tacita.

32 Non † obſtat quartum, cuius minor neganda eſt, illa enim verè eſt com-

pendioſa,quæ continet plura tempora ante ſcilicet pubertatem, & poſt pubertatem,vt omnibus patet,ſed hæc nullum tempus præſefert vltrà pubertatem, ergo non eſt verè compendioſa, iuxta ea, quæ communiter traduntur, receptaque ſunt in d.l.Centurio,& in d.l.precibus.

33 Ad† quintum reſpondemus,ſubſtitutionem in l.Centurio, eſſe quidem reſtrictam ad annos 25. Sed vtrumque propterea amplecti tempus, impuberis ſcilicèt,& puberis filij;ſed hæc quamuis reſtricta ad annos quatuordecim, attamen non continet tempus poſt pubertatem,ergò non licet inferre de vna ad alteram.

34 Non† officit ſextum & vltimum argumẽtum, quoniam illa formula ſi filius meus impubes deceſſerit, filia mea mihi & ei hæres ſit,non eſt formula pupillaris,de qua contenditur,ſed eſt huiuſmodi, in qua pater expreſsè filio vulgariter ſubſtituit,ac pupillariter expreſsè; ita, vt ambæ illæ ſubſtitutiones ſint expreſſæ in ſpecie,& ſingulariter nominatim à teſtatore, non autem expreſsæ generatim,ſub inuolucro generali & Compendioſo,quo ſanè modo inuicem cõtendunt Interpretes, perinde, ac ſi clarius reſpondentes diceremus, regulam eſſe in iure ciuili, pupillarem expreſſam continere in ſe ſolam tacitam vulgarem,non autem expreſſam,limitari tamen huiuſmodi regulam,quando contraria appareret enixa voluntas ſubſtituentis, qualis lucet in eo exemplo, filiam mihi & ei ſubſtituo;quod tantopere placuit Ripæ, Curtio, & Alciato,propter dictiones illas(mihi)& (Ei,) quæ expreſſim reſonant vulgariter & pupillariter.

35 Quamobrem ſtabilita manet ac defenſa Decij Sententia,quã maximè com probare videntur exempla pupillaris relata à Caio,& à Iuſtiniano in ſuis Inſtitutionibus,Caius etenim lib.2.C.de pupil.huiuſmodi ſtatuit formulam pupillaris,ſi filius meus infra pubertatem deceſſerit, Caium ei ſubſtituo,& tenebatur inquit ſecreta in vltima parte teſtamenti, in imo ceræ, ne ſcilicèt pupillo ſtruerentur inſidiæ; Iuſtinianus verò in §.1.de pupil.tale protulit exẽplum,filius meus hæres mihi eſto,ſi filius meus hæres mihi non erit, vel ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit,Caius hęres eſto;quo caſu inquit Iuſtinianus, ſi quidem non extiterit hæres filius, tunc ſubſtitutus patri ſit hæres; ſi verò extiterit hæres filius,& ante pubertatem deceſſerit, ipſi filio ſit hæres ſubſtitutus;Eadem legitur formula apud Theophilum in Græcis Inſtitutionibus,ergo ſecundum Caium maximè & Iuſtinianum etiã hæc formula de qua diſſeritur, erit, & eſt verum exemplar pupillaris expreſſæ, ergò continet ſolam tacitam vulgarem;ſed enim,difficultas tota in eo verſatur puncto,an compendioſa cõtinens vulgarem expreſſam genericè, poſſit reſtringi ad fatalia pubertatis; Decius ingenioſè, & audacter reſiſtit, inquiens, formam pupillaris ſubſtitutionis,fore pupillarem ætatem,& formam vulgaris non poſse coarctari ad pupillarem. Reſiſtit etiam fortiſſimè Emanuel [f] Luſitanus, non obſtare inquiens, quod verba huius formulę ſint generica, & compendioſa, apta compręhende-

36 re tam vulgarem, quam pupillarem, † quoniam voluntas debet præferri verbis, maximè, quando verba admittunt eam ſpeciem, quæ ex intentionis defectu excluditur, voluit enim teſtator, pupillariter ſubſtituere & ſubſtituit, ergò non vulgariter expreſsè; Sic teſtator, ſi ignorans ſe filium Titium habere,tutorem dederit filijs ſuis,vtique,non erit datus tutor Titio filio, quem teſtator ignorauit [g], tametſi verba Compendioſę, vel genericè; vel indefinitè eam contineant: quod quidem non accidit veræ Compendioſæ, quandocunque filius meus deceſserit ſine liberis, Caium ſubſtituo, quoniam intelligitur ęquè ſubſtitutus vulgariter,pupillariter & per fideicommiſſum,vt caſus emerſerit, quemadmodum in ſuperioribus oſtenſum fuit.

AD CAP. IX.

a L.ſi mater, vbi gloſ.ff.de vulg.& pupil.Min.ſing.Inſtit.de pupill.ſubſt.in princ.
b Inſtit.de pupil.ſubſt.in princ.Bart.in l.2.de vulg.nu.27.Didac.in c.Raynutius,§.5.nu.4.
c L.qui liberos,§.hæc verba,de vulg.& pupill.
d Zazius in tract.Compendio.Didac.in c.Raynutius,§.5.num.5. Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.73. numer.29.
e Decius in l.precibus,num.15.de impub.Curt.iun.inibi,num.37.Ripa in l.1.de vulg.num.84. Alciat.in l.Centurio,nu.36.Emanuel Coſta in c.ſi pater,in verbo,pupillaris,nu.9.de teſtam. in 6.Craſſus in §.ſubſtitu.q.20.
f Emanuel Coſta in d.c.ſi pater,in verbo pupillaris,nu.2.Pariſ.conſ.73.nu.52.lib.2.
g Reiecta Baldi opinione,in d.l.precibus,nu.48.probatur,à Bart.in l.Centurio, nu.32.ab Alex. in l.Gallos,§.1.num.9.de lib.& poſth. Coſta in d.verbo,pupillaris, num.14. Alex.in l,2. nu. 16.de vulg.
h Coſta,in d.verbo,pupillaris,num.11.Socin.in d.l.Centurio,nu.34. Alex.in l.1.nu.25.de vulg. Craſſus d.quæſt.20.
i Bart.in d.l.Centurio,no.32. Emanuel Coſta, vt ſupra, nu.14.Craſſ.d.quæſt.20.
K Bart.in d.l.1.nu.16.de vulg.Coſta inibi,num.15.
l Alexand.conſ.1.lib.1.Ripa,in d.l.Centurio,nu.40.Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.lib.2.§ 13.num.43. qui & ipſi in contrariam ſententiam pedibus ire videntur.
m Late Oddo,de Compendioſa,par.3.quæſt.7.
n Dec.in d.l.precibus.nu.15.Bald.nu.47.
o Inſtit.de vulg.& Inſtit.de pupil.in prin.Alex.in l.1.nu.20.de vulg.Coſta in d.c.ſi pater, in verbo,pupillaris,num.10.
p Late Coſta,ibidem,num.10.
q Bal.in d.l.precibus,nu.47.58.& alij plures inibi.
r Bart.in d.l.Centurio,nu.30.& 32.de vulgar.
ſ Decius in d.l.precibus.nu.15.qui alios refert.
t Refert Decius,d.l.precibus,nu.15.Craſſus in §.ſubſtitutio,q.30.nu.3.
u Pauli Caſtr.in d.l.precibus,nu.12.verſ.allegata in contrarium,in fine.
x Bald.in d.l.precibus,num.58.
y Bart.in d.l.Centurio,nu.30.32.& omnes.
z Curt.in l.pen.C.de imp.nu.6.Ripa,in l.1.nu.44.de volg.& Alciat.inibi,no.165.
a Gloſ.in c.1.de teſtam.in 6. Alber.in Rub.de vulg.nu.17.Dec.in d.l.precibus.
b Emanuel Coſta,in d.c.ſi pater,in verbo,pupillaris,nu.10.de teſtam.in 6.
c Bart.in l.2.per illum tex.num.5.de vulgar.
d Emanuel Coſta,in d.verb.pupillaris,num,2.
e Coſta,in d.c.ſi pater,in 3.par.in uerbo,interdum. Dec.in l.precib.nu.17.
f Coſta in d.verbo,pupillaris,nu.19.& 20.
g Adducit ibidem Emanuel Coſta,l.nomen filiorum, de verb.ſignif.& l.qui filiabus, de legat.1. & l. ſi quis ita, in illis uerbis, (ſi quartum ignorauit) de teſtamen, & l, uerbis ciuilibus, de vulgar.

SVMMARIA.

1 *Opinio Archid, Curt.& aliorum contra communem, quod pupillaris expreſſa matrem non excludat.*
2 *Priuilegia in præiudicium tertij non ſunt interpretanda.*
3 *Lex poteſt dominium,& res proprias alicui iuſta de cauſa auferre.*
4 *Nemo poteſt facto alieno exhæredari, priuarique hæreditate quæ ſibi à lege debetur.*
5 *Qui non poteſt per ſe, multo minus poterit per alium.*
6 *Nemo debet ſine cauſa iuſta priuari legitima.*
7 *Neque lex generaliter loquens, neque vlla generalis repudiatio unquam potuit in legitima nocere filijs, vel parentibus.*
8 *Diſtinctio Alber.& Coraſ.in ſuprascripta quæſtione.*
9 *Pro communi in dicta quæſtione plura media.*
10 *Quando mater nec per querelam, neque per condictionem ex lege poteſt vendicare legitimam, ſed petere ſupplementum.*

11 *Querela*

11 *Querela inoſſicioſi vt ſit locus, quæ requirantur.*
12 *In ſermone generali non comprehenditur legitima.*
13 *Pupillaris non flectitur in obliquam, ſed directò per eam ſuccedìtur.*

An pupillaris expreſſa excludat matrem.
Caput Decimum.

QVAERITVR an pupillaris expreſſa excludat matrem? Species proponitur huiuſmodi. Pater inſtituit filium ſuum impuberem, ac etiam Titium hęredes; Dein dixit, & ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titium ei ſubſtituo, moritur filius impubes, mater vendicat hæreditatem filij ſui lu ctuoſam, potiſſimum legitimam, ſibi iure naturæ debitam. Titius contra iure ſubſtitutionis petit ſe admitti ad ſucceſſionem; quæritur itaque, an pupillaris expreſſa excludat matrem etiam à legitima?

Communis inualuit opinio, quod mater excludat, quin etiam, in vtroque fo ro Pontificio [a] ſcilicèt & Cæſareo, quęadmodum infra diſputabimus, Quare Decius [b] retulit Bartoluui, & Baldum, Angelum, Fulgoſium, & alios, ita conſuluiſse. Quamuis inquit pro communi nulla poſset bona inueniri ratio, & Bal
1 dus [c] afferat eum obſeruari in vniuerſo terrarum orbe, † Archidiacono & Cur tio [d], alijſque reclamantibus, huiuſmodi opinionem ſibi ſemper duram, rigidam, ac ſuſpectam viſam fuiſse. Quare Curtius contra communem ſic argumentatur.

Primò inquit, legũ veluti priuilegia indulſiſse patri, vt poſſit pro filio impu
2 bere Teſtamentũ facere, vt Baldus, [e] etiam exiſtimauit. † Sed priuilegia in præiudicium tertij interpretari minimè debent, l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco publico. l. cum auus, C. de emancipat. lib. l. impuberi, de adminiſtr. tut. l. cum filius, de milit. teſtam. ergo non poterit excludi mater à legitima. Cui reſpondent aliqui, argumentum procedere in dubijs, non autem in claris: quoniam etſi durum ſit hoc, atque rigore plenum, tamen lege cauetur, & legi ſtare opor tet, l. proſpexir, ff. qui, & à quib. Præterea, hoc non videtur priuilegium, ſed potius ius commune, moribus ſcilicèt introductum, l. moribus, ff. de vulg. Eſt igitur ius commune, non autem priuilegium, quod matri pręferatur diſpoſitio patris teſtantis, l. Papinianus, §. ſed neq; impuberis, ff. de inoffic. teſt. quod longè fortius habetur, quam ius ſingulare, l. eius militis, §. militia miſſus, ff. de milit. teſt. vndè, quis inferre poſset, multo fortius multoque facilius ma
3 trem excludendam, † & legem poſse dominium ac res proprias alicui iuſta de cauſa auferre, l. Lucius, ff. de euictıon. ergò & legitimam matri, cum de iure po ſitiuo agatur.

4 Secundò argumento nititur Curtius. † Nemo poteſt facto alieno exhæredari, priuarique hæreditate, quæ ſibi à lege debetur, l. pater familias teſtam. de hę red. inſtit. Auth. Vt cum de appell. cognoſc. §. aliud quoque capitulum. Sed ma ter hæreditate filij ſiue legitima priuaretur facto, ſiue iniuria mariti ſui, nempè patris, qui pro filio impubere teſtamentum fecit, ergò non debet excludi.

Quod ſanè argumentum concluderet, quando quis iniuſtè priuaretur ob fa ctum vel iniuriam alienam: Sed in excludenda matre concurrit ipſarum legu m diſpoſitio, quæ quamuis rigoroſa, attamen ſeruanda, d. l. proſpexit, ff. qui, & à quib.

5 Tertiò. † Qui non poteſt per ſe, multo minus poterit per alium, l. non minus, de hęred. inſtit. l. neque per ſe, C. de hęred. inſtit. c. quòd alicui, de reg. iur. in 6.

Sed

Sed filius non poteſt matrem priuare legitima, l. nam etſi parentibus, de inofficio.teſt. dicta Authen. Vt cum de appellat.cogn.§. aliud quoque capitul. ergò, multo minus poterit pater, qui teſtamentum fecit pro filio.

Cui plures occurrunt, Regulam, Qui non poteſt per ſe, non eſſe perpetuam, ſed vitiari interdum: Nam aqua & igni interdicti, ſiue excommunicati, non poſſunt per ſe quidem Iudicijs adeſse, poſsunt tamen per procuratorem, c. intelleximus, extra, de iudic. Pręterea, in quęſtione noſtra, filius non agit per patrem, ſed pater ignaro etiam filio, legis autoritate diſponit.

6 Quartò. † Nemo debet ſine cauſa iuſta priuari legitima; at mater nullum ingratitudinis vicium, nullum crimen, nullamque iniuriam patrauit, ergò autore Iuſtiniano, Legitima ſibi negari minimè poterit, d.§. aliud quoque capitulum, d.l. paterfamil. de hęred.inſtit.[f]

Reſpondent Interpretes, patrem feciſse teſtamentum, non autem filium, proinde matrem non poſse conqueri, nec de inofficioſo agere, vtpotè, quę non pręteritur, nec priuatur à filio, d.§. ſed neque impuberes. Quare Curtius exclamat hanc poteſtatem patri à lege datam fuiſse; Sed longè melius (inquit) feciſset lex, ſi huiuſmodi facultatem patri refrenaſset, ne poſset matrem ſua Legitima priuare.

7 Quintò. † Pręter omnes ego ſic argumentarer. Neque legem generaliter loquentem, neq; vllam particularem repudiationē potuiſse vnquam in Legitima nocere filijs, vel parentibus, vt pulcherrima conſtat ſpecies, in l. ſi quando, §. & generaliter, & in l. ſcimus, C. de inoffic.teſt. quod Bartolus & Baldus inibi ſtudioſè affectant, & admirantur. Verum leges, quę patri attribuunt facultatē teſtamentum faciendi pro filio impubere, non loquuntur, nec verbum quidem faciunt vllum, de Legitima filiorum vel parentum, ut omnibus notiſſimi iuris eſt, ergò huiuſmodi poteſtas & leges non debent interpretari, vt noceant Legitimę maternę.

Reſponderent fortaſse, id iam fuiſse legibus receptum, legemq; dediſse parenti facultatem plenè diſponendi de toto patrimonio, totoque aſse non de parte, nec vnquam Legitimam exceptam fuiſse, l. Papinianus, §. ſed neque impuberis, ff. de inoff. teſta. Pręterea, filium nullum condidiſſe teſtamentum, patrem verò non teneri viuentem dare legitimam filio, l. ſi quis legatum, in fine, C. ad l. Cornel. de falſ. tradunt[g] in l. vlt. C. de lib agnoſcend. poſseq; totum patrimonium ſuum ſubuertere, ac diſſipare, vt colligi poteſt ex l. 1. C. ſi in feudo paterno, & l. non vſque adeo, ff. ſi quis à patr. fuer. manumiſ.

Sextò. Impium & inhumanum videtur, matrem priuari luctuoſa ſucceſſione filij ſui, & potiſſimum Legitima ſibi ob pietatē debita, l. nam & ſi parētibus, de inof.teſt. ecquis enim (vt Iuſtinianus ait) non miſereatur matris propter partus periculum, propter procreationem & educationem liberorum? l. aſſiduis, C. qui pot.in pig.hab. Adde, Legitimam non recipere grauamen aliquod, non diem, non conditionem vllam, l. quoniam, l. omninodò, C. de inoff.teſt.

Reſpondetur vt ſuprà, filium nullum feciſſe teſtamentum, ideoque matrem de eo conqueri non poſſe, patrem verò teſtatum fuiſſe pro filio impubere & ignaro, & hanc habuiſſe ſupremam à lege poteſtatem, & agi potius de iure poſitiuo.

8 Denique † Albericus & Coraſius[h] diſtinguebant bona filij, à bonis paternis, arbitrantes, iam relatam communem opinionem, veram quidem eſſe in bonis patris, non autem filij, vtpotè, cuius Legitima portio ſpectat ad matrem.

Pro communi igitur, quam tot inſignes viri ſuprà relati ſecuti ſunt, talia ſolent nonnulli afferre argumenta.

9 Primò, † nulla datur inofficioſi querela matri aduerſus hoc teſtamentū: nā

H filius

filius non condidit teſtamentū, ſed pater eius, ergo mater excluditur à legiti-ma,l.Papinianus,§.ſed neque impuberes, ff.de inoff.teſtamen.

Cui argumento Coraſius [i] ingenioſè occurrit; nullam quidem inofficioſi querelam dare matri,Sed ipſam poſſe condictione ex lege ſuam conſequi legitimam, iuxta l.omnimodo,C.de inoff.teſtam. Nam firmis etiam manenib. teſtamentis, poſſunt filij vendicare quod ſupereſt Legitimæ. Et hæc fuere ingenioſa ſenſa Gulielmi de Cuneo,relata à Bartolo,& comprobata in Auth.Preſbyteros; C.de epiſc. & cler. in l.vlt. C.de inoff.teſt.& in l.vlt. C. quæ teſt.facc. poſ.presbyteri namque poſſunt quo maluerint modo teſtari, & qui caſtrenſe quaſique caſtrenſe poſſident peculium, præterire,priuareque filios vel parentes:attamen,filij vel parentes poſſunt cōdictione ex lege capere,ſuam legitimā, ergo, & in hac ſpecie mater quoque poſſit condicere ſuam legitimam.

10 Cui tamē argutæ ſolutioni reſpōdere poſſumus,† matrē nec per querelam, nec per condictionem ex lege, poſſe vendicare Legitimam, ſed petere ſupplementum dumtaxat,ſi quid tamen ſibi fuerit relictum,qualis habetur ſpecies in d.l.omnimodo.Quod ſi quis obijciat,id obſeruari vt plurimum, non autem in caſu anomalo,quando pater teſtamentum fecit pro impubere filio,tum enim, quamuis nihil fuerit relictum,videtur matrem poſſe totam ſibi aſciſcere legitimam,quemadmodum in teſtamentis presbyterorum,etiam ſi nihil fuerit legatum,fieri poſſe,idq; obſeruari atteſtantur,in d.Auth.Presbyteros. d.l.vlt.C.de inoffic.teſt.Dicemus eas leges iam antiquatas, vel ea iura fuiſſe poſtea à Iuſtiniano correcta. vt in Auth.Vt cum,de appellat.cognoſcit.§.aliud quoque cap. & ex Auth.Presbiteros, aſſerit parentes poſſe conſequi legitimam, ergò poſſe agere querela, Iaſon [k] inſuper magnam conſtituebat differentiam inter inofficioſi querelam & condictionem ex lege, nam aduerſus teſtamentum eius qui Monaſterium ingreſſus eſt, quique non cenſetur religionis ergò aliquem per iniuriam præterire,vel exhæredare voluiſſe, dabitur inquit condictio ex le-

11 ge,non autem inofficioſi quærela,† quandoquidem,vt querelę ſit locus,duo coniunctim requiruntur;Primum,quòd teſtamentum ſit factum in alicuius iniuriam. Secundum, quòd agatur de bonis eius qui prętериuit vel exhęredauit. Verum in hac quęſtione mater nullam iniuriam patitur à filio, quia ipſe nullum facit teſtamentum,ſed pater;nec agitur de bonis patris teſtantis,ſed filij: ergo matri nulla debetur querela,quod porrò eſt admittendum,ergò aget condictione ex lege,negatur conſequentia: quoniā nulla lex in hoc,matri ſuccurrit,& l.omnimodò,loquitur de ſupplemento legitimę, non de legitima.

Secundò probatur inductione l.Lucius, ff.de vulgar. Duo filij fuerunt inuicem ſubſtituti,& impuberi vni decedenti, alter excluſa matre ſuccedit,ergò mater priuatur legitima.

12 At reſpondent, quod excluditur ab alijs bonis, † non à legitima, eo quòd in ſermone generali ea non compræhendatur,l.ſi quando, §.& generaliter,C. de inoffic.teſt.Sed enim,Regula illa ab aliquibus vera intelligitur in diſpoſitione hominis,non autem legis; Dein reſpondent, inibi pupillarem illam eſſe cenſendam in Reciproca,ſiue Breuiloqua, proinde eſſe pupillarē expreſſam,qualem fere intuemur etiam comprehenſam in Compendioſa, igitur ſecundum communem opinionem,omninò matrem excludit; ſed iam controuertitur de pupillari expreſſa, quę in ſpecie & magis expreſſa videtur, quam tamen aiunt non excludere matrem,niſi ab alijs bonis; Verum hoc lege aliqua non probatur,quare corruit argumentum.

Tertiò obijcitur lex humanitatis,C.de impub.& alijs ſubſt.Parens de bonis filij mente capti teſtari poteſt, ac teſtatur, ita tamen, vt ſi habuerit nepotes, eos hęredes inſtituere teneatur: ſin verò non habuerit, quòd legeſ agnatis,ibi nullum

nullum verbum de matre, ergo mater penitus excludetur.

Reſpondent, excludi à cęteris bonis, non à legitima. Quę ſanè reſponſio ſuſtineri non poteſt. Etenim, ponderanda ſunt verba illa d.l.humanitatis, (ad excẽ plũ, inquit, pupillaris querela nulla contra teſtamentum oriatur) at replicant, ei denegari querelam, non autem cõdictionem ex lege. Sed hoc penitus negatur, quoniam nulla lege cautum reperitur.

Quartò confirmatur inductione d.l.precibus, in illis verbis. Nam non eſt incerti iuris, quod ſi filius in primo tantum caſu (ſi hęres non erit) habuerit ſubſtitutum, & patri fuerit hæres, ad matrem omnimodò pertinet ſucceſſio, ergò admittitur in toto Aſſe, totaque hęreditate; quare pariter in ſecundo caſu ſi in pupillari ętate filius deceſſerit, mater excluſa à ſubſtituto pupillari, debet à toto Aſſe, & ſic etiam à legitima excluſa intelligi.

Reſpondetur, diuerſitatis rationem dari inter hos caſus; Nam in primo caſu admittitur mater in tota hęreditate, quia nullus adeſt qui ius habeat in bonis; at in ſecundo caſu matrem ſubſtitutus excludit, non tamen à tota hæreditate, quoniam ius habet in legitima. Sed negari poteſt ei ius aliquod competere in legitima, vt ex ſuperius adductis clarè conſtat, negari inſuper, eam non excludi à toto Aſſe.

Quintò, inducitur etiã d.l.precibus, in vlt.parte, hoc modo. Directa militaris flectitur in fideicommiſſariam poſt tempora pubertatis, vt ſubſtitutus poſſit capere bona defuncti duntaxat pręter legitimam, quę matri debetur, & tamen teſtatori ſucceditur, ergò in expreſſa pupillari ſubſtitutus omnia bona vendica
13 bit, vt nec legitima ſeruetur matri. † Probatur: quoniam pupillaris non flectitur in obliquam, ſed directò per eam ſucceditur in omnibus bonis, quemadmodum vndecunque reſonant iura Romana.

Sed l.precibus, varios, maximè in ea parte, patitur intellectus, quos inibi referunt & examinant interpretes: Hęc tamen rationalia ac ſolida videntur.

Sexto opponitur cap.primum, in fine, de teſtam.in 6. enimuerò, mater inibi lege illa Pontificia omninò excluditur, etiam à Legitima, quoniam id eſt teſtamentum patris.

Verum Coraſius[l] & alij reſpondent, valdè ſuſpectam ſibi eſſe & iniquitatis plenam eam Conſtitutionem, vtpotè, latam à Bonifacio Pontifice autore Sexti Decretalium, & referunt quę poſteriores de eodẽ Bonifacio, & quę Baldus[m] iactitant, dum Bonifacium magis factioſum quàm Apoſtolicum appellant, adeò, vt Cõſtitutiones etiam à iure alienas conderet; donec eundem iure optimo Emanuel Luſitanus Bonifaciũ ab huiuſmodi calumnia defenderit, & Coraſium grauiter reprehenderit, quod ſupra modum inſolẽtius maledictis eum inceſſere auſus fuerit, magis quam virum Chriſtianum, & de vtraque Iuriſprudentes bene meritum deceat; addam ego, ſcriptum eſſe in lege, Nolite tangere Chriſtos meos.

Quamobrem ex his hincinde examinatis & diſcuſſis, ſatis conſtat, ſi quęſtio ad iuris principia referatur, nempè ad rigorem & ſummos apices iuris ciuilis: matri pro legitima denegandam fore inoficioſi querelam, omneque aliud legis auxilium, vtpotè, quę de filio conqueri non poteſt, qui nullum fecit teſtamentum: nec de patre, quandoquidem ſuprema ſibi data fuerit à lege pro filio impubere teſtandi facultas. Durum eſt hoc, lege tamen cauetur.

AD CAP. X.

a c. ſi pater, de teſtam. in 6. Gloſſ. in l. precibus, in uerbo, omnimodò, C. de impub. & alijs ſubſtit. Bart. in l. 2. nu. 31. ff. de uulgar.

b Decius, in d.l.precibus, refert Bart, Bald, Angel, Alex. & Fulgoſ.ita conſuluiſſe, ſed ipſe valde dubitat. Craſſ.in §.ſubſtitutio, quæſt. 30.
c Bald. in l, humanitatis, C.de impub. & alijs ſubſt.num. 17.
d Archidiaconus in d.c.ſi pater, Curt.in d.l.precibus, num. 12.
e Bald.in l.2. in fine, de uulgar.
f Et Decius in l.ſi filius, num, 5, C.de pact.
g Et Bart.in d.l.vltima, C.de lib.agnoſcend.
h Et Coraſius in d.l.precibus, nu. 19. & Alberic.num.62. & 65.
i Coraſius in d.l.precibus, num.29.30. & ſeq.
K Iaſon in Auth. Si qua mulier, nu.22. C.de ſacroſ.eccleſ.
l Coraſius in d.l.precibus, num.29.
m Bald.in l.libertus libertæque, num.24. & 26. C.de oper, libertor.

S V M M A R I A.

1 Omnis lex eſt ſeruanda in foro conſcientia, dummodo ſit iuſta, & num. 3.
2 Qui legi reſiſtit, Deo reſiſtit.
4 Capitaliter peccat qui contra pietatem operatur.
5 Non dicitur peccare, qui peccat legis auctoritate, nec puniri poteſt: huiuſque regulæ exceptio, num. 11.
6 Donatio bonorum naſcentibus liberis reuocatur, & quid ſi facta ſit eccleſia.
7 Non minore iure naturali legitima matri debetur quam liberis.
8 Repugnat æquitati matrem priuari legitima.
9 Lex humana permittit, vt contrahentes ſe inuicem potiſſimum in pretio decipiant, ſecus eſt in foro Dei, & num. 10.
12 Reſolutio quaſtionis, quod mater non poſſit priuari legitima.
13 Sacri Canones interdum non ſunt ſeruandi in foro conſcientia.

An matri debeatur legitima in foro conſcientia.

Cap. XI.

IAM recepta communi ſententia pupillarem expreſſam excludere matrem à Legitima, inquirere nobis liceat, an faltem matri debeatur Legitima in foro conſcientiæ, quandoquidem lex Cæſaris tam aſpera tamque rigida habeatur.

Communis inoleuit opinio, matrem per vulgarem expreſsam excludi à Legitima, etiam in foro conſcientiæ, quam ſecuti ſunt Ripa [a], Zaſius, Galiaula, Pariſius, Rubeus, Didacus, Vaſquius, Emanuel Coſta, Craſsus, & reliqui, queque ita probarunt.

Primò, in c.ſi pater, de teſt. in 6. nominatim ſancitum eſt, matrem per pupillarem expreſſam propelli à Legitima; tum ſic argumentantur. Lex humana pro-
1 uenit à diuina, † poptcrea omnem legem aſserunt ſeruandam eſse in foro con
ſcientiæ: Nam & Prouerbiorum c.octauo, Per me Reges regnãt, & per me Le-
2 gum latores iuſta decernunt; † & qui reſiſtit Legi, Deo reſiſtit, c.qui reſiſtit, 11. quæſt. 3. quarum Legum præſtantia ac autoritate excitus, gloriabatur Moyſes, Deuteronomij cap. 4. Et quænam gens inquit vſquam eſt tam inclita, quæ ceremonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſas leges habeat, quas ego proponam hodie ante oculos veſtros? quare ſeruandas in vtroque foro exiſtimat quoque Diuus Thomas 2.2.q.96.art.4.
3 Sed † huic argumento occurrit tum Sotus de iuſtitia & iure, lib. 1. q. 6. ar. 4. Cui ſtipulantur Canoniſtæ Legem iuſtam eſse ſeruandam, non autem impiã ac iniuſtam; & quæ foueat peccata; tum ingenioſè Decius, eſſe quidem ob-

ſeruan-

ſeruandam, exceptis tamen caſibus in quibus diſtinctio in iure Pontificio facta reperiatur, aliud tamen ſequendum in foro Dei, aliud in foro fori, qualis habetur in quæſtione noſtra, & qualem legitur in c. vltimo, 17. quæſt. 4.[h] & alibi in ſacris Canonibus.

4 Secundo probatur: † quamuis capitaliter peccet, qui contra pietatem operatur, c. paſce. 86. diſt. vt ij qui priuāt matrē Legitima, l. ſi quis à liberis, §. idem. reſcriptum, ff. de lib. aguoſcen. attamen, hoc non poteſt vitio verti filio, qui nullum fecit teſtamentum, nec patri, qui talem habet ſcriptam à lege facultatem.

Sed enim, hæ rationes reſonant in foro fori contentioſo, non autem in foro Dei, vel puræ conſcientiæ.

5 Tertiò, † non dicitur peccare, qui peccat Legis autoritate, nec puniri poteſt[e]. Sed iam huiuſmodi lata eſt lex in vtroque iure, Pontificio nempè ac Cæſareo, ergo non vrget ſindereſis ſtimulus.

Sed iam patet Socini ac Decij, relata reſponſio.

Contrariam verò opinionem, quòd imò in foro Dei matri debeatur Legitima, profeſſi ſunt Archidiaconus[d], Lancillotus Decius, Gozadinus, Dilectus, Decius, Craſsus, & ſectatores. Quod ſi vera eſt hæc ſententia, magna porrò (iuniore Curtio[e] autore) inde oritur vtilitas: Subſtitutus ſiquidem per denunciationem Euāgelicam excommunicari poſset[f], ni matre dederit Legitimam. Hæc opinio probatur.

6 Primo, ex c. vltimo, 17. q. 4.[g] Donatio † bonorum enaſcentibus liberis reuocatur, l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. ſed facta Eccleſię non reſcinditur inquit; Hoc tamen ſeruandum inquit in foro fori, non autem poli, quare Auguſtinus inibi acclamat; Qui vult filium ſuum exhæredare, & Deum vel eccleſiam hæredem inſtituere, alium quærat non Auguſtinum; Quę ſanè diſtinctio alibi etiam in ſacris Canonibus colligitur.

Cui argumento reſpondebat Ripa[h], ibi agi de Legitima liberorum iure naturæ debita, hic de Legitima matris, quæ iure poſitiuo, & ex cauſa tantum miſerationis debetur, l. ſcripto hæredi, in fine, ff. vnde liberi.

7 Sed replicari poteſt, ſufficere in foro Dei, quomodocunque debeatur. † Prȩterea, non minus iure naturali Legitimam matri, quàm liberis deberi, l. nam etſi parentibus, de inoff. teſt. & d. l. ſcripto hæredi, quia etiam filium plurimum debere matri, quandoquidem, vt rectè ſenſit Plato: Non ſolum nobis nati ſumus, ſed partim patria, partim parentes ſibi vendicantur.

8 Secundò, † repugnat ȩquitati matrem priuare Legitima, l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. l. nam etſi parentibus, de inoffi. teſtam. c. paſce, 86. diſtinct.

Quid ſi reſpondeat quiſpiam, legem, quæ matri commiſerationis cauſa Legitimam dedit, potuiſſe illam eidem auferre; Dicam, deberi iure naturali, Dicam, aliud ſeruandum in foro fori, aliud in foro poli.

9 Tertiò, † Lex humana concedit contrahentibus, vt ſe inuicem potiſſimum in precio decipiant, l. in cauſæ, 2. §. idem Pomponius, ff. de minor. l. item ſi pretio, §. vlt. ff. locat. quod etiam iure Canonico ſancitum eſt, c. cum cauſam, de
10 empt. & vendit. † Hoc tamen nunquā licebit in foro Dei[l], in quo nec in minimo quidem obolo decipere licet, in quam ſententiam tum Pontificij[k] tum Cæſarei concordes pedibus erunt.

Quamobrem, Sotus de Iuſt. & iure, lib. 6. quæſt. 3. art. 1. vnà cum Iuriſconſultis declarabat, permiſſam quidem læſionem ſine dolo infra dimidiam, quin etiam infra latitudinem iuſti precij, atque non peccare qui peccat legis autori-
11 tate, † ſi quid lex iubeat, non autem ſi permittat, neque enim vnaquæque lex iuſta eſt quæ permittit, alioqui meretrices non peccarent, nec ij qui exules ſeuerius interficiunt.

Denique,

Denique, ad hanc definiendam quæſtionem duæ reſolutiones veniunt ſpectandæ.

Prima eſt eorum, qui communem receperunt opinionem, matrem in vtroque foro propelli à Legitima, & hanc in foro quoq; conſcientiæ tuendam arbitramur, dum tamen ſi mater fuerit inops, ei præſtentur à ſubſtituto alimenta. Sed hæc leuis & inanis eſſe videtur, ex his, quæ ſupra examinata fuere, nec vſquam legitur matri egenti pro legitima fore alimenta præſtanda, tametſi vxori pauperi portio debeatur Legitima de bonis viri diuitis, Auth. Præterea, C. Vnde vir & vxor.

12 Secunda † eſt Decij reſolutio, quæ Theologis & bonis viris magnoperè arridet, vt indiſtinctè dicamus, in foro Dei, vel conſcientiæ matri deberi Legitimam, nec ſeruandam fore Conſtitutionem illam c. ſi pater, de teſtam. in 6. tum,
13 quia hæc noua eſt Conſtitutio, † tum, quia quamuis ſacri Canones ſint obſeruandi etiam in foro cõſcientiæ, attamen, excipiendi ſunt ſemper caſus ij, quibus iure Pontificio ſancitum reperitur, aliud iuris ſeruandum in foro fori, & aliud in foro poli, ſiue Dei, quemadmodum in hac quæſtione, per ca vlt. 17. q. 4. per c. tua nos, de ſponſalibus, & per c. inquiſitioni, in fine, de ſenten. excommunic. & ſi quæ ſunt alia ſimilia iura. Cui ſanè diſtinctioni dignè pari pietate Summi Pontificẽs Romani magis eſt vt in foro conſcientiæ acquieſcamus, quam aſperrimis & ſeueriſſimis Cæſaris legibus alio tendentibus in hoc pareamus, alioqui veri iuris, germanæque iuſtitiæ ſolidam ac expreſſam effigiem in Regno Dei nullam intuebimur.

AD CAP. XII.

a Ripa in l. 2. num. 54. de vulgar. Curt. in l. precibus, num. 13. Zaſius in tractatu de pupil. in 6. effectu, Galiaula in l. Centurio, nn. 71. de vulgar. Pariſ. conſ. 58. num. 17. lib. 2. hanc ait opinionẽ non habere contradictionem. Rubeus conc. 61. Didacus in c. cum eſſet, num. 11. de teſtam. Vaſquius de ſucceſſ. progreſſ. §. 12. num. 16. & 18. Coſta appellat receptiſſimam, in c. ſi pater, in verbo, ſuperſtes, num. 9. Craſſus in §. ſubſtitutio, quæſt. 30.

b Et Ripa in l. 2. num. 44. de vulgar.

c c. qui peccat, 33. q. 4. l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adulter.

d Archidiaconus in d. c. ſi pater, de teſta. in 6. Lancellot. in d. l. precibus, C. de impub. Gozad. in c. 2. num. 12. & 19. de teſtam. Craſſ. d. quæſt. 30.

e Curt. iun. in d. l. precibus, num. 13.

f Iuxta notata in c. nouit, de iudic. Bart. in Extranag. Ad reprimendum, in verbo, per renunciationem.

g Et c. tua nos, de ſponſal. & c. inquiſitioni, in fine, de ſentent. excommunic. Dec. in d. l. precibus, & in c. Canonum, num. 18. de Conſtitut.

h Ripa in l. 2. num. 45. de vulgari.

i Curt. in d. l. precibus. num. 15. Iaſon in l. penult. C. de pact. Felin. & alij Canoniſtæ in d. c. canonum, num. 65. & ſeq. de Conſtit. & in c. vigilanti, de præſcrip.

k Felinus, Decius, & alij in d. c. canonum, & in d. c. vigilanti.

SVMMARIA.

1 Quod pupillaris tacita contenta in expreſſa vulgari excludat matrem etiam à legitima contra communem plura argumenta.

2 Talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant.
Media participant de natura extremorum.

3 Dilectus in primo caſu cenſetur magis dilectus in ſecundo.

4 Pro communi itidem in prædicta quæſtione plura argumenta.

5 Dictio, tantum, taxatiua excludit alios caſus, ſed non ſimiles, & nu. 6.

6 Reſolutio ſupradictæ quæſtionis.

7 Limi-

7 *Limitationes quamplures ad communem opinionem.*
8 *Anima eſt rebus præferenda.*
9 *Autor omnes ſupradictas limitationes ad vnam ingenioſe redigit.*

An tacita pupillaris contenta in expreſſa vulgari, excludat matrem etiam à Legitima. *Cap. XII.*

IN filium meum hæredem inſtituo, & ſi filius meus hæres non erit, Caium ſubſtituo: filius hæres fuit, & antequam in ſui tutelam venerit, vitã cum morte commutauit, iam tum à Lege per ſubauditam pupillarem [a] ex tacita mente teſtantis Caius ad ſucceſſionem vocatur, quæritur an mater ſuperſtes excludatur? In qua ſanè quæſtione percrebuit communis Iuriſconſultorum opinio, tacitam pupillarem contentam in vulgari expreſſa, ab hæreditate matrem minimè propellere. Hanc gloſſa [b], hanc Bartolus, Alexander, Iaſon, Socinus, Ripa, Paulus Caſtrẽſis, Corneus, Zaſius, Tiraquellus, Marianus Socinus, Emanuel Coſta, Antonius Gomezius, Ferandus Vaſquius, & reliqui à Michaele Craſſo relati ſecuti ſunt, & eam in praxi ſeruari, ac temerarium eſſe ab ea recedere aſſeruerunt.

1 Aduerſus † quam inſurrexerunt Fulgoſius [c], Paulus Leonius, Fernandus, Vaſquius, & Emanuel Suarez, ab eodem connumerati, qui ſuam comprobare ſententiam & communem euertere ita conantur.

Primò, Sicut expreſſa pupillaris dependet à teſtamento paterno, ita etiam tacita [d], ergò, quemadmodum illa excludit matrem à Legitima quoque, ita hæc eam propellet ex præſumpta mente teſtantis.

Reſponderi poteſt, prius eſſe diligenter ſpectandum, vtrum pupillaris expreſſa multo maiores vires in excludendo exerceat, quàm tacitá, & vtrum ne aperta & enixa teſtantis voluntas, præferatur tacitæ, illi aiunt, iſti negant.

Secundo, inducitur ſpecies in l. quamuis, C. de impub. & al. ſubſtit. Si mihi alia vxor mea & Firmianus filius hęredes nõ erũt, Titius hæres eſto; Quæritur, an tacita pupillaris matrem excludat? Reſcriptũ eſt eo caſu matrem nõ propelli, eo quòd vulgaris duabus imparibus facta fuerit, ergò ſi duobus impuberibus concepta fuiſſet, non autem vni puberi, & alteri impuberi, matrem vtique excluſiſſet.

Sed negari poſſet argumẽtatio hæc à contrario ſenſu deducta, vt legum correctio euitetur.[e]

Tertiò, vulgaris expreſſa matrem ab hæreditate propellit, quoniam id eſt teſtamentum patris, l. Papinianus, §. ſed neque impuberes, de inoſ. teſt. & l. iam hoc iure, de vulgari, ergo tacita pupillaris contenta in vulgari excludet matrẽ,
2 probatur conſequentia. † Nam talia ſunt Subiecta qualia Prædicata demonſtrant, l. ſi defenſor, §. 1. de interrogat. action. probatur: nam media participant naturam extremorum, §. cum ex aliena materia, de rerum diuiſ. l. quæritur, de ſtatu homin. & militat eadem ratio teſtamenti paterni; Præterea, ſi vulgaris expreſſa extenditur ad caſum pupillaris, extendi vtique debet cum ſuis omnibus qualitatibus, l. ſed ſi manente, de precar. ergo matrem excludet.

Sed reſpondent, diuerſam ad eſſe rationem, quod in expreſſa ſubſtitutione conſtet expreſſa voluutas teſtatoris, quod non eſt in tacita; Nec debet fieri extenſio contra matrem, quaſi perſonam prædilectam, ne priuetur luctuoſa hæreditate filij, l. vlt. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ratione l. iubemus, C. de teſtament. l. non aliter, de leg. 3. l. cum pater, §. filius matrem, de legat. 2. [f] ac talia videntur reſponſa Ripæ, & quamuis vulgaris extendatur de caſu ad caſum, attamen

impoſ-

impoſſibile eſt eam extendi cum ſuis omnibus qualitatibus, quandoquidem per vulgarem teſtatori, per pupillarem autem pupillo ſucceditur.

Quartò, tacita pupillaris cõtenta in Compendioſa iuxta Decij [g] & commu nem omnium opinionem matrem excludit, quinetiam tacita pupillaris in reciproca vel breuiloqua contra matrem eaſdem uires exercet, l.Lucius, ff.de vulgari, ergò tacita pupillaris contenta in vulgari, matrem excludet; Probatur inſu per conſequentia. Quoniam in fideicommiſſis inducendis ſufficiunt coniecturæ, quæ legitimæ probationes exiſtimantur, l.licet Imperator, de legat. 1. l.cum proponebatur, de legat. 2. Et hoc ſatis ſolidum videtur argumentum.

At reſpondent, hoc eſſe verum in Compendioſa, & in Reciproca, in quibus pupillaris non eſt omnino tacita, ſed expreſſa, ſaltem in genere. [h]

Sed enim replicabunt illi, ecquid refert ſit ne expreſſa in genere, an verò tacita, ſi tacitę coniecturæ ſufficiunt ad validum fideicommiſſum, l.cum proponebatur, de legat. 2.

Quintò conantur probare ex l.vlt. C.de inſtitut.& ſubſtitut. ita argumentan tes. Si per tacitam pupillarem non excluditur mater, in d.l.precibus, ſed prorſus admittitur, ſuperflua eſt deciſio l.vltima, C.de inſtit.& ſubſtit. in qua vxor inſtuta fuit in dimidia & in altera dimidia poſthumus, quod ſi poſthumus nõ naſcatur, ſubſtituit Mæuium; Primo caſu ait, ſi non naſcitur poſthumus vxor excluditur à ſubſtituto propter expreſſam voluntatem teſtantis; Secundo verò caſu, ſi naſcatur poſthumus, & prius mater moriatur, adhuc ſubſtitutus ſuccedit; Tertio verò caſu, ſi poſthumus natus perierit antequam in ſui tutelam venerit, matre adhuc ſuperſtite, iam tum ipſa mater ex tacita pupillari admittitur, quare conficiunt ſuperfluum fore huiuſmodi Reſcriptum, ſi prius in d.l. precibus ſancitum intelligatur, quòd omnimodò ſucceſſio ad matrem ſpectaret.

Sed negari poteſt, id fieri ſuperfluum, quamuis enim l.precibus, prius lata fuiſſet, attamen, ſpecies & termini ambarum legum ſunt multum diuerſi: nam in d.l.vltima, adiecta fuit ſubſtitutio illa; ſi non naſcatur poſthumus, ſubſtituo Mæuium, naſcitur, & infrà pubertatem moritur, nec propterea mater excluditur: quia ſi teſtator ſuæ ſubſtantiæ partem reliquit vxori, multo magis dimidiam luctuoſam filij partem ad matrem venire voluit, Vlpiano ac Papiniano dicentibus, voluntatis eſſe quæſtionem; quare Socinus [i] rectè exiſtimauit, definitionem illam minimè ſuperfluam eſſe, nam plura vrgebant reſoluenda dubia; primum, quòd mater cum pro parte fuiſſet hæres inſtituta, deberet ea eſſe contenta, nec quicquam amplius petere; ſecundum, quòd ſpecies illa plures ac diuerſas complectebatur qualitates, mortua ſcilicet ac ſuperſtite vxore. Præterea, nõ eſt ſuperflua, [k] vtpotè, quæ maius robur, maioremq; affert declarationẽ, & illa potius vulgaris tacita cõtenta in vulgari expreſſa, quam tacita pupillaris intelligi poteſt, ſi naſcatur poſthumus, ſi poſthumus non naſcatur.

3 Sextò, † Dilectus in primo caſu, cenſetur magis dilectus in ſecundo, l. Publius, §. 1. de condit.& demonſtrat. ſed ſubſtitutus in primo caſu, per vulgarem expreſſam excludit matrem, ergò idem in ſecundo caſu, per pupillarem tacitam excludet matrem.

Sed reſpondetur, id verum fore, quãdo primus & ſecũdus caſus ſunt ambo expreſſi, nõ ſi primus expreſſus & alter tacitus, & niſi in caſu ſecundo adeſſet perſona magis dilecta, nempe mater, ratione l. cum auus, de conditio.& demonſtr. l.cum acutiſſimi, C.de fideicom.& l.vlt. C.de inſtit.& ſubſtit. Pręterea, per vulgarem & per pupillarem diuerſis perſonis, & in diuerſis bonis ſuccedi tur, l.cohæredi, §.cum filium, de vulg.& pupill. l.poſt aditam, C.de impub.& alijs ſubſtit.

Commu-

4 Communem † verò opinionem, quòd imò tacita pupillaris cõtenta in vulgari, non excludat matrem, ſecuti ſunt Bartolus, Caſtrenſis, Alexander, Iaſon, Decius, Ripa, & plerique alij, ibidem à Craſſo relati, quorum communis ſententia ita probatur.

Primò, Inductione l. precibus, C. de impuber. & aliis ſubſtit. Non eſt (inquit Imperator) incerti iuris, quod ſi primo tantum caſu habuit ſubſtitutum, & patri hæres extitit, ad matrem omnimodò eius pertinet ſucceſſio, ponderant dictionem (omnimodò) ideſt, indiſtinctè, & præcis è (vt aiunt) etiam ſi adſit pupillaris tantũ; At, ſi filius fuiſſet maior, non poſſemus dicere omnimodò, quia poſſet facere teſtamentum, & excludere matrem; At Decius ſentit, dictionem (omnimodò) referendam eſſe ad ſequentia, non autem ad præcedentia, quaſi dicat, iam ſpirauit vulgaris, l. poſt aditam, C. de impub. & al. ergo omninò ſuccedit mater ab inteſtato indiſtinctè, omninò, reſpectu ſequentium, in quibus de pupillari & Compendioſa. Dein Cagnolus * & Conanus exiſtimarunt, hoc

5 caſu factam fuiſſe vulgarem tantum, non etiam pupillarem, nam † dictio (tantum) taxatiua, excludit alios caſus, l. his ſolis, C. de reuocan. donatio. tradunt in l. 1. C. de bon. poſſ. contra tabul. & ſic in primo tantum caſu habuit ſubſtitutũ, ergò vulgariter tãtum excluſa tacita pupillari propter dictionem (tantum) ſed hic ſenſus non poteſt ſuſtineri, quandoquidem, in vulgari expreſſa continetur tacita pupillaris, l. iam hoc iure, de vulgar. l. quamuis, C. de impub & aliis ſubſtitu. & dictio taxatiua, non excludit caſus ſimiles, gloſ. in l ob æs, C. de præd. min. ſine decret. non alienar. Stat ergò prima inductio legis.

Secundò, Pro communi retorquetur ſpecies & argumentum illud deductũ à d. l. vlt. C. de inſtit. & ſubſt. Vxore pro dimidia hærede inſtituta, & pro altera ventre, teſtator dixit, quod ſi mihi poſthumus non naſcatur, ſubſtituo Caium, poſthumus natus eſt, & impubes deceſſit, mater ei ſuccedit, excluſo ſubſtituto, ergò per pupillarem ſuccedit, ergo tacita pupillaris eam non excludit, idemq; iuris eſſet etiamſi non fuiſſet pro parte hæres inſtituta.

Sed varij varijs inductionibus huius legis vtuntur & abutuntur.

Tertiò impium eſſet, matrem excludi à luctuoſa hęreditate filii, vtpotè, cum teſtator expreſſim eam nõ propellit, ne ſuis laboribus ac meritis defraudetur, l. penult. §. illud, C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit. l. 3. §. 1. C. de alluuion.

Sed reſpondent, vt ſuprà diximus, ex tacitis coniecturis induci fideicommiſſum. Sed replicari poteſt, in expreſſa adeſſe apertam enixamque teſtantis voluntatem, in tacita verò præſumptam ac valdè dubiam, quæ ſanè tacita & pręſumpta non eſt in dubiis ita interpretanda, vt vires vllas exerceat contra perſonam prædilectam, qualis eſt mater.

Quartò, tali nititur argumento Iaſon. * Per ſubſtitutionem vulgarem expreſsè factam tollitur ſuitas, quæ tamen non aufertur per tacitam vulgarem contentam in expreſſa pupillari, vt in l. ſi filius qui patri, de vulgari & pupil. & l. Iulianus, de acquir. hęred. ergo & in quæſtione noſtra matris ſucceſſio non debet ita impediri per tacitam, ſicut per expreſſam pupillarem.

Verum maior illa propoſitio negari poſſet, quod expreſſa vulgaris tollit iura ſui hæredis, ſed de his latius tractabimus in titulo de iure ſuitatis, vel de iure transmittendi.

Quintò, patrem poſſe pro filio impubere & in poteſtate teſtari, hoc moribus quidem inductum eſt, ſed iure quaſi priuilegiario, & ſingulari receptum, l. moribus, de vulgari, c. ſi pater, de teſtam. in 6. ergo ſtrictim interpretandum eſt, ne ſcilicet in aliis lędat ius commune: matris nempe ſucceſſionem in bonis filii labefactare poſſet. c. 1. de filiis presbyt. §. ſed & quod principi, de iure natur. gent. & ciui. l. 2. C. de noxalib.

Verum id non ſolum odioſum, ſed etiam fauorabile putandum eſt, fauet enim pupillis teſtari nequeuntibus, ratione l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. qualia exiſtimantur ſtatuta excludentia fęminas, ſunt enim odioſa dum eas propellunt ab hæreditate, ſunt autem fauorabilia, dum agnationi & familiæ conſeruandæ conſulunt. [r]

Sextò, Cōpendioſa ſubſtitutio facta verbis directis à milite poſt pubertatē; valet iure directo, l. Cēturio, de vulgari, attamen, ſi fuerit mater ſuperſtes, ea flectetur in obliquam fideicommiſſariam, fauore matris, vt in ſpecie d. l. precibus; ergò pariter tacita pupillaris debet matrem admittere ad ſucceſſionem.

At ibi de Compēdioſā, & varii varias afferunt intelligentias ad eam legem.

Reſolutio. 6 Sed ne † Ariadnæ filio labyrintum circumire videar, argumentandi hic pedem & calamum ſiſtam, et me ad quæſtionis reſolutionem conuertam. Non eſt recedendum à communi, quæ vbicunque gentium obſeruatur in praxi, tacitam pupillarem contentam in vulgari non excludere matrem. Sed enim tacita pupillaris tum in Compendioſa, tum in Reciproca propellit matrē: Vtiq; quidem arcet & propellit, ſed expreſſa in genere illa ſubſtitutio non omnino tacita, qualis eſt hæc, & aperta vel enixa teſtatoris voluntas plus poteſt quam tacita, quam pręſumpta, l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. at illi inquiūt, ſufficiunt tacitæ coniecturæ ad fideicom. inducendum, vt animus in reſolutione minimè quieſcat. Quare dicamus, quòd omninò tacitæ cōiecturæ non proſunt ſubſtituto ad ſucceſſionem fideicommiſſi, quādo adeſt mater vel alia perſona magis dilecta quàm ſubſtitutus, d. l. vlt. d. l. Lucius, d. l. precibus. Hæc tamen communis opinio, plures patitur limitationes.

7 Primò † Limitatur, quemadmodū antea diximus, quando tacita pupillaris eſſet inſerta in Compendioſę vel Reciprocę, quia intelligitur verbis generalibus expreſſa, ni tamen caſus aliquis ſpecialiter fuerit expreſſus. [s]

Secundò, Quando teſtator ante teſtamentum dixerit, nolo quòd obolus vel aliqua bona mea perueniant ad vxorem, nam diſpoſitio ambigua declaratur à verbis prolatis ante teſtamentum, l. quamuis, §. 1. de hæred. inſtit. l. 4. l. ſi ſeruus plurium, §. vlt. de legat. 1. l. quoties, §. ſed ſi non in corpore, & l. Titia, §. 1. ff. de hæred. inſtit.

Tertiò, ſi dixerit, lego centum vxori, quibus eam volo eſſe contentam. [t]

Quartò, ſi legatum reliquerit vxori præſtandum à pupillo, l. Paulo Calimacho, §. 1. de legat. 3.

Quintò, Si reliquerit legatum vxori præſtandum à ſubſtituto, veluti, ſubſtituo Caium, quem vxori centum dare iubeo, nam ſic legando, cenſetur voluiſſe, quòd ſubſtitutus totum capiat reſiduum, l. peto, in princip. de lega. 2. l. fideicommiſſa, §. ſi quis ita, ff. de legat. 3. [u]

Sexto; Si centum legauerit vxori donec vitam duxerit & conſeruauerit vidualem, nam ſi nupſerit non ſolum amittit legatum, quo ad futuros annos, verum etiam à cæteris bonis excluditur [x], ne poſſit ea capere per tacitam pupillarem, omnibus ferè conſentientibus, vno tamen ab initio reclamante Iaſone [y], non valere huiuſmodi argumentum: mater priuatur Legato ſi nupſerit, ergo priuabitur etiam ſucceſſione filij, quoniam inquit, hæreditas filij ſibi multo magis debetur, l. nam etſi parentibus, de inoffi. teſt. l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtitut. Sed enim concludit, omnia pendere à voluntate teſtantis etiam præſumpta, quæ hinc facilè conijcitur, quod mandatis viri ſui obedire noluerit.

Septimò, Si vxor fuerit ſuſpecta vel inimica viro, & amica inimicis mariti; graues etenim & capitales inimicitiæ reuocant vel adimunt legata, l. 3. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de adim. legat. Nec obſtat intelligentia Politi, id eſſe verum in bonis ipſius patris, non autem filij, nam id quoque compertum habemus, ſpectādam

dam eſſe patris voluntatem etiam in bonis filij, cum facultatem habeat prętereundæ vel excludendæ matris ab hæreditate filij ſibi à lege iampridem attributam, l. Papinianus, §. ſed neque impuberis, de inoffic. teſtamen.

Octauò, Si vxor nupſerit, nec petierit tutorem pupillo, ei non ſuccedet, l. ſi mater ad S.C. Tertull.[x] Nec obſtat argum. Ripæ[y] obiectio, Lex inquit matrē hæreditate filij priuauit, non teſtator, ergo Lex vocat proximiorē ad ſucceſſionem, ergo auiam vocatam ab inteſtato, non autem ſubſtitutum, quandoquidē non teſtator, ſed lex ipſa matrem propellunt, nam teſtator præſumitur voluiſſe conformare diſpoſitionem ſuam legibus, & iuri communi[z], ergo conijcitur, quòd adhærendo iuris diſpoſitioni, quæ priuat matrem, voluerit etiam teſtator matrem excludere à ſucceſſione filij ex ſuo teſtamento, & ſic ipſemet teſtator admittit ſubſtitutum ex tacita pupillari, matrem excludit.

Nonò, Si vxor poſt mortem viri commiſerit ſtuprum, plures[a] putant eam in tacita pupillari à filij ſucceſſione reijcendam, reluctantibus tamen Imola & Alexandro, ac multum dubitant Ripa; Verum, ſi ſpectanda venit teſtatoris voluntas, ſic vtique ipſamet affirmaret.

Decimò, excipitur, ne procedat, quando ſubſtituta fuerit pupillo perſona magis dilecta teſtatori quam ſit vxor, vt puta, alter filius, quod communiter receptum videtur[b], à qua tamen limitatione defecerunt, Imola, & Baldus[c]. Nec officit, quod reſpectu filii longè magis dilecta ſit mater, quam frater, quoniam in pupillari interpretanda, conſideranda eſt affectio teſtatoris eiuſq; voluntas, non autem pupilli, l. Papinianus, §. ſed neq; impuberis, de inoffi. teſtam. quare ſi pater pupilli ab auo fuiſset pupillo ſubſtitutus, vtique matrem excluderet[d], non autem ſi frater teſtatoris ſubrogatus fuiſset; eo quòd hæreditas pupilli magis ſit luctuoſa matri quam patruo[e], idemque iuris, ſi teſtatoris mater eſſet ſubſtituta, quę ſanè tacita pupillaris, nec patrem pupilli eijceret, vt ſi auus filium emancipaſſet, & nepotē ex eo in poteſtate retento vulgariter extraneū ſubrogaſſet, etenim, impubere eo moriente, pater ſubſtitutum propelleret: ſic auia paterna, ſic materna, ſic frater pupilli, ſic vtrimque coniunctos, vel ex latere paterno, non autem materno duntaxat.[f]

Vndecimò, quando pia cauſa ſubſtituta fuiſſet, mater excluderetur, iuxta
8 Angeli, Didaci, & Coſtæ ſententiam, † quoniam anima cæteris eſt rebus præferenda, l. ſancimus, C. de ſacroſanct. eccleſ. c. cum infirmitas, de pœnitent. & remiſſ. Sforcia Oddo, (vt ego reor) non iniuſtè ambigente, propter Auguſtini authoritatem iam antea relatam, c. vlt. 17. q. 9. ſic enim matri in Quarta, & piæ cauſæ in reſiduo eadem pietate conſuleretur.

9 † En candide Lector, tot ac plures etiam limitationes congerunt Interpretes, tu verò has numero plures, re ipſa vnicam eſse affirmare potes, nempè à communi limine non eſse recedendum, niſi contraria appareat mens teſtatoris.

AD CAP. X.

a L. iam hoc iure, de vulgar. l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit.
b Gloſſ. in d. l. precibus, in verbo, omnimodo, & omnes alij autores, relati à Michaele Craſſo in §. ſubſtitutio, quæſt. 30. num. 4.
c Fulg. in d. l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. Paul. Leon. in tract. de vulg. num. 114. & de pupillari, nu. 247. Fernand. Vaſqu. de ſucceſſ. progreſſ. §. 11. num. 18. in §. 15. num. 104. & alia refert Craſſus d. quæſt. 30. num. 4.
d Inſtit. de vulg. & pupill. & d. l. iam hoc iure.
e Omnes in l. 1. §. huius rei, de off. eius, cui mand. eſt iuriſdic. & l. 2. C. de condit. inſert.
f Sic reſpondet Ripa in l. 2. num. 46. de vulg. & quod non ſit extenſio cum ſuis qualitatibus.
g Dec. & alij, in d. l. precibus, num. 6. & 15. & eſt communis. Craſſ. d. q. 30. num. 3.

h Bart.cæterique in l.2.num.32.de vulgar. Iaſon in l. Lucius,num.13.de vulg.
i Socin.in l, Centurio, num.4.& ſeq.de vulgar.
k Caſtrenſis ibidem,in d.l.vlt.C.de inſtit.& ſubſtit.
l Bald.in d.l.vlt.
m Craſſus refert omnes in d.q.30.
n Cagnol.in l.precibus,num.92.Conanus lib.10,commentariorum iuris ciuilis, c.vlt.num.3.
o Iaſon in l.ſeruum filij,§.ſi idem,de legat.1.num.15.
p Dec.in l.venia,num.5. C. de in ius vocando. Bart. in l. qui exceptionem in princip. de condict. indeb.
q Bart.in l.1.nu.32.de vulg. Ripa,in l.1.gloſſ.in d.l.Lucius,vbi Iaſon,num,13.de vulg.Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.18.num.52.
r Bart.in l.2.num.41.& Iaſon,num.37.de vulg.
ſ Bart.in l.2.nu.40.de vulg. & in l. Lucius,§.ſi duo,de hæred.inſtit.
t Bart.in d.l.2.num.42. Alex.num.32.Ripa,num.52.Sfor.Oddo de compendioſa, parte 3.q.7.
u Reclamante Iaſone,num.39.in d.l.2.
x Bart.in d.l.2.num.43.Socin.conſ.117. Coſta, in c.ſi pater, in verbo, ſuperſtite matre, num.17. & 19.
y Ripa in d.l.2.num.58.de vulgari.
z L.hæredes mei,§.cum ita, vbi Bart.num.4.& Ripa, num.74.ad S.C.Trebell.
a Bart.in d.l.2.num.33.Socin.num.117.Ripa,num.59.per l.fideicommiſſa,C.de fideicom.& per l.ſororem , C.de his quib.vt indignis.
b Bart.in d.l.2.num.44.Ripa,num.60.qui teſtatur communem.Emanuel Coſta, in verbo,ſuperſtite matre , nu.10.Oddo d.q.7.
c Craſſus refert in §.ſubſtitutio,quæſt.31.num.5.
d Crauet.conſi.141,num.7.per l.cum acutiſſimi,C.de fideic.& per l cum auus, de condit.& demonſtrat.
e Argum.l.furioſo,de curat.furioſi.l.iſti quidem, ff.quod met.cauſa,l.vlt.C.de inſtit. & ſubſtitut. Oddo,de compendioſa,parte 3.q.7.
f Bart.in l.ex facto,de vulg.Ripa,& alij,in d.l.2.num.49.Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.16.num.36. Craſſ.in §.ſubſtitutio,q.32.33.34.35.Oddo d.q.7.

S V M M A R I A.

1 *Quid ſi in hac quæſtione huius capitis probetur, vel præſumatur pupillum vel minimo temporis ſpatio ſuperuixiſſe.*
2 *Lex in ſucceſſionib. ab inteſtato fingit aliquando parentes eſſe prædefunctos filijs.*
3 *Quid ſi probetur, vel præſumatur pupillum vel minimo temporis momento ante patrem obijſſe.*
4 *Quid ſi nihil probetur, nihilve circa mortis ordinem præſumatur. Bart. affirmat.*
5 *Emanuel Coſta contra Bart.negat.*
6 *Auctoris reſolutio.*
7 *Quid ſi filius moriatur ſimul cum patre abſq. fratribus & matre.*
8 *Quid ſi filius vnà cum patre moriatur ſubſtituto extraneo ſuperſtite autē matre, & fratribus.*
9 *Quid ſi obierit impubes cum patre ſuperſtite, fratre ſubſtituto, vel matre non ſubſtituta, vel econtra.*
10 *Auctoris reſolutio.*

Vtrum ſi filius inſtitutus & pater teſtatus vno pereant caſu, ruina, vel naufragio, locus ſit pupillari ſubſtitutioni, nec ne.
Caput XIII.

NAufragia, & reliqui caſus fortuiti, vſquequaque in Oceano Iuris prudentiæ emergunt, quare iuſtitia, legibus, ac ſuæ maieſtatis imperio in eis quoque locum ſibi merito vendicauit. Quærunt igitur Iuriſconſulti, ſi filius inſtitutus & pater teſtatus vno pereant caſu, ruina, vel naufragio, an pupillariter ſubſtitutus poſſit ſuccedere? In qua ſanè quæſtione placuit eis per varios ambulare caſus.

Prima

1 Prima † igitur eſt Concluſio, Si ſimul perierint, & probetur, vel iure præſumatur, quod pupillus vel minimo temporis momento patri ſuperuixerit, proculdubio ſubſtitutio pupillaris locum habebit. Probatur in c. ſi pater, de teſta. in 6. in verbo, ac deinde filio, & in l. cum pubere filio, de reb. dub. cum pubere filio inquit mater naufragio perit, cum explorari non poſset vter prior extinctus ſit, humanius eſt credere, diutius filium vixiſſe. & Tryphonius in l. qui duos, §. cum in bello, eod. titulo. Cum in bello pater cum filio perijſset, materque filij quaſi poſtea mortui, bona vendicaret, agnati verò patris, quaſi filius ante perijſset, Diuus Adrianus credidit patrem prius mortuum.

Verum inexorabilis inſurgit Antinomia Vlpiani in l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad S.C. Trebel. Si quis autem ſuſciperet quidem filiũ, uerum uiuus amiſerit, videtur ſine liberis deceſſiſse, ſed ſi naufragio vel ruina, vel aggreſsu, vel quo alio modo ſimul cum patre perierit, an conditio deficiat, videamus, & magis non defici arbitror, quia non eſt veriſimile filium ei ſuperuixiſse; aut igitur filius ſuperuixit patri, & non extitit conditio fideicommiſſi (ſi ſine liberis) nam liberi ſuperſtites fuerunt, aut non ſuperuixit & extitit (ſi ſine liberis) qui liberi non ſuperuixerunt, cum autem quis antea, aut quis poſtea deceſserit, non appareat extitiſse conditionem, fideicom. magis dicendum eſt; cur ergo tam di-
2 uerſa, tamve contraria audiuntur reſponſa hæc in iure ciuili? † an, quia lex in ſucceſſionibus ac hæreditatibus quas ita defert ab inteſtato ſumma æquitate nixa, fingit aliquando parentes prędefunctos propter votum naturale parentũ, vt filij eis ſuccedanr, & vt naturam imitentur, niſi tamen contraria coniici poſſit teſtantis voluntas; at in hominis diſpoſitione (ſi filius meus ſine liberis deceſserit Caium ſubſtituo) præſumitur filius prædeceſſiſse ex veriſimili mente teſtatoris, ne conditio fideicommiſſi deficiat, vt teſtamentum ac ſubſtitutio fauore ſubſtituti dilecti ac vocati à teſtatore ſuſtineatur. Nec erat veriſimile, filium ſuperuixiſse patri. & interdum admittuntur probationes, ſicut etiam in ſtipulatione dotis. Si mulier in matrimonio deceſſerit, l. qui duos, §. ſi maritus, de reb. dub. at in ea ſpecie Vlpiani, non apparet, pubes ne, an verò impubes eſſet filius.

3 Secunda † erit Concluſio. Si probetur, vel legitimè præſumatur pupillum filium vel minimo temporis momento ante patrem obiiſse, haud dubiè ſubſtitutio irrita erit, nam ita reſpondit Papinianus in l. quod ſi filius, ff. de captiu. Quod ſi filius ante moriatur in ciuitate, nihil eſt quod de ſecundis tabulis tractari poſſit, quoniam viuo patre familiàs mori intelligitur, ſed ſi ambo apud hoſtes ſunt, & prior pater decedat, ſufficit lex Cornelia ſubſtituto, haud ſecùs ac ſi apud hoſtes patre defuncto poſtea filius in ciuitate decedat. Et Caius in l. ſi mulier, de reb. dub. Si mulier cum filio impubere naufragio periit, priorem filium necatum eſse intelligitur. Cur quęſo diuerſum ab altera ſpecie? an quia lex naturam eſt imitata, ac æmulata, ſecundum quam puberes & adoleſcentes filii multo fortiores parentibus habentur, impuberes verò longè exiliores, vel debiliores, vt facilè prius mori exiſtimentur.

4 † Tertia quoque ponitur huiuſmodi. Si in hac ſpecie nihil probetur, nihil ue circa mortis ordinem præſumatur, ſed patrem & filium eodẽ temporis momento ſpiritũ emiſiſſe proponatur. Porrò vt Bartolus [a] credidit, pupillari ſubſtitutioni erit locus: nam ſubſtitutus veniet ex pupillari ad bona pupilli, & ex vulgari ad bona patris, nec refert, ſitne vulgaris tacita contenta in pupillari, an verò potius in Compendioſa. Cui ſanè Bartoli ſententiæ adhæſit quoque Andreas Alciatus [b] eamque tueri conatur, tum ratione Bartoli, quod non ſit præſumendum filium puta mortuum, ratione vltimæ voluntatis, vt patris & filii teſtamẽtum ſuſtineatur, tum ratione propria, nempè, merito ſubſtituti, dilecti, &

vocati

vocati à teſtatore. Sed fruſtra Aethiopem abluere, vel cimmerias nigræ noctis tenebras fugare illuſtrareve tentat.

5 Nam† audenſuſeos egregiè inſurgit Eman. Coſta *, in c. ſi patet, de teſt. in 6. ſi filius impubes inquit nullo temporis momento ſuperuixit patri, atq; ideo à bonis paternis fuit excluſus, ſequitur, eundem filium dum vixit, nunquam à patria poteſtate fuiſſe liberatum, ergo deceſſit filiusfamiliàs, non pater, non ſui iuris, l. nam quem, de verb. ſignificat. Sic vxor, ſi eodem temporis momento naufragium faciat, & pereat ſimul cum marito, non vidua, ſed nupta perijſſe dicitur, l. ſi poſſeſſor, §. ſi ead. de religioſ. & ſumpt. fun. l. qui duos, §. ſi maritus, de reb. dub. ergo corruit pupillaris ſubſtitutio, nam pupillus & filiusfamiliàs etiā pubes, non poteſt facere teſtamentum, l. qui in poteſtate, de teſtam. l. quod ſi filius, de capt. l. 2. vbi gloſſ. de vulg. Quare concludit in hac ſpecie pupillarem ſubſtitutionem nullius fore momenti, ſed legitimis hæredibus ipſius pupilli nempè venientibus ab inteſtato, hæreditatem eſſe deferendam. Et hoc argumentum ipſi Coſtæ ineuitabile, & Herculeis viribus dignum videtur.

6 Ego † verò conſidero Bartolum atq; Alciatum in diuerſis terminis locutos fuiſſe ab illa theſi perſcripta à Luſitano, illi ſiquidem loquũtur in ſpecie qua leges præſumant, vel circa fatalia fingunt, quinimo in caſu d. l. ex facto, §. ſi quis autem, in quo non creditur filius ſuperuixiſſe, ipſi verò quando nihil probetur, nihil præſumatur, vel fingatur. Quæ ſanè Emanuelis hypotheſis vix in iure poterit reperiri, quinimò legis fauores, caſibus omnibus minimè proſpexiſſent, ecquę nam erit ſpecies illa, qua nihil probetur, nihil præſumatur, nihilve à lege fingatur? etenim deficientibus probationibus, ſi filius impubes vno caſu vel naufragio vno ſimul cum patre perierit, filium priorem, Sin verò pubes, patrem prius interfectum vel necatum fuiſſe leges citius credere maluerunt; quod limpidiſſimè à Tryphonio declaratur, in l. qui duos, §. ſi Lucius, de reb. dub. ſi Lucius Titius inquit cum filio pubere, quem ſolum in teſtamento ſcripſit hæredem, perijt, intelligitur ſuperuixiſſe filius patri, & ex teſtamento hæres fuiſſe, & filij hæreditas eius ſucceſſoribus defertur, niſi contrarium probetur; quod ſi impubes cum patre filius perierit, creditur pater ſuperuixiſſe, niſi & hic contrarium approbetur. Sic vxor eodem naufragio prius ſubmerſa præſumitur quam maritus, niſi contrarium appareat, l. qui duos, §. ſi maritus & vxor, de reb. dub. & in bello patrem prius interfectum quam filium Diuus Adrianus credidit, d. §. cum in bello.

Nec obſtant Emanuelis conſequentiæ, ſi pupillus non ſuperuixit patri, ergò, dum vixit, nunquam à patria poteſtate fuit liberatus, ergo deceſſit filiusfamiliàs, non pater, non ſui iuris, ergo nulla bona habet, vel habuit vnquam, nec hęredem quidem.

Reſpondetur, Emanuelem locutum fuiſſe, quando nihil probetur, & nihil præſumatur, vel fingatur. Sed huiuſmodi caſus vix dari poteſt, aut nuſquam in iure ciuili, Bartolum autem quæſiuiſſe, quando filius creditur ſuperuixiſſe, & in hoc peccat argumentum Luſitani. Dein ſufficit ſi vel minimo temporis momento legitimè probato, vel præſumpto, vel ficto à Lege patri ſuperuixerit, quemadmodum præſumitur in ſpecie d. l. ex facto, §. ſi quis autem, quam Bartolus & Alciatus ſecuti videntur: fatendum tamen eſt cum eodem, pupillũ ſiue impuberem, quoniam hic agitur de pupillari ſubſtitutione, regulariter nõ præſumi à legibus ſuperuiuere patri, ſed potius opus eſſe probatione, ſecùs verò in filio pubere, vt iam probauimus, atqui ſi filius impubes pupillus inquam de cuius ſubſtituto quæritur vt plurimum, nec præſumitur, nec fingitur à Lege ſuperuixiſſe patri, ſedante parentem uitam cum morte commutaſſe; ergo iam tota ſpirauit pupillaris ſubſtitutio: nam ſecundum Papinianum nihil eſt

hil eſt

hil eſt quòd de ſecundis tabulis tractetur. Corruſcat ſpecies egregia in d.l. quòd ſi filius, de capt. ergo non poterit ſubſtitutus per pupillarē ſuccedere, & hoc modo vera ſentit Luſitanus. Sed enim, iam relatæ diſtinctiones, maius lumen maioremque vtilitatem in iure nobis afferre videntur.

Quod verò attinet ad bona, credidere Bartolus, & Baldus, quod ſi pater & filius pupillus ſimul moriantur, ſubſtitutus ſuccedet pupillo per pupillarē expreſſam, quod ſanè falſum eſſe ex hactenus diſputatis appatet, quoniam impubes creditur pręmortuus, & proinde expirauit pupillaris d.§. ſi Lucius Titius, & d.l. quod ſi filius; ſequitur Socinus[d], qui Baldum[e] grauiter increpat, quod contrarium conſulere auſus fuerit, & ſummoperè gauiſus ſum dum Ripam[f] denique inueni hoc ſuſtinentem, & quæſtionem pro amico appellantem, qui fœdere diſtinctionis antiquos & nouiſſimos conciliare conatur, proinde tres diſtinguit caſus.

7 Primus eſt, † quandò filius moritur ſimul cum patre abſque fratribus & matre, ſi dixerimus, patrem ſuperſtitem fuiſſe, & ideo hæredem filij, ſubſtitutus vti q; ex tacita vulgari, (ſi filius non fuerit hæres) ſuccedet patri, totāq; capiet hæreditatē; Quod ſi dixerimus, filiū ſuperuixiſſe, ſubſtitutus ſuccedet ex pupillari ope Suitatis confirmata, ac etiam ex iure tranſmiſſo erit hæres patris ſi maluerit, l. ſi pupillus qui paterna, ff. de acquir. hæred.

8 Secundus † verò caſus quando filius ſimul cum patre obierit ſubſtituto extraneo ſuperſtite, ac matre, & fratribus, qui ab inteſtato vnà ſuccedunt filio & fratri, Auth. Defuncto, C. ad Tertull. tunc pupillariter ſubſtitutus propellitur, quia iam ſpirauit pupillaris, cum impubes patre ſuperſtite prædefunctus intelligatur, d.§. ſi Lucius Titius, ſed propterea non ſuccederent (vt ego puto) mater & fratres, ſed hi qui ſecundum ordinem iuris ciuilis vocati ſunt; in fideicommiſſaria verò ſubſtitutione, ego etiam arboribus Ripæ funem colligarem;

9 Tertius eſt, † quando moritur impubes cum patre, ſuperſtite fratre ſubſtituto, vel matre non ſubſtituta, vel è contra, & eo caſu poterit procedere opinio Bartoli & Baldi; quod ſubſtitutus capiat bona ratione ſuſtinendæ pupillaris; & ratio fauoris inquit erit, quoniam ſubſtitutus ſuccederet etiam ab inteſtato, ſic in l. Lucius, de vulg. & in d.l. precibus, ſuſtinetur tacita pupillaris contra matrem vbi ſubſtitutus à linea teſtantis deſcendit.

10 Verum † enimuerò intueor ego pupillarem ſubſtitutionem ibi eſſe expreſſam, vel in forma pupillari, vel in Reciproca, vel in Compendioſa, & propterea excludere matrem filio pereunte infra pubertatem, & poſt obitum paternum. Sed enim, quando impubes vno perit naufragio cum patre, præſumitur ante patrem ſubmerſus, hinc nulla poteſt dari pupillaris ſubſtitutio, quæ patre ſuperſtite non ſpirauerit, ut ſupra oſtendimus. Quare labitur Ripa ita malæ munita, ut fluuius aggerem omnemque ripam ſupremis undis & gurgitibus obruat & alluuione euertat; Quæ tamen omnia admitti poſſunt in Compendioſa ac fideicommiſſaria ſubſtitutione, poſt pubertatem tamen; tum denique rectè animaduertit ipſe, ac Alciatus quoque, Bartoli errorem, putantis, etiam ſi dixerimus filium ſuperuixiſſe, admitti ſubſtitutum ad bona teſtantis ex tacita uulgari contenta in pupillari; nam iure inquiunt ſui hæredis iam cum filius fuit hæres ſuus, uel ſaltem iure ſuitatis tranſmiſit ius adeundæ hæreditatis paternæ, & hæc porrò tanquam apices iuris, ſunt utiliſſima, nec ſine magno labore congeſta.

Filius tranſmiſit ius ſuū iure ſuitatis.

AD CAP. XIII.

a Bart. in l. 1. num. 40. ff. de vulg.
b Alciatus in d.l. 1. num. 126. & Parergon lib. 10. c. 9.

c Ema-

c Emanuel Coſta in c.ſi pater,de teſtam.in 6.in verbo,mortuo teſtatore,nu.3.& 4.
d Socin.in d.l.qui duos,§.cum in bello,col.vlt.de reb.dub.
e Bald.conſi.464.Viſo puncto,lib.6.
f Ripa in l.1.num.174.ff.de vulgari & pupilla.

S V M M A R I A.

1 *Quæ ſit tacita exemplaris ſubſtitutio.*
2 *Subſtitutio,quæ mente capto fieri poteſt,nõ eſt extendenda ad mutos,ſurdos,prodigos,omneſque in hoc errant.*
3 *Effectus,ac vtilitates exemplaris.*

De exemplaris ſubſtitutionis formula, & effectibus ac Iuriſconſultorum errore. Caput XIIII.

NVLLA porrò exemplaris ſubſtitutio in vſu forenſi hodie inueniri poteſt. Hinc Paulus[a] Leonius, & Simeon Preteus acclamant,ſe nullum vnquam legiſſe teſtamentum,in quo ſcripta eſſet exemplaris aliqua ſubſtitutio. Hæc appellatur quaſi pupillaris, quia ad eius exemplum à Iuſtiniano humanitatis intuitu introducta fuit, l. humanitatis intuitu, C.de impub. & al.ſubſtit.& §.qua ratione, Inſtit.de pupill. vt ſi quis mentecaptus habuerit filios vel nepotes,vel pronepotes, cuiuſcunque ſexus vel gradus, liceat eis,etſi puberes ſint,ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis certas perſonas ſubſtituere,ſin autem reſipuerint eadẽ ſubſtitutio infirmatur, ad exemplum pupillaris, quę poſtquam pupillus adoleuerit, euaneſcit, vtque liceat parentibus liberis ſuis hęredibus inſtitutis, & legitima ſaltem portione eis relicta ſubſtituere hęredem in ſecundũ caſum, ſi hęredes erunt,& in inſania vel furore deceſſerint, vt liceat inquam liberos mente captorum ſubſtituere ſi quos habuerint, vel fratres,quod ſi liberis & fratribus caruerint, quoslibet alios hæredes ſobrogare; & hęc multa habet pupillari ſimilia ac diſſimilia. quæ leuiora noſtri moris non eſt ſingula recenſere.Formula igitur expreſſa ipſius exemplaris eſt huiuſmodi. Si filius meus hęres erit, & in mentis alienatione deceſſerit, Caium ſubſtituo.

1 † Tacita[b] verò eſt, quę in alijs continetur ſubſtitutionibus, vt puta in vulgari, ſi tempore tabularum vel matris teſtatoris, filius furore exagitabatur;in pupillari ſi facta fuerit ſine expreſſione temporis.[c] Et hęc vulgarem quoque continet ſi ita fuerit concepta.Filio meo furioſo Caium ſubſtituo; enimuerò,ſi filius reſipuerit,& hęres eſſe noluerit., Caius vulgariter ſuccedet. Concipitur etiam expreſſa verbis generalibus[d] in Breuiloqua.Filios meos inſtituo,& eos inuicem ſubſtituo:nam ſi vterque furioſus ſit, erit vtique ſubſtitutio expreſſa genericè; tacita verò ſpecialiter, varias igitur formulas inducere poteſt.

2 Hãc † verò Iuſtiniani ſanctionem de mentecaptis liberis,vt parentes poſſint pro eis teſtamentum facere,Interpretes[e] ferè omnes extendere ad mutos, ad ſurdos,ad prodigos,eoſque qui patrijs legibus arcentur ne non poſſint niſi expletis annis 25.teſtari : quod mihi ſemper abſurdum ac contrarium viſum eſt, quare Donellus[f] omnium primus hunc Iuriſconſultis non leuem adſcripſit errorem,quos non puduit leuiſſimis illis regulis abuti. In quibus caſibus eadem ſit ratio,in his idem quoque ius intelligi debere, l.illud, ad l.Aquil. l.non poſſunt,& l.ſeq.de legibus: ſed enim, hoc ius eſt inquit Donellus ſingulare contra rationem iuris communis conſtitutam, quod quis poſſit alienis bonis ſubſtituere,contra legem inquit 12.tabularum,l.verbis,de verb.ſignif.l.teſtãdi,C. de te-

de teſtam. quare non poteſt ad conſequentias produci, nec ad alias perſonas extendi, l. quod verò contra, & l. ſeq. de leg. & §. ſed & quòd principi placuit, de iure nat. gent. & ciuil. Et ego libenter ſciſcitarer ab ipſis, cur non licuerit priſcis illis Iuriſprudentibus ante Iuſtinianum pupillarem ſubſtitutionem extendere ad exemplarem, cum tamen in vtraque eadem ineſſet ratio, quinimò maior in exemplari, propter mentis alienationem. Aduerſus quos obijcio Pauli Reſponſum, quo patet, hoc non à Iuriſperitis fieri, ſed imò à ſolo Principe concedi poſſe. Ex facto quęritur, qui filium habebat mutum, puberem, impetrauit à Principe vt muto ſubſtituere ei liceret, & ſubſtituit Titium, mutus duxit vxorem poſt mortem patris, & naſcitur ei filius, quęro, an rumpatur teſtamẽtum? Oppono inſuper Conſtitutionem Imperatoris in l. tanta, §. ſed quia diuinę res, C. de veter. iure enucl. Sed quia diuinę res inquit perfectiſſimæ ſunt, humani verò iuris conditio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in eo, quod perpetuò ſtare poſſit, multas etenim formas edere natura nouas deproperat, non deſperamus quædam poſtea emergi negocia, quę adhuc legum laqueis non ſunt innodata. Si quid igitur tale cõtigerit, Auguſtum imploretur remediũ, quin ideò Imperialem fortunam rebus humanis Deus præpoſuit, vt poſſit omnia quę nouiter contingunt & emendare & componere, & modis ac regulis competentibus tradere. Ex his itaque pateſcit, temeritatis ac imprudentię no tam ſubire eos, quotquot interpretationis limites egreſſi, nimium ſibi tribuentes, Regalia quęque & reſeruata Principibus ac legiſlatoribus impudenter ipſiſmet arrogare auſi ſunt; & quid enim aliud eſt cum Diis Gigãtum more pugnare, quam (vt ait Cicero) naturæ aduerſari & legi naturali repugnare? & quę vtriuſque ſunt, ab vtroque petulanter ad ſe auocare? ecquis tandem vulgarem ad pupillarem, & pupillarem ad vulgarem vrgente eadem ratione extendit?

3 Effectus verò & vtilitates exemplares hi ſunt.

Primus eſt, quod exemplaris expreſſa continet vulgarem tacitam, vt iam declarauimus.

Secundus eſt; Sicut mater per expreſſam pupillarem excluditur, ita per expreſſam exemplarem propellitur, & per contentam in Compendioſa, quare ſi pater inſtituat filium impuberem dementem, & ſi hæres non erit, Titium ſubſtituat, demens fuit hęres, adiuitque hęreditatem, & obiit in furore, ſubſtitutus vocatur vtique per tacitam exemplarem, non per expreſſam, mater igitur excluſo ſubſtituto admittetur.[g]

Tertius. Sicut in pupillari, ita quoq; in exemplari bona teſtatoris ac etiam pupilli pertinent ad ſubſtitutum.

AD CAP. XIIII.

a Paulus Leon. in tract. de ſubſtit. & Simeon Preteus, lib. 3. de interpretatione iuris.
b DD. in l. ex facto, de vulg. & pupill.
c Ripa in d. l. ex facto, num. 78. Oddo de exempl. q. 5.
d Bart. in d. l. ex facto, vbi Ripa, num. 60. Bart. in l. Lucius, num. 16. de vulg. Alex. num. 13. Craſſ. omnia, in §. ſubſtitutio, quæſt. 49.
e DD. in d. l. ex facto, Ripa in l. 2. num. 17. & 18. de vulgar. Simeon Pret. lib. 3. interpret. fol. 256.
f Hugo Donellus in tit. de ſubſtitut. exemplari.
g Bart. in l. ex facto, num. 30. Alex. & Iaſ. num. 43. Ripa, num. 85. Salic. in l. humanitatis, num. 40. C. de impub. & alijs ſubſtit.

SVMMARIA.

1 *Reciproca omnes directas ſubſtitutiones in ſe continere poteſt.*
2 *Quando etiam fideicommiſſariam continere poterit.*

3 *Caſus quo breuiloqua nullam ſubſtitutionem fouet.*
4 *Subſtitutiones, quas continet breuiloqua expreſſè verbis generalibus habentur, & proinde matrem excludere poſſunt.*
5 *Duobus impuberibus facta reciproca, licèt vnus eorum prius peruenerit ad pubertatem, non finitur pupillaris niſi quouſque alter pubeſcat.*
6 *Si pater filios ex duabus vxoribus inſtituat, & inuicem ſubſtituat, non propterea frater vtriſq; coniunctus præferetur.*
7 *Reciproca compendioſa mixta continet pupillarem in perſona impuberum.*
Si teſtator filios duos impuberes, & vnum puberem, ita ſubſtitnerit, ſi quis eorum in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque deceſſerit, ſuperuiuentes ſuccedant, vtrum vno ex impuberibus decedente, ſuperſtites admittantur ex pupillari ſubſtitutione, an verò ex fideicommiſſaria.
8 *Auctoris diſtinctio.*
9 *Duo vincula magis ſtringunt.*
10 *In dubio potius directa, quam obliqua cenſenda eſt ſubſtitutio.*
11 *Teſtator præſumitur ſemper mentem ſuam conformare legibus ac iuri communi.*

De Reciproca eiuſq; formulis & effectibus. Cap. XV.

RECIPROCAM non eſſe ſubſtitutionem per ſe ab alijs diſtinctam, ſed potius adiectionem, ſiue qualitatem aliquam, nonnulli exiſtimarunt, vt ſi quis dixerit omnem ſubſtitutionem vel eſſe ſimplicem, vel Breuiloquam, ſiue Reciprocam. Hæc igitur tertium genus dicitur à Modeſtino, in l.iam hoc iure, de vulg. & pupil. His autem formulis conſpicua fulget Reciproca: Vos hęredes facio, Voſque inuicem ſubſtituo; vel ita; Vter eorum viuet, hæres eſto; Vel ſic, Caius & Sempronius inuicem inſtituti, & ſubſtituti, mei hæredes ſunto. Datur inſuper formula Reciprocæ mixta Compendioſa, quæ fideicommiſſariam continet, quęque maximè confert ad ſubiectam materiam; Exempli gratia: Et ſi quis eorum ſine filijs deceſſerit, alium ſubſtituo; quæ quidem omnia tũ apud Iurecõſultos, tum apud Interpretes reperiuntur.

Effectus autem Reciprocæ hi ſunt;

1 Primus,† quod Reciproca omnes directas ſubſtitutiones in ſe continere poteſt, vulgarem & pupillarem; vt in l.iam hoc iure, de vulg. & in l.quamuis, C.de impub. & alijs ſubſtit. Exemplarem eadem ratione qua pupillarem, militarem
2 quoque,† & fideicommiſſariam neutiquam amplecti poterit, ſi fuerit Breuiloqua ſimplex, ſecùs autem, ſi mixta Compendioſa, tum etenim apta eſt reciprocum continere fideicommiſſum; Breuiloqua igitur, tot poterit complecti ſubſtitutiones, quot capere potuerint omnes ſubſtituti, Enimuerò, ſi omnes fuerint pupilli, & furioſi ante aditam hæreditatem vulgarem continebit, poſt aditam, & intra pubertatem præſeferret pupillarẽ, poſt pubertatem verò, & prius quam reſipuerint, exemplarem, poſt mortem denique, conditionemq; appoſitam, ſi mixta fuerit Compendioſa, Fideicommiſſariam quoque complectetur; quod ſi pluribus imparibus facta fuerit Reciproca, vt puta, Vni puberi, & alteri impuberi, ea vertetur in vulgarem tantum: quoniam vna determinatio reſpiciens plura æquè determinabilia, debet ea pariformiter definire, ſed illi non poſſunt ambo pupillari ſubſtitutione coniungi, ſed vulgari duntaxat, ergo ſolã continebit vulgarem; Quod ſi duobus pupillis vni exhæredato, & alteri inſtituto, facta fuerit, non vulgarem, ſed pupillarem tantum præſeferret, † ergo dabi-
3 tur mirabilis caſus, vt quidam obſeruarunt, quo Breuiloqua nullam ſubſtitutionem

tionem fouebit,vt ſi duobus facta fuerit, puberi ſcilicèt, & impuberi,quorum alter exhęredatus ſit,enimuerò,nec vulgarem,nec pupillarem continebit,cum reciprocè,vel inuicé ſubſtitui minimè potuerint,vtpotè,qui incapaces,cum alter fuerit exhæredatus.

4 Secũdus †Breuiloquæ videtur effectus, vt quas ipſa contineat ſubſtitutiones expreſſæ verbis generalibus habentur omnes, & proinde matrem [b] excludere poſſint;niſi tamen teſtator eam ſubſtitutionem ad aliquem caſum ſpecialem reſtrinxerit;nam ſi dixerit: Et ſi quis eorum hæres non erit,eos inuicem ſubſtituo, hæc Vulgaris erit vtique, in hac Compendioſa expreſſa in ſpecie: Pupillaris verò, & aliæ, erunt omninò tacitæ vt matrem à ſucceſſione arcere nequeant;èconuerſo autem,ſi ita cauerit: & ſi quis eorum hæres erit,& in pupillari ætate deceſſerit,inuicem eos ſubſtituo,pupillares erunt profectò expreſſæ [c] in ſpecie,cæteræ vero prorſus tacitę.

5 Tertius † erit, ſi duobus impuberibus reciproca facta fuerit, & vnus eorum prius peruenerit ad pubertatem, non propterea ſtatim finietur pupillaris, ſed conſeruabitur quo vſque tandem alter pubeſcat, nam legiſlator ęqualitatem ab initio perpendit, & ęquius eſſe videtur, voluntatem teſtatoris perdurare donec tandem ambo puberes facti fuerint. [d]

6 Quartus † erit, ſi pater filios ex duabus vxoribus inſtituat hæredes, & eos inuicem ſubſtituat,non propterea frater vtrinque coniunctus alijs præferetur; præſumitur enim pater omnes æquali affectione proſecutus,nec attenditur cõiunctio ſanguinis,vel naturæ in patris teſtantis diſpoſitione,& omni dubio carere videtur quæſtio,ſi vnus tantum ſit frater vtrinque coniunctus,& pater ſuperſtites ſubſtituerit expreſsè, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. [e]

7 Vltimus † eſt effectus Breuiloquam, ſiue Reciprocam, Compendioſa mixtã,continere pupillarem in perſona impuberum;Hinc oritur egregia ſanè & ingenioſa quæſtio illa, quinetiam memorabilis diſputatio Pauli Caſtrenſis Boniæ habita aduerſus Ioannem Immolenſem, cuius theſis erat huiuſmodi: Teſtator tres habuit filios,duos impuberes,& vnum puberem,eos hæredes fecit,& ita ſubſtituit: Si quis eorum in pupillari ætate,vel poſtea quandocunque deceſſerit ſuperuiuentes ſuccedant;Ecce Reciprocã,mixtam,Cõpendioſã;quæritur itaque non ſine magna vtilitate, ſi poſt mortem teſtantis vnus ex liberis impuberibus intra pupillarem ætatem, perierit,vtrum ſuperſtites admittantur ex pupillari ſubſtitutione ad hæreditatem, an verò ex fideicommiſſaria, ita, vt cenſeatur pupillus ipſe rogatus patris hæreditatem ſuperuiuentibus reſtituere,vt in ſpecie l.cohæredi, §.ſi hæredem, ff.de vulg. In qua ſanè quæſtione referunt Richardum conſuluiſſe,parentem omnibus filijs æquè feciſſe Vulgarẽ,

8 ac fideicommiſſariam ſubſtitutionem,non autem pupillarem † Nos verò ita diſtinguimus. Hæc ſubſtitutio eſt Reciproca mixta Compendioſa,ergò partim eſt Reciproca partim Compendioſa. tunc ſic argumẽtamur;Quatenus eſt Breuiloqua, nulla Reciproca facta impuberibus,puberi ſcilicèt, & impuberi, poteſt continere pupillarem, d.l.iam hoc iure, de vulg. Sed hæc eſt huiuſmodi, quia facta puberi,& impuberi,ergò nullo modo poteſt continere pupillarem; quatenus uerò eſt Fideicommiſſaria,ſic argumentor; Omnis Vulgaris,& omnis Fideicommiſſaria, competit omnibus æqualiter, tam ſcilicèt puberibus, quam impuberibus,ut iura reſonant apertiſſima, ſed hæc ſubſtitutio eſt huiuſmodi,ergo ſubſtituti ſuccedunt per Fideicommiſſariam, neque enim eſt locus pupillari vt iam diximus,& quoniam tota difficultas in hoc vno verſatur puncto.Cætera argumenta omittenda duxi, & has partes ſecuti ſunt Alexander [f], Iaſon,Philippus, Corneus,Ripa,alijque.

Verum enimuerò contrarias partes tanquam; veriores ſecuti ſunt Paulus Caſtrenſis [g], qui eam Bononiæ diſputaſſe ſcriptum reliquit,& ſecundum eam conſuluit Raphael Cumanus,ſecuti ſunt Corneus ſibi contrarius, Decius, Curtius iunior,& Alciatus, qui communem appellat, Pariſius,& reliqui, firmantes concluſionē,& dicentes, Breuiloquam Compendioſa mixtam, etiam ſine ſpeciali mentione pupillaris ætatis,continere pupillarem ſubſtitutionem; Probatur: Hæc eſt Compendioſa, ergo habet etiam pupillarē;& ratio potiſſima huius opinionis ea eſt, Reciproca mixta cum ipſa Compendioſa, continet Fideicommiſſariam,quæ affert fideicommitti grauamen,ergò,multo magis pupillarem,quæ fauorem & commodum præſefert; probant,quoniam licèt Reciproca imparibus facta, non recipiat pupillarem,ſed ſolam vulgarem, d.l.iam hoc iure,d.l.quamuis,attamen,quando eſt mixta Compendioſa, complectitur etiā pupillarem quo ad filios impuberes.probatur:quoniam ita exigit natura Compendioſæ,vt ab omnibus receptū eſt in d.l.Centurio,& in d.l.precibus,& videtur vnicuique diſtributiuè facta ſubſtitutio, vt ſecundum conditionem cuiuſlibet poſſit commodiſſimè interpretari; quare filiis impuberibus poterit intelligi facta pupillaris.[h]

Quamobrem Illuſtriſſ. Cardinalis Mantica pro dirimenda hac quæſtione Cornei reſolutionem ita diſtinguentis ſecutus eſt; Aut enim in Reciproca Cōpendioſa mixta, fuit facta (inquit Corneus) ſpecialis mentio pupillaris ætatis, (ſi in pupillari ætate, vel quandocunque deceſſerint) aut nulla mentio facta, nullaque enumeratio temporum; Primo caſu præferendam putant opinionem eam, quod hæc ſubſtitutio contineat pupillarem iam expreſſam à teſtatore; tum ne fruſtra videatur facta mentio pupillaris ætatis, contra l. ſi quando, de leg. 1. tum, quia in dubio ſubſtitutio interpretari debet potius directa, quam obliqua, quaſi vincant hæ duæ rationes regulam d.l. iam hoc iure, quod vna determinatio debeat pariformiter definiri; à qua aliquando (inquit) recedunt
9 Iureconſulti, l. 2. de offic. Proconſul.& in d.l. in teſtamento, † duoque vincula magis nectunt, magiſque ſtringunt, Auth. Itaque, C. communi. de ſucceſſ. Secundo verò caſu, quando non eſt facta mentio pupillaris ætatis, tunc Imolæ opinionem præferendam putat, nempè, quod in hac ſubſtitutione non intelligatur facta pupillaris, per illam æqualis determinationis regulam, vt impares pariformiter tractati, vocatique habeantur; quoniam inquit Breuiloqua ſubſtitutio facta impuberibus complectitur etiam pupillarem, ſi talis appareat mens teſtatoris, nec diſparitas teſtatoris menti impedimento eſſe poterit.[i]

Sed hæc Cornei diſtinctio multa quidem (vt mea fert ſententia) patitur incommoda. Primò etenim, hinc illæ præſumptiones, ne ſuperflua ſit mentio fa-
10 cta pupillaris ætatis, † & ne in dubio obliqua, ſed directa potius interpretari debeat omnis ſubſtitutio, tolluntur egregiè à fortioribus coniecturis, nempè, quòd mens teſtantis conijcitur à mutuo amore erga filios, quod eis æqualiter ſubſtituere voluerit, ergo in caſum vulgaris & fideicommiſſariæ tantum, quæ poſſunt æquè conuenire imparibus quoque ætate liberis, quæ ratio mouit
11 Modeſtinum in d.l. iam hoc iure, † & quia teſtans præſumitur ſemper mētem ſuam conformare legibus ac iuri communi, ergo ceſſat pupillaris. Nec obſtat ratio Pauli Caſtrenſis, nempè, quod quemadmodum in ſubſtitutione Reciproca & Compendioſa continetur fideicommiſſaria, ita etiam debeat includi pupillaris directa in perſona impuberis: nam ratio differentiæ manifeſta eſt; enimuerò, fideicommiſſaria includitur, eo quod conuenit vtriuſque perſonæ tam puberis, quam impuberis, ſed non includitur pupillaris, quę impuberi ſolum poteſt conuenire, & non alteri, quia iam pubes factus eſt ratione æqualitatis in vtroque ſeruandum, & qui ſequuntur ſemitam Pauli Caſtrenſis, haud

dubiè

dubiè reluctantur Modeſtino & eius violant Reſponſum in d. l. iam hoc iure. Minuſq. afficit ſubſtitutionem Reciprocam & Compendioſam plura cōplecti tempora, & ſecundum diuerſitatē temporum poſſe quoque pupillarem complecti. Quoniam, hæc, & ſimilia multa argumenta, deducuntur à Compendio ſa ſimplici: & in eo ſenſu vera ſunt; at ſi ei Compendioſæ adhæſerit Reciproca, proculdubio non complectatur niſi ea tempora, & eas ſubſtitutionum ſpecies, quæ vtrique perſonæ conueniunt; ac pupillaris non poteſt æquè puberi & impuberi competere, proinde nulla dabitur in theſi præpoſita pupillaris in Compendioſa breuiloquæ virtute munita. Hic manibus & pedibus in hanc ſententiam ire videtur Emanuel Coſta.[k] Et hæc ſolida firmaque ſunt principia iuris ciuilis.

Sunt qui diſtinguant, an mater ſit in medio vt tunc non poſſit pupillaris interpretari; at hæc vana videtur diſtractio, neque enim à ſolidis illis argumentis recedendum arbitror.

Sunt qui diſtinguant. Aut teſtator tres tantum, aut quatuor ætate impares ſubſtituit liberos. Sed enim, omnia reducenda ſunt ad veram formulam Breuiloquæ. Filios inſtituo, & eos Reciprocè ſubſtituo, ſi in puberi ætate deceſſerint vel quandocunque, nam ſic omnes fuerint vna ſimplici Breuiloqua, cui Compendioſa adhæret, incluſi. Ego porrò veriorem eam ſententiam fore arbitror, nullam hoc caſu dari pupillarem, vt æqualiter tractari ac vocari cenſeantur à teſtatore. quod ſi teſtans fuerit Iuriſconſultus, tunc omni prorſus dubio (autore Modeſtino) carere putarem; At ſi ſubſtituti non fuerint vnica ſubſtitutione, ſed pluribus coniuncti, quòd ex ſerie tabularum interdum colligitur, ecquid denique nobis officiet, quin accedente voluntate teſtatoris intelligamus duos impuberes alterum altero inuicem ſubſtitutos, & per pupillarem mutuo, alios verò duos filios maiores (vt Coſta ait) per ſolam fideicommiſſariam 1
ſuccedere, cum hæc quęſtio appelletur à Iureſconſulto in d. l. iam hoc iure, Voluntatis quæſtio.

AD CAP. XV.

a L. quamuis, C. de impub. & al. & ſubſt. Alex. in l. Lucius, nu. 13. de vulg. Ruland. à Valle Reſp. 25. num. 10 & ſeq. lib. 1. Oddo, de reciproc. quæſt. 5.

b Bart. in l. 1. in 3. quæſt. Ripa inibi, num. 37. de vulgar. qui communem teſtatur. Dec. in l. in teſtamento, C. de milit. teſtamen.

c Omnes in d. l. Lucius, Ripa in d. l. 1. Craſſus in §. ſubſtitutio, quæſt. 56. Oddo ibidem quæſt. 5.

d Bart. in d. l. Lucius. vbi Iaſon, num. 15. Ripa, num. 25. Coraſ. in l. 1. num. 31. Craſſus qui plures congerit in §. ſubſtitutio, q. 55.

e Crauet. conſi. 18. num. 19. lib. 2. Bart. in d. l. Lucius, num. 21. ubi Aret. & Iaſ. Bald. conſi. 424. nu. 1. uol. 5. Ripa in l. re coniuncti, num. 216. de legat. 3. Alex. conſi. 3. num. 4. uol. 2.

f Alex. in d. l. in teſtamento, in fine, & Iaſon, num. 4. & in d. l. iam hoc iure, num. 9. Corn. conſi. 180. num. 5. & 8. lib. 1. Ripa in l. Lucius, num. 8. de uulgar.

g Cuman. Reſp. 16. nume. 2. Corneus ſibi contrarius, conſ. 142. num. 5. lib. 4. Dec. d. l. in teſtamento, num. 7. Cur. iun. in l. 2. C. de impub. communem appellat Alciat. in d. l. Lucius, nu. 28. & 29. Pariſ. conſ. 36. numer. 35. lib. 2. Caſtrenſis diſputans cum Ioanne Imolenſe in d. l. in teſtamento, num. 4.

h Congerit Illuſt. Cardin. Mantica, de coniect. lib. 5. tit. 8. Emanuel Coſta, in c. ſi. pater, in uerbo perſonas, num. 6. de teſtam. in 6. Michael Craſſus in §. ſubſtitutio, q. 55.

i Bart. in d. l. Lucius, num. 6. Ruin. conſ. 107. num. 4. vol. 2.

k Emanuel Coſta in d. c. ſi pater, in uerbo perſonas, num. 6. circiter, de teſtam. in 6.

SVMMARIA.

1 Facta ſubſtitutione à milite verbis communibus, quandocunque filius meus deceſſerit

ſerit Caium ſubſtituo an valeat directa iure directo militari tam ante, quam poſt pubertatem.

2 *Miles in dubio cenſetur iure militari teſtari voluiſſe.*

Quid ſi mater ſteterit in medio, an ſupradicta Compendioſa flectatur in fideicommiſſariam.

3 *Compendioſa militaris facta verbis obliquis, ſemper eſt fideicommiſſaria, licèt mater ſteterit in medio.*

4 *Quid ſi verbis mere directis fuerit concepta.*

5 *Quid ſi mater in medio ſteterit.*

6 *Intellectus plures l.precibus, C.de impub.& l.Centurio,ff. de vulgari.*

7 *Auctoru opinio.*

De Compendioſa militis. Caput XVI.

COmpendioſam quatenus ad formam,& verborum conceptio
nem eſſe quidem ſubſtitutionem ab alijs ſeparatam, cuique
patet: ſed quatenus ad effectum vel ſubſtantiam ſubſtituen-
di,ipſa nihil amplius præter reliquas ſubſtitutiones nobis af-
fert.Porrò,hæc verbis vel directis,vel obliquis, vel commu-
1 nibus fieri conſueuit. † Quod ſi à milite fiat verbis commu-
nibus,veluti,quandocunq; filius meus deceſſerit,Caium ſubſtituo, exiſtiman-
dum eſt, eam valere tam ante quam poſt pubertatem directam iure directo
militari [a], neglecta eorum [b] opinione qui putarunt infra pubertatem eam vale-
re vti pupillarem, poſt pubertatem verò vti fideicommiſſariam, ea ratione,
quod miles in dubio præſumatur velle vti iure communi, non autem priuile-
giato; quæ ſanè reijcienda eſt,quoniam ſubſtitutio in dubio potius directa quã
2 obliqua interpretanda eſt, c.ſi pater, de teſtam.in 6. † & miles [c] in dubio cen-
ſetur iure militari voluiſſe teſtari ; quod ſi mater ſteterit in medio, communi-
ter receptum eſt,ſi pupillus deceſſerit,ante quam in ſui tutelam venerit,pupil-
larem in hac Compendioſa incluſam matrem excludere,vtpote quæ expreſſa
eſt verbis ſaltem generalibus, vt ſupra ſæpè diffinitum fuit, poſt pubertatem
verò, huiuſmodi Compendioſam matris intuitu flecti in fideicommiſſum, vt
mater bona filij vendicet,ſubſtitutus verò bona patris veluti ex cauſa fideicom
miſſi petat à matre. [d]

3 At † Compendioſa à milite facta verbis obliquis(rogo vt filius meus quan-
docunq; deceſſerit reſtituat hæreditatem meam Mæuio)ſemper eſt obliqua,id
eſt fideicommiſſaria [e] nec vulgarem nec pupillarem continet vnquam: ſiue ma
ter ſteterit in medio,ſiue à morte præuenta non extiterit.

4 Concepta † verò à milite verbis merè directis in hunc modum ; Filium
meum hæredem inſtituo,& quandocunque deceſſerit, Caius hæres eſto, erit
omni tempore directa militaris, & ante aditam hæreditatem valebit vt vulga-
ris,intra pubertatem,vt pupillaris,poſt pubertatem verò, vt directa militaris,
nec flectetur vnquam in fideicommiſſum : quare ſubſtitutus capiet bona teſta-
toris cum fructibus in hæreditate inuentis iure directo, propria manu, pro-
priaque authoritate. [f]

5 Hinc † enaſcitur ardua illa quæſtio,an huiuſmodi Compẽdioſa,matre in me
dio ſtante poſt pubertatem obliquetur, nec ne?& magis communiter tenuere
inſignes viri,eam flecti in fideicommiſſum, Gloſſa [g] Azon.Immola, Galiaula,
Alexander,Paulus Caſtrenſis,& Corneus,qui magis communem hanc eſse at
teſtatur: ſed contrarium verius eſſe profeſsus eſt Bartolus [h] ratus hanc ſemper
valere iure directo,non obſtante matre; quam ſanè Bartoli opinionem omnes

poſtea

poſtea ſecuti ſunt, vt firmat Alexander, Iaſon, Ripa, Decius, Curtius, Cagnolus, Vaſquius, Oddus, alijq; aſſerentes hanc magis communem, vt communis opinio in iure ciuili inſtar peculij enaſci, creſcere, decreſcere, & interdum mori videatur.

Sed tã profunda quæſtio, originẽ duxit ex difficili illa Antinomia l.Centurio, de vulg.& l.precibus, C.de impub.& alijs ſubſt. nam in ſpecie, l.precibus, miles Compendiosè filio ſuo impuberi ſubſtituerat, qui pubes factus, perijt, & quærenti matri quænam eſset hæc ſubſtitutio, & cuiuſmodi, Diocletianus reſcripſit; Si filius intra pubertatem perijt, ſubſtitutus matrem excludet, & ſic tacita pupillari incluſa in Compendioſa, mater ab hæreditate propellitur; ſi verò poſt pubertatem deceſserit, tunc veluti ex cauſa fideicommiſſi poſsunt bona peti à matre, quaſi dicat, in ætate pupillari ſubſtitutio viguit directa, poſt pubertatem verò obliqua, ſiue fideicommiſsaria: & hæc profectò ſubuertere videntur reſponſum Papiniani in l.Centurio. Centurio inquit filio ſi intra 25. annum ætatis ſuæ ſine liberis vita deceſserit, directò ſubſtituit, intra decimumquartum annum, etiam propria bona filij, ſubſtitutus iure communi capiet; poſt eam autem ætatem ex priuilegio militum patris dumtaxat, cum fructibus inuentis in hæreditate; eſset apud Papinianum ſubſtitutio Compendioſa militaris, facta verbis directis, non ſolum ante pubertatem valet vt directa, ſed etiam poſt pubertatem ſuſtinetur iure militari, vtpote, cum poſſit miles etiã puberi directò ſubſtituere, l.cum filiusfamiliàs, de teſtam. milit. attamen apud Diocletianum in ſpecie l.precibus, Compendioſa militaris poſt pubertatem flectitur in fideicommiſsum.

Pitagoram retulit Alciatus quoque Parergon decimo, c. 1. cum quid noui in ſcientijs inueniſset Ioui aut Mineruę Taurum immolare ſolitum; ego verò ſumma lętitia afficior, quin etiam animo geſtio, cum in doctrina aliqua ardua intellectum meum poſſibilem, qui eſt omnia fieri, coniungi ſenſerim (iam depurato fantaſmate) cum intellectu agente, ac diuino eius numine, qui eſt dator omnium ſciẽtiarum, & largitor omnium bonorum operũ Deus Omnipotens, qui in altis habitat, quique humilia etiam, humanaque fouet, & illuſtrat.

6 Quamobrem in gymnaſio Patauino plures conſueui harum legum intelligentias, ſiue conciliationes referre, vt dignitas quoque loci expoſtulat, & pluribus argumentis eas examinare, & diſcurere: nunc ſatis fore duxi, paucas, ſed potiores proponere, quandoquidem hæc etiam tetigi, & in lib. 2. de via iuris pertractaui.

Prima itaque fuit intelligentia Gloſſæ [i] quod in ſpecie d. l. precibus, mater ſtaret in medio, proinde eius fauore compendioſam militarem directam flecti poſt pubertatem in cauſa fideicommiſſi.

Secunda Plumbini, & Coraſij, Compendioſam directam militarem factam intra certa tempora, vt in ſpecie d.l.Centurio, valere poſt pubertatem iure directo, ſecùs autem Compendioſam, non reſtrictam ad limitata temporis ſpatia, veluti quandocunque filius meus morietur, Caius hæres eſto; quaſi appareat enixa voluntas militis, quod eo limitato tẽpore maluerit vti iure militari.

Tertia Bartoli, Alexandri, & aliorum, quæ magis communiter recepta videtur, has ſpecies legum eſſe longè diuerſas; Enimuerò, in d.l.precibus, ſubſtitutio facta fuit per verba communia, aiunt per verbum ſubſtituit, ſed in l.Centurio., per verba directa, patet in illis verbis: Centurio filio ſuo directo ſubſtituit; Præterea, in l.precibus, ſtabat mater in medio, ſed apud Centurionem iã ipſa obierat, quare nullum verbum inibi de matre, nec eſt nouum in iure ciuili ex diuerſis facti poſitionibus, ius quoque oriri diuerſum.

Quarta Chriſtophori Caſtelionei vel Raphaelis Fulgoſij, quod vtrobiq;, tam in l.pre-

in l.precibus, quam in l.Centurio, ſubſtitutio Compendioſa militaris valeat etiam poſt pubertatem iure directo: nam vt ille ſubtiliter, ac ingenioſè animo ſuo reputat, illa verba veluti ex cauſa fideicommiſſi, quæ in l.precibus, leguntur, non innuũt directam flecti in obliquam, ſed potius ſimilitudinem quandã fideicommiſſi ſignificare videntur: at nullum ſimile eſt idem. Cui multum certè, non tamen omninò Duarenus, & Alciatus adhærere videntur, & illa verba (veluti ex cauſa fideicommiſſi, bona quę cum moreretur patris eius fuerunt, à te peti poſſunt) ita ab aliquibus [k] declarãtur, vt mater, quæ ſucceſſionem obtinuit & cui debentur ea ſola bona, quæ propria ſunt filij, tenentur veluti ex cauſa fideicommiſſi reſtituere ſubſtituto omnia bona patris. Quæ ſubſtitutus ab ipſa matre petere potuit, hoc tamen non eſt fideicommiſſum, ſed eius ſimilitudo quædam, ſicut enim bona fideicommiſſi ſunt fideicommiſſario reſtituenda, ita mater retentis bonis proprij filij, tenetur ſubſtituto tradere bona omnia patris, haud ſecùs, atque ſi pater miles rogaſſet filium hæredem inſtitutum vt hæreditatem ſuam Mæuio reſtitueret poſt mortem ſuam, tum etenim bona tantum patris reſtituenda eſſent, filij verò facultates fideicommiſſo minimè comprehenderentur, qualis habetur ſpecies in l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg.& pupill.

Quinta Emanuelis Coſtæ Luſitani [l] acutè & ingenioſè dicentis, ſubſtitutionem in l.Centurio, conceptam fuiſſe in forma ſimplicis Compendioſæ; Quandocunque filius meus infra 25.annum deceſſerit; ſed in l.precibus, Compendioſam factam in forma pupillaris ſubſtitutionis, probat per ea verba, eos habeat hæredes quos ei pater conſtituit, ponderat dictionem (Ei) quæ reducit Compendioſam in formam pupillaris, gloſ.in l.cohæredi, §. cum filio, in verbo, nec ali, ff. de vulg. & pupill. quaſi in hunc modum fuerit informata Compendioſa militaris, quandocunque filius meus deceſſerit, ei filio meo Titium ſubſtituo, ex formam pupillaris ſubſtitutionis, erat enim impubes, ergo non poteſt iure directo valere poſt pubertatem, nec vlterius protrahi: nam in pupillari licèt longius tempus comprehenſum fuerit, attamen, finitur ſubſtitutio pubertate, l.in pupillari, ff.de vulg.& pupillari.

7 Hæc ſunt holocauſta, hi ſunt boues quos Pitagoras Dijs ſuis immolabat: Ego verò Caſtelionei opinionem cæteras ingenio ſuperare, Emanuelis Luſitani reliquas ſubtilitate anteire, Bartoli, & Alex.quaſcunq; alias ſummo æquitatis temperamento vincere arbitratus ſum, & in hanc Decius, ac nouiſſimi pedibus eunt; Sed quoniam de his latius in lectionibus meis pertractaui, quæ in manibus ſtudioſorum verſantur, & in libro ſecundo de via iuris, iam inter arma in his caſtris præfecti Centurionis & militum quieſcendum duxi.

AD CAP. XVI.

a Bart.in l.Centurio, num. 12.de vulg.& pupil.communem ibidem teſtatur Soc.nu. 12. Ripa, nu. 67. Corn.in l.precibus, nu.26.ubi Coraſius, nu.64. Didac. in c.Raynutius, §.9.nu.13.de teſta. Oddo, de compend.parte 5.art. 2. Craſſ.in §.ſubſtitutio.

b Aret.& alij, in d.l.Centurio, Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.18.nu 62.

c L.ex militari, de teſtam.milit.

d Bart.in l.Centurio, nu. 12.poſt gloſſ.in l.precibus, communem teſtatur Soc.ſen. in l.Centurio, Didac. ut ſupra.§.6.nu.16.Oddo ut ſupra, Craſſ. d.q.63.

e Bart.in d.l.Centurio, nu. 12.Soc.nu.21. Didac.in c.Raynutius, §.9.nu. 14.Vaſq. de ſucceſſ.progreſſ.§.18.nu.68.Oddo ut ſupra, parte 3.artic.4.Craſſ.ut ſupra quæſt.65.

f Bart.in d.l.Centurio, nu.7. Didac.d.§.9.nu.14.Oddo, d.parte 5.art.3.Craſſ.d.q.65.

g Gloſſ.in d.l.Centurio, & in d.l.precibus, Az.in ſumma. Imola, & Galiaula, in l.Centurio, nu. 232. ubi Alex.ubi poſt Caſtr.& magis communem teſtatur Corneus in l.precibus, nu.28.

h Bart.in l.Centurio, num. 12. Alex.num.62. Iaſon, 16. Ripa, 66. Dec.in l.precibus, nu.15.Curt.

39. Cagnol. 145. Vaſq. d. §. 18. in fine, Odd. parte 5. art. 3. num. 34. & ſeq. qui tuetur hanc eſſe magis communem.

i Gloſſ. in l. precibus, in uerbo, fideicom. C. de impub. & al. ſubſtit.

k Hugo Donell. ad l. precibus.

l Emanuel Coſta, in c. ſi pater, in 3. parte, in uerbo, interdum, de teſtam. in 6.

S V M M A R I A.

1 Compendioſa facta à pagano verbis directis impuberi, an poſt pubertatem euaneſcat, an vero ſuſtineatur veluti fideicommiſſum.

2 Auctoris opinio, & num. 4. & 7.

Aliorum opiniones vſque ad num. 7.

8 Quid in codicillis, vel ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris in teſtamento.

9 Quando clauſula codicillaris inducere poſſit fideicommiſſum.

Clauſulæ codicillaris plures effectus.

10 Quid ſi compendioſa hæc facta fuerit puberi, vel impuberi non in poteſtate.

11 Quod ago ſi non valet, vt ago, non valet etiam vt valere poteſt.

12 Quid ſi huiuſmodi compendioſa informata fuerit connumeratione temporum.

13 Quid ſi in prædicta compendioſa appoſita fuerit dictio, mihi.

14 Per vulgarem, & per fideicommiſſariam teſtatori, per pupillarem filio, & patri ſucceditur.

15 Dictio mihi, adiecta non alterat naturam ſubſtitutionis cui adijcitur.

16 Quid ſi erit ſupradicta compendioſa vulgaris.

17 Quid ſi teſtator caueat ne eius teſtamentum intelligatur ſecundum iuris ſubtilitatem.

18 Quid ſi teſtator ſe ita velle iurauerit, vel ſi teſtamentum eſſet factum inter liberos.

De Compendioſa facta à pagano. Caput XVII.

1 COMPENDIOSA † facta à Pagano verbis directis, ve-
luti; Quandocunque filius meus deceſſerit, Titius hæres
eſto, ex communi [a] Interpretum ſententia continet vulga-
rem ſubſtitutionem & pupillarem; ſed an poſt pubertatem
euaneſcat, an verò potius ſuſtineatur veluti fideicommiſsũ,
hoc porrò arduum eſt: illud diſſidium Ioannis Andreæ &
2 Canoniſtarum aduerſus ferè omnes Cæſareos; † Ego verò publicè profiten-
do, eam penitus euaneſcere ſuſtinui, attentis iuris prudentiæ principijs, à qui-
bus non puduit Zaſium, Iuriſconſultum alioquin inſignem, & de vtraque Iu-
riſprudentia optimè meritum, ſuo tractatu de ſubſtitutionibus, non modo re-
cedere, verum etiam inſolentius, ac petulanter deblaterare; Si veritas inquit
tibi cordi eſt, ſine acceptione perſonarum cogeris hāc ſequi opinionem. Quaſi
verò data fuerit Zaſio à Cæſare autoritas condendæ legis, quæ Prætoribus
etiam perpetuò denegata fuit, & iura Romana clarè hac de re non fuerint lo-
cuta; Verum, quoniam de his abundè pertractaui non ſolum in libro 2. de via
iur. c. 17. verum etiam publicè profitendo iam argumentis conſulto hinc inde
omiſſis non inutile fore putaui, tam arduæ quæſtionis reſolutionem re-
ferre.

3 Prima itaque legitur Cagnoli [b] reſolutio; Aut † huiuſmodi ſubſtitutio facta
fuit à Iuriſperito, aut ab ignaro iuris; Primo caſu, non poterit flecti in fideicom-
miſſum, ſed verba ſemper directa intelligentur; Secundo verò caſu flectetur
in obliquā, quandoquidem neſciant omnes vti verbis communibus, nedum ci-

4 uilibus directis,ait gloſſa in l.quoties, C.famil.herciſ.in ver.diuidit. † Hæc re-
ſolutio nec penitus reiicienda, nec omninò recipienda mihi videtur, beni-
gna tamen nititur æquitate.

5 Secũda† Baldi [c] fuit reſolutio. Aut Compendioſa ſubſtitutio facta fuit in
forma pupillaris; Veluti; Quandocunque filius meus vita deceſſerit, Titius ei
hæres eſto,(Ei)inquam hæres eſto,tunc ſpirat poſt pubertatem; Aut ſimplici
ter ita concepta fuit; Quandocunque filius meus perierit, Titius hæres eſto,
tunc poſt pubertatem valebit iure fideicommiſſi; quam opinionem Raphael [d]
Cumanus, Paulus, Caſtrenſis, Ripa, alijq́ue ſecuti ſunt. Verùm, hæc etiam
peccare videtur: Enimuerò,ſi facta verbis directis, perinde eſt vtique,atque ſi
facta fuerit in forma pupillaris,l.in pupillari,l.verbis ciuilibus, de vulgar.ergò
nullum penitus diſcrimen;Quod ſi formata fuerit verbis communibus; Quan
docunque filius meus moriatur,Caium ſubſtituo,hæc non eſt quæſtio noſtra,
ſed diſputatio impertinens extrametam, & extra paleſtram.

6 Tertia† ſuccedit Emanuelis [e] reſolutio, quod immò indiſtinctè ſpiret poſt
pubertatem hæc ſubſtitutio,& ponderat verba l.verbis ciuilibus, ſi non capiet
vt ſubſtitutus,nec capiet vt adiectus hæres, ac quia nec valebit poſt pubertatẽ
iure fideicommiſſi,ſiquidem,non capit nec vt adiectus hæres, vel cohæres par
7 tem aliquam,ſed totam hæreditatem. Hanc reſolutionem veriſſimam † ego ar-
bitror, vtpotè, quæ principiis iuris ciuilis maximè conuenit,nempè,neminem
poſſe poſt pubertatem alicui directò ſubſtituere: quod originem traxit à for-
ma & maieſtate legis 12. tabul. vt nefas ſit Iuriſconſultum à principiis artis,
quam profitetur vnguem vt aiunt tranſuerſum recedere, ac priuatis opinioni-
bus tentare leges imponere terrarum orbi.

Hæc tamen communis ſententia Compendioſam à Pagano factam impu-
beri verbis directis,euaneſcere poſt pubertatem,ſuas habet vtiles, atque egre-
gias limitationes.

8 Primò † excipitur,ne procedat in Codicillis,vel,ſi Clauſula Codicillaris po
ſita fuerit in teſtamento, tum enim poſt pubertatem flectitur in fideicommiſ-
ſum,per l.Scæuola,ff.ad Trebell. [f]

9 Sed † ego nequeo propter ſummam eorum vtilitatem ſilentio inuoluere,
quæ à Decio [g] egregiè propoſita, diſputataque ſunt, nempè, Clauſu-
lam Codicillarem poſſe quidem inuertere ſubſtitutionem directam in obli-
quam,ſi detur Compendioſa, quæ ſui natura pariat Fideicommiſſariam; at ſi
in teſtamento legatur Vulgaris ſubſtitutio vel Breuiloqua, quoniam eæ ſunt
ambæ directæ,& abhorrent [h] Fideicommiſſariam, Clauſula Cõdicillaris tunc
non poterit vires ſuas exercere,& inducere Fideicommiſſum, reddit rationem
Decius:nam ſi Clauſula illa in vulgari,vel in pupillari flecteret directam in obli
quam,id profectò operaretur contra mentem teſtantis,qui Vulgariter,vel Re
ciprocè ſubſtituens, non cogitauit vnquam ſubrogare per fideicommiſſum; [i]
idemq; iuris eſſe affirmant, etiam ſi notarius ea poſuerit verba; (Si hoc meum
teſtamentũ non valet iure teſtamenti,valeat iure Codicillorum) maximè,quia
Clauſula eſt acceſſoria,& reſpicit executionem eorum quæ teſtator diſpoſuit,
ergò non poterit contra eius mentem operari, Clement. 1.in fine,de præben.
nam debet declarare & exequi, non autem ampliare, nec inducere, nec noui
quicquam diſponere, ſed ſolummodò vertere cauſam teſtati, in cauſam inte-
ſtati. Nec mordicus Galiaula poterit vnquam ſubuertere Decii doctrinam;
dum obiicit Vulgarem & Reciprocam poſſe flecti in obliquam: Sed enim,re-
ctè ei occurrit Cagnolus Decium optimè locutum,ſi Clauſula fuerit præſen-
tis temporis, poſſet autem dubitari in Clauſula futuri temporis, ſi nõ valet nec
vnquã valebit hoc meum teſtamentum, nam in quibus deficit voluntas teſtan
tis,Clau-

tis,Clauſula nihil operatur:& quamuis reuocet teſtamentum ad cauſam inteſtati,id tamen operatur ſeruatis teſtatoris diſpoſitione, qualitate, & modo. [k] Quare Decius in caſu Vulgaris ſubſtitutionis conſultus, noluit pro Clauſula conſulere. Hæc vtiliſſima ſunt, & in puris terminis Decii intelligenda.Secùs verò ſi Clauſula poſita fuerit cum tempore futuro; ſi non valet, etſi non valebit, vel ſi adſint coniecturæ temporis tractus,& id genus plura, quæ mentem contrariam iudicent teſtantis. [l]

Nec obſtant, quæ contra hanc limitationem obiiciuntur à Curtio, [m] quod inanis eſſet communis ſententia, quandoquidem, locum ſibi nunquam poſſet vindicare,cum ſoleat Clauſula hæc ſemper adhiberi à Notarus;quin etiam omiſſa,ſubintelligatur poſita. [n] Enimuerò,Clauſula poteſt diuerſimodè concipi,& poni,vt vno modo concepta vel poſita operetur,altero minimè: præterea poteſt haberi pro poſita,& non haberi pro adiecta, ſecundum varias locorum conſuetudines.

10 Secundo limitatur,† qñ Compendioſa hæc facta fuerit puberi,vel impuberi non in poteſtate, cui ſcilicet pupillariter ſubſtitui non poteſt, quia ſemper ſuſtinebitur iure obliquo, & non finietur pubertate, ſiue facta fuerit cum expreſsa dinumeratione ætatum,ſiue indefinitè [o]. Ratio reddi ſolet ab omnibus; quia nullo modo, nulloque tempore poteſt valere directa, ergo valebit vti fideicomiſſaria iuxta ſenſa l. Scæuola, ad Trebell. tunc enim nulla repugnantia erit,quæ poſſit actum vitiare, vt vitio vel impedimento eſſet, ſi quandoque directò viguiſſet,tum in obliquam lapſa fuiſſet. Sed an hæc ratio communis vera ſit, ſummoperè hæſitant; nam diſſentiunt Zaſius, & Curtius, argumentantes [p] in hunc modum. Subſtitutio Compendioſa verbis directis facta,ſi poteſt vnquam modo aliquo valere,ea nunquam poterit vtique flecti in fideicommiſſum,iuxta rationem l.verbis ciuilibus, & l.Scæuola, ſed hæc facta puberi vel maiori,vel impuberi extraneo,poteſt aliquo modo valere ſaltem vulgariter,ergo non poterit vnquam verti in obliquam;Minor probatur: nam poteſt ſuſtineri,per vulgarem ſubſtitutionem [q] l. 1.l.iam hoc iure,de vulg.

Cui ſanè obiectioni ipſemet Curtius occurrit,inquiens,nihil aliud profectò poſſe reſponderi,niſi Compendioſa in plures ſpecies,pluraque tempora complecti ante aditam,& poſt aditam hæreditatem; verum,quando poſt aditam loquimur,Compendioſa verbis directis facta puberi vel impuberi extraneo,nullo vnquam modo poteſt ſuſtineri iure directo, ergò debet trahi in fideicommiſſum,quoniam poſt aditam hæreditatem ſpirat vulgaris.Sed mihi ſatis leuis

11 ſemper viſa eſt huiuſmodi ratio: nam ei reſiſtit Regula iuris. † Quod ago, non valet vt ago, non valet etiam vt valere poteſt. [r]

12 Tertio †limitatur,quando huiuſmodi Compendioſa informata fuerit cõnumeratione temporũ,hoc modo;Filiũ inſtituo,& ſi deceſſerit in pupillari ætate, vel quandocunque Titius hæres eſto [ſ]; en duas innuit ſeparatas ſubſtitutiones,vnam pupillarem ante pubertatem,alteram poſt pubertatem,quandocunque directo factam; quæ cum nullo modo vti directa valere poſſit,ſuſtinebitur ſaltem vt fideicommiſſum; quod etiam cogitaſſe præſumitur teſtator propter longum temporis tractum,& energiam dictionis,quandocunque. [t]

13 Quartò † excipitur,ne procedat ſi in ea poſita fuerit dictio(mihi)veluti;Quãdocunque filius meus deceſſerit, Caius mihi hæres eſto; quaſi appareat mens

14 teſtantis,quod voluerit iure fideicommiſſi ſubſtituere:† nam per Vulgarem, & per fideicommiſſariam teſtatori,per pupillarem filio, & patri ſucceditur, l.cohæredi,§.cum filiæ, de vulg.& pupill. quæ tamen limitatio pluribus diſplicet;

15 Quamobrem aduerſus eam vrgent aliqui in hũc modum,† Dictio(mihi)adiecta non alterat naturam ſubſtitutionis cui adijcitur, ſed natura huius Com-

pendioſæ eſt directa, nam facta eſt verbis directis, ergo pronomen (mihi) non poterit flectere eam in obliquam; Probatur minor in l.ſi ita ſcriptum, §.qui filio, de bonor.poſſeſſ.ſecund.tab. Si filius meus antequam in ſui tutelam venerit, deceſſerit, Caium mihi ſubſtituo, detracta dictione (mihi) erit pupillaris. Sed minor negari vtique poſſet: nam huiuſmodi Compendioſa licèt attentis verbis ciuilibus videatur directa, attamen inſpecta Compendioſæ natura, quæ ex mente teſtantis continet ſucceſſionem, ac tractum temporis, affert quoque fideicomiſſariam.

16 Quinta † communis ſententia non procedit in Vulgari, quamuis enim adueniente pubertate exſpiret pupillaris, attamen Vulgaris non euaneſcit, [x] & Curtius aſſerit, quæſtionem agi poſt aditam hæreditatem, non autem in caſu non aditæ hæreditatis.

17 Sexto, † ſi teſtator cauerit, ne eius teſtamentum intelligatur ſecundum iuris ſubtilitatem, per l.codicillis, §.vltimo, de leg.2.[y]

18 Septimò, † ſi teſtãs, ſe ita velle iurauerit, vel ſi teſtamẽtum eſſet factum inter liberos, quia vtroque caſu ſubintelligitur adeſſe Clauſula Codicillaris, l. cum pater, §. filius matrem, de legat.2.[z] Verumtamen, Curtius magnoperè hæſitat in illa iuramenti limitatione, & vrgenti nititur ratione: nam quando actus inquit deficit ratione conſenſus, iuramentum nullius eſt momenti, ſed regitur à natura actus in quo poſitum fuit, l.vltima, C.de non numer.pecu. Quare doctè diſtinguit, Clauſulam tum præſentis tantum temporis, tum præſentis ac futuri, vt adhibita vltima, præſumatur teſtator de fideicommiſſo cogitaſſe.

AD CAP. XVII.

a Deci.communem teſtatur in l.precibus, C.de impub.vbi gloſſ.vbi Caſtr.num.19. Fulgoſ.num.17.& Iaſon in l.Centurio, num.29. de Compendioſa, parte 5.artic.1. Craſſ.in §.ſubſtitutio, quæſt.71.
b Cagnol.in d.l.precibus.
c Bald.in d.l.precibus, num.50.
d Cuman.Caſtr.Ripa, & alij, in l.verbis, & in d.l.Centurio, de vulgari.
e Emannel Coſta, in c.ſi pater, in verbo interdum, nu.72.& 73.de teſtamen.
f L.Scæuola, ad S.C.Trebell.Bald.in l.verbis ciuilibus, de vulg.Cacialup.in d.l.precibus, nu.53. Pariſ.conſ.93.num.11.vol.2.Dec.in d.l.precibus, nu.17.congerit poſt Odd.Michael Craſſ.in §.ſubſtitutio.quæſt.7.num.3
g Dec.in d.l.precibus, num.17.& 18.
h L.2.C.de impub.Dec.in l.in teſtamento, C.de teſtam.milit.omnes in l.verbis ciuilibus, de vulg.& pupil.l.Scæuola, ad Trebell.
i Sentit etiam Bald.Reſp.iuris 130.vol.1.& vide conſi.170.num.10.in 5.
k Bald.conſ.170.num.10.in 5.
l Cranet.Reſp.22.Grat.conſ.18.part.2.Bald.ibidem.
m Curt.in d.l.precibus, num.64.
n Iuxta gloſſ.& Bald.in l.fin.C.de fideiuſſ.
o Curt.in d.l.precibus, num.54.& 56.Bald.in l.ex tribus, ff.ad.Trebell.Cacialup. in d.l.precibus, num.51.Alex.conſi.82.num.1.vol.2.Pariſ.conſi.93.num.3.vol.1.
p Curt.ibidem.
q Bart.in l.Centurio.num.32.de vulg.& pupill.
r L.ſi non ſortem, vbi Bart. in princip.de condict.indeb.l.ſtipulatio iſta, §.alteri, de verb.obligation.l.ſeruo ſuo, in fine, C.de teſtamen.manumiſſ.§. libertus, de ſingul.reb. per fideicom.relict.
ſ Gloſ.magna in fine, in d.l.precibus, C.de impub.& al.ſubſtit.
t Bart.& alij, in d.l.Centurio, Ang.in l.precibus. Vaſq.§.18.num.73.Craſſ.& Odd. in §.ſubſtitutio, quæſt.71.
u Curt.in d.l.precibus, num.57.
x Bart.in l.precibus, num.32.Curt.in d.l.precibus, nu.57.
y Ripa, in d.l.Centurio, num.87.
z Iaſ.in d.l.precibus, num.11.Curt.ibidem, num.55.& 56.

S V M M A R I A.

1 *In ſubſtitutione poſita clauſula Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, an ſubſtitutus ſuccedet ex vulgari, vel pupillari, vel fideicommiſſaria.*
2 *Quid ſi agatur de vulgari, & pupillari ſubſtitutione ſimul.*
3 *Quid ſi agatur de vulgari, & fideicommiſſaria, pulcherrimè diſtinguit.*

De compendioſa facta à pagano verbis obliquis, & an Clauſula codicillaris præbeat electionem ſubſtitutio. Cap. XVIII.

COmpendioſa à Pagano facta verbis obliquis, veluti, Quãdocunque deceſſerit filius meus, rogo, vt reſtituat hæreditatem Caio, nullam continet directam ſubſtitutionem, non Vulgarem, non Pupillarem, non Exemplarem, ſed ſolam Fideicommiſſariam, tam ante, quam poſt pubertatem [a]; 1 † quæ quidem ſententia vera eſt, dummodò non fuerit poſita Clauſula, Vulgariter, Pupillariter, & per Fideicommiſſum, tum enim eligere poſſet ſubſtitutus [b] ex qua nam vellet ſubſtitutione ſuccedere, vulgarine, an pupillari, an verò potius fideicommiſſaria: Verum enimuerò, quam egregia de hac Clauſula, nec omittenda quidem retulit Decius, [c] nam prius Bartoli & Alexandri opinionem enarrauit, ſubſtitutum ſcilicèt poſſe eligere per quam ſuccedere maluerit, l. recuſare, §. Titius, ff. ad S. C. Trebell. nam fideicommiſſarius poteſt vel per ſubſtitutionem, vel per reſtitutionem capere vt maluerit hæreditatem; Dein, contrariam opinionem Imolę proponit, quinimmò, teſtatorem plures feciſſe ſubſtitutiones ſucceſſiuè, prout caſus contigerit omni ſemota electione, nempè, Vulgarem, ſi inſtitutus hæres non erit, Pupillarem ſi impubes è vita deceſſerit, fideicommiſſariam verò, ſi poſt pubertatem ſingulos ſuis certis ac diuerſis temporibus ſeparatos; Quas ſanè opiniones diſtinctionis fœdere ita ipſe conciliare conatur; Aut inquit, facta fuit Compendioſa ſimpliciter à teſtatore, quandocunq; filius meus deceſſerit, rogo vt reſtituat hæreditatem Caio, tunc ſibi locum vindicet opinio Imolæ, quod ſucceſſiuè pro tempore, & pro ut occaſio dederit, ſit Vulgaris, ſit Pupillaris, ſit Fideicommiſſaria; Aut non fuit facta Compendioſa ſimpliciter, ſed diſtinctè ita locutus fuit teſtator nominando ſubſtitutionem & fidęcommiſſariam, hoc caſu electio erit Titij, per quam maluerit ſubſtitutionem ſuccedere, d. l. recuſare, §. Titius, ad Trebell. Aut in ſubſtitutione addita fuerunt huiuſmodi verba, Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & hoc etiam caſu putat veram eſſe ſententiam Imolæ, quia naturaliter ea verba cenſentur ineſſe Compendioſæ, proinde expreſſa nil magis operantur; aliis tamen reclamantibus ac diſputantibus an hæ ſint expreſſæ vel tacitę Cõpendioſæ. Et hanc tuetur Emanuel Coſta [d] qui affert exemplum; Filium inſtituo, & quandocunque deceſſerit, ſubſtituo ei Caium, [e] vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, certè inquit, non dabitur electio, ſed quęlibet ſubſtitutio locum habebit ſuo diſtincto tempore, vbi ſuus emerſerit caſus, & hanc præferendam putat ſententiæ Bartoli exiſtimantis electionem ſpectare ad ſubſtitutum. Cæterum Socinus, Decius & Cęphalus, [e] alia diſtinctione rem ita componere ſtudent; Aut in ipſo actu ſubſtitutionis teſtator dixit ſubſtituere vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum, & eo caſu ſubſtitutus poteſt eligere per quam voluerit

luerit ſuccedere, quoniam teſtans has omnes in actu ipſo teſtandi induxit, & coniunxit ſubſtitutiones; aut poſita hac Clauſula in fine teſtamenti, vel inter Clauſulas executorias non in actu ſubſtituendi, tunc ſubſtitutus non eliget. Cagnolus autem indiſtinctè tuetur Bartoli ſententiā; verum, quoniam animus his ſuis diſtinctionib. quieſcere nō pōt conſultius erit, vt per hos caſus ambulemus, quin nulla datur electio, niſi, duorum pluriumve dato concurſu, l. optionis legatum, & §. noſtra autem conſtitutio, de legat. 1. C. commun. de legat.

2 Primus † itaque erit ſpectandus caſus, quando agitur de vulgari & pupillari ſubſtitutionibus, & in eo ſatis omnibus patet, quod non poſſunt ambę ſimul concurrere, nam ſi adita fuerit hæreditas, iam ſpirauit vulgaris, l. poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſt. pupillaris autem vt patet, non vindicat ſibi locum niſi poteſt ei aditam hæreditatem, ergo vt Socin. [f] iun. ſentit, nulla dabitur electio.

3 Secundus † eſt caſus quando agitur de vulgari & fideicommiſſaria, hæ poſſunt quidem inuicem concurrere, & quaſi obiectum mouere voluntatem eligentis; quare dabitur optio ſubſtituto, vt eligat per quam optet ſubſtitutionem ſuccedere, d. l. recuſare, §. Titius, quod dilemmate ſic probari poteſt; aut enim inſtitutus hæres non adiuit hæreditatem, nec adire vult; aut eam adiuit; Primo caſu ſi ſubſtitutus hæreditatem capere tentauerit, ſi eam petierit, dabitur concurſus, ergo dabitur electio: nam ſubſtitutus ita vrgere poterit: hæres noluit adire, propterea ego ex vulgari adire cupio, & volo; & poteſt inſuper cogere hæredem, vt adeat, & reſtituat, l. recuſare, §. Titius, ad Trebel. Secundo verò caſu, ſi hæres adiuit, nulla dabitur electio, quia poſt aditam euanuit vulgaris, d. l. poſt aditam; primo itaque caſu vera procedet opinio Bartoli, & ſectatorū, nempè, dari electionem, ſecundò verò proferenda erit ſententia Imolæ, nam duorum vno extincto extinguitur etiam electio, quæ niſi inter plures dari minimè poteſt. Quod ſi plures fuerint ſubſtituti, & vnus eligat, velitque ſuccedere per vulgarem, ſiue pupillarem; alter verò velit & eligat admitti per ſubſtitutionem fideicommiſſariam, alter præferendus erit? an verò potius locus dandus ſorti, ſiue iudicis arbitrio? tu te conſule, & altius contemplare.

Tertius erit, quando agitur de pupillari, ac fideicommiſſaria tunc aduerſus Bartolum & alios magis placet aliquibus nullam dari electionem, ſed pupillarem admitti infra pubertatem, & fideicommiſſariam poſt pubertatem; ratio id ſuadet; quoniam moriente pupillo in pupillari ætate, non poteſt dari concurſus pupillaris, ac fideicommiſſariæ, rectæ ſcilicèt & obliquæ ſubſtitutionis per fideicommiſſum poſt pubertatem, & quia per pupillarem vtrique ſucceditur, tam pupillo quam teſtatori, & bona vtriuſque iam conuerſa ſunt in vnum patrimonium ſolius filii, & nequeant modo aliquo ſeparari, l. ſed etſi plures, §. ſi filio impuberi, de vulg. ſubſtit. l. quidam elogio, C. de iure deliber. Præterea reſtator principaliter filio ſuo ne ſcilicèt inteſtatus decederet, poſtea ſibi conſulere voluit. At Socin. [g] aliiſque magis placuit Bart. & eum ſequentium opinio, quod imo detur optio inter pupillum & Fideicommiſſ. ſi filius inſtitutus impubes deceſſerit, nil erit impedimento quin poſſit ſubſtitutus, vel per pupillaré, vel fideicommiſſariam vt ipſe voluerit ſuccedere, cum hoc caſu ambæ vtique concurrant: quandoquidem Compendioſa fideicommiſſaria facta verbis obliquis omnibus temporibus ſiue ætatibus, quandocunque deceſſerit optimè conueniant; erit igitur diligenter conſideranda formula verborum.

AD CAP. XVIII.

a Bart.in l.Centurio,in 2.quæſt.princip.de vulgar.Soc.iun.num.274.Iaſon. num.38. Ripa 101. Dec.in l.precibus,num.16.C.de impub.& al.ſub. Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.18.num.66.Didac.in c.Raynutius,num.18.de teſtam.Craſſ.in §.ſubſtitutio,q.72.
b Socin.iun.in d.l.Centurio,num.312.Coraſ.in d.l.precibus,num.65.
c Decius in d.l.precibus,num.20.qui plures adducit Autores,maximè Bart.in d.l.Centurio, col.penult.
d Cotta,in c.ſi pater,in verbo obliqua,nu.9.de teſtam.in 6.
e Cephal.conſi.53.num.3.lib.1.Dec.500.num.10.Soc.iun.in d.l.Centurio,num.313.de vulg.
f Socin.iun.in d.l.Centurio,nu.310.313.& ſeq.vbi plures hinc inde congerit Autores.
g Socin.iun.ibidem.

SVMMARIA.

1 *Formula compendioſæ factæ à pagano verbis communibus,& quando talis ſubſtitutio ſit directa vel fideicommiſſaria.*
2 *An per compendioſam factam à pagano verbis communibus, excludatur mater ſuperſtes pulchrè digreditur, num.4.5. vberrimè diſtinguendo.*
3 *In dubijs media via ſemper eſt eligenda.*

De Compendioſa facta à pagano verbis communibus. Cap. XIX.

1 POſtremò, vt coronidem imponamus omnibus ſubſtitutionis
ſpeciebus etiam de Compendioſa pagani verbis communi-
bus facta breui ſermone rem habebimus; huius forma talis
eſt.Quandocunque filius meus deceſſerit,Caium ſubſtituo,
quæ ſecundum Azonem [a], & antiquos,vt refert etiam De-
cius poſt Bartolum, & Aretinum ex tunc communi opinio-
ne omni tempore erat fideicommiſſaria, etiam ſi filius intra
pubertatem moreretur, donec tandem magis communis inoleuit ſententia [b],
quod immò intra pubertatem ſit pupillaris, poſt pubertatem verò fideicom-
miſſaria, quoniam facta fuit verbis communibus, & verba communia æquè
2 conueniunt directæ ac obliquæ, quin etiam pluribus temporibus;† Hinc exo-
ritur ardua quæſtio; matre ſuperſtite, an per hanc obligationem ipſa mater de-
beat excludi[c],quo caſu plures tenuere,quod ſi in ea facta fuerit mentio pupilla
ris ætatis,veluti;ſi filius meus in pupillari ætatę deceſſerit, vel quandocunque,
Titium ſubſtituo,quod per hanc pupillarem expreſſim contentam in Compen
dioſa,mater excludatur,& poſt pubertatem,quod hæc ſubſtitutio ſit fideicom
miſſaria; Sed augetur quæſtio, & longè difficilior redditur,quando Compen-
dioſa ſimpliciter facta fuerit ſine temporum diſtinctione,vt puta;Quandocun
que filius meus morietur,Titium ſubſtituo,nam vtrinque communis habetur
opinio,matrem excludi, & non excludi; quamobrem Decius [d] dùm Bartolũ,
ac nouiſſimos defendere conatur,valde laborat, & peccat petitione principij;
Nec obſtat inquit, nouiſſimorum ratio, quod hic agatur de Compendioſa in
qua pupillaris generice contenta matrem propellit:nam reſpondet ipſe, id eſ-
ſe verum in Compendioſa, quæ continet pupillarem expreſſam in ge-
neralitate verborum, quæque matrem excludit; ſed hæc ſubſtitutio inquit re-
ſoluitur,vt ſemper ſit fideicommiſſaria,& non contineat pupillarem,ergo ma-
ter ad hæreditatem admittetur. Sed eum certè mihi videtur errare,dein princi

pium ignorat,nam paria ſunt,quærere,an pupillaris contenta in Compendioſa matrem excludat, vel an Compendioſa contineat pupillarem matrem excludentem, quare teſtatur Bartoli opinionem habere magnam æquitatem, & ſi caſus inquit contiugeret,quia incertum eſt quænàm ſit communis opinio, iudex deberet rem componere cum matre,propter æquitatem, vt ipſa habeat
3 legitimam ſibi debitam iure naturæ, quæ concordia inquit eſt iuridica, † & in dubijs caſibus media via eſt eligenda,vt ſentit gloſ. in l.Neſennius, ff.de negot. geſt.quam ſanè Bartoli opinionem ipſemet limitat duobus modis; Primò, ne procedat,ſi mater tranſierit ad ſecundas nuptias; Secundò, ſi teſtator iuſſerit, quod omnia eius bona ſine diminutione aliqua tota inquam hæreditas perueniat ad Caium.

4 Ego † vero admiror Decium recedere à principijs iuris Ciuilis,& adhærere opinioni Ruſticorum,qui neſcientes quæſtionem dirimere, ſolent per medium diuidere,quod quidem abſurdum vnicuique optimo etiam Iuriſconſulto vitio maximè verti ſolet.Deinde,vt in ſuperioribus diſputabimus, communior & recepta eſt ſententia,vt pupillaris contenta in Compendioſa, habeatur expreſſa verbis generalibus,quamuis formaliter tacita videatur,cum nulla mẽtio ſpecialis facta fuerit, ſi in pupillari ætate deceſſerit, attamen potis eſt, matrem ab hæreditate excludere.[e]

5 Quod ſi † Compendioſa cõcepta fuerit per verba directa & cõmunia, tunc poterit eſſe directa, & fideicommiſſaria [f]; Exemplum,quando verba ad vnum tantum ſubſtitutum referuntur,hoc modo;Inſtituo filium meum impuberem, & quandocunque deceſſerit ſubſtituo Caium, & eum hæredem facio, nam illud,verbum(ſubſtituo Caium)ſignificat fideicommiſſariam ſubſtitutionem,cũ ſit verbum commune,illud autem, hæredem facio, præſefert directam ſubſtitutionem; quamobrem electio erit ſubſtituti, ex qua maluerit ſubſtitutione ſuccedere, quemadmodum enim ſi plures fuerint difformiter ſubſtituti, vnus ſcilicèt directò, & alter per fideicommiſſum, vno recuſante, alter admittitur, ita vnus ſolus, cui plures cumulatæ fuerint ſubſtitutiones, repudiando vnam, poterit ex altera hæreditatem capere.

Quod ſi facta fuerit Compendioſa per verbum commune, & obliquum, commune præſeferret directam,obliquum verò fideicommiſſariam.

Quod ſi plures fuerint ſubſtituti, vnus per verbum directum, ſecundus per verbum commune, tertius per obliquum,hæc ſpecies adeò dubia eſt, vt eam terribilem Bartolus appellet, & eam varijs diſtinctionibus, quotæ portionis, & vniuerſi iuris conetur reſoluere, vt apud eum,cæteroſque Interpretes latius videre eſt. [g]

Quamobrem ex his iam patent ſingula membra,& inſigniores quæſtiones, quæ de ſubſtitutione compendioſa in iure ciuili circumferuntur.

Aut enim Compendioſa à pagano facta fuit per verba directa(Filio impuberi)& nos de iure ciuili ſuſtinuimus hanc poſt pubertatem euaneſcere.

Aut per verba directa puberi, & maiori,non autem impuberi, & hæc ſuſtinetur vt obliqua.

Aut per verba obliqua, hæc ſemper eſt obliqua vel fideicommiſſaria, tam ante,quam poſt pubertatem.

Aut concepta fuit per verba communia, hæc ante pubertatem eſt directa, poſt pubertatem verò,obliqua.

Quod ſi facta fuerit per verba communia, & per verba directa, hæc vtique erit tum directa, tum fideicommiſſaria,vt ſupra diſputauimus.

AD CAP. XIX.

a Bart. Salic.& Dec.in l.precibus, C.de imp. & al.ſubſt.num.19. Craſſus in §.ſubſtitutio, q.74. Vaſq.de ſucceſſ.progr.§. 18.

b Ripa,in l.Centurio,de uulg.num.4.& 117.Galiaula,num.373.Iaſon 44. Alciatus 56. Coraſ.in l.precibus,num.35.Iaſ.14.Curt.62.Didacus in c.Raynutius, §.1.nu.11. de teſtam. Vaſq.d.§. 18,num.49.Oddo parte 5.art.3.de compend.Craſſus ut ſupra.

c Bart.in d.l.Centurio,num.26.& 30.Galiaula conſ.361.Cacialup.in d.l.precibus,nu.70.& indignum putat Cęſarea deciſione.& Craſſ.inibi,innumeros propemodum retulit hinc inde Auctores;& demum concludit,ueriorem eſſe,Matrem excludi ex pupillari contenta in Compendioſa;etiam nulla facta mentione,ſi in pupillari ætate deceſſerit.

g Dec.in d.l.precibus,num.19.latè.

e Craſſ.d.q.74.ubi plurimos connumerat Auctores.

f Craſſ.in §.ſubſtitutio,q.78.hæc probat & omnia infraſcripta.

g Craſſ.d.q.78.ubi omnia comprobat.

SVMMARIA.

1 *Effectus Clauſulæ Codicillaris.*

2 *Clauſula codicillaris duplex eſt.*

3 *Clauſula codicillaris quid importet.*

4 *Diſtinctio pulcherrima in materia codicillaris clauſulæ latè proſequitur ponendo plura exempla,& num. 5.*

6 *Quid iuris ſit,ſi teſtator,& notarius non intellexerint quid ſit huiuſmodi clauſula codicillaris, egregiè digreditur. num.9.& 10.*

7 *Error impedit conſenſum.*

8 *Teſtis dicens ſe protuliſſe falſum, vel iudex dicens ſe feciſſe ſententiam iniquam, non facit præiudicium iuri alteri quæſito,per ſuum teſtimonium vel ſententiam.*

An ex Clauſula codicillari inducatur fideicommiſſum,& quid ſi Notario nota vel ignota fuerit. Cap. XX.

NON eſt porrò ambigendum quin ex Clauſula Codicillari inducatur fideicommiſſum; quid enim ſi teſtator ita cauerit: ſi hoc meum teſtamentum non valet iure teſtamenti,valeat iu-
1 re Codicillorum.† Hæc ſanè Clauſula paſſim colligitur in iure ciuili [a], cuius effectus ille eſt potiſſimus, vt ſi teſtamentum aliqua de cauſa ſuſtineri non potuerit; ſuccedant venientes ab inteſtato,rogatique cenſeantur retenta Trebelliana ſcriptis hæredibus reſtituere hæreditatem, quemadmodum à Bartolo [b], cæteriſq; declaratum fuit ea ratione:nam Codicilli ad fideicommiſſa præſtāda inuenti fuere [c], in quibus hęreditas directa dari non poteſt,quin immò data flectitur in fideicommiſſum [d]. Quæ ſanè Clauſula vt in ſuperioribus quoque diximus,ſolita eſt poni à Notarijs,& omiſſa,(vt aliqui putauere)habetur propoſita, vtpote, cum ſimplicitas,
2 obliuio,vel notariorum imperitia Teſtātibus minimè nocere poſſit [e].†Hanc duplicem eſſe antea dicebamus,vnam ſimplicem temporis præſentis, alteram verò cùm tractu temporis futuri, & vires habet maximas, quæ tamen ſæpè ſæpiùs à Notarijs ignorantur,idcircò diligenter perſpiciendum eſt, ne non præter,vel contra mentem Teſtatoris hæc, & alia huiuſmodi adhibita ſint,quemadmodum iure optimo in ſuo ultimo reſponſo iuris exclamat Franciſcus Aretinus;Hinc nonnulli [f] rectè auſi ſunt notarios comparare cantoribus illis, qui quidem naturaliter benè cantant, ſed propterea non intelligunt rationem ſui

cantus. Quamobrem Decius [g] conſultus in caſu uulgaris, gloriatur noluiſſe de iure reſpondere, illam Clauſulam aliquid operari, teſtaturque doctiſſimos etiam uiros hac in re ſæpe deceptos; cuius ueſtigia ſecutus eſt etiam Socinus iunior.

3 Verum † enimuerò aduerſus Decium egregiè nititur Gratus [h], non reſiſtere menti teſtatoris, ſi dicemus reciprocam continere fideicommiſſariam, & Clauſulam Codicillarem eandem ſemper referat, quamuis tractus futuri temporis non ſit uerbis expreſſus, idque maximè, cum uerbum illud (ſubſtituo) (& uos inuicem ſubſtituo) ſit commune, & proindè aptum ut referatur etiam ad fideicommiſſariam [i], ne fruſtra poſitum uideatur; Addit præterea, Clauſulã Codicillarem, non ampliare, non extendere, non nouare, immò potius declarare uoluntatem teſtantis etiam obliquam, ne reſtringatur ad directam tantũ, & declarando non innouat [k], quod etiam confirmat Simeon [l] Preteus; quoniam ſi teſtator ponit Clauſulam Codicillarem, perinde eſt, ac ſi diceret (& per fideicommiſſum) propter energiam codicillorum [m]; quare Pariſius [n] aduerſus Decium putauit ſimplicem Reciprocam (& uos inuicem ſubſtituo) carentem etiam intercapedine uel ſpatio temporis futuri, poſt pubertatem trahi in obliquam, quod etiam tacitus ſentire uidetur Aymonius Crauettà.[o]

4 Idcirco † conſultius eſſe videtur cum Ripa, [p] & cum alijs diſtinguere; aut Clauſula Codicillaris eſt concepta per verba præſentis temporis, ſi non valet, & non poteſt valere in futurum, vt fideicommiſſum; nam vbi primum mortuus fuerit teſtator, ſtatim Reciproca valuit vt directa, ergò euanuit conditio illa, ſi non valet hoc meum teſtamentum; aut Clauſula huiuſmodi eſt informata verbis futuri temporis, ſi non valet, & ſi non valebit hoc meum teſtamentum iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, quæ ſanè verba continent ſucceſſiuum futuri temporis ſpatium; verum quãdo teſtator in Breuiloqua plura poſuit tempora vt in Compendioſa plura inſeri conſueuerunt, ipſa quoque inſtar Compendioſæ comprehendit obliquam ſubſtitutionem; quamobrem, partes erunt egregij Iuriſconſulti, maturè perpendere verborum formulas, quibus vſus fuerit defunctus, quid enim ſi ita cauerit? Ambos filios meos impuberes hæredes facio, eoſque inuicem alterum alteri ſubſtituo; dein notarius adhibeat Clauſulam, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum; porrò, cum euidens pateat voluntas teſtatoris per verba directa pupillaris ſubſtitutionis declarata, & nulla ſeries, nullaque intercapedo habeatur venturi temporis, non cenſebitur hæc Clauſula ex mente teſtatoris, immò potius præter eius voluntatem à Notario poſita.

5 Identidem † fingamus quæſo verbis ciuilibus vulgarem factam ſubſtitutionẽ, ſi filius meus mihi hæres non erit, Mæuij filij mihi hæredes ſunto, adhibeatur quæſo Clauſula Codicillaris, an non dixerimus cogitaſſe ac diſpoſuiſſe teſtatorem ſubſtitutum iure directo ſucceſſurum, ſi filius non ſit hæres: id procul dubio fatendum eſt, ergo non erit locus fideicommiſſariæ ſubſtitutioni ea in Clauſula ſubauditæ, nam illa præſupponit hæredem aliquem fideicommiſſum reſtituere; quare ſubuertit ſenſa à teſtatore aperta ac ſtabilita, reciprocam verò patet vulgarem, & pupillarem continere; Quare Decii ſentẽtiam de Codicillari Clauſula iuri conſonam, & in ſuis terminis veriſſimam proculdubio tueri poſſumus, & qui contrarias partes ſecuti ſunt, varias coniecturas ob longum temporis tractum referentes, ſedulo inueſtigare ſtuduerunt.

6 Tum † deniq; id præ omnibus ſpectandum venit, Clauſulam (quæcunq; ea fuerit) tum à teſtante, tum à Notario intellectam fuiſſe, alioqui ignorata prorſus inanis erit nulliuſque momenti, vt nullum vnquam iuris effectum producere valeat; quæve præter memorabile exemplum Aretini, de quo ſupra

Albericus

Albericus [q] ſcriptum reliquit, Notarium, qui ſcripſerat mulierem renunciaſſe
beneficio Velleiani à ſe interrogatum fuiſſe, quid ſibi vellet illa Clauſula, vel be
neficium Velleiani, & ſibi reſpondiſſe, neſcire, vnde obtinuit in foro, mulierẽ
non eſſe obligatam, quoniam & ipſa, & Notarius ignorabant huiuſmodi Clau
7 ſulam, ergo non potuerant obligari, † quia error impedit conſenſum, l. 2. de iu-
dic. l. nihil conſenſui, de reg. iur.

Sed contra huiuſmodi praxim relatam ab Alberico, inſurgunt Fulgoſius [r]
& Alexander, eam valdè periculoſam nominantes, nituntur que ea ratione: qđ
huiuſmodi reſponſio, vel confeſſio nõ poſſit derogare, vel nocere iuri alteri ac-
8 quiſito, † quemadmodum in exemplis à Bartolo [r] relatis, vt ſi quis ſponte con
feſſus fuerit ſe falſum protuliſſe, vel ſi Iudex confeſſus fuerit ſententiam ini-
quam feciſſe: neq; enim poterunt iura aliis acquiſita labefactare, ergo nec
notarius ſi reſponderit ſe ignorare, quid ſibi velit huiuſmodi Clauſula, poterit
vnquam ius alteri acquiſitum reuocare & infringere. Cõfirmari poteſt ratione
ſubornationis, vel falſitatis, quandoquidem teſtis, vel tabellio notam falſi ſubi-
re putatur, ſi contra ea, quæ prius aſſeuerauerat aliquid poſtea eis contrarium
affirmare auſus fuerit, l. eos, ff. ad leg. Cornel. de Falſ.

9 † Verum Decius in hac quæſtione valdè dubitat; primo enim ad argumen-
tum Fulgoſii & Alexandri ingenioſè occurrens, reſpondit, ius ei acquiſitum
fuiſſe ſub ea præſumptione, quod Notarius intelligeret, à qua contrahentes vi
dentur receſſiſſe, cum notarius non intellexerit, ratione c. 2. de purgat. vulg. de-
in fœdere diſtinctionis omnia ita cõciliare conatur; aut notarius ab initio dum
ſcriberet ac celebraret contractum, fuit interrogatus, quid ſignificaret Clauſu-
la illa, & reſpondit neſcire, & ſic ante ius alicui acquiſitum, eo caſu vera eſt opi
nio Alberici, omnia labefactari & corruere; aut interrogatus fuit poſtea quam
ius contrahentibus fuerat acquiſitum, tunc vera opinio eſt Alexandri, & Ful-
goſii, quod huiuſmodi reſponſio nihil operetur.

10 Ego verò † indiſtinctè exiſtimauerim Alberici opinionem in foro eſſe reci-
piendam, nec vrgent oppoſita ab Alexandro & Fulgoſio, quoniam ſententiæ,
acta publica, & iura partibus acquiſita, ſolent retractari, ſi per noua deducta ap
pareat rei veritas. Species eſt huiuſmodi in l. admonendi, ff. de iureiuran. maxi-
mè quia veritas cæteris præualere debet, §. ſi quis rem ſuam, de legat.

Deinde Bartoli exempla loquuntur de confeſſione extraiudiciali, nos verò
de iudiciali & iurata, ergo hæc amplectẽda, & illa reiicienda, l. 1. l. 3. de confeſ. [s]
l. ſolam, C. de teſtibus. [t]

Nec officit ſuſpitio falſitatis, tum, quia veritas ſemper præferenda, ac falſi-
tas deprimenda & falſi puniendi pœna infligenda, l. Cornelia de falſ. tum, quia
hic non adeſt falſitas dolo mixta, quia per ignorantiam & imprudentiam pec-
cauit, ergo non videtur punibilis, l. impuberem, ff. ad l. Cornel. de falſ. Debent
itaque Iudices, conſultores, & patroni cauſarum ſedulò perſpicere, an Clau-
ſulæ id genus multæ fuerint à teſtatore annotatæ, & à contrahentibus intelle
ctæ, nec ne.

A D C A P. X X.

a L. Titia, de inof. teſtam. l. eum quem, C. de fideicommiſſ.
b Bart. in l. 1. de iure codic. l. generaliter, §. ex teſtamento, de fideicommiſſ. libert. d. l. eum quem, l. cohæredi, §. cum filiæ, de vulgari.
c L. 1. & 2. C. de codicill. §. fina. Inſtit. de codicil.
d L. Scæuola ad Trebel. gloſſ in l. verbis ciuilibus, de vulgari & pupill. Alex. conſi. 194. nu. 3. lib. 7.
e Gloſſ. in l. fin. in verbo, ſimplicitas, C. de fideiuſſ. Dec. conſi. 49.
f Cagn. in d. l. precibus, num. 135. & 138. Bald. poſt Cyn. in l. iam hoc iure, §. fin. de vulgar. Bald. in l. quoties, C. de hæred. inſtit. num. 6. & 7. & Iaſon in l. ſi filius, ff. de liber. & poſth. exclamat

notariorum imperitia mnndnm deſtrui,ſecutus Baldi conſil.6. Viſo teſtamento, lib.4.& Bal conſil.26.libro 5. refert Dilect.de arte teſtand. titul. 16. de legat. cautela 39. & Hier.Gabr. conſil.111.

g Dec.in d.l.precibus,num.17.18.C.de impub.& al.ſubſt.

h Grat.conſ.8.num.13.& ſeq.par.2.

i Et in c.ſi patet,de teſtam.in 6.omnes in d.l.Centurio,& in d.l.precibus, Dec.in l.2.C.de impuber.& al.ſubſt.Bald.conſ.176.nu.3.lib.3.

k L.hæredes palam,§.1.de teſtam.

l Simeon Preteus,lib.3.vltimar.volunt.cap.quarto inducitur fideicommiſſum.

m Bald.& Caſtr.in l.ſi parens,C.de fideicommiſſ§.fin.de codicil.l.poſthumus, §.fin.de iniuſt.rupto & irrit.teſtam.l.querebatur, §.fin.de milit.teſtam.

n Pariſ.conſ.41.num.53.vol.2.

o Crauet.conſ.22.num.8.

p Ripa,in l.Lucius,num.45.de vulg.Cagnol.in d.l.precibus, num.198. Zanch.in l. hæredes mei, §.cum ita,num.82.ad Trebell.Socin.iun.conſ.166.lib.2.qui recuſauit pro altera parte conſulere, vide eum.

q Albericus in l.vlt.§.ſi mater,ff.ad Velleian. Sed Albericus in meo Codice hæc non dicit, in d.l.vlt.icciroo vide Fulgoſium ibidem.

r Fulgoſ.in d.l.vlt.ad S.C.Velleian. Alex.in l.ſciendum,nu.32.de verb.oblig.

ſ Bart.in l.ſi quis in graui,§.moriens,ff.de Syllan.S.C.

t Et Bart.in d.l.1.in fine,latius Hyppol.de Marſil.in pract.crim.in §.diligenter,nn.76.

S V M M A R I A.

1 *Nomina propria, appellatiua & collectiua, quæ dicantur.*

2 *Reſolutio quæſtionis in tit.huius capitis poſita latè ponitur cum aliquibus declarationibus.*

3 *Verbum (Gradatim) intelligitur reſpectu vocationis non admiſsionis.*

4 *In dubio illa interpretatio recipienda eſt, qua excluditur fideicommiſſum non ea, qua inducitur.*

An ex nominibus collectiuis inducatur fideicommiſſum, & quale, per vulgaremne, an fideicommiſſariam.
Cap. XXI.

MAGNA profectò oritur quæſtio, an ex nominibus collectiuis inducatur fideicōmiſſaria ſubſtitutio inter eos qui vno col
1 lectiuoq; nomine vocati ſunt;†nomen verò conſueuere Interpretes diuidere in proprium, appellatiuum, & collectiuum, qui facilioris doctrinæ gratia hos ſibi terminos conſtituerũt; proprium omnibus patet, Mæuius, Titius; Appellatiuum id intelligunt, quod plures perſonas in vno tantum gradu continet, vt puta, filij, fratres, conſobrini, proximiores, & homogenei; Collectiuum autem, quod colligit & amplectitur plures non in vno tantum, ſed in pluribus etiam gradibus exiſtentes, vt liberi, agnati, ſui, deſcendentes, hæredes, poſteri, familia, & id genus multa [a], in qua ſanè quæſtione Caſtrenſis, Socinus, Baldus, Siculus, Didacus, & plures, crediderunt huiuſmodi nomen collectiuum, puta, familia, liberi, de ſui natura inducere fideicommiſſum, ita, vt vnus poſt alterum iure fideicōmiſſi ſuccedat, quouſque tandem fuerint liberi, vel familia, vt ſi teſtator inſtituat fratrem, & eius liberos, vel fratrem, & eius familiam, nixi celebri Ancharani reſponſo conſulentis fideicommiſſum duobus antiquioribus de progenie vel familia relictum perpetuum cenſeri, ſed inibi perpetuum futuri temporis onus apparebat; quæ quidem opinio à Paulo Caſtrenſe [b] vno reclamante Cumano originem deducere videtur, & eam quamplurimi Iuriſprudentes ſecuti ſunt [c], quorum

Prima ratio à natura nominis collectiui emanat, quo vocantur plures diuerſorum graduum, qui propterea ſimul ad hæreditatem admitti nequeunt, ſed ordine ſucceſſiuo vnus poſt alterum [d], ergo per fideicommiſſariam ſubſtitutionem.

Secunda, per l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de lega. 2. in fideicommiſſo familiæ relicto, ſuccedunt prius qui nominati ſunt, & poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt, eo tempore quo teſtator moreretur, & qui ex his proximo gradu procreati ſunt, niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.

Tertia, per l. vltimam, C. de verb. ſignif. nam fideicommiſſum familiæ relictum gradatim deferendum eſt, ergo per plures gradus, ergo per fideicommiſſariam ſubſtitutionem de his in illos, ac deinceps effluentem.

Alia inſuper argumenta adducuntur à Crauetta, Socino, & alijs, quibus Iuriſprudentes egregiè occurrunt.

2 Contrariam verò ſententiam, nempè, quod nomen collectiuum non inducat fideicommiſſum, vt vnus poſt alium per fideicommiſſariam ſubſtitutionem grauatus intelligatur reſtituere hæreditatem, ſed induat fideicommiſſum per vulgarem tantum, hoc eſt fideicommiſſum actiuè, non paſſiuè, ita, vt in ſubſtitutione fratris, & liberorum, ſiue deſcendentium, non ſuccedant liberi, ſiue deſcendentes, niſi cum frater non fuerit, vel non potuerit eſſe hæres, & ſic per vulgarē, quæ ſimul ac adita fuerit hæreditas, omninò ſpirat & euaneſcit, adeò, vt cum primum liberi, vel deſcendentes fuerint admiſſi, alij amplius non vocentur ad fideicommiſſum, quod ſemel delatum, iam defeciſſe dicitur, dummodò tamen nomina illa collectiua vel ſubſtitutio ipſa non habuerit verba tractum futuri temporis, vel ſucceſſionem gradatim deferendam ſignificantia, nam eo caſu omnes de familia, vel omnes liberi, omneſve deſcendentes vocati per fideicommiſſariam intelliguntur, vſque in infinitum; at ſine illa temporis ſerie, vel intercapedine collectiua, generāt fideicommiſſum per vulgarem tantum, vt primis ſemel admiſſis, cæteri iam extincto fideicommiſſo excludantur [e]; Quam porrò opinionem quaſi proprium Cumani [f] inuentum, plures Anteſignani, illuſtreſque viri [g] Decius, Ruinus, Socinus, Rubeus, Alciatus, Pariſius, Menochius, Cephalus, & reliqui, veriorem profeſſi ſunt; Quin etiam, eo in Socini caſu, quo teſtator de filijs ita cauerat; Et eos, & quemlibet eorum, & cuiuslibet eorum filios, & deſcendentes maſculos ſubſtituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum. Reſponderūt, deſcendentes actiuè eſſe vocatos non autem paſſiuè, ne ipſi intelligantur grauati ſuis deſcendentibus, & ij, alijs gradatim reſtituere; id enim tunc fieri poſſe autumant, cum affuerint verba oblongum futuri temporis ſpatium ſignificantia [h]; vel, cum teſtator vetuerit bona alienari extra familiam, vt in ſpecie l. peto, § fratre, de legat. 2. ſi fratre hærede inſtituto petijt teſtator, ne domus alienaretur, ſed vt in familia relinqueretur, ſi hæres domum alienauerit, vel, extero hærede inſtituto deceſſerit, omnes fideicommiſſum petent, qui in familia fuerunt; quid ergo, inquit, ſi non ſint eiuſdem gradus? ita res, ait, temperari debet, vt proximus quiſque primo loco inuitatus videatur, nec tamen ideo ſequentium cauſa in poſterum lædi debet, ſed ita proximus quiſque admittendus eſt, ſi paratus ſit cauere, ſe familiæ domum reſtituturum, & ſic locus eſt fideicommiſſariæ ſubſtitutioni; ergo à contrario ſenſu, ſi teſtator non vetuerit bona extra familiam alienari, nec inſinuauerit ſeriem temporis futuri, vocati proximiores, poſteri, deſcendentes, hæredes, agnati, vel familia, intelligentur ad hoc fideicommiſſum per vulgarem tantum, & ita diluitur primum oppoſitum argumentum.

Non officit l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. nam in ea ſpecie proximioribus

ximioribus familiæ ſuæ admiſſis extinguitur fideicommiſſum familiæ relictum,ergo per vulgarem tantum , non autem per fideicommiſſariam deuoluetur fideicommiſſum in proximiores; probatur in illis verbis: niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit; Probatur etiam , quoniam ibidem non agitur,quomodo , vel quibus verbis fideicõmiſſum familiæ inducatur,ſed præſumitur idoneis verbis conſtitutum fuiſſe. Tum quærit Iuriſconſultus,quomodo ad huiuſmodi fideicommiſſum cognoſcendum ſuccedant illi de familia?& reſpondet, primo nominatos prius eſſe admittendos, & poſt eos omnes extinctos , qui tempore mortis teſtatoris primo gradu ſuperſtites fuerint, dein , qui ex his procreati ſunt,niſi ad vlteriores gradus voluntatem ſuam extenderit teſtator.Nos verò non quærimus,quomodo , quoue ordine ſuccedere oporteat,ſed dumtaxat , an ex verbis illis prolatis à teſtatore , inductum ſit fideicommiſſum inter ipſos deſcendentes,vt ipſi,vnus poſt alterum,& deinceps cenſeantur gradatim vocati per fideicommiſſariam ſubſtitutionem , nec ne,& ita ſpecies illa nihil confert ad quæſtionem noſtram. Præterea,primo nominati inibi præferuntur , & ſuccedunt , & poſt omnes extinctos qui tempore mortis teſtatoris ex his proximo gradu procreati ſunt; quod autem poſt proximiores,qui iam fuerunt admiſſi vlteriores quoque admittantur,hoc negat Iureconſultus, niſi teſtator ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit,ergò proximioribus admiſſis ſpirat fideicommiſſum familiæ,ita relictum,ergo, per vulgarem,non autem per fideicommiſſariam ad proximiores deuoluitur;cuius ſanè intelligentiæ ſplendida relucent ſenſa in illis verbis , & poſt omnes extinctos qui tempore mortis teſtatoris proximo gradu procreati ſunt , & in ſequentibus .

Nec officit lex vltima,C.de verb.ſign. fideicommiſſum familiæ relictum gra
3 datim præſtari , & poſt generum, & nurum deberi libertis ; † nã verbum illud
(gradatim) intelligitur reſpectu vocationis , non autem merito admiſſionis ;
Quare Gloſſa exponit gradatim primo vocari liberos, ſecũdo parentes,tertio
collaterales,quarto nurum,& generum,quinto libertos , nec enim verbum il-
lud(gradatim)intelligi poteſt per gradus admiſſionis,nam primo gradu admiſ-
ſo,cęteri excludũtur,quandoquidẽ,vocati gradatim in familia, vel nomine col
lectiuo,non propterea ſunt gradatim admiſſi;enimuerò,vno vel pluribus eiuſ-
dẽ gradus ſemel admiſſis,cęteri ſequẽtes propelluntur,ſed in nomine collecti-
uo ſunt tantum gradatim vocati,non autem gradatim admiſſi, vel admittendi;
nam uox(gradatim) ſumitur per gradus vocationis,non per gradus admiſſio-
4 nis,ergo per vulgarem tantum,non autem per fideicommiſſariã . † Accedat ,
eam in dubio ſumendam eſſe interpretationem [i] qua excludatur, potius quam
pemittatur fideicommiſſum,[l] & ſi reflexa corruunt omnia argumenta.

AD CAP. XXI.

a DD.in l.cum ita, §.in fideicommiſſo,de legat.2. & in l.Gallus, §. quidam rectè,de lib. & poſth. Anchar.conſ.27.

b Caſtrenſ.in d.l.Gallus,d.§.quidam rectè,& in d.§.in fideicommiſſo.

c Socin.in d.§.quidam rectè , nu.6. Alciat.nu.62. Ancharan.Reſp.27. de duobus antiquioribus. de domo, ſed in alijs terminis Barbat.conſi.18.Tertio præmitto,lib.2.& conſ.27.& ſeq.lib.1. Didac.in c.Raynutius,§.2.in fine,de teſtam.& in quæſt.poſt c.q.28. teſtatur communem eſſe Caſtrenſis opinionem.Bald.conſ.305. Non eſt dubium, lib.3.Cuman. in d.§.in fideicommiſſo.

d Didac.& alij locis citatis.

e L.vt hæredibus,de legat.2.l.1.§.ſin autem aliquid,C.de caduc.toll.l.ſi legata, C. de legat.Ruin. conſi.113.nu.3.lib.2.

f Cuman.in d.§.in fideicommiſſo.

g Cumanus ibidem.Dec.Reſponſo 228.col.1.& conſ.233. nu.4.& 291. num.6. Ruin. conſ.92. num.5.

num,5.6.7.& ſeq.lib.2. Socin.in l.ſi corporis, nu.16. de rebus dub. Alciatus in d.§. quidam rectè,num.32.& 35. Rub.num.64. & Reſp.106. num.4. qui repræhendit Socinum aliter ſentientem. Pariſ.39.num.7.vol.2. Socin. conſ.104.col.1.lib.3. Pariſ conſ.87. num.25. lib.2. Menoch.85.nu.63.lib.1.Cephal.conſ.326.num.23.& 28. & conſi.353. paſſim, Simon Preteus, vltimarum voluntatum lib.3.c.Sexto inducitur.

h Gloſſ.& Doctor.in l.in teſtamento,C.de milit.teſtam.& in l.Centurio, de vulgari.& in l.precibus,C.de impub.& al.ſubſt.

i L.cohæredi,§.cum filium,de uulgari & pupill.vbi Iaſon & reliqui,& l.ex tribus, C.de inof.teſtam.Dec.conſi.465.num.14.15.& 16.Crauet.conſi.18.in fine.Ruin.deciſ.864.

S V M M A R I A.

1 *Vtilitas reſultans ex quæſtione poſita in tit.huius capitis.*
2 *Nuda prohibitio alienandi facta à teſtatore ſine expreßione cauſa vel perſona eſt nullius momenti,& num.9.*
3 *Quid ſi teſtator dixerit nolo vt hæredes mei mea bona alienent,ſed volo vt conſeruentur in familia.*
4 *Et quid ſi dixerit,volo ea manere in familia,& agnatione mea.*
5 *Et quid ſi pœnam alienationi appoſuerit.*
6 *Quid ſi dixerit prohibeo bona alienari,& volo ea peruenire ad Caium.*
7 *Quid ſi teſtator ſuos inſtituat filios,& eis vulgariter, & pupillariter ſubſtituat,deinde prohibeat vt nullo modo alienent ſua bona,&c.*
8 *Finis mouet agentem,& ratio finalis ſemper eſt attendenda.*
10 *Limitationes ponuntur ad regulam,num.2.& 10.poſitam,vſque ad num.15.*

An ex prohibita alienatione bonorum oriatur fideicommiſſum, & quale. Cap. XXII.

ARDVA profectò vertitur quæſtio, an ex prohibita alienatione bonorum,oriatur fideicommiſſum, & quale? Interdũ enim oriri non eſt ambigendum; Enimuerò,vel in caſu prohibitæ alienationis,hoc eſt ſub conditione,ſi alienauerit,vel in caſu mortis, ideſt,purè emanat; ſi in caſu prohibitionis, vel ſimpliciter prohibitiuum erit, vel pęnale,ſi pœnam etiã adiecerit teſtator;in caſu verò mortis,vel determinatum, vel indeterminatum
1 enaſcetur; quæ quidem omnia fideicommiſſi genera percurremus.† Huius autem quæſtionis vtilitas eſt maxima: nam ſi oritur fideicommiſſum,prohibitus non potuit res illas alicui hæredi non vocato ad fideicommiſſum relinquere; Quamobrem vt rem ipſam aggrediamur, ſatis conſtat ex Diui Veri, & Antonini Reſcripto [a] ,eos qui teſtamento vetant quid alienari, nec cauſam exprimunt propter quam id fieri velint, niſi inueniatur perſona, cuius reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitum ſit, nullius eſſe momenti ſcripturam,quaſi nudum præceptum reliquerint, vel quia talem legem in teſtamento non poſſint dice-
2 re.† Nuda itaque prohibitio alienandi,denudata inquam à cauſa, & à perſona cuius merito fit,vel tacita,vel expreſſa,non inducit fideicommiſſum.
3 Quare,ſi teſtator † ſibi hæredes inſtituerit,& prohibuerit ne alienent bona, vt ea conſeruentur in familia, nullum emergit fideicommiſsum, niſi in caſu factæ alienationis. Ratio eſt:nam ſi ſimpliciter prohibuiſſet alienari bona, & nihil præterea dixiſset,nudum fuiſset hoc præceptum,quo videretur pater conſuluiſse filijs,vtilius ſibi fore,ne diſtrahant bona, nec proinde cogerentur non diſtrahere; verùm,quia hoc præceptum parens inducit cauſa rationabili, vt bona conſeruentur poſteris in familia, iam cauſa, perſonaque veſtitum producit

fideicom-

fideicommiſsum, ſaltem in caſu alienationis, ut ſi quis bona; extra familiam ven
diderit, poſſint proximiores de familia ea petere, & vindicare, quod vtique taci
tum intelligitur ac tale, qualis fuerit ipſa prohibitio, vel ſimplex, vel pœna ali-
qua adiecta.

4 At ſi dixerit, † prohibeo ne Turris, vel Palatium à filijs meis diſtrahatur ex-
tra familiam, quoniam volo ea manere in familia, & agnatione mea, tunc reſur-
git ſimplex fideicommiſsum in caſu mortis, ſtabilitum, vt ad ipſum inducen-
dum nulla opus ſit præcedenti alienatione, duobus ſiquidem præcipuis modis
generatur fideicommiſsum: vel mortis ſcilicet, vel alienationis caſu, vt Soci-
nus [c], cæterique ita diſtinguentes arbitrati ſunt. Enimuerò, vt per gradus aſcen
damus, fas erit dicere, nudum præceptum de non alienando, nullum parere fi-
deicommiſsum, veſtitumve, ſiue concomitatum leuiori cauſa, vt puta, veto, ne
alienetis bona extra familiam, iam cępit generari fideicommiſſum, ſi tamen bo-
5 na fuerint extra familiam diſtracta. † Quod ſi pęnam adiecerit teſtator, pœnale
nuncupabitur, & legem pęnæ omnino inſequetur; quod ſi geminata, vel longè
maiori cauſa veſtita fuerint teſtantis præcepta, veluti, prohibeo, ne filij mei
alienent bona, quia volo ea conſeruari in familia & agnatione mea, producent
perfectum purumque fideicommiſsum de vno in alterum, nulla etiam facta
alienatione gradatim deuoluendum; hoc autem dupliciter contingere poteſt
3 determinatè ſcilicèt, & indeterminatè, vt infra declarabimus: † Quare Barto-
lus [d] aiebat, ſi in teſtamẽto quis dixerit, prohibeo bona vẽdi, & volo ea ad Caiũ
& Mæuiũ peruenire, illa minimè ad eos perueniant niſi prius ſpreto teſtatoris
mandato diſtracta fuerint, quin etiã ſi præceſſerit diſpoſitio prohibitiua, & alia
ſimplex ſubſequatur, intelligitur ſequens diſpoſitio cõditionalis, ſi cõtra prohi
bitionẽ quid factũ fuerit, quaſi hæc acceſſoria ſequatur naturam principalis, à
qua dependet, haud ſecùs atque interdum videmus prima ſubſtitutione facta
caduca, cæteras etiam corruere; Hinc Ruinus, [e] & reliqui, ſæpè conſuluerunt,
ex huiuſmodi ſequenti cauſa, quia voluit omnia eius bona perpetuò eſſe, ac
manere apud eius filios, ac eorum filios, & maſculos, non oriri ſimplex fideicõ
miſſum; quinimmò, conditionale, ſi ſpreto teſtatoris præcepto, bona vendita
fuerint, iuxta celebre Papiniani reſpõſum, in l. peto, §. fratre, de leg. 2. Fratre hę
rede inſtituto, ab eo petijt teſtator, ne domus alienaretur, ſed in familia relin-
queretur, quæſitum fuit, an omnes, qui in familia fuerint, fideicommiſſum pe-
tent? Papinianus reſpondit, ſi non paruerit frater hæres voluntati teſtatoris, ſed
domum alienauerit, vel inſtituto hærede extraneo deceſſerit, omnes qui in fa-
milia fuerint, fideicommiſſum petent, ergo hærede non alienante inter uiuen-
tes, nec hæredem extraneum inſtituente, agnati vel poſteri fideicommiſſum mi
7 nimè petent. † Identidem, ſi quis hæredes inſtituerit filios ſuos, & cuique eorũ
decedẽti ſine filijs, alios ſubſtituerit, vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſ-
ſum, ſuperſtites; deinde prohibuerit, ne bona ſua quouis modo, via, vel ratione,
alienari poſſint in extraneos, nec per vltimam voluntatem, nec per contractũ,
nec propter delictum, quoniam enixa eſt eius voluntas, bona ſua conſeruari in
filiis hæredibus, deſcendentibus, & in familia ſua, perpetuò, & in infinitum, te-
nuere Iuriſprudentes, quod ſi ſpirauerit fideicommiſſum, deficiente ſcilicet
conditione, vtputa, quia filius hæres deceſſit relicto filio, cætera quoque tan-
quam acceſſoria corruere, vſque adeò, vt ex prohibitione illa quam ampliſſi-
8 mis verbis celebrata, nullum poſſit ſuſtineri fideicommiſſum. † [f] Nec obſtat,
quod finis moueat agentem, quodque ratio illa finalis cauſarum omnium regi
na in iure ciuili, conſeruandi ſcilicèt nominis, debeat cæteris vti fortior, ac di-
gnior, ex mente teſtantis præferri, id enim verum vtique eſſet, ſi ratio, & cauſa
illa ſimpliciter poſita fuiſſet, non autem ſi referatur ad aliud, & ab eo depen-
deat;

deat; Enimuerò, tùm nec finis nomine digna, vtpotè, quæ eo vigente ad quòd refertur, vigeat eadem, eo autem deſtructo, corruat, præcepſq; ruat & ipſa; qua in re ingenioſos & cautos oportet Iuriſconſultos maturè perpendere, & ſtudioſè coniicere, hoc ne referatur ad illud vt acceſſorium ad principale, ex mẽte teſtantis emanatum, necne, alioqui ſummum ius, in ſummam iniuriam temerè conuerti intuebimur.

9 Stat ergo† Cõcluſio, præceptum teſtatoris, ne bona alienentur extra familiam eadem cauſa & perſona ſubſiſtente, non inducere fideicommiſſum; quod ſanè Diui Seueri, & Antonini Reſponſum propter cauſam & perſonam ſubauditam pluribus modis limitari ſolet.

10 Primò † Si cauſa tacitè fuerit ſubintellecta, vt in exemplo Cyni, & gloſſæ, in l.quoties ab omnibus, C.de fideicommiſſ. ſi quis turrim, arcem, vel caſtrum ſuum alienari vetuerit, nam tacitè ſubintelligitur, id factum fuiſſe ratione vtilitatis, vel affectionis,[g] propter agnationis & familiæ tutelam & conſeruationẽ; Idem iuris, ſi prohibuerit palatium diſtrahi, quoniam manibus pene proprijs, ſuiſque laboribus ædificari curauit; Vel ſi vetuerit, ne prædia quæ fuerunt maiorum ſuorum, diſtrahantur extra familiam: tunc enim prohibitio nuda iam veſtita cenſetur, perſona, nedum cauſa: perſona inquam agnatorum, ſiue poſterorum, quorum merito facta fuit.

11 Secundò, † limitatur. Vt nuda prohibitio valeat ſi odio inimici Titij, teſtans interdixerit bona alienari Titio, quamuis cauſa fuerit occulta, vt in l.codicilli, §.matre, de legat. 2. Identidem, ſi teſtator vetuerit prodigum vel hominem minus induſtrium ne alienet, l.Titio centum, in princip. de condit. & demonſt. vel ſi filio interdixerit quouſque expleuerit annos 20. propter ætatis imbecillitatem, hæc enim adiectio induit iuris pallio prohibitionem, alioqui nudam, & eã validam reddit.[h]

12 Tertiò. Si † prohibitio fiat ſub conditione, quæ loco cauſæ habeatur, exemplum. Si hæres meus Stichum alienauerit, Seius hæres eſto, l.4. in fine, de condit. inſtit. quòd maximè verum exiſtimatur,[i] ſi prohibitio vtilitatem, vel odiũ alterius magis quam prohibiti concernat.

13 Quartò. † Quando res animata prohibita fuerit alienari, vt ſeruus, vt vaſallus, nam ſeruum plurimum intereſt duriorem dominum experiri.[k]

14 Quintò. † Si interdixerit duobus vel pluribus hæredib. ne diſtrahant; enimuerò, inter eos viciſſim inductum videtur fideicommiſſum, quamuis nec alia ſubaudiatur cauſa: equidem ſi ita cauerit; Vellem bona mea alienari prohibita, ſemper manere firma, ſolida, ac ſtabilia penes prohibitos.[l]

15 Sextò † in bonis prohibitis alienari iure communi, permiſſis tamen eodem iure, aliquibus diſtrahi caſibus, vt, ſi Titius tradiderit fundum dotalem, & cauerit de eo non alienando, non poterit eum diſtrahere nec in caſibus conceſſis à lege Iulia de fundo dotali.[m]

A D C A P. X X I I.

a L. filiusfamiliàs, §.diui, de legat. 1.
b Socinus in l.qui Romæ, §.cohæredes, colum. 7. verſ. præterea prohib. vbi Bart. Bald. Caſtrenſ. Cumanus, & alij relati in Deciſ. Pedemont. 49. num. 13. & 14.
c Socinus in l.cognatis, num. 18. & ſequent. de rebus dub. & in d. §.cohæredes.
d Bartolus in l.pater, §.filiam, de legat. 3.
e Ruinus conſil. 89. num. 14. lib. 2. Alexan. in l.pater, §.filiam, de leg. 3.
f Decius conſil. 637. num. 7. Cephal. latè conſi. 544. num. 12. & ſequent. & d. deciſ. Pedemon. 49. num. 12.
g Gloſſ. in l.codicillis, §.inſtituto, de leg. 2.
h Bald. in l.quoties, C.de fideicom. nu. 4. Purpurat. conſi. 304. num. 8.

i Bar.& Bald.in l.cum ad præſens,ff.ſi cert. pet. Ruinus conſi. 187.nu.7.lib.2. Crotus in d.§. diui, num.6.
k Bart.in d.§.diui,in 3.oppoſit. Per l.generaliter,§.ſi petitum,de fideicommiſſ.libert.
l DD.in d.§.diui,per gloſſ.in l.codicillis,§.inſtituto,In verbo filijs,de legat.2.
m Soc.conſ.49.lib.1.Salic. in l.& quidem, de condict. ob cauſ. Bald.in d.l.quoties, Alex.& Iaſ. in d.§.Diui.

S V M M A R I A.

1 Limitationes ad l.Filiusfam.§.Diui,ff.de leg.1.vſque ad num.5.
2 Loco pœna ſuccedit nullitas actus.
6 Alienata parte bonorum, quæ prohibita fuerunt à teſtatore alienari, an fideicommiſſarius pro omnibus bonis agere poſſit, an verò pro parte tantum; quod pro parte affirmatur.
7 Prohibitus alienare an poſſit facere hæredem extraneum, qui ſucceſſurus ſit ab inteſtato. vide etiam ibi circa hoc cautelam.
8 Prohibitus alienare, poteſt vni de familia relinquere bona cui ſcilicet maluerit.
9 Prohibitus alienare, an poterit hoc facere denunciando hæredibus, ad quos ſpectat negotium, quod vult alienare, ſi ipſi hæredes nolint emere rem prohibitam alienari.

De fideicommiſſo ſimpliciter pœnali. Cap. XXIII.

HACTENVS de fideicommiſſo in caſu alienationis pertractauimus, qđ ēt ab aliquibus pœnale appellatur, eo quod in
1 pęnā alienātis res ſibi auffertur, & alteri acquiritur † nunc de fideicommiſſo ſimpliciter pęnali ſummatim aliqua dicamus, in quo ſcilicet pœnam poſuit teſtator quæ interdum inermem prohibitionem, ratione, & perſona armatam reddit, vt ſi præceſſerit alienatio inde oriatur fideicommiſſum; quamobrem hoc etiam modo iuris Interpretes limitant nudum illud præceptum Seueri, & Antonini, vt luculenter ſummo ſtudio, ſummaque vtilitate congeſſit, & cumulauit Petra Placentinus, in ſuo eruditiſſimo tractatu de fideicommiſſis ex prohibita alienatione reſultantibus.

Secundò limitatur; Si in teſtamento ita cautum fuerit (prohibeo bona mea alienari; quod ſi quis hæres meus diſtrahere auſus fuerit, nolo contractum,
2 vel huiuſmodi alienationē valere) tum valida reſurgit prohibitio † eo quod loco pœnæ cedat nullitas actus, vt in l.Codicillis,§.inſtituto,ff.de legat.2 Hæres meus domum meam ne vendito, neve creditoribus obligato, ſed ipſa permaneat in filijs, inque nepotibus per omne ęuum; Si quis autem ipſorum vel vendere, vel creditoribus obligare partem ſuam voluerit, id ei vt faciat, poteſtas eſto, dum cohæredi vendat, obligetve; ſi quis hanc iuſſionem aduerſus fecerit, quod ob pecuniam obligatur, inutile, & infirmum eſto. Hæc prohibitio, non eſt nuda à cauſa, nec à pęna, nam loco pœnæ eſt nullitas actus.[a] Nec teſtator poteſt contractum vel alienationem alterius nulla reddere niſi virtute, & forma fideicommiſſi[b], maximè verò, ſi id magis alterius commodo, & utilitati ceſſerit, quam prohibiti; Secundo excipitur, ſi alienantem damnauerit quinquaginta ſoluere aureos, hęc pœna[c] non inducit nudum pręceptum, ergo non oritur fideicommiſſum, nec in caſu alienationis.

3 Tertio; † Si in caſu alienationis vocauerit alterum etiam extraneum, exemplum. Si aduerſus voluntatem meam facere voluerint, fundum ad Mæuium,

vel ad

vel ad fiſcum peruenire volo [d]; Vel, Si Caius vendiderit, Sempronius ſuccedat,
non erit nudum præceptum, ſed potis eſt fideicommiſſum generare, l.4.§.vlti-
mo, de condit.inſtit.l.3.§.ſi quis legauerit, de adim.leg. clarius in l.pater filiũ,
§.Iulius Agrippa, de legat.3.

4 Quartò, † Si quis ex hæredibus meis quicquã alienauerit, is priuatus ſit om
nibus bonis meis, nudum præceptum, ac pœna priuationis munitum, veluti le-
gitima cauſa veſtitum pariet fideicommiſſum [c], quod in cohæredes peruenire
poterit, l.1.C.de his qui pœnæ nomi. niſi tamen conſtet [f] hanc pœnam filijs po
ſitam fuiſse ad terrorem potius, ne metu illius diſtrahant.

5 Quintò, † Si alienationis caſu Eccleſia fuerit ſubſtituta, aliuſve pius locus, pu
tant aliqui non videri veſtitam huiuſmodi prohibitionem, vtpotè, cum exiſti-
ment hanc pœnam adiectam fuiſse ad reprimendum animum hæredis, ne eius
timore audeat alienare, non autem vt Eccleſia ſuccedat [g], quod ab aliquibus ita
tẽperari ſolet, vt dãda ſit in integrum reſtitutio aduerſus pœnam [h]; verũ ſi non
paruerit, euidens erit animus incutiendi dumtaxat terroris, ſed hoc religionis
intuitu, valdè periculoſum fore mihi videtur.

6 Id autem † animaduertendum eſt, quod ſi alienare prohibitus rei partem di
ſtraxerit, pro ea quidem parte, & acceſſionibus fideicommiſsario competit rei
vendicatio, non autem pro tota re, vt reiecta Angeli opinione, firmauit Iaſon,
& conſuluit Ruinus [i]. Præterea, † quod prohibitus alienare extra familiam, po-
teſt ſibi facere hæredem extraneum à familia, eum ſcilicet, qui ſibi ſucceſsurus
eſset ab inteſtato [k], qualis erit filius filiæ eius cui interdicta fuerit aliena-
tio, adeo, vt poſſit iure communi per vltimam voluntatem bona extra familiam
diſtrahere, quia in eum neceſsaria fieri dicitur alienatio. l.voluntas, C.de fidei
commiſs.l.1.de fund.dot. Hac de cauſa, ne vrgeant hi cõtractus, neve animum
torqueant nimiæ Iuris ſubtilitates, cautionem inuenere Iuriſprudentes; vt ita
caueat teſtator; Veto bona mea extra familiam alienari, quoniam volo ea ſem-
per manere, & conſeruari per omne æuum penes meos deſcendentes, maſcu-
los, & agnatos, nam illi de familia proculdubio in bonis alienari prohibitis
cuilibet extraneo hæredi, etiam morienti ab inteſtato, præferentur. [l]

8 Quinetiam † conſiderandum eſt, prohibitum alienare extra familiam, non
modo poſse vt diximus relinquere bona legitimo hæredi, veluti filio filiæ pro-
hibiti, qui filius non eſt de familia, ſed etiam vni de familia, cui ipſe maluerit,
9 l.cum pater, §.cum inter, & §.ſequenti, de leg.2. † Quinimmò, requiſitis illis de
familia, vt emant, alioqui extraneis alienabit, ipſis emere nolentibus, exteris da
re poterit, quoniam illi tacitè videntur fideicommiſso renunciaſse, eo quia per
eum non ſtetit quin voluntatem teſtatoris obſeruauerit; igitur eo alienante, nõ
inducitur fideicommiſsum pœnale, iuxta opinionem Bartoli, Alexandri, & So
cini; & ex hac ſpecie oſtenditur fideicommiſsum non alienandi inductum etiã
in caſu mortis, ne ſcilicet ab inteſtato relinquatur legitimo extraneoque hære-
di ſucceſsuro; ſed propterea non inducitur fideicommiſsum reſtituendi bona
in caſu mortis, illis de familia; quæ ſanè ſententia, [m] ab alijs ea ratione recepta
fuit, qnod ſi extraneus ſuccedens ab inteſtato poteſt à prohibito alienare, inſti
tui, & ita prohibitio, per illam inſtitutionem irrita fieri potuit, etiam per hanc
denunciationem [k] ſubuerti poterit. Sed de his poſtea exactius ſermonem ha-
bebimus.

AD CAP. XXIII.

a Socin.conſi.227.col.4.vol.2.Ioann.Anan.conſ.47.num.8.Corn.conſ.258.col.penul.vol.1.Al-
ciat.75.num.4.Ruin.conſi.456.num.83.in 4.
b Decian.conſi.vlt.vol.1.

c Ripa,in d.§.diui,num.22.Ruin.conſi.110.nu.7.vol.2.Socin.inn.conſi.381.vol.4.
d Alb.conſ.57.num.10.in primo.Cęphal.conſ.331.num.5.Socin.conſi.43.num.5.vol.3.Decian. conſi.50.num.21.vol.1.
e Ruin.conſi.57.num.4.vol.5.Roland.à Valle,conſi.70.num.62. lib.3. Natta conſi.675.nu.15. contrarium Angelus reſpondit conſi.154.& Iaſon in d.§.Diui,in 8.limitatione.
f Alex.conſi.57.col.1.vol.2.
g Angel. inter conſilia Baldi, cõſi.219.Punctus,lib.4.Marzar.de fideicommiſſ.q.45.Cranet.conſil.103.
h Marza.d.quæſt.45.& de his limitationib. latè Petra de fideicommiſſ. q. 1. num.120. & Simon Pret.in 3.vltim.volunt.pagina 282.Crauet.conſi.103.
i Iaſon in l. ait prætor, in princ.de iureiur.Ruin.conſi.218. nu.12.& conſi.125. in fine, vol.2. Corn.in §.dini,num.49.
k L.cum pater,§.cum inter, vbi Bar.de legat.2.gloſſa in l.pater,;§.Iulius Agrippa,de legat.3. Iaſon in §.diui,teſtatur communem. Alex.conſi.56.lib.2.Socin. conſi.227. lib.2. Dilect. de arte teſtandi,tit.8.Caute.6.
l Bald.conſi.83. An prohibito.lib.2. Dec.conſi.23. col.2. & 181. & 635. Viſ.Corn. conſ.63. Antiquiſſima,col.16.Iaſon.conſi.4. Nicolaus,lib.1.
m DD.in l.qui Romæ,§.cohæredes,de verb.obligation.
n L.fin.§.fin. C.commu.de legat.Bart.& Alex.in d.§.diui,Roman.conſi.453. Dilect. & Simeon Preteus vt ſupra, vide in tota materia Pariſ.conſi.22.lib.3.Marzar.quæſt.43.Gabr.de fideicõmiſſ.concluſ.10.in l.filium,in princ.ad S.C.Trebell.

S V M M A R I A.

1 Formula varia fideicommiſſorum vſque ad num.15.
2 An inducatur fideicommiſſum per hac verba, prohibeo alienare bona mea extra familiam.
3 Et quid ſi dicat teſtator prohibeo alienari,& ita fiet,vt non exeant bona de familia mea.
4 Et an per hac verba,Interdico alienare, vt in familia relinquantur, inducatur fideicommiſſum.
5 Verbum relinquo eſt diſpoſitiuum vltima voluntatis.
6 Et an per hac verba prohibeo alienare, quia volo bona mea conſeruari in familia fideicommiſſum fiat.
Verbum volo eſt inductiuum fideicommiſſi.
7 Et quid ſi teſtator dicat,prohibeo alienari extra familiam,quia volo vt relinquantur,vel remaneant in familia.
8 Et quid ſi dicat,prohibeo alienari bona mea, quia volo perpetuo manere in familia, & nunquam exire de nomine meo.
9 Et quid ſi dicat, Ego vinculo,& vinculata eſſe volo bona mea, vel ego conditiono, & conditionata eſſe volo bona mea.
10 Quid ſi dicat,prohibeo filijs meis diuiſionem bonorum,quia volo eis,& eorum deſcendentibus perpetuò permanere.
11 Et quid ſi dicat,prohibeo alienare, quoniam volo ipſa eſſe prohibita, & ſemper in perpetuum permanere ac permeare in poſteros.
12 Et quid ſi prohibeat filijs ne poſſint condere teſtamentum vſque ad 25. annum expletum.
13 Dictio ſemper,idem importat quod perpetuò.
14 Dictiones,perpetuò, in infinitum, per omne æuum, idem reſonant.
15 Dictio,deſcendentes,fideicommiſſum inducit, & quid de multis alijs dictionibus ſit intelligendum,vide ibi.
16 An deficiente conditione fideicommiſſi,deficiat ipſum fideicommiſſum.
17 Differentia inter fideicommiſſum in caſu alienationis & fideicommiſſum in caſu mortis. latè digreditur vſque ad num. 22.
21 Ratio generalis non debet reſtringi à dicto.

De ſim-

De ſimplici, purove fideicommiſſo ex prohibita alienatione emergente. Cap. XXIIII.

NVDAM prohibitionem alienandi, nudumve præceptū
nullam parere obligationem, quin bona poſſint alienari,
veſtitum verò leuiori cauſa, vel ratione producere fidei-
cōmiſſum, vel in caſu purę alienationis, vel in caſu aliena
tionis pęna adiecta à teſtatore, ſed indutū potētiori cā,
generare ſimplex fideicōmiſsū, vel indeterminatū ſemel
deferēdū cui grauatus maluerit, vel ſimplex, ac ꝑpetuū
gradatim deuoluendū, vt nullo vnquam modo poſſint bona diſtrahi, iam in ſu-
1 perioribus oſtendimus, & nunc etiam apertè declarabimus; † Quoniam verò
ob varias verborum formulas, varij quoque in hoc ſimplici fideicommiſſo è te
nebris in lucem eruendo & pene contrarij inuicem habentur omnes iuris Inter
pretes, par eſt, vt has formulas diligenter ac maturè examinemus, ecce plures
formulas per gradus intenſiuos?
2 Prima † occurrit formula (Prohibeo alienari bona mea extra familiam) in
hac omnes [a] conueniunt, ex ea non induci huiuſmodi fideicommiſſum: nam il
la verba (extra familiam) cenſentur poſita gratia corroborandæ prohibitionis,
ne nudum remaneat præceptum, & vt fideicommiſſum oriatur in caſu aliena-
tionis tantum, ne plures operentur diuerſos effectus, quos nec iuſiurandum
producere poteſt, ratione eorum quæ in Authen. Sacramenta puberum, C. ſi
aduer. vendit.
3 Secunda. † (Prohibeo alienari, & ita fiet, vt non exeat de familia mea) hæc
non producit purum fideicommiſſum, quandoquidem, verba illa, (& ita fiet vt
non exeant de familia mea) ſunt verba enunciatiua, quę nihil diſponūt, l. ex his,
C. de teſtam. milit. quæque tendunt ad corroborandam duntaxat prohibitio-
nem, quæ ſola prohibitio non ſufficit ad generandum huiuſmodi fideicommiſ
ſum, l. Titia, Seio, §. Seia libertis, de leg. 2.
4 Tertia † ſpecies. (Ego interdico alienare vt in familia relinquantur) in qua
formula Bartolus, [b] Aretinus & reliqui, tenuerunt induci ſimplex fideicommiſ
ſum in caſu mortis; item prohibitum non poſſe alienare, nec requiſitis illis qui
dem de familia; quoniam verba illa, ēt enunciatiua, prolata per modū cauſæ, &
finis inducunt diſpoſitionem Bartolo auctore, diſſentientibus tamen Alexan-
dro [c], ac Socino, exiſtimantibus verba illa poſita fuiſſe ad confirmandam pro-
hibitionem, ne nuda frigeſceret, proindè, non poſſe aliud fideicommiſſum quā
in caſu alienationis edere, ne diuerſos operentur effectus, l. cum tale, §. finali, de
condit. & demonſtrat. d. Auth. Sacramenta puberum, ſecùs autem, ſi probata
fuiſſent ad introducendum fideicommiſſum, vt in l. vltima, C. de verb. ſignific.
& l. cum ita, §. finali, de leg. 2. Iccirco nonnulli arbitrari ſunt, Alexandri, Socini-
que opinionem ſuſtineri poſſe, ſi tamen verba illa ita reſonarent, vt bona ma-
neant in familia, vel conſeruentur in familia: ſecùs autem, ſi talia fuerint, vt bo-
5 na in familia relinquantur, † nam verbum illud, relinquantur, eſt diſpoſitiuum
vltimæ voluntatis, & multo plus operatur, quam verba illa, maneant, conſeruē-
tur, & ſic grauatus tenetur relinquere filijs vel deſcēdētibus, l. his verbis, de hæ
red. inſtit. §. vnum ex familia, de legat. 2. quin etiam duæ cenſentur diſpoſitio-
nes, nempè, quod illa verba, vt relinquantur in familia, implicent vnam prohi-
bitionem, ne bona alienentur, & amplius diſponant, vt in familia relinquantur,
ergo ſimplex erit fideicommiſsum; Sed vereor, ne non ſint ij ſubtiliores termi-
ni multum alieni à mente teſtatoris, vt nos confugere oporteat ad ſimilem

Cagnoli diſtinctionem, dum in quæſtione Compendioſæ ſubſtitutionis diſtinguebat; aut, facta eſt à Iuriſperito, aut ab ignaro(vtut ſeſe res habeat) quæſtio vtiq; erit voluntatis, idque maximè ſpectandum, quid ſenſerit ac intellexerit teſtator & Notarius.

Fideicommiſſum terminatum et indeterminatum.

Igitur non ab re exiſtimauit Ripa, [d] ex his verbis dari quidem fideicommiſſum indeterminatum, puta, vt grauatus poſſit cui maluerit de familia relinquere bona alienari extra familiam prohibita, propter energiam verbi, (relinquantur,) quod in vltimis voluntatibus ad diſponendum aptum, idoneumque videtur, d. l. vnum ex familia, §. 1. de lega. 2. non autem fideicommiſſum determinatum, quod ſcilicèt per gradus de vno in alterum inter deſcendentes deuoluatur, vt in l. filiusfamilias, § cum pater, de leg. 1. & in l. peto, §. fratre, de leg. 2. & in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de leg. 2. & in l. vltima, C. de verb. ſignif. in quibus tum indeterminatum, tum etiam terminatum legitur fideicommiſſum, iuxta varias verborum figuras.

6 Quarta. † Si teſtator prohibuerit bona alienari, quia vult ea conſeruari in familia, in hac formula Aretinus, & Socinus, ac reliqui exiſtimarunt induci purũ fideicommiſſum, [e] tum quia verbum, volo, [f] eſt idoneum & aptum vt inducat fideicommiſſum, tum quia ratio [g] poſita per modum diſpoſitionis, non regulatur à dicto, ſed dictum potius regitur à ratione.

7 Quinta. † Si prohibitio facta fuerit duabus perfectis diſpoſitionibus, in hũc modum, prohibeo alienari extra familiam, & volo vt relinquantur in familia, vel, quia volo vt in familia remaneant; Hinc Socinus, [h] Decius, & alij, tenent induci fideicommiſſum, quia prohibitio non alienandi extra familiam, eſt ſui natura veſtita abſque illis verbis(quia volo) l. voluntas, l. quoties, C. de fideicom. ergo illa verba(quia volo) debent quid amplius operari, & ſic fideicommiſſum, ne ſuperflua, & inania habeantur, l. ſi quando, de leg. 1. Cui tamen illationi occurrit Ripa, inquiens, ſatis operari cum impediant ne prohibitus poſſit diſtrahere, nec etiam requiſitis illis de familia, verum cum virtus ſit geminata, nil refert quod hoc, & fideicommiſſum quoque perfectius operentur.

8 Sexta. † Prohibeo alienare extra familiam, quia volo perpetuo manere in familia, & nunquam exire de nomine meo, ex hac vtique inducitur fideicommiſſum [i] longè facilius, & longè clarius quam in præcedenti ſpecie, quoniam duæ ſunt prægnantes diſpoſitiones, quarum prima eſt prohibitio plena, ac veſtita, propter verbum, (extra familiam), ſecunda fuit ſequens diſpoſitio perfecta, quia vult perpetuo manere in familia, & nunquam exire de nomine ſuo, quæ quidem fieri non poſſunt niſi per ſimplex, ac indeterminatum fideicommiſſum gradatim, in deſcendentes ſiue poſteros deferendum.

9 Septima † ſpecies viget in regno Neapolitano, vt ſi quis diceret: Ego vinculo, & vinculata volo eſſe omnia bona mea, quemadmodum apud Venetos, ego conditiono, & conditionata eſſe volo omnia bona mea, vt propria verborum ſuorum farragine utamur, inductum cenſetur fideicommiſſum, tum maximè propter communem vſum loquendi. [k]

10 Octaua. † Si prohibuerit filijs nè diuidant bona, quia vult eis & eorum deſcendentibus maſculis ea perpetuo, & ſemper permanere; vel quia vult eſſe communia filijs & ſucceſſoribus. [l]

11 Nona. † Si ampliſſimis, & clariſſimis verbis, ac vrgentibus vſus fuerit, veluti, prohibuit alienationem, quoniam voluit, ac iuſſit bona ipſa alienari prohibita ſemper, ac in perpetuum, peruenire, ac permanere in deſcendentes, poſteros, maſculos, de hærede in hæredem, de liberis, in liberos, in infinitum, & per omne æuum, erit porrò ſimplex fideicommiſſum. [m]

12 Decima. † Si pater filijs prohibuerit, ne poſſint teſtamentum facere, niſi ex-

pletis

pletis annis 25. vel ne poſſint diſponere ſine conſenſu Mævij, quod ſi interdicta fuerit alienatio vſque ad annos 25. prohibitus lapſo eo tẽpore videtur poſſe diſtrahere; [n] At ſi valuerit fideicommiſſum alia de cauſa, non obſtante illa prohibitione ad tempus, valebit etiam poſtea. [o] Nec licet à contrario ſenſu argumentari, prohibitus ad tempus alienare, poterit elapſo termino diſtrahere: neque.n. valet conſequentià, vt ad limites verborum pulchrè cõſuluit Decius.

Hoc igitur fideicommiſſum excitatur, reſurgit, vireſque maximas acquirit ab illis verbis, ſemper, perpetuò, in infinitum, per omne ęuum, inter deſcendentes, liberos, hæredes, de hærede in hæredem, de liberis in liberos, inter deſcendentes maſculos, de linea maſculina, ad fœmininam, & id genus multa.

13 Semper † enim dictio, idem ſecum affert, quod perpetuo; quare fideicommiſſum inducit duraturum ſine temporis meta. [p]

14 Perpetuò † etiam & in infinitum, & per omne ęuum, idem reſonant, & ęqui pollent, [q] quamuis perpetuum apud Latinos continuum quoque ſignificet, quæ tamen dictiones, adeò ſequuntur naturam [r] ſuæ ſubiectæ materiæ, vt ſi teſtator vocauerit proximiores, id eſt ſuccedentes ab inteſtato, intelliguntur vocati ſolummodò vſque ad decimum gradum, ſed de his tum poſtea.

15 Deſcendentium [s] † etiam nomen, & ſimilia, ſimplex ac perpetuum indicant fideicommiſſum, vt ſi dixerit, perueniant bona mea in deſcendentes, de deſcendente in deſcendentes, de hærede in hæredes, [t] de liberis in liberos, de maſculis in maſculos, [u] de gradu in gradum, cæteraque Homogenea, quo caſu Iuriſconſulti hæredem intelligunt, ſanguinis hæredem, non autem hæreditatis, & ſi deicommiſſum cum progreſſu infinito actiuè, & paſſiuè, hoc eſt quod ſint vocati ad fideicommiſſum, quodque ſint grauati id alijs reſtituere, & quo magis verba geminata, ampliatavè [x] fuerint, eo magis firmum, magiſque potens exoritur fideicommiſſum, idque tum maximè, cum verba in rem potius [y] quàm in perſonam fuerint directa, vt puta, q̃a nolo bona mea alienari poſſe, ſed ſemper in hæredibus, & deſcendentibus meis per omne æuum manere, idemque, ſi grauamen fuerit impoſitum ſub nomine appellatiuo hæredis, vt hæredibus, vel legatarijs.

16 In hoc autem fideicommiſſo, id maximè animaduertendum eſt, an deficiente conditione ipſum quoque corruat & deficiat, eſto igitur ſpecies huiuſmodi. Si filius meus deceſſerit ſine filijs, volo hæreditatem meam deferri ad fratrem meum, & ad eius deſcendentes, de hærede, in hæredem, in infinitum. Nam ſi conditio illa defecerit, hoc eſt, ſi filius filios generauerit, & perierit, eis ſuperſtitibus, quamuis poſtea moriantur, non extenditur fideicommiſſum, immò ea deficiente deficit [z], vocatique ad fideicommiſſum intelliguntur, etiam per vulgarem, vt quamplurimi cenſuerunt [a]; Quæ ſanè ſententia non admittitur, vbi coniecturis elicitur filios poſitos in conditione fuiſſe quoque vocatos ex diſpoſitione, [b] potiſſimum verò, quãdo bona teſtatoris non poſſunt perpetuò in poſteros peruenire, niſi etiam filij filiorum, & hæredes hæredum intelligantur etiam ipſi grauati: qua pulcherrima ratione nixus Ancharanus [c], ita conſuluit.

Præterea, omnia ſunt maturè conſideranda: nam interdum primus ſubſtitutus per Compendioſam & fideicommiſſariam admittitur, ſed ſuccedentes nomine collectiuo liberorum, vocati, ſuccedunt dumtaxat per vulgarem ſubſtitutionem, & ſimulac vnus per vulgarem fuerit admiſſus, ſpirat vulgaris, l. poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſt. & cæteri ſunt excluſi, utpotè, cum euanuerit fideicommiſſum, [d] ut ſupra quoque patefecimus.

17 Supereſt, vt differentias aliquas ſummæ utilitatis inueſtigemus, quæ inter fideicommiſſum in caſu alienationis, & fideicommiſſum in caſu mortis inueniri poſſunt.

Prima

Prima eſt, quod in fideicommiſſo de non alienando extra familiam, à filio grauato poteſt fieri donatio, & ſic alienatio ſorori ſuæ, l. uoluntas patris, C. de fideicom. ſequuntur Pariſius [e], alijque ſecùs in fideicommiſſo, uolo bona mea peruenire de deſcendente in deſcendentes maſculos in infinitum.

18 Secũda † de fideicommiſſo non alienando extra familiam, ſecundum multorum opinionem, non tamen ueriorem (ut ego arbitror) poteſt fieri alienatio per hæredis inſtitutionem; ut ſi quis inſtituat eum qui ſibi ſucceſſurus erat ab inteſtato, ut puta filium filiæ prohibiti alienari, ſic gloſsa [f], ſic interpretes credidere, & hoc modo res deducitur ad extraneos, contra expreſſam teſtatoris mentem, quæ tamen non poteſt diſtrahi, dato ſimplici fideicommiſſo, ſcilicèt in caſu mortis gradatim deuoluendo.

19 Tertiò, † fideicõmiſſum in caſu ſecutę alienationis, nempè fideicommiſſum ne bona exeant extra familiam Petri in quarto gradu, quartave generatione, Auth. de reſtit. fideicom. ubi Baldus, & Angelus, quod ab omnibus communiter eſt receptum, de quo abundè poſtea pertractabimus; At fideicommiſſum ſim plex in caſu mortis durat, ac protenditur perpetuo & in infinitum [g] de hęrede in hæredem, in linea maſculina, donec maſculi extiterint, iuxta notata in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de legat. 2. & in l. vltima, C. de verb. ſignif. & his duabus vltimis differentiis motus Socinus [h] ſenior, gloriatur ita conſuluiſſe in cauſa Mag. D. Alexandri de Bentiuolis, & acclamat hæc eſſe notanda, quoniam ſunt inquit quotidiana, & vtilia in praxi.

20 Quartò † ſi teſtator vetuerit bona alienari, quia voluit bona conſeruari perpetuò in familia; Articulus eſt valde controuerſus. Hinc afferri ſolent diſtinctiones; Aut verba illa (quia voluit bona conſeruari perpetuò in familia) fuerunt prolata diſpoſitiuè, aut enunciatiuè, primo caſu, generatur ſimplex fideicommiſſum, ſecundo minimè, vt ſupra etiam tetigimus; Item, ſi diſpoſitiuè fue

21 rint prolata, † ratio generalis non debet reſtringi à dicto, quemadmodum Ripa [i], Alciatus, aliique exiſtimarunt, quique locuti ſunt, quando prohibitio præcedens eſt nuda; at ſi præceſſerit veſtita, vtputà; Veto alienari extra familiã, tunc ſi ratio ſequatur, quia volo bona perpetuò conſeruari in agnatione mea, verior vtique ea eſt opinio, quod inde reſurgat ſimplex fideicommiſſum in caſu mortis, quæ diſtinctio tantoperè placuit Curtio [k] poſt Bartolum, Baldum, Socinum, & alios quoſque, vndique circunfertur etiam in deciſionibus Pedemontanis.

22 Præterea, † quando teſtator per modum rationis, uel cauſæ ſubiunxit, quia volo bona conſeruari in agnatione, vel familia, tum deniq; dubia magis redditur quæſtio, quoniam ratio reſpicit præcedentia præcepta, non alienandi, & connectitur illis, quare diſponunt; at ſi per viam diſpoſitionis longe facilius oritur purum fideicommiſſum, Curtio & Alciato audacter affirmantibus.[l]

Quod ſi poſt nudã prohibitionem ſequatur illico diſpoſitio pura, illa vtique ſequetur vt acceſſorium naturam præcedentis prohibitionis, quare non poterit non generare fideicommiſſum; at ſi ab ea dependeret, producet partim fideicommiſſum in caſu mortis per gradus deuoluendo ad ſenſa, & exempla Bartoli; [m] Veto ædificium alienari, ſed volo illud pertinere ad libertos meos, non poterant inquit Bartolus liberti vnquam habere fundum, niſi prius fuerit alienatus, quando enim præcedit diſpoſitio prohibitiua, puta, veto bona aliena ri, & alia ſequatur ſimplex, vt volo ea peruenire ad libertos, ſequens iſta diſpoſpoſitio per ſe ſimplex, relata ad præcedentem, intelligitur facta ſub conditione, ſi aduerſus prohibitionem quid factum fuerit, ſecus verò, ſi non ſtatim ſequatur, etſi non dependeat à prima, ad l. pater filium, & l. filiam, de legat. 3. & l. peto, §. fratre, de legat. 2. quæ ſanè omnia ſolida, ac vtiliſſima in iure ciuili

commu-

communiter [n] à Iuriſprudentibus recepta ſunt, quibus nixus, ego etiam in magna ac nobili cauſa Veronenſi ita conſului, & plures huius gymnaſij profeſſores ſubſcripſere.

AD CAP. XXIIII.

a DD.in l.qui Romæ,§.cohæredes,de verbor.oblig.& in l.filius hæres,§.diui,de legat.1. Socin. conſ.57.vol.3.Dec.conſi.23. Anton.Gabr.de fideicommiſſ.concluſ.9.nu.33. Craſſ.in §.in fideicom.q.5.

b Bart.Aret.& alij,in d.§.cohæredes.

c Alex.& Socin.inibi.Soc.conſ.227.lib.2.

d Ripa in d.§.Diui,num.121.& ſeq.

e Aret.& alij in d.§.cohæredes,Curt.conſ.40.Dec.conſ.20.Curt.iun.conſ.22.num.18. & conſ.197.num.23.Ruin.conſ.120.num.7.& 127.nu.13.& 134.num.16.vol.2. Bart.in d.§.cohæredes,nu.3.Roland.à Valle,conſ.23.num.22.lib.4.

f L.2.C.de legat.

g L.Regula,§.cum quis de iuris & facti ignor.

h Socin.& alij, in d.§.cohæredes.

i DD.in d.§.cohæredes,& d.§.Diui, Crauet.conſ.243. Bart.in l.demonſtratio,§.1. num.8.& 9.de condit.& demonſtr.Dec.conſ.23.num.4. & conſ.423.col.2. Socin conſ.57. num.5.lib.3. Gozad.conſ.102.num.5. Cephal.153. Crauet.13.num.10.Pariſ.18.num.48. & conſ.30.nu.22.& 40.num.4.lib.2.Curt.iun.conſ.43.colum.penult.Caſtrenſ. conſ.455.circa principium, libro 2.

k L.Labeo,de ſupellec.legat.l.librorum, §.quod tamen Caſſius,de legat.3.latè Bologn.in §.Diui, 25.& ſeqq.

l Ruin.Reſp.134.lib.2. Capra.conſi.126.Gozadin.conſ.52.nu.3.Dec.conſ.584.nu.7. Curt.iun.conſ 115.nu.4.& 5.& conſ.161.nu.16 & l.fin.§.Lucius,de leg.2.

m Vt ſupra littera,i,per Crauet.Bart.Dec.Socin.Cephal.Pariſ.Curt.& alios.

n Ruin.conſ.76.& 112.num.4.& 132.lib.2.

o Decius,conſ.386.nu.3.4.& ſeq.Ruin.conſ.117.nu.27.& 153.in fine, lib.2. Soc.iun.conſ.130.nu.6.lib.1.Marzar.de fideicom.par.2.quæſt.4. Zonch.in l.hæredes mei, §.cum ita,nu.679.ad S.C.Trebell.

p Pariſ.conſ.30.nu.24.& conſ.90.nu.28.& 29.& 92.nu.38.lib.2. Alex.conſ.23.nu.2.lib.2. Ruin.conſ.147.nu.12.lib.2.

q Bal.in l.fi.C.de falſ.cauſ.Ruin.conſ.117.nu.12.lib.2.Marzar.de fideicommiſ. par.2.q.14.Ripa, in d.§.Diui,num.119.Pariſ.conſ.22.num.38.lib.3.Bero.conſ.81.num.17.lib.2. Dilect.de arteſt tit.3.cautela 2.

r Alciat.conſ.72.num.12.lib.9.

ſ L.fi.C.de ſuis & legit.hæredib.§.1.Auth.de hæred.ab inteſt. Alex.conſ.56.lib.1. Dec.conſ.584.nu.8.Ruin.conſ.124.nu.2.& conſ.501.num.15.lib.2.Dilect.vt ſupra,Bero.conſ.87.nu.2.lib.2.Didac.lib.3.variar.reſolut.cap.5.verſ.ſecundum quando.

t Cuman.conſ.2.Dec.conſ.38.num.4.Pariſ.conſ.55.num.2.lib.2.& 18.nu.20.lib.3. Ruin.conſi.171.num.7.& conſ.18.num.20.lib.2.Roland.à Valle,conſ.23.lib.4.Grat.conſ.31.numer.20.lib.2.de maſculo in maſculum.Pariſ.conſ.53.num.18.& 25.lib.2.de vno in alterum. Ruin.conſ.158.num.2.lib.2.Bart.conſ.41.num.4.& conſ.83. num.13.in 2. De hærede ſanguinis. Socin.iun.conſ.188.num.6.7.& 14.lib.3.Dec.conſ.38.col.5.Aleiat.conſ.20.& 35.lib.9.Natta.conſ.531.num.31.de gradu in gradum.Bald.conſ.57.nu.4.lib.2.

u Vt ſupra litera præcedenti.

x L.Baliſta,vbi DD.ad Trebell.Corn.conſ.9.col.2.lib.2. Soc.conſ.249.libr.2 Dec.conſ.23. col.2.& 38.verſi.4.Pariſ.conſ.41.nu.39.& 63.nu.20.vol.2.Gozad.conſ.52.nu.2. Iaſon,conſ.4.nu.3.lib.1.Gabr.Rom.de fideicom.concluſ.9.nu.14.

y Bart.in l.peto,num.4.de leg.2.& in l.Titia, §.Seia,in fine,de leg.2.Bald.conſ.57.nu.4.in 2.Caſtrenſ.conſ.57.communem dicit,lib.1. Pariſ.conſ.37.nu.22.vol.2. Iaſon,conſ.23.nu.1.lib.3. Dec.conſ.182.nu.3.Pariſ.conſ.11.nu.43.vol.2.

z Alex.conſ.139.col.1.& 2.lib.6.Iaſ.conſ.228.par.2.Soc.conſ.72.col.2. & 3.lib.3. & conſ.167.nu.37.lib.1.Ruin.conſ.102.nu.2.& 13.lib.1.

d Ruin.d.conſ.102.nu.2.& 3.vol.1.Cuman.Caſtrenſ.& alii,in l.cum ita,§.in fideicom.de leg.2.& in l.Gallus,§.quidam recte,ff.de lib.& poſthum.

b Ruin.conſi.158.num.13.& conſil.124.num.4.lib.2. Gabr.Roman.de fideicommiſſ.concluſ.4.num.34.

c Anchar.conſ.152.Pulchra ſunt dubia, col.3.verſ.ſecundo deceſſit, Ruin.conſ.111.nu.15.lib.2. Natta,conſ.531.nu.300.& conſ.87.nu.13.

d Ruin d.conſ.102.nu.2.& 13.par.2.

e Sequitur Pariſ.conſ.35.num.5.lib.3.

f Iaſon in d.§.Diui,in repet.nu.134.135.ſecundum gloſſ. approbatam in l.pater, §.Iulius Agrippa,de leg.3.l.peto,§.fratre,l.eum pater,§.cum inter, de leg.2. vbi Dyn. Caſtr. Cum.& inibi Bart.in l.ſi ita quis,§.ea lege,de verb.oblig,communem teſtatur Barthol.Roman.in d.§.diui, num.92.
g Iuxta notata in l.eum ita,§.in fideicommiſſo,de leg.2 & in l.fi.C.de verb.ſignif.
h Socinus in l.qui Romæ,§.cohæredes,nu.18.de verb.oblig.
i Ripa,in d.§.Diui,circa fin.Socin.in d.§.cohæredes. Aleiat.in l.pater,§.fundum,de leg.3.
K Curt.conſ.167.poſt Barr.Bald.Socin.& alios.
l Alciat.conſ.102.num.4.& 25.lib.9.Curt.conſ.145.nu.10.
m Bart.in l.pater filium,§.filiam,de leg.3.& d.§.fratre.
n Ruin.conſ.59.nu.14.vol.1.Dec.conſ.217.num.14.& reliqui à nouiſſimis relati.

S V M M A R I A.

1 *Diſtinctio pulcherrima pro reſolutione quæſtionis poſita in tit.capitū.*
2 *Prohibitus alienare an poßit inſtituere illum hæredem qui ſibi ſucceſſurus eſt ab inteſtato,licèt non ſit de familia prohibentis.*
3 *Alienatio cenſetur facta à teſtatore ex cauſa neceſſaria non voluntaria.*
4 *Leges non patiuntur alicui ſine cauſa auferri liberam teſtandi facultatem.*
5 *Voluntas teſtatoris primum locum ſemper obtinere debet.*
6 *Fœmina vna ad feudum admiſſa,reliquæ deſcendentes cenſentur admiſſæ.*
7 *Bona Eccleſiaſtica poſſunt alienari pro redemptione captiuorum, niſi teſtator quæ ea eccleſiæ reliquit,aliter cauerit.*

An prohibitus alienare prohibeatur hæredem inſtituere.
Cap. XXV.

QVAE nos ſupra de prohibita alienatione pertractauimus
anſam quærendi Iuriſconſultis præbent an prohibitus alie
nare prohibeatur ne ēt hæredē inſtituere,quæ ſanè quæſtio
ſubtilis & vtilis apud eos celebratur,& maximum lumen af
fert fideicommiſſis emergentibus a prohibita alienatione.
1 †Ego verò methodo reſolutiua vſus cum alijs ita diſtin-
guam [a]; prohibitio aut temporalis eſt,aut perpetua; primo
caſu ſi ad tempus terminatum facta fuerit,communiter receptum eſt, prohibi-
tum poſſe per hæredis inſtitutionem alienare, nam cum interdicta ſibi fuerit
alienandi facultas donec vixerit,clarè patet ex mente teſtatoris non eſſe prohi
bitam poſt mortem,ad quod quidem tempus refertur hæredis inſtitutio [b],vt in
l.pater filium,§.fundum,de legat.3.quod Iacobus,& Dynus ſecuti ſunt; ſecun
do verò caſu quando facta fuerit tempore indefinitio ſubdiſtinguunt Interpre
tes:aut facta fuit cauſa,vel odio aliquarum tātum perſonarum,vt ſi vir rogaue-
rit vxorem ne quid poſt mortem relinquat fratribus ſuis, qui filium commu-
nem occiderūt,& grauiora fecerunt, valet prohibitio, vt in ſpecie l.codicilli,§.
matre,de legat.2.neque enim aufertur,ſed reſtringitur tantum ad eos ſolos te-
ſtandi vel inteſtandi facultas,quemadmodum valet legatum Seiæ,ſi neque Ti-
tio, neque Sæio, neque Mæuio nupſerit, enimuerò poteſt Seia alijs nube-
re, Caius in l.cum ita, de condit. & demonſtrat. Aut verò interdicta fuit alie-
natio familiæ gratia,quia teſtator dixit prohibeo bona mea alienari, quoniam
volo ea manere in familia mea nec exire de nomine meo, & eo caſu exiſtimant
communiter,prohibitum non poſſe extraneum aliquem remotum à ſua fami-
2 lia hæredem inſtituere,vt in l.peto.§.fratre,de legat.2. †ſed an poſſit hæredem
ſibi facere eum qui quidem non ſit de familia, ſed tamen ei ſucceſſurus ab inte

ſtato

ſtato, vt filia nupta, vt filius filiæ prohibiti, accerrimè contendunt Iuriſconſulti, & longo temporis ſpatio inoleuerat communis opinio ipſum potuiſſe eum ſibi facere hæredem cui ſucceſſurus erat ab inteſtato, quamuis de agnatione vel non eſſet, nitebantur

Primo per l.cum pater.§.cum inter,de legat.2.cũ inter libertos ad prędij legatum liberta quoque fuiſſet admiſſa quod patronus petijt vt de nomine familiæ non exiret,hæredem libertæ filium partem prædij quam mater accepit retinere viſum eſt:en filius libertæ non eſt de familia libertorum,attamen ad partem fideicommiſſi admittitur matri ſuæ deuolutam ea conditione ne exeat de familia libertorum,quod etiam ſenſit gloſſ.in l.peto, § fratre,de leg.2.

Addunt l.pater filium, §.Iulius Agrippa, de legat. 3.vbi etiam gloſſa, ſed in ea ſpecie nudum legitur præceptum.

3 Deinde inſurgunt ratione, † quod alienatio per teſtatorem videatur facta ex cauſa neceſſaria,non autem voluntaria, quæ differentia eſt recepta in l.peto,§.prædium,de legat.2.l.ex hoc dicto,§.alienat, de aliena.mut.iud.cau.fac. quæ ſanè teſtamenti factio cum ſit neceſſaria, & à iure gentium naturali pro-

4 manãs,vix à principe,vel à teſtatore impediri,nedum tolli poterit. † Nec leges patiuntur alicui ſine cauſa demi liberam teſtandi facultatem [c], ergo prohibitus alienare ex cauſa,nempè, vt ſentiunt omnes,voluntaria, poterit per teſtamentum diſtrahere,cum ſit cauſa neceſſaria, vtpotè, quæ ab alijs impediri non poteſt. Quam porrò diſtinctionem tot inſignes Iuriſconſulti,profitendo & conſulendo ſecuti ſunt Dinus, Bartolus, Cumanus, Imola, Alexander, Decius, & Curtius,quamque opinionem quamuis communem, duram tamen, & aſperam appellat Iaſon, & frequentem quoties prohibitus nullos filios maſculos, ſed filias ſuſceperit atque animo geſtit, ſecundum eam Patauij conſuluiſſe. Hanc plures ſecuti ſunt,quorum nomina Gabriel Romanus,& Bartholomeus Romuleus copioſè retulerunt,vt pluribus ab hinc annis vſque ad Angeli, Alexandri,Decij, & Iaſonis tempora communiter floruerit,à totaque turba Iuriſconſultorum fuerit recepta. [d]

Contrariam vero ſententiam, prohibitum alienare extra familiam non poſſe extraneis, nec etiam ſuccedentibus ab inteſtato ex cauſa teſtati quicquam relinquere,pluribus tum poſtea labentibus annis publicis in gymnaſijs enaſcentem & in iudicijs inoleſcentem vti veriorem clariſſimi Iuriſconſulti antiqui & nouiſſimi, amplexi ſunt [e], ac celebrarunt, ſeque ita ſemper iudicaturos polliciti ſunt, ò ſtudia iuris ciuilis, ò contrarias hominum opiniones, ò varias Iuriſprudentiæ viciſſitudines, vtinam verò quemadmodum cęli contrario motu cientur à primo motore, ipſi tamen in hoc ſemper conueniunt, vt Deo omnipotenti pareant,& mundum hunc inferiorem concordes ſuo lumine ſuoque motu à ſupremo rerum omnium opifice ſibi indito, conſeruant, ac moderantur, ita ex Doctorum opiniones, ex contrarijs iuris Oceani vndis refluẽtes,Iuriſprudentię nauem ad iuſtitiæ littora ſimul appellerent.

Primo mouẽtur ſolido iuris ciuilis principio;Huiuſmodi(inquiunt)eſt aper-

5 ta voluntas teſtantis,ne bona de familia exeant, † quæ primum locum vti regina poſſidet; [f] ſed enim,ſi filios filiorum ſucceſſuros ab inteſtato poſſet prohibitus hæredes ſcribere, vtique bona de nomine, vel familia eximeret, proinde inanis,eluſoria,ac irrita ſemper redderetur prohibitio, idque probatur in l.pater,§.Iulianus Agrippa,& in l.Lucius Titius,de legat. 3. vetuit Iulianus Agrippa primipilaris, ne prædium ſuburbanum, & ne domum maiorem eius hæredes pignorarent, aliove modo alienarent,verum extraneus hæres hæc bona potuit acquirere, quoniã nudum fuerat pręceptum,nudave prohibitio,ergo ſi munita validataq; fuiſset,alienus hæres à familia capere non potuiſset.

O 2 Secundo

Secundo probatur in l.peto,§.fratre de legat.2.fratre hęrede inſtituto petijt ne domus alienarętur.Sed vt in familia relinqueretur,ſi non paruerit hæres voluntati:ſed domum alienauerit,vel extero hærede inſtituto deceſserit omnes ſideicommiſsum petent,qui in familia fuerint,cum ergo exteri hæredes non poſſint capere bona alienari prohibita:ergo nec etiam hæredes ſucceſsuri ab inteſtato, quia Iuriſconſultus generaliter ac indiſtinctè loquitur, & omnem hęredem extraneum propellit.

Tertio probatur in d.l.peto, §.prædium, & in l.pater, §. fundum Titianum, de leg.3.vtrobiq; enim excluditur extraneus hæres ne poſſit huiuſmodi prohibita acquirere.

Quare ſi à Iuriſprudentiæ principijs Iuriſconſultum recedere nefas eſt, hanc profectò veriorem fatebimur, aduerſus quam nec vrgent oppoſita argumenta, nam

Ad primum reſpondetur, quod cum mater fuerit admiſsa inter libertas, &
6 facta capax,capaces etiam,& admiſsæ intelliguntur eius filiæ,† quemadmodũ ſi fœmina à principe admittatur ad feudum, fęminę quoque deſcendentes admiſsæ cenſentur; [g] Duarenus inſuper putat libertæ filiam eſse de familia impropriè tamen & latè ſumpto vocabulo,l.fin.C.de verb.ſignif. quod & Bartolo,& Cumano placuit Nam liberta nupſerat in familia,ergo filius etiam libere factus fuit de familia.[h]

Non obſtat ſecundum,quamuis enim lex permittat alienationem in aliquibus caſibus,propter aliquam neceſsariam cauſam,vt in auth. Res,quæ, C.com mun.de legat. attamen,ſi teſtator prohibuerit ne alienentur,non poterunt bo-
7 na nec ex cauſa illa neceſsaria diſtrahi,† ſic bona eccleſiaſtica,quæ propter captiuorum redemptionem pignorari,alienarique poſsunt,l.ſancimus.C.de epiſco.& cleric.attamen propter expreſsam,& enixam teſtatoris voluntatem non poterunt diſtrahi,[i] teſtator enim poteſt rebus ſuis legem imponere.

Nec obſtat inquam quod teſtandi facultas tanquam cauſa neceſsaria, non poſſit impediri à teſtatore; hæc ſi quidem negatur. Nam teſtator poteſt hæredi adimere facultatem teſtandi de rebus proprijs,quæ ipſi reliquit,l. qui filium in princip.ad S.C. Trebell.quin etiam lex prohibet hæredem interdictum alienare,poſse per hæredes inſtitutionem diſtrahere,d.l.peto,§.fratre, de leg.2.

Nec officit ſpecies l.ex hoc dicto,ibi ſiquidem ceſsat ratio edicti,& ideo ceſſat diſpoſitio eius, vt appellatione alienationis non contineatur hæredis inſtitutio,ad euitandam fraudem.

Quamobrem prohibitus allienare extra familiam, ut perpetuo bona conſeruentur in ea, non poterit vnquam, nec per teſtamentum alicui hæredi extraneo quicquam relinquere,quamuis fuiſset ei ab inteſtato ſucceſsurus,quæ ſanè ſententia magis conuenit voluntati teſtatoris, & principijs iuriſprudentiæ Cæſareæ.

Epilogus primi libri.

Fluxit igitur ex his cathena rerum magis vniuerſalium fideicõmiſſi hucuſque,fideicommiſſum enim eſt donatio quædam,vel ſingularis, vel vniuerſalis, tacita,vel expreſſa,pura,vel in diem,ſiue ſub conditione, varijs formulis ornata,maximè ſubſtitutione fideicommiſſaria Compendioſa, alijſque, clauſula codicillari,nominibus collectiuis, ex prohibita etiam alienatione reſurgens pœnalis in caſu alienationis,pœnalis etiam pœna adiecta à teſtatore,purè ex caſu mortis, indeterminatè cui vouerit,vel terminatè gradatim;& hic eſto epilogus rerum vniuerſalium primi libri.

A D C A P. X X V.

a Bart. Romul. in l. filiusfamil. §. Diui, num. 9. & ſeq. de legat. 1.

b L. 1. de teſtam. vbi interpretes.

c Bart. & alij in l. interdum, de cond. indeb. §. ſed naturalia, de iur. natur. gent. & ciui. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. l. leges verbis, de verb. ſignif. l. ex facto, in princip. de vulg. & pupil. l. fin. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. obligation.

d Bartol. Dyn. & Imola, in l. cum pater, §. cum inter de legat. 3. Alexand. conſ. 56. lib. 2. & conſ. 59. lib. 3. vbi teſtatur communem. Rom. 447. Curt. 63. Soc. 43. lib. 3. Socin. iun. 112. num. 11. lib. 1. Iaſon in d. §. diui; per gloſ. in l. pater, §. Iulianus Agrippa, de legat. 2. Angel. conſi. 7. & 57. Bart. Romul. in d. §. Diui, num. 9. & ſeq. qui reſpondet omnibus argumentis Angeli. Gabr. Rom. Com. concluſ. de fideicommiſſis, concluſ. 10. num 4. & 27. Caſtr. conſi. 447. vol. 1. Curt. ſen. 64. col. 16. ad 3. principale. Dec. 182. & 377. Ruin. 89. & 108. lib. 2. Zaſ. conſi. 4. lib. 1. & conſi. 120. Ruin. 150. col. penul. & conſ. 95. vol. 2.

e Petrus Parſienſis & Imola in d. l. peto, §. fratre, de leg. 2. Bal. & Salic. in l. ſi quis pater. §. certũ, C. de ſecundis nup. Fulgoſ. conſi. 117. Aret. in l. ventre, de acq. hæred. Soc. conſi. 43. lib. 3. Cro tus, Ripa, Alc. & alij, in d. §. Diui. Caſtrenſ. in l. ſi quis ita, §. ea lege, de verb. obligation. Salic. in l. ea lege, C. de cond. ob cauſ. Soc. 251, col. 4. & conſi. 43. col. 6, vol. 3. Gabr. Roman. & Romul. locis citatis.

f L. in conditionibus primum locum, de condi. & demon. l. leges verbis, de uerb. ſign. §. deinceps, Auth. de nup l. cũ verum, C. de fideic. l. 3. C. de lib. præter. l. fin. C. de neceſſar. hæred. inſti. ubi Baldus ſequitur mentem teſtatoris ut canis leporem.

g Anchar. Reſp. 304 1. & Romul. in § diui, num. 100.

h Romul. ut ſupra.

i L. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. & §. deinceps, auth. de nupt. cum uulgaribus.

Finis Libri Primi.

CAPITA QVAE IN HOC SECVNDO LIBRO CONTINENTVR.

QVI legare, qui fideicommiſsi onere grauari poſsint. Capnt I.
A quibus legata & fideicommiſſa relinqui poſsint, & à quibus relicta intelligantur. Cap. 2.
Fideicommiſum poſt mortem filij relictum vtrum à filio, an ab hærede relictum cenſeatur. Cap. 3.
Num appellatione filiorum veniant filiæ. Cap. 4.
Num appellatione filiorum veniant nepotes. Cap. 5.
An & quando filius ingrediatur locum patris. Cap. 6.
An filij fratrum patruo ſuccedant per ſtirpes, an verò per capita. Cap. 7.
De gradu extenſiuo & intenſiuo, & an fideicõmiſſum familiæ relictum excedat quartum gradum. Cap. 8.
An frater vtrinque coniunctus excludat vterinum & conſanguineum. Cap. 9.
Fideicommiſſum deſcendentibus, vel deſcendentibus maſculis relictum, quibuſnam debeatur. Cap. 10.
Fideicommiſſum relictum per virilem ſexum, per lineam maſculinam, à linea, vel de linea maſculina, an fœminis debeatur. Cap. 11.
An filia ſemel excluſa ſemper ſit excluſa. Cap. 12.
Vtrum plures ſimul inſtituti ac ſubſtituti intelligantur vocati ſimul & ſemel, an verò ſucceſsiuo ordine. Cap. 13.
Succeſsiuus Ordo quemadmodum accipiatur, an per vulgarem tantum, an verò per vulgarem & fideicommiſſariam, maximè in vocatis nomine collectiuo. Cap. 14.
Vtrum proximitas teſtatoris, an verò potius grauati ſpectanda ſit in ordine ſuccedendi ad fideicommiſſa. Cap. 15.
Legatorum prædicamenta. Cap. 16.
De Subſtantia legatorum & fideicommiſſorum. Cap. 17.
De Subſtantia legati vſusfructus. Cap. 18.
De Aeſtimatione, quæ ſuccedit loco rei ad ſubſtantiam legati. Cap. 19.
De Regula Catoniana ad legatorum ſubſtantiam. Cap. 20.
De Quantitate legatorum & fideicommiſsorum. Cap. 21.
De Qualitate legatorum & fideicommiſſorum. Cap. 22.
De Relatione legatorum, & de his quæ ad alterum. Cap. 23.
De loco Legatorum & fideicommiſſorum. Cap. 24.
De Tempore legatorum & fideicommiſsorum. Cap. 25.

EPITO-

EPITOMES LEGATORVM ET FIDEICOMMISSORVM METHODO AC RATIONE DIGESTÆ.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIA.

1 Qui teſtari poſſint, atque legare vſque ad num. 17.
2 Filiusfam. teſtari non poteſt etiam permittente patre.
3 Quando nutu poſſit legatum vel fideicommiſſum relinqui.
4 Teſtamentum factum tempore inhabili, non conualidatur propter aduentum temporis habilis, & quid in codicillis ſit, vide etiam ibi.
5 Filius non poteſt teſtari de peculio etiam patre permittente, & etiam ſi in peculio plenum habeat ius; ſecus in Caſtrenſi, et an poſſit donare permittente patre cauſa mortis, vide ibi, & an filia de dote aduentitia poſſit teſtari.
6 Stante ſtatuto, quod minor 25. annis teſtari non poſſit, an legare vel fideicommittere poſſit.
7 Qui teſtari non poteſt, legare, vel fideicommiſſum relinquere non poteſt.
8 Seruus factionem teſtamenti actiuam non habet, paſſiuam verò habet.
9 Deportatus neutram teſtamenti factionem obtinet, & quid in relegato, vide ibi.
10 An exules vel banniti habeant factionem aliquam teſtamenti.
11 Stante ſtatuto, quod contumaces habeantur pro conuictis, an exul poſſit nouas attentare probationes, vel damnatus à lege municipali, eo quia non potuerunt adeſſe.
12 Sententia lata ex priuilegiatis probat, licèt non tranſeat in rem iudicatam.
13 An condemnatus ad perpetuos carceres teſtari poſſit, & quid iuris ſit in infamibus, & fæneratoribus, vide ibi.
14 An clerici faciant teſtamentum, & de quibus bonis.
15 Monachi an poſſint teſtari; & qui illorum paſſiuam habeant teſtamenti factionem.
16 An filij naturales, vel ſpurij habeant facultatem teſtandi.
17 Et quid iuris ſit in prodigijs circa teſtamenta.
18 Qui poſſint fideicommiſſi onere grauari, vſque ad num. 25.
19 Regula, Quem non honoro nec onero, quomodo procedat.
20 Honorato filio vel ſeruo poteſt grauari eius pater, vel eius dominus.
21 Hæres hæredis honorati, an grauari poſſit, & quid in ſubſtitutis, vide ibidem.
22 Quid iuris ſit in ſuccedentibus ab inteſtato.
23 An executores teſtamenti, quibus nihil relictum ſit, poſſint grauari.

24 Et

24 Et an filius cui tantum legitima relicta eſt grauari poſsit.

25 An pater grauari poſsit honorato filio eius. Et quid iuris ſit in vſufructu.

26 Quando quis poſsit onerari plus dare, quam acceperit, pulcherrimè diſtinguendo proſequitur vſque ad finem capitis, ad nu. ſcilicet 36.

Qui legare, & qui fideicommiſsi onere grauari poſsint, & quatenus. Caput Primum.

1 POSTEA QVAM legatorum, ac fideicommiſſorum vniuerſalia pertractauimus, par eſt, vt propius ad intimam eorum materiam examinandam accedamus, † Iccircò prius nobis quærendum videtur, qui teſtari, legareque, & à quibus legari, ac fideicommitti poſſit; quamobrem lex 12. tabularum, ac lex ipſa Falcidia ante oculos nobis occurrunt, quibus ſancitum eſt, teſtandi facultatem Ciuibus Romanis tantum datam, & legum authoritate coanguſtatam fuiſſe; Ciues autem Romani hodie intelliguntur, quicunque iura hæc Romana in ſua patria receperunt, & ſecundum ea viuere ſtatuerunt; Præterea, teſtandi facultas nonnullis interdicta fuit, vel minimè eis conceſſa, tales ſunt filijfamiliâs, ſerui, deportati, exules, ſiue banniti, condemnati ad mortem, in carceres detruſi, infames, fœneratores, clerici, monachi, Filij naturales, & id genus alij.

2 Filiusfamiliâs † teſtamentum facere nō poteſt, nec patre quidem ei permittente, quoniā poteſtas hæc vt diximus publici iuris eſt, & prouenit à lege 12. tabularū, l. 3. l. qui in poteſtate parentis, ff. de teſtam. l. verbis legis. ff. de verbor. ſignif. & qui teſtari non poteſt, non poteſt etiam legare, nec fideicommittere, l.
3 2. de leg. 1. l. 1. de leg. 3. † Quamobrem, dum Iuriſconſultus ait in l. nutu, de legat. 3. nutu etiam relinqui fideicommiſſum poteſt, id cum exceptione intelligi debet, dummodò is qui nutu relinquit, loqui poſſit, quoniam mutus ius teſtan
4 di non habet, §. item ſurdus, quibus non eſt permiſſ. facere teſtam. † Quin etiā, vt quis vtiliter legare poſſit, ſpectandum eſt tempus quo legauit, quare ſi filius familiâs quid legauerit, & poſtea emancipatus aut aliter ſui iuris factus obierit, aut ſi legauerit deportatus, dein Principis indulgentia reſtitutus fuerit, eius teſtamentum ab initio nullum, nunquam poterit cōfirmari; quod probatur ex Regula Catoniana, & ex l. 2. de teſtam. ſecùs verò, ſi non in teſtamento, ſed in Codicillis legata fuerint relicta, l. qui ex liberis, §. vltimò, de bonor. poſſeſ. ſecund. tab. l. 3. de teſtam. quoniam Codicilli nullam deſiderant iuris ſolemnitatem, ſed in eis magis voluntas ſpectanda eſt; Filius igitur familiâs non poteſt
5 condere teſtamentum; † nec etiam eius patre permittente, quinimmò, nec etiam poterit de peculio aduentitio teſtari, quamuis pleno iure ad ipſum ſpectaret, vt ſentit gloſſ. & ſequuntur iuris Interpretes, [a] in d. l. qui in poteſtate, nullaque alia ratione niſi quod lege 12. tabul. filiusfamiliâs non eſt legitima perſona ad teſtandum, eadem ratione nec filia (vt inquit Iulius Clarus [b]) poterit de dote ſua aduentitia teſtari, cum ſit in poteſtate patris; ſed enim, filiusfamiliâs patre conſentiente cauſa mortis donare poteſt, l. tam his, ff. de donation. quin etiam de bonis Caſtrenſibus, vel quaſi, teſtandi legandique habet poteſtatem, qualem etiam aduocatum in ſalario quod à Clientibus acquiſiuit habere Iaſon[c] exiſtimauit; enimuerò, in his ſui iuris, non autem in patria poteſtate poſitus cenſetur, l. vltima, C. de inoffic. teſtamen.

6 Hinc inferunt ad quæſtionem, ſi lege municipali ſtatutum ſit, minorem viginti quinque annis teſtamentum facere non poſſe, nunquid poterit legare vel fideicommiſſum relinquere? Baldus [d] quem Cumanus alijque ſecuti ſunt, exiſtima-

ſtimauit hunc minorem legare ac fideicommittere poſſe, eo quod huiuſmodi ſtatutum ſit contrarium diſpoſitioni iuris communis, qua data eſt cuilibet pu beri teſtandi facultas: proindè ſtrictè intelligendum, vt nō extendatur ad alios caſus. Contrarium longè verius profeſſus eſt Bartolus [c] per Regulam, Qui teſtari non poteſt, nec legandi, nec fideicommittendi ius habet. Et eadem ratio viget in vtroque caſu, ne ſcilicet ob infirmum huiuſmodi ætatis conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidijs expoſitum, minores, bo nis ſuis periclitentur, quare Duarenus [f] decretum hoc valde fauorabile non au tem odioſum arbitratur.

8 Seruus † quoque teſtamentum facere non poteſt, quemadmodū nec filiuſfamiliàs, vterque tamen habet teſtamēti factionem paſſiuam, poſſunt enim vel ſibi vel alijs ex teſtamento acquirere, l. filiùsfamiliàs, & ſeruus, ff. de teſt. nam quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro mortuis habentur.

9 Deportatus † teſtamēti factionem nec actiuam, nec paſſiuam obtinet, vtpotè qui libertatē bona, & omnia, quæ iuris ciuilis ſunt, penitus amiſit, l. eius qui, §. 1. de teſtament.

Religioſus verò nullam teſtamenti factionem perdidit, quoniam libertatē, iuraque ciuilia retinet, d. l. eius qui.

10 Exules † ſiue Bāniti, ſi pœna capitali iuris communis condemnati fuerint, teſtamenti factione carebunt, quoniam iam ſerui pœnæ facti ſunt, ſecùs autem, ſi exulare dumtaxat coacti, vel pœna legis municipalis damnati, necdum

11 in carceres detruſi fuerint [g], † quamobrē ex his inferebat Curtius [h], quod ſi lege vel ſtatuto ciuitatis caueatur, cōtumaces haberi pro conuictis, & condem natis, ita vt criminaliter dānari poſſint, huiuſmodi condēnati, poterunt ſemper nouas attentare probationes ſibi à iudice deferendas, ad tuendam eorum innocentiam, quoniam ſententia contra eos lata, videtur promulgata, & confe-

12 cta priuilegiatis probationibus; † Verum iudicia ex priuilegiatis probationibus lata, nunquam tranſeunt in rem iudicatam, quin poſſint perpetuo ſuperuenientibus veris, & ordinarijs probationibus infringi, & reuocari; talis eſt ſententia lata ex corporis aſpectu, in l. minor 25. annis adito Præſide, ff. de minor. talis eſt quæ egregia corruſcat ſpecies in l. admonendi, ff. de iureiuran. Sed aduerſus hæc, multaque ſimilia, vnus reluctatur Franciſcus Aretinus [i] arbitratus ante criminalem ſententiam huiuſmodi probationes admitendas, verum poſt latum iudicium, neutiquam; Ego autem, in his conſuetudines forenſes conſulendas exiſtimauerim: Enimuerò, apud Venetos nunquam admittuntur probationes huiuſmodi aduerſus ſententiam criminalem per rei contumaciam latam, niſi merito ſupplicationis vel reſtitutionis in integrum impetrata à Principe, & à quadraginta Criminalibus iudicibus, non autem ab ipſo iudice ordinario.

13 Condemnati ad perpetuos carceres, iure ciuili non poſſunt fieri inteſtabiles, quoniam ea pœna iure Cæſareo imponi minimè poteſt; carcer etenim ad cuſtodiam, non ad pœnam inuentus fuit, l. aut damnum, §. ſolent, ff. de pœnis, l. incredibile, C. eod. iure autem Canonico huiuſmodi pœna vtique poſſunt rei puniri: enimuerò, eccleſiaſtici Iudices regulariter, vel nequeunt, vel nō ſolent ſententiam ſanguinis inferre, c. ſententiam ſanguinis, ne clerici vel monachi. [k]

Infames teſtari poſſunt, dummodò non ſint eius infamiæ damnati; propter quam à lege quis inteſtabilis fiat. [l]

Fœneratores propter vſuras teſtamentum facere non poſſunt, niſi præſtita cautione de reſtituendis vſuris, vt in c. quamquam, de vſuris in ſexto.

14 Clerici, quamuis Eccleſiam potius q̃ alium heredē facere teneantur, c. Epi-

ſcopus qui filios, 12. quæſt. id tamen conſilij potius quam præcepti ratione perſuaderi videtur: quare Clericus de bonis Eccleſiæ minimè, at de proprijs antequam clericus fieret, vtique teſtamentum facere poteſt; Idemque iuris in acquiſitis induſtria ac laboribus eorundem[m]. In dubio tamen, præſumuntur intuitu eccleſiæ acquiſita[n], De fructibus verò extantibus atque collectis de bonis Eccleſiæ, Clericus qui habet adminiſtrationem, quamdiu viuit & ſanus eſt, æquiparatur vſufructuario, quare hos donare moderatè poteſt; Dum verò ægritudine opprimitur, vſuario ſimilis exiſtit, ſolum igitur uſum obtinet; quo fit, vt de eis teſtari minimè poſſit, Clericus aūt qui nullam habet adminiſtrationem, ſed eius perſona fuit ſimpliciter eo beneficio donata, æquiparatur vſufructuario, proin fructus facit ſuos, ac de eis poſt mortem teſtandi facultatem ex magis recipta communique Canoniſtarum opinione, habet.[o]

15 Monachi quoque poſt exactam eorum profeſſionem inteſtabiles facti ſunt, vtpotè, qui rerum ſuarum dominium tum denique amiſerunt, idque vel Monaſterio, ſi capax fuerit, vel ſuccedentibus ab inteſtato confeſtim acquiſitum intelligitur[p]. Verum enimuerò priuſquam religionem ingrediantur, poſſunt vtique teſtari. Iccirco, ſi quiſpiam teſtamentum fecerit, nec de ipſa Religione quicquam cogitauerit, quemadmodum poſthumi natiuitate rumpuntur tabulæ paternæ, ſic huiuſmodi elogium limine vel ingreſſu religionis frangitur, ſi non modo ſe ipſum, ſed etiam omnia bona ſua cœnobio donauerit ac dicauerit, at ſi ab initio religionem animo reputauerit ac reuoluerit, eius teſtamentum ſuſtinebitur, etiam ſi nihil Eccleſijs fuerit relictum[q] alijs tamen reclamantibus. Poſſunt nihilominus monachi ex teſtamento capere, non vt ſibi, ſed vt Eccleſiæ acquirant, exceptis tamen Fratribus Minoribus mendicantibus, qui nec proprio, nec communi iure, quicquam ex teſtamento capere poſſunt, Clementina, Exiui de Paradiſo, de verb. ſignificat. in 6.

16 Filij naturales, & ſpurij, habent teſtamenti factionem actiuam & paſſiuam, ita tamen, vt non poſſint capere ex teſtamento, niſi ſeruata forma legis Auth. Licèt. C. de natural. liber. Hinc dicimus, patrem filio ſpurio nato ex damnato coitu, nihil poſſe relinquere niſi alimentorum occaſione: quod ſi quid vltrà ei reliquerit, non auſertur vt indigno, nec applicatur Fiſco, at deuoluitur ad ſuccedentes ab inteſtato. Quamuis igitur parēs nequeat filium ſpurium hæredem inſtituere, poterit tñ filios filij & ſic nepotes hæredes facere, tum, quia in eis nō peccauit, tum quia iam ceſſauit macula natalium, id tamen filij contemplatione facere minimè debet; Cæterum, ſi auus legitimam habuerit ſobolem, non poterit nepoti plus relinquere, quam legare potuiſſet ipſi filio ſpurio eius pater, poſſunt tamen naturales ſpurijque à quocunque alio plenè ex teſtamento capere[r], filius verò naturalis ex non dānato coitu genitūs, patri pro duabus oncijs, ſexta nempè totius hæreditatis portione ab inteſtato ſuccedit, tribus tamen concurrentibus, de quibus in Auth. Quib. mod. natur. effic. ſui, §. ſi quis autem defunctus, & §. hoc ipſo cuſtodiendo, & Auth. Licèt, C. de naturalib. & gl. in l. penult. ff. de concubin.

17 Prodigi denique, antequam ſit eis interdicta bonorum adminiſtratio, non aūt poſtea poſſunt teſtamentum facere, gloſſ. & omnes, & l. is cui lege, ff. de teſtamentis.[ſ]

Ex his pateſcit iam nonnullos inteſtabiles fieri, ætate, poteſtate, vel patria vel dominica, crimine, Religione, ac natalium macula, cæteroſque omnes ius habere legandi qui teſtari poſſunt.

18 Hactenus qui legare poſſint declarauimus, nempè, eos qui teſtari poſſunt, par eſt nunc videamus, quinam poſſint onere fideicommiſſi grauari, & quatenus; Idcirco occurrit nobis Regula Iuris; Qui non fuerint honorati, non poterunt

19 runt ex cauſa teſtati, vel inteſtati à nobis grauari. † Enimuerò quem non honoro grauare non poſſum [t], quam ſanè regulam tum demum Aretinus procedere arbitratus eſt, cum quis rem dare oneratur, quæ non fuerit teſtatoris, ſecùs autem, ſi quid hæreditatis dare grauatus fuerit, propter ſimpathiam, vel connexionem, quam huiuſmodi legata habent cum hæreditate, vel peculio; Quare ſi filius de hæreditate, ſi ſeruus de peculio dare iuſſi fuerint, intelliguntur ille hæres, iſte verò dominus peculij eſſe factus, l. in ſuis, de liber. & poſth. l. denique, §. interdum, de pecul. legat. eandemq; regulã, in pecuniario commodo non in alijs (vt onus oneri ſimile ſit) verum eſſe Interpretes profitentur, nam ſi quis ſeruum manumiſerit, & ſic eum maximo libertatis commodo affecerit, & honeſtauerit, non propterea poterit, eum quamuis honoratum fideicommiſſi onere grauare, nec ita iubere: quia te manumiſi, volo vt moriens reddas bona tua Titio [u]; onerantur itaque omnes hi, quibus aliquid datum fuerit, l. quidam, §. vltimo, de legat. 3.
20 † Item ij, quibus per alios acquiritur [x] vt dominus, cui per ſeruum, vt pater, cui filium, nam ſi ligauerim ſeruo, vel filio, vtique dominum, vel patrem grauare potero; quandoquidem, vel tacito teſtatoris iudicio honorati cenſentur, vt in l. cum filiofamiliàs, ff. de legat. 1.
21 † ſic etiam hæres hæredis generali vel appellatiuo hæredis nomine onerari poterit, hæres enim vel legatarius neceſſariò habiturus eſt hæredem, gloſ. in l. ſed etſi ſic, in fine, de legat. 3. e conuerſo, hæres hæredis, vel legatarij nomine proprio grauari non poteſt, veluti Mæuio hærede inſtituto, ſi teſtator ita cauerit, ſi Seius fuerit hæres Mæuij, decem Caio dato, nam ſi Seius Mæuij hæreditatem adierit, non tenebitur decem Caio dare, quandoquidem, Seius non ſucceſſit in ea hęreditate ex iudicio teſtatoris, ſed ex fortuna potius; Quare diligenter animaduertendum erit, an grauamen directo ſit iniunctum in perſona legatarij, an verò potius in rem, nam ſi hæres hæredis grauatus fuerit, magis videntur grauata bona quam ipſa, vt ſi in genere quilibet ſucceſſurus ab inteſtato oneratus fuerit; at ſi grauetur ſub nomine hæredis proprio, veluti, Si Caius filius tuus hæres fuerit, decem dabit, valdè contendunt Interpretes; Sed tutius erit, ſtabilire & inſequi Regulam, Hæredes eorum quibus aliquid datur, grauari poſſunt, dummodo non fortuito, ſed certa teſtatoris voluntate hæredes extiterint; Idem iuris in ſubſtitutis obſeruandum vtique erit: nam à ſubſtitu-
22 to legari poteſt, niſi ſit exhæredati filij ſubſtitutus. † Idemque in ſuccedentibus ab inteſtato, eo quod non adimendo eis hæreditatem, videatur teſtator illis tacitè eam relinquere, l. 1. §. ſciendum, de legat. 3. ita tamen, vt ſi legatum fuerit nominatim non ſimpliciter ab eo qui primo gradu ab inteſtato venturus erat, non debeatur ab altero qui in ſecundo ſit gradu, ſi ad eum hæreditas peruenerit: quin etiam, ſi quiſpiam non ſeruatis ſolemnitatibus ſaltem coram quinque teſtibus dixerit, bona ſua, vel ſuam hæreditatem, Mæuio relinquere, cum ea diſpoſitio valere nequeat vt teſtamentum, id porrò ſuſtinebitur in cauſa inteſtati, quare venientes ab inteſtato cogi poterunt retenta Trebelliana reſtituere Mæuio hæreditatem.

23 Poſſunt inſuper grauari executores etiam teſtamenti, vt huic, vel illi aliquid dent, quamuis eis nihil fuerit [y] relictum, quod tamen miniſterium potius quã onus nonnulli appellare cõſueuerunt, tutores etiam licèt non honorati onera tamen tutelæ ſubire coguntur [z], id ſuadente publica pupillorum vtilitate.

24 Recedimus quoque à Regula, † quando filius fuerit in legitima tantum inſtitutus, vtpotè, quę nec onus, nec diem, nec cõditionem ullã recipere queat, l. quoniam in prioribus, l. ſcimus, §. cum autem, C. de inoffic. teſtam. an verò potius dicemus nos non recedere à Regula cum pater in legitima nõ dicatur honorare filium, ea ſiquidem ſibi debetur à lege, & à ſanguine.

25 Quod ſi filius †fuerit hæres iuſtitutus, & pater grauatus reſtituere filio, vtrum valeat hoc fideicommiſſum, quærunt Iuriſprudentes, diſtinguenduṁq; exiſtimant [a], ſit ne profectitium, an verò aduentitium: nam ſi hæc fuerint bona profectitia, ſuſtinebitur fideicommiſſum, vtpotè delatum in tempus exiſtentiæ ſui hæredis, quod alioqui valere nequiret, cum proprietas acquiratur patri; ſin autem fuerint bona aduentitia non poterit vtique pater grauari, quoniam hodie proprietas remanet penes filium, nec tranſit in patrem, ergo pater non eſt honoratus, ergo nec grauatus [h], per Regulam, Quem non honoro, non grauo.

In vſufructu verò pater fideicommiſſo grauari poteſt, quia patri quæritur vſusfructus, & delatum cenſetur fideicommiſſum in tempus exiſtentiæ ſui hæredis vt ipſi fructus vel eorum æſtimatio veniat reſtituenda [c], reclamantibus Caſtrenſe, Aretino, Socino, alijſque [d], quoniam grauando præſumitur teſtator prohibere ne acquiratur patri; ſed Alexandri opinio longè æquior aliquibus viſa eſt; Denique fideicommiſſum à patre relictum in profectitijs ſumit vires à perſona patris, [e] ita, vt pater grauatus filio reſtituere, detrahat quartam Trebellianam; in aduentitijs autem grauatus extraneo tenetur, vt adminiſtrator filij.

26 Quamuis autem vt plurimum nullus poſſit operari plus dare quàm à teſtatore acceperit, l. ſi filiusfamiliàs, §. apud Marcellum, de legat. 1. & §. poteſt, de ſing. reb. per fideicom. relict. l. ab eo, C. de fideicom. l. cum pater, §. Titio, de legat. 2. ſunt tamen nonnulli egregij caſus [f], quibus per vtiliſſimas diſtinctiones hæres vel legatarius multo plus grauari poterit quam acceperit.

27 Prima eſt diſtinctio; Hæres ſiue legatarius, vel grauatus fuit à teſtatore dare rem ſuam, vel alienam; Primo caſu, grauari poterit multo plus dare quam acceperit, l. Imperator, §. ſi certum, de legat. 2. l. ſed ſi cum ſeruus, ff. ad leg. Falcid. quoniam facilius oneratur quis rem ſuam reſtituere quàm alienam quam non poſſidet neque habet; ſic, ſi area legata fuerit, & ſuper eam poſtea domus fuerit à teſtatore ædificata, augetur vtique legatum: nam ædificium cędit ſolo, ſecùs ſi area teſtatoris non eſſet, ſed aliena, quandoquidem, hæres longè faciliùs videatur grauatus rem dare quę ſit in bonis teſtatoris, quam alienam, quę non eſt penes ipſum. [g]

28 Secunda; Aut hæres ſiue legatarius agnoſcendo legatum, vòluit tacitus ſubire maiora onera & maiori grauabitur incommodo; Aut noluit tam grauia ſubire, & nullo modo onerabitur. En, teſtator rogauit Titium hęredem ſuum, dare Mæuio ſpeciem, vel fundum proprium ipſius Titij, pluris valentem; porrò, agnoſcendo hæreditatem, vel legatum ſibi relictum, tenebitur fundum ſuũ Mæuio dare, & ſic maiori incommodo potuit grauari, totaque culpa ſibimet ipſi adſcribēda erit: [h] quemadmodum in pluribus etiam homogeneis caſibus idem iuris eſſe ſentiunt Cynus, Bartolus, Baldus, Albericus, Cumanus, & Caſtrenſis; At ſi grauatus fuerit rem alienam dare, in ſpecie redimēda plus ſoluere non tenebitur, vt ſuprà diximus, quam ſibi fuerit relictum, quamuis etiam agnouiſſet.

29 Tertia diſtinctio; Vel maiora onera inſunt rei legatæ ex natura rei, vel minora; Primo caſu hæres, vel legatarius vterque agnoſcendo tacitè videntur voluiſſe ſubire onera ea, quamuis maiora, [i] vtputà, quæ inſunt peculio legato, quæ adhærent menſæ Epiſcopali, ac ſimilibus; Identidem, ſi legatum fuerit alternatiuè relictum, vtputà, lego Mæuio fundum, vel Tuſculanum, vel [k] Campanum, quid enim ſi pinguiorem reliquerit, & magis ſterilem elegerit teſtator; Itidem, fundum aureis centum dignum Titio legauit, ſi ducētos aureos Caio dediſſet, an non tenebitur ad maiora onera ſi legatum ſponte agnoſcere voluerit? [l]

Quarta

30 Quarta † quoq; ſuccedit huiuſmodi; Aut in diuiſione facta à patre filiis ſuis agitur de re patris, aut de re filiorum; primo caſu pater poterit onus imponere, ſecundo minimè; Ecce parens donauit bona filiis ſuis, eaq; ſingulis diuiſit, fingamus huiuſmodi donationem inter viuos nullius fuiſſe momēti, ſed ob patriam poteſtatem, inſinuationem, aliamve ob cauſam, infirmam ac irritam extitiſſe, [m] vel quia bona filiis non fuerint irreuocabiliter acquiſita, vel quia ſimplex illa diuiſio ſpeciem magis vltimæ voluntatis, quam contractus figurā præſeferat, [n] poterit vtique onus à patre iniunctum ſuſtineri; ſin verò firma ac irreuocabilis iuramento, aliave ex cauſa fuiſſet ea donatio, onus impoſitum minimè ſuſtineri poſſet, [o] quaſi in re filii veluti aliena indictum.

31 Quinto † præterea loco; Aut dos ſumitur vti legatum, aut accipitur vti dos ſiue legitima; [p] ſi vti legatum, porrò mulier habens dotem poteſtatemque de ea teſtandi, poterit eam quo voluerit onere alteri legare, haud ſecùs & cætera legata variis oneribus ſubiiciuntur: quid enim, ſi quis mulieri eo onere dotem reliquerit, vt eam poſt mortem ſuam alteri reſtituat, an non merum hoc legatū exiſtimabitur? an non potuit hoc fideicommiſſi onere grauari? vtique quidem. Idemque ſi pater filiæ vel nepti dotem dederit, eamque rogauerit poſt mortē reſtituere, pro quantitate qua legatum exceſſerit legitimam, id onus ſuſtinebitur: pro ea verò parte, qua debetur legitima, ſatis omnibus conſtat nullum annum, nullam diem, nullamq; conditionem iniungi vnquam potuiſſe, l.quoniā in prioribus, l.ſcimus, §.cum autem, C.de inoffic.teſtam. ergo fideicommiſſum & onus particulare pro dote firmum & validum, vniuerſale verò infirmum & caducum habebitur.

32 Sextò, † Legitima vel debetur ex pupillari ſubſtitutione, vel ex non pupillari, primo caſu ſemper grauari poterit, ſecundò minimè, ad l.Papinianus, §.ſed neque impuberis, de inoffic.teſtamen. quod latiùs in poſterioribus pertractabimus.

33 Septimò; † Aut dos ex ſtipulatu patri dotanti, & eius hæredibus reſtituenda venit, & filia tunc poterit in ea grauari, nam in legitima huiuſmodi dos minimè imputanda eſſet, aut reſtituenda veniet filiæ, & hæredibus ſuis, & non poterit tanquam in re propria filia grauari. [q]

34 Octauò; † Aut dos ſtatutaria conuerſa eſt in proprium patrimonium mulieris, & pater non poterit in ea onus aliquod conſtituere, quoniam rem alienam grauaret; Aut non eſt effecta proprium patrimonium mulieris, & tunc pater dotem tanquam rem ſuam onerare poterit. [r] Exempli gratia; Statuta excludunt fœminas a ſucceſſione parentum & agnatorum ab inteſtato, & admittūt maſculos, fœminis dotes præſeruādo: ſi filia nupta tempore obitus paterni, & dotem conſecuta, ex teſtamento fuerit grauata, tale onus omninò erit reiiciendum, dos etenim iam tum cōuerſa fuerat in proprium mulieris patrimonium, & deſierat eſſe in bonis paternis; Aut in fideicommiſſo non veniunt bona aliena, ac parens vigore ſtatuti videtur potius extranei perſonam præſeferre.

35 Nona; † Si conſtitutio patris excluſis fœminis maſculos admittat, & iubeat eas dotare ſub conditione ſi nupſerint, ita vt fœmina per hanc conſtitutionē excluſa, ab inteſtato intelligatur etiam excluſa in legitima ante diem nuptiarum, pater vtique poterit ei ſic decedenti, antequam nubat fideicommiſſariam ſubſtitutionem facere: nam huiuſmodi legatum non ſuccedit loco legitimæ, & prius quàm nubat factum eſt conditionale, & ideò intrāſmiſſibile ad hæredes; In qua ſanè hypotheſi diligenter conſideranda erunt verba Conſtitutionis, ac punctus difficultatis, an ſcilicèt hæc dos effecta ſit patrimonium mulieris, & ſubrogata loco legitimæ, ne contraria videantur reſponſa Cumani, Caſtrenſ. [f] Bruni, Riminaldi, & aliorum.

Decimò.

36 Decimò;† Si ſtatuto caueatur, fœminas cõtentas eſſe debere dote ſibi à patre conſtituta, quo modo, queve forma in teſtamento iuſſerit pater vel auus, onus iniunctum ſuſtinebitur,[t] ita indulgente ſtatuto; Et ita vera recipitur Cumani, & Caſtrenſis opinio ſuperius relata, dotem grauari poſſe; At ſi mentionem fecerit ſtatutum de legitima vel congrua dote, & ne quid vltrà de bonis paternis, maternis, vel auitis fœminæ petere poſſint, dos debebitur loco legitimæ, & quandoque maior legitima, vt ſtatuentibus placuerit, et ad hæredes antequam nubant tranſmitti poterit. Non poterit igitur in tali dote fœmina onerari, nec in ea quantitate Legitimam excedente.[u] Maturè itaque omnia examinanda, ſumma cum vtilitate veniunt, an id relictum à teſtatore naturam magis legati, quã dotis & legitimæ redoleat, an id oneris in re ſua, an verò potius in aliena poſitum fuerit, nec ne, vt per has egregias diſtinctiones, innumeras propemodum quæſtiones iure ciuili reſoluere valeamus.

AD CAP. I.

a Gloſſ.in l.qui in poteſtate, de teſtam. vbi Aret. & alij, & Alex.in l.ſenium, nu.6. C.qui teſtam. fac.poſſ. Iulius Clarus, qui plures adducit, in §.teſtamentum, q.18.
b Iulius Clarus in d.q.18. & Alex.in d.l.ſenium.
c Iaſon in l.vlt.C de inoffic.teſtam.
d Bald.in l.fin.C.de teſtam.
e Bart.in l.ſciendum, vbi Socin. & in l.Senium, C. de teſtam.
f Duar.ad l.2.de legat.1.
g Iul.Clar.in §.teſtam.q.19. & 20.
h Curt.in l.admonendi, num.19.de iureiuran.
i Aretin.conſ.147. Viſa conſultatione.
K Clar.quæſt.23.
l Bart.in l.is cui, §.ſi ob carmen, de teſtam. & in Rub.Clar.q.25.
m Corn.conſ.314 A.lib.3.
n Andreas in c.3.de teſtam. Socin.conſ.91.nu.1.vol.3. Corn.conſ.88.R.vol.2.
o Iul.Clar.in §.teſtamentum, quæſt.27.
p Bart.in Auth.Si qua mulier, C.de ſacroſanct.eccleſ. Dec.conſ.21.nu.3. Dilect.de arte teſt.tit.3. caut.9. Aret.in l.1.num.6.de teſtam.
q Bartol.in d.Auth.Si quæ mulier, num.8. Ripa, in l.ſi vnquam, q.35.num.94. C.de reuoc.donat. latè Clar.q.28.
r Vide in his omnibus Bart.in l.vlt.num.8.de his quib.vt indign. Alex.conſ.74. nu.6. lib.3. & in l.Si is qui, de vulgar.gloſſ.fin.in Auth. Quib.mod.nat.effic.ſui. Corn.conſ.5.F.lib.3. Bero.q.117. Corn.conſ.25.lib.1. Dec.conſ.462.nu.17.
Gloſſ.in l.fin.C.de natur.lib. Alex.conſ.74.num.5.lib.3. Iaſon in l.hæreditas, num.8. C.de his, quib.vt indign. Iul.Clar.in §.teſtamentum, quæſt.32. Et Matth.Matheſyllan.in tract.de ſucceſſion.ab inteſt.in 2.memb.primi articuli.
ſ Clar.quæſt.33.
t L. Ab eo, C.de fideicom.l.ſed & ſi ſic, in fi.de leg.3.l.planè, ſi filium, §.fi.cũ l.ſeq.de leg.1.l.ſciendum, de legat.3.l conficiuntur, de iure codicill. Gloſſ.in verbo, poſſunt, in §.pro ſecundo, C. de caduc.tollend. Cyn.in l.1.num.2.C.de his, quæ pœnæ nomi. Bart.in l.1.num.3. C.comm. de legat.
u L.planè, 2.§.fin.de legat.1.l.Titius, de oper.libert.
x L.à patre, l.ſi fuerit, in 2.reſponſ.de leg.3.
y L.ſi pluribus, de legat.1.
z Vt in titulo de tutel.
a Alex.& Socin.in d.l.cum filio, num.201.de leg.1.
b Bologn.in d.l.cum filio, num.245.
c Alex.in d.l.cum filio.
d Bologn.in d.l.cum filio, num.248.
e Bologn.ibidem, nu.136.
f Caſus à varijs Doctoribus collecti. Cyn.in l.2.C.de his, quæ ſub modo. Bart. Bald. Alber. Cum. & Caſtrenſis. latè Imola in l.Imperator, §.1.de leg.2. Anchar.conſ.345. Alex.conſ.24. lib.3. Simeon Pret.de interpret.lib.3.pag.303.
g Vaſq.in l.qui quartam, §.vlt.num.166.de leg.1.
h Dicta l.Imperator, & Cranet.conſ.174.num.9.
i L.ſi filius, §.Lucia, l.cum pater, §.menſæ, de legat.1.

K L.planè,§.ſi cui,de leg.1.l.ſi mihi Stichus,de leg.1.
l Caſtrenſis,in l.Plautius, ad finem,de cond.& demon.Dilect.de arte teſt.tit.6.de legat.caut.22. & l.quidam teſtamento,§.fin.de leg.1.
m Bald.in l.cum virum,nu 11.C.de fideicom.Corn.conſ.87.lib.2.l.antepenult. C.de donat.inter vir.& vxor.l.data,C.de donat.
n Bart.in l.ſi.nu 3.C.pro don.Cacialup.in l.frater à fratre,§.quæſitum,num.102.de cond.indeb. l.filia,§.ſi pater.ff.famil.hercis.Iaſon,conſ.104.lib.4.
o L.cohæredi,§.cum filiæ,de vulg.& pupill.l.ſequens quæſtio, vbi DD.de leg.2. Fulgoſ.in l.generaliter,§.cum autem, C.de inſtit.& ſubſtit.Alex.conſ.20.lib.3.latè Pariſ.conſ.33.in princ. vſque ad numerum 78.lib.3.
p Bart.in l. Lucius,§.maritus,in fine, ad Trebell.l.Lucius,§. quiſquis, de leg.2.l. cum quis decedens,§.codicillis,de legat.3.l.qui vxori,in princ.de aur.& arg.leg. vbi Bart.Caſtr.& Imola,in l.Lucius,§.maritus,ad Trebell.Crauet.conſ.217.Soc.conſ.48.col.2.lib.1.
q Bald.conſ.31.lib.4.Bald.in d.l.quoniam nouella,Brun. Statutibus maſculis,art.11.q.3.num.12. Bal.conſ.59.vol.2.& conſ.301.& 283.in 3.Alex.conſ.20.nu.2.lib.3.& conſ.217.vol.6.Caſtr. conſ.243.& l.1,& l.vxorem,§.teſtamento quo filium, de leg.3.
r L.3.§.ſed vtrum,de minorib.l.Pomponius,famil.herciſc.l.1.§.& hoc, C.de rei vxor.actio.l.cohæredi,§.cum filiæ,de vulg.l.ſequens quæſtio, vbi gloſſ. de leg.2. Bart.in l.Titio centum,§. Titio genero,de cond.& demonſt.l.ſi extraneus,de condict.cauſa data.
ſ Caſtr.conſ.16.verſ.ſed dubium,vol.2.
t Cumau.conſ.134.Caſtrenſ.conſ.6.lib.2.Roman.conſ.138.Corn.210.ad finem,lib.1.
u Crauet.conſ.236.col.fin.Caſtrenſ.conſ.43.ad finem,lib.2.Bald.de dote, par.6.priuil.17. Tiraq. in l.ſi vnquam,C.de reuoc.donat.nu.117.Brun.art.13.quæſt.3.nu.59.

S V M M A R I A.

1 *Ab hæredibus poſſunt legata & fideicommiſſa relinqui.*
2 *Quando dubium à quibus ſit relictum fideicommiſſum intelligitur ab hærede relictum.*
3 *A legatarijs & fideicommiſſarijs etiam legata & fideicommiſſa relinquuntur, & quid iuris ſit in dubio à quo ſcilicet intelligantur relicta an ab illis, an ab hærede.*
4 *Ab hæredibus hæredis & legatarij vel fideicommiſſarij poſſunt relinqui legata & fideicom.& quid iuris ſit in donatarijs cauſa mortis, & in illis quibus nihil relictum eſt, vide ibi.*
5 *Aliæ multæ perſonæ recenſentur, à quibus legari, vel fideicommitti poteſt.*
6 *Onus legatorum vel fideicommiſſorum ſequitur hæredem ſicut vmbra corpus.*
7 *Vt valeat onus, oportet vt habeat originem ab hærede.*
8 *Legata intelliguntur relicta ab eis à quibus poſſunt relinqui.*
9 *Legatum ad pias cauſas relictum à ſecundo gradu, cenſetur relictum à primo.*

A quibus legata, & fideicommiſſa relinqui poſſint, & de quibus relicta intelligantur. Caput II.

PLANVM eſt, legata & fideicommiſſa ab hæredibus
potiſſimum ſcriptis intelligi relicta, quod ipſa legati de-
1 finitio patefacit, eſt † enim (vt diximus) legatum dona-
tio quædam à defuncto relicta, & ab hærede præſtanda,
idq; iuri & æquitati magnoperè congruit, cũ eis à teſta-
tore non pars aliqua bonorum, ſed vniuerſa detur hære
ditas, l.ab eo, C.de fideicommiſ.quod etiam hæredi pu-
pillariter ſubſtituto commune eſt, l.ex duobus,§.vlt.de
vulgari & pupillari. Sed enim, ab hærede ipſi hæredi legari non poteſt, à cohæ
2 rede poteſt, l.legatum ijs,§.1.& l.planè,§.ſi duobus, de legat.1.† & ſi in dubio
quæſtio verſetur, fideicommiſſum ab hærede relictum intelligetur, etiam ſi in
perſo-

perſonaliter fuerit legatum,[a] l.ſi ſeruus legatus, §.qui margaritam,de legat. 1. quin etiam aliquando debetur fideicommiſſum ab his quos, vel quibuſcum
3 teſtator non eſt locutus,l.peto,in princip.de legat. 2.† A fideicommiſſarijs itidem legata intelligi relicta non eſt ambigendum, quin etiam à legatarijs, l. 5. de legat. 3. Inſtitut. de ſingul. rebus per fideicomm.relic. in princip. ita tamen ne vltra obligentur quam acceperint,l.ſi legatarius, de legat. 3. Vtrum in dubijs legata, & fideicommiſſa vniuerſalia quoq; magis videtur ab hærede relicta quam à fideicommiſſario vniuerſali,à quo etiam relinqui poſſunt,niſi tamē fideicommiſſum vniuerſale fuerit purum, tum.n. hæreditas tota fideicommiſſario venit reſtituenda,qui legata,& fideicommiſſa ſingularia dare tenetur,quā doquidem, fideicommiſſum cum legatorum onere reſtitui ſolet, l. vltima,
4 C. ad S.C.Trebell.[c] † Prætereа,vt ab hærede,& legatario ac fideicommiſſario relinqui poteſt,ita etiam ab eorum hæredibus fideicommiſſum relictum intelligitur,vtpote,ad quos per interpoſitā hæredis vel legatarij perſonam,hæreditas vel fideicommiſſum prius peruenit,l.5.de leg.3.Item,ab his quibus mortis cauſa donatum eſt,fideicommiſſum relinqui potuit, l.cum pater,§ 1.de leg. 2. l.ab eo,C.de fideicommiſ.Inſuper ab illis etiam quibus teſtator nihil dedit expreſſim, ſed quod poterat non ademit,l. 1.§.penult.de legat. 3.l.qua ratione,§.
5 interdum,de acquir.rer.domin.† Tales ſunt legitimi hæredes eius qui legauit, bonorū poſſeſſores,& legitimi hęredes impuberis,& qui mortis cauſa capiunt, & ij ad quos iure poteſtatis legare commodum pertinet, poti ſſimum verò ij, qui ab inteſtato ad hæreditatum vocantur,l.ſi.fundum, §.vlt.& l.planè,de leg. 1.l. 1.§.penult. de legat.3. l.mortis cauſa capitur, quod conditionis implendæ gratia datur,l.mortis cauſa capitur,de donat.cauſa mort.l.Si quis ſub conditione,ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.l.quidam,§.vlt. de legat. 1.& ſi quæ ſeruis,vel filijs legata fuerint,vtiq; aliquid legari poterit à Dominis vel patribus pręſtandum,l.cum filiofamilias,2.de legat. 1. quamuis dominis ac parentibus teſtatoris iudicio,nil vnquam datum fuerit, l.qui liberos,§.vl.de vulg.& pupill.Sic relictum ab executore cenſetur ab hærede relictum,gl.in l.adeo,de alim.legatis[d] & relicta à tutoribus,ab ipſis pupillis vti hęredibus legata intelliguntur,l.etiam à pupillorum tutoribus, C.de fideicommiſs.l.cum etiam à pupillorum, C.de iureiurando.

Vt vmbra corpus ita onus fideicommiſſi ſequitur hæredem.

6 † Quinimo vt vmbra ſequitur corpus, ſic onus legatorū,& fideicommiſſorū ſequitur hęredem; quare,ſi teſtator ita cauerit, Męuius acceptis centum,dato fundum Titio, intelligimus Mæuium centum acceptúrum ab hærede, non à Titio, aiebat Baldus, per ſpeciem l.ſi ſeruus, §.qui margaritam, de legat. 1. quod Summa admiratione dignum Paulo Caſtrenſi[e] viſum eſt:nā ſi commodum & vtilitas inquit cedit Titio, vtiq; Titius incommodum dandorum centum pati deberet;quare ipſe diſtinguit; Aut teſtator eum fundum legauerat vel legauit Męuio, cui dixit, Męuius acceptis centum,fundum Titio dato. tunc centum Męuius legatarius debet accipere à Titio,non ab hærede,ne hæres duplici onere grauetur,nec in his terminis inibi loquitur Iuriſconſultus; Aut teſtator illum fundum Męuio non legauit,& eo caſu non potuit eum grauare vt fundum ſuum daret Titio, l.ab eo,C.de fideicommiſ.at grauauit,ergo videtur hæredem onerare vt det Męuio centum; dein cenſetur eundem Męuium gra-
7 uare vt det fundum Titio. † Quare,vt valeat onus,oportet à perſona hæredis
8 originem deducat,[f]; † Hinc legata in dubijs intelliguntur relicta à quibus relinqui potuerunt, vt magis valeant quam pereant; [g] Hinc legatum relictū ab inſtituto,intelligitur repetitum à ſubſtituto,[h] dummodo non fuerit legatum ab inſtituto nominatim, [i] tunc enim ratio nominis proprij impedit ne intelligi poſſit repetitum à ſubſt ituto, niſi tamen agatur cauſa pia,[k] cuius gratia lięuit

rece-

recedere à ratione nominis proprij ; Quinimò, legatum relictum ad pias cauſas à ſecundo gradu, cenſetur relictum à primo, ſi primus tamen gradus adierit ſecundo excluſo,[l] per ſpeciem l. 2. de manumiſſ. teſtam. quod vt mirabile obſtupuit Romanus, & incredibile videtur iis omnibus quorum ingenia eiuſdem legis radiis non fuerint illuſtrata.[m]

A D C A P. I I.

a Alexand. in l. vlt. §. Labeo, nu. 3 de reb. dub. vbi Iaſon nu. 3.
b Imola, Bart. et alij, in l. Marcellus, in princip. ad Trebell. Aretin. in l. 1. §. vlt. de vulg. & pupill. Corn. conſ. 53. nu. 20. uol. 1. Alex. conſ. 139. nu. 2, lib. 1.
c Notat Bart. in l. 2. ff. ad Trebellian.
d Gloſſ. in l. alio, ubi Bart. cæterique de adimen. legat.
e Caſtrenſ. in d. §. qui margaritam.
f Sequitur Socin. ſen. in l. Paulus, 2. de reb. dub.
g Bart. in l. Centurio, nu. 37. de uulg. & pupill. Ruin. conſ. 116. nu. 3. uol. 3. Pariſ. conſ. 18. nu. 52. parte 2.
h L. licet Imperator, de legat. 1. Iaſon in rubr. de uulg. & pupil. nu. 6.
i L. Celſus, §. quod alicuius, de legat. 1. l. in ratione, §. quod uulgo, ff. ad l. Falci.
K L. 4. §. Lucius, de adim. legat. ubi Bart. & Rom. in Auth. Similiter, nu. 62. C. ad l. Falcid. Alex. in l. ſi duobus, §. 1. de leg. 1. Dec. Conſ. 273. num. 1. in fine. Ruin. conſ. 116. nu. 34. uol. 3. Grat. conſ. 5. nu. 24. parte 2.
l Roman. in d. Auth. Similiter, nu. 88. per l. 2. de manumiſ. teſtam.
m Sequitur Decius, Conſ. 182. nu. 2. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuilegio 62.

S V M M A R I A.

1 Fideicommiſſum quot modis vtiliter poßit relinqui.
2 Fideicommiſſum imperſonaliter relictum à quo intelligatur relictum.
3 Fideicommiſſum reddẽdum poſt mortem pupilli grauati cui cenſeatur iniunctũ, & an pupillus cenſeatur grauatus etiam in legitima, vſque ad nu. 10.
4 Legitimus heres filij impuberis à matre inſtituti, poteſt detrahere legitimam de fideicommiſſo vniuerſali.
5 Actus in dubio debet interpretari vt potius valeat quam pereat.
6 An intelligatur fideicommiſſum relictum, quando pater dedit filiæ dotem, quæ non excedat legitimam, & cauit, quod ſi ſine liberis deceſſerit, illa dos perueniat ad ſubſtitutum.
7 Et quid ſi etiam vltra legitimam ſit grauatus filius & habeat ſubſtitutum.
8 Et quid ſi ſubſtitutum non habeat latè proſequitur diſtinguendo.

Fideicommiſſum poſt mortem filij relictum vtrum à filio, an ab hærede relictum cenſeatur. Caput III.

1 FIDEICOMMISSI onus vel perſonaliter iniungi debet vel imperſonaliter, vel in rem, alioqui ſi non appareat quiſnam huiuſmodi onere grauatus ſit, ipſum fideicommiſſum pro non ſcriptum & inutile foret.[a] Primo caſu poſitum dicitur, quando quis rogatus fuerit hæreditatem alicui reſtituere;[b]
2 † Secũdo, quando teſtator poſt mortem Cai hæredis inſtituti, ſubſtituit Titium, vel iuſſit hæreditatem Titio reſtitui, nec dixit, à quo reſtituenda ſit, tunc diſtinguere opus erit;[c] Aut fideicommiſſum eſt particulare, aut vniuerſale: ſi particulare, & appareat iniunctum hæredi, dicemus ab hærede prẹſtandum; ſin autem à legatario relictum fuerit, ſi legatarius agnouerit illud, fideicommiſſario dare tenebitur; at ſi non acceperit, cogetur ei cedere a-

ctionem: verum ſi nec agnouerit,nec habuerit,ſed cum onere ſuo penes hære dē remanſerit,legatarius nō cogetur agnoſcere; [d] Si verò vniuerſale fideicommiſſum [e] extiterit,intelligetur hæredi iniunctum, & quando poſteriores prioribus gradatim ſunt ſubſtituti, vltimus moriens huic oneri cenſetur implicitus,[f] & quando venerit conditio, hæredes hęredum huiuſmodi onus ſubire tenebuntur,[g] quo ſanè onere tenetur etiam ſubſtitutus fideicommiſſarius grauatus: & hæc porrò veriſſima ſunt in fideicommiſſo reſtituendo,poſt mortem inſtituti vel ſubſtituti adulti,ne dicam impuberis. [h]

3 † Verùm etiā,in fideicommiſſo reddendo poſt mortem pupilli grauati, quæſtio ardua, & maximè vtilis agitur: nam in dubio fideicommiſſum præſumetur iniunctum, hęredibus impuberis ſuccedentibus ab inteſtato, qui vnà cum cæteris bonis legitimam quoque pupilli per fideicommiſſum reſtituere coguntur,in qua nō potuit pupillus onerari;[i] Quæ utiq; vera ſunt, ſi deceſſerit in pupillari ætate; Enimuerò,mortuo filio in ætate adulta,tale fideicommiſſum quatenus ad legitimam,irritum & inane foret,iccirco Iulius Clarus [k] ſatis egregiè tres diſtiuguebat caſus.

Primus erat,quando filius nominatim reperitur fideicommiſſo oneratus,& eo caſu dicimus, non potuiſſe filium in legitima grauari, ſed eam ſemper ex fideicommiſſo detrahi poſſe,vtpotè,quę nec diem,nec conditionem,nec grauamen aliquod recipit,quod ſanè ius detrahendæ legitimæ transfertur etiam ad hęredes.

Secundus, quando expreſsè grauatus eſt hæres vel ſubſtitutus pupillaris ipſius filij,pater nempè potuit, & poteſt hæredem, ſiue pupilli ſubſtitutum onerare,vt hęreditatem omnem tam patris, quàm filij integram reſtituat, nec poterit legitimam detrahere,cum ſibi ex propria perſona minimè debeatur; [l] nec legitimus itidem hęres, quia pater potuit pupillariter filio ſubſtituere, & ſic excludere legitimum hęredem filii impuberis,quem vbi non excluſit, cenſetur honoraſſe,& proinde grauare potuiſſe, l.conficiuntur, de iure codicill.l. ab eo,C.de fideicommiſ.

4 † Hinc Ripa [m] rectè inferebat, quod legitimus hęres filii impuberis inſtituti à matre,poterit detrahere legitimam de fideicommiſſo vniuerſali: nam mater nō poteſt pro filio teſtari,l.2.de vulg.& pupil.& quia Iulianus in l.ſi Titio, §.vlt.de legat.1.dum admittit fideicommiſſum relinqui poſſe à ſuccedentibus pupillo ab inteſtato intelligit factum à patre, qui poteſt pro filio teſtamētum, & codicillos facere, non autem à matre,quæ caret huiuſmodi poteſtate.

Tertius erit caſus, quando teſtator fideicommiſſo aliquem ſpecialiter non grauauit, ſed ſimpliciter dixit; Si filius meus ſine filijs deceſſerit, volo bona mea reſtitui Titio;Et magis cōmunis videtur ſentētia,fideicōmiſſum in dubio cenſeri relictum,à quo relinqui potuit,non autem ab ipſo filio, qui non poterat in legitima grauari: † nam actus in dubio ita debet interpretari, vt potius valeat,quam pereat,quin vt amplius,& latius vires extēdat,l.quoties,2.de rebus dub.proinde hæres filij non poterit Legitimam detrahere, & multo minus Trebellianam,ſecus autem in filio pubere, pro quo pater teſtari nequit,nā Trebelliana ſic poteſt demi per hæredē puberis,vt per puberem ipſum,à qua opinione in praxi non eſſe recedendum exiſtimauit Clarus: quæ quidem firmior, & longè verior eſſe videtur, ſi filius in ſola legitima fuerit inſtitutus, quamobrem Paulus Caſtrēſis [n] poſt Raphaelem Fulgoſium memorabilem eā retulit,ac celebrauit ſpeciem,quæ Mediolani,quæ Bononiæ, quæq; Patauij Iuriſconſultorum ingenia magnoperè torſit, eorumq; ingentem patefecit erro-
5

6 rem.† En ? pater mille aureos dotis nomine reliquit filiæ ſuæ, quæ dos legitimam non excedebat,idemq; teſtamento ita cauit; Si filia mea ſine filijs deceſſerit,

ſerit, volo quod inter pauperes illi millent aurei diſtribuantur : at filia deceſſit in pupillari ætate; in qua ſpecie Baldus, vt ferunt, conſultus, audacter reſpondit, fideicommiſſum non valere, quandoquidem, nullum onus, nullamque conditionem recipiat legitima; cuius autoritate decepti omnes fere Bononiæ Doctores, ei conſenſerunt, ſubſcripſerunt, ac de iure ita reſponderunt, quouſque tandem expergefacti, ac excitati à Paulo Caſtrenſe, & Ioanne Imolenſe, ſuam reuocarunt opinionem, ſuumque agnouerunt errorem, quod Patauij quoque non parui nominis Iuriſconſulto eadem Baldi autoritate circũuento infęliciter accidiſſe commemorarunt; Et hæc utilia, quotidiana, & magno honore digna exclamarunt; Tanti verò erroris cauſa fuit, non ſola Baldi autoritas, verum etiam quod ipſi non meminerant, patrem iure Romano poſſe filio ſuo pupillariter ita ſubſtituere, vt legitimam, totamque hęreditatem matri, ac venientibus ab inteſtato auferre, & cuilibet relinquere ſibi liceat, l. ſi Titio, §. vlt. de leg. 1. l. Papinianus, §. ſed nec impuberes, ff. de inoff. teſtam. nec dum meminerant, fideicommiſſum in dubiis intelligi relictum ab eo, à quo relinqui poteſt, ergò ab hærede, uel à uenientibus ab inteſtato, qui grauari poſsunt, nō ab ipſo filio, qui pro Legitima onerari nō poteſt, ut amplius ac latius habeatur fideicommiſſum.

7 Augetur hæc difficultas, ſi vltra legitimam filius honoratus, & fideicommiſſum poſt eius mortem relictum fuerit, quare diſtinguendum exiſtimant; Aut filio datus fuit pupillaris ſubſtitutus, aut filius caret ſubſtituto : nam ſi ſubſtitutum habuerit, qui poſſit ei ex pupillari ſuccedere, ab eo magis quàm a filio relictum cenſebitur, vt communiter omnes exiſtimarunt, vtpotè, cum ſubſtitutus expreſſum obtineat iudicium teſtatoris.

8 Sin† verò caruerit huiuſmodi ſubſtituto, & pater filio impuberi, ſi in pupillari ætate deceſſerit, vel quandocunque, per cōpendioſam imperſonaliter ſubſtituerit, difficultas quaſi in immenſum augeri videtur, cum poſſit filius vltrà legitimam grauari: iccircò, ſi Trebelliana fuerit à teſtatore prohibita, Fideicōmiſſum intelligetur ab hæredibus filij relictum, eo quod voluerit teſtator hæreditatem integram ad fideicommiſſarium ſine aliqua detractione peruenire, ne ea prohibitio inutilis, & ſuperuacanea habeatur in perſona liberorum primi gradus, iuxta communem tamen Interpretum ſententiam, valida autem recipitur in hæredibus filij, ergo eis impoſitum cenſebitur fideicommiſſum, vt actus quo magis fieri poſſit ſuſtineatur, l. ſi ſeruus legatus, §. qui margaritam, de legat. 1. & l. cum quis decedens, §. Seia, de legat. 3. quod ſi Trebelliana non fuerit ei interdicta, & mater ſteterit in medio. fideicommiſſum piè declaratur relictum à filio, vt mater ex perſona filii poſſit deducere legitimam, ac Trebellianam retinere, iuxta ea quæ ſupra diſputauimus ad l. precibus, C. de impub. & al. ſubſtit. At ſi mater non fuerit ſuperſtes, legitimi hæredes grauati intelligentur, quoniam onerari potuerunt, & quia veniunt ex tacito iudicio teſtatoris, l. Titio, § vltimo, cum l. ſeq. de legat. 1. vt congerunt per varia rerum diſcrimina ambulantes, Peregrinus de fideicommiſſ. Ill. Cardinalis Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 3. qui vt coronidem tantæ quæſtioni imponeret, Galiaulæ veſtigia inſequi voluit, & fœdere diſtinctionis rem ita cōponere conatus eſt; Aut inquit Cōpēdioſa eſt ſimpliciter facta, veluti; Quandocunq; filius meus ſine filiis perierit, volo bona mea perueniant in Caium; Aut concepta fuit, & reſtricta ad tempora pubertatis, veluti : Quandocunque filius meus in pupillari ætate obierit, Caium ſubſtituo; & in hac hypotheſi, ſecundo caſu putant grauatum hæredem, vel ſubſtitutum, qui grauari potuit; Primo autem caſu filium cenſeri oneratum, non hæredem, non ſubſtitutum, vt valeat etiam poſt pubertatem, quamuis non poſſit pro legitima valere poſt pubertatem,

Enimuerò, poſt tempora pupillaris ætatis, neceſſario fideicommiſſum videtur relictum à pubere, quia ex eo detrahit legitimam & Trebellianam, ergò & intra pubertatem filius intelligetur grauatus, ne diuidatur voluntas teſtatoris, & vt ſemper fideicommiſſaria & vniformis ſit hæc diſpoſitio, l. iam hoc iure, de vulg. & pupil. l. eum qui ædes, de vſucapion. l. eum qui, in fine, de his quib. vt indign. Præterea, ſi huiuſmodi fideicommiſſum intelligeretur relictum ab hæredibus ipſius filij, non poſſet vtique ſuſtineri, & prorſus inane eſſet, per ſpeciem l. quod fideicommiſſum, de legat. 1. nam Vlpianus ait, quod fideicommiſſum eatenus valebit, quatenus impubes decedat; cæterum ſi pubes factus deceſſerit, euaneſcet fideicommiſſum ab eo relictum, ad quē impuberis filij hæreditas peruentura eſt; ſed ea fideicommiſſi formula, de qua Vlpianus, longè diuerſa videtur ab iſta. Filius igitur per Compendioſam hoc fideicommiſſo cenſebitur oneratus; nam ſi decederet poſt pubertatem, non poſſet cenſeri relictum ab hæredibus vocatis ab inteſtato, vtpotè, qui fortuitò, non autem iudicio teſtatoris legatum hæreditatemve conſequerentur, neque enim pater poteſt filio maiori teſtamentum facere, nec hæreditatem auferre ijs qui ab inteſtato ſuccederent; idemque concludendum autumant, ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, eá nempè ratione, ne diuidatur voluntas teſtatoris.

9 Sed † huic diſtinctioni acquieſcere non poteſt animus meus, quare dexteram Galiaulæ, & Ill. Card. Manticæ nequeo porrigere, eo quod ex Bartoli [q] ſententia, communiter recepta, Compendioſa huiuſmodi pro tempore pupillaris ætatis conuertatur in pupillarē, poſt eam verò ætatem, in fideicommiſſariam, prout mortis occaſio emerſerit, quaſi plures Compendioſa contineat ex mente teſtatoris ſubſtitutiones, nec vlla vnquam fiet diuiſio vnius & eiuſdem, ſed multigenę potius voluntatis, & vrgent etiam rationes ſuperius adductæ; quamobrem diligenter ſpectanda erit, & maturè perpendenda Compendioſæ formula, & qualitas verborum, an veram contineant pupillarem ſubſtitutionem, tum enim ceſſaret penitus quæſtio noſtra.

10 Tertio † principali caſu primæ diſtinctionis, quando fideicommiſſi onus eſt directum in rem, exempli gratia; Veto bona mea nę alienentur, & ea ſemper iure fideicommiſſi deferri volo in agnatos familiæ meæ, maſculos, de hærede in hæredem, in infinitum, concludendum eſt, diſpoſitionem in rem eſſe generalem, tam ad cauſas, quam ad perſonas, proin ad quoſcunque tranſierint bona, peruenire etiam ipſum fideicommiſſi onus.

A D   C A P.   I I I.

a L. facta, §. ſi hæres, l. epiſtola, l. ille à quo, §. 1. vbi Bart. nu. 2. ad Trebell. Bald. in l. quidam referunt, de iure codicill. Caſtrenſ. conſ. 394. Videndum eſt, nn. 3. lib. 1.

b L. vlt. §. 1. ad Trebell. Bald. conſ. 272. nu. 3. lib. 2. Soc. iun. conſ. 13 t. num. 6. lib. 1. Ruin. conſil. 58. num. 10. lib. 2.

c Simeon Pret. poſt antiquos, de interpret. lib. 3. pag. 304.

d Probantur hæc omnia à Baldo, Alberico, & alijs, in l. fideicommiſſum, de leg. 1. in l. Imperator, de leg. 2. l. ſi legatarius, de legat. 3. l. ſi ab eo, de vſufruct. legat. Gloſſ. & Bartol. in l. huiuſmodi, de legar. 1.

e L. ſi ſeruus legatus, §. qui margaritam, de legat. 1. vbi Bartol. & Bald. Bart. in l. codicillis, de vſufruct. legat. Socin. conſ. 14. lib. 1. Aret. in l. 1. §. 1. in fine, de vulg. & pupill.

f L. peto, §. fratre, de leg. 2. Bald. conſ. 360. circa primam quæſt. lib. 3.

g L. legatā ſub condinone, de condit. & demonſtr. l. vnica, C. de caduc. tollen. Alexan. conſ. 105. & ſeq. lib. 1. & conſ. 222. vol. 3.

h D. §. fratre, & l. 1. §. de illo, ad Trebell. Pariſ conſ. 21. lib. 3.

i L. ſi fundum per fideicommiſſum, §. fin. cum l. ſeq. de legat. 1. Bart. Iaſon, & alij, in l. Qui duos, de vulg. & pupill. Cuman. Salic. & Caſtr. in l. ex tribus, nu. 45. C. de inoffi. teſt. Alex. conſ. 67. num. 4. lib. 1. & conſ. 12. vol. 3. & firmat hanc eſſe communem.

k Iulius Clarus in §. teſtamentum, q. 72. l. quoniam in prioribus, l. ſi quando, C. de inoff. teſtam.

l L.ſi tamen,§.fin.de legat. 1. Iaſon.in l.ex tribus,num.2.C.de inoff.teſt.
m Ripa,in l.Centurio,nu.127.& 128.de vulgar.Craſſ.in §.fideicommiſſum,q.9.
n Paulus Caſtrenſ.in l.ex tribus, num.4.& 5.C.de inoff.teſt.
o Refert Card.Mantica,de coniectur.lib.18.tit.3.
p Galiaula, in l.Centurio,nu.88.de vulg.& pupill. Aretin.conſ.154.uel 155.Periculoſum eſt.Socin iun.conſ.131.in fine,lib.1.
q Bart.in l.Centurio,num.26.& ſeq.de vulg.& pupill.

S V M M A R I A.

1 In vltimis voluntatibus nomen maſculinum concipit fœmininum ſaltem ex interpretatione.
2 Limitationes ad ſuperiorem regulam vſque ad nu.12.
3 Stante ſtatuto quod filijs extantibus fœminæ non ſuccedant, an fœminæ nomine filiorum comprehendantur.
4 Teſtator præſumitur condere teſtamentum conforme ſtatuto ſuæ ciuitatis, & an hoc ſemper ſit verum, vide num. 5.cum ſeq.
6 Stante ſtatuto; quod maſculi excludant in ſucceſſione fœminas, tam à ſucceſſione grauantis, quam grauati, vtrum nepos ex filio grauato teſtatoris grauantis excludat ſororem.
7 Et quid iuris ſit ſtante ſtatuto quod excludat maſculus fœminas à ſucceſſione grauati tantum.
8 Et quid ſi ab hæreditate grauantis tantum excludantur fœminæ an maſculus excludat filium grauati.
9 An ſtante ſtatuto quod teſtamenta intelligenda ſint prout iacent, tunc maſculinum comprehendat fœmininum, quod ſic.
10 Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.
11 An ſi teſtator voluerit bona in familia conſeruari, tunc maſculinum concipiat fœmininum, quod non.
12 Quid ſi teſtator filios relinquat vniuerſales hæredes, & fœminas in re certa.
13 Quando cenſeatur pater pari affectione filios diuerſorum matrimoniorum proſequi, vide etiam num.14.
14 Nomen filiorum eſt collectiuum, & ſignificat ordinem ſuccedendi.
15 An filio decedente poſt pubertatem ſi occurrat fideicommiſſaria ſubſtitutio, frater vtrinque coniunctus alios excludat.
16 Legatum relictum filijs quando naturalibus tantum debeatur.
17 An filius cœnobium ingreſſus admittatur ad fideicommiſſum quando ipſum cœnobium capere poteſt.

Num appellatione filiorum veniant filiæ.
Cap. quartum.

PATER filium hæredem inſtituit, & ei filios ſubſtituit, con
1 trouertitur, num filiæ etiã intelligantur ſubſtitutæ: † quare iuris Interpretes hanc firmant concluſionem, dicentes in vltimis voluntatibus nomen maſculinum concipere fœmininum, ſi non propriè, ſaltem ex interpretatione, l.ſi ita, de teſtam.tutela.l.quiſquis, de verbor. ſignif.[a] proinde filias quoque cenſeri ſubſtitutas.
2 Quæ † ſanè concluſio ita egregiè à Doctoribus limitari ſolet.
3 Primò † ſi extet in Ciuitate conſtitutio, quod ſtantibus filiis maſculis fœminæ non ſuccedant; quo in caſu duę reſurgũt opiniones veriſſimæ, prima, quod

eo vi-

eo vigente ſtatuto fœminæ non comprehenduntur nomine filiorum; quin immò, ſecundum Ancharani,[b] Baldi, & aliorum ſententiam, excluſæ videntur
4 à maſculis, † ea nempè ratione, quod præſumitur teſtator exoluiſſe conformẽ reddere voluntatem ſuam conſtitutioni patriæ, ergo ſecùs eſſet ſi teſtator fuiſſet extraneus, vt Bartolus,[c] & alii autumarunt. Altera eſt, quod fœminæ vigore Statuti poſtea vocatæ cenſentur, cum eis maſculi preferantur, vt tum demũ deficientibus maſculis fœminæ ſuccedant, & hoc eſt quod barbari dicunt, maſculos per prius, fœminas autem per poſterius eſſe vocatas: quid enim ſi teſtator filium inſtituerit, & ex eo in perpetuum deſcendentes ſubſtituerit, vel ſimili verborum formula collectiua fuerit vſus, nonne poſt maſculos ad idẽ fideicommiſſum vocatæ intelligentur denique fœminæ ipſæ? vtique quidem; Quare Simeon Preteus[d] rectè admonebat, diligenter animaduertendum, ne vltimus maſculus ab antiquo teſtatore deſcẽdens, decipiatur, ratus ſe liberum ab onere fideicommiſſi, cum id tamen poſt maſculos omnes defunctos fœminis
5 debeatur[e]. † Sed huiuſmodi coniectura quod teſtator præſumatur adhærere ſtatutis patriæ ſuæ, & ea inſequi, poteſt ab alijs coniecturis propelli[f], & ab alijs corroborari.

6 Primo † etenim certi iuris eſſe videtur ea coniectura, vbi maſculus in ſucceſſione tam grauantis quam grauati excluderet feminam, veluti, ſi pater filio ſubſtituiſſet filios & deſcẽdẽtes ab eo, nepos ex filio neptem ſororẽ vigore ſtatuti Patauini in ſucceſſione vtriuſque excluderet[g], quandoquidem, fœmina penitus excludatur à ſucceſſione vtriuſque.

7 Secundo, † quãdo maſculus excluderet fœminam ab hæreditate grauati tantum, nòn autem grauantis, veluti, ſi frater inſtituerit fratrem hæredem, & ei filios, & deſcendentes ſubſtituerit ex eodem ſtatuto nepos vtique non excluderet neptem ſororem in ſucceſſione patrui teſtatoris, attamen, maſculus excludit fœminam ea ratione, quod ſit potior in hæreditate grauati inteſtati, & vocatus eſt, ergo potior eſſe debet vt admittatur ad fideicommiſſum, quod declaratur à Socino[h], ſi teſtator inquit fideicõmiſſum reliquerit vocatis etiam nomine collectiuo, vt putà familiæ, deſcendentibus, & huiuſmodi, illi prius admittũtur, qui nominati fuerint à teſtatore, poſt eos verò, qui proximiores illis extiterint, haud ſecùs ac prædilecti, vt in ſpetie l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de leg. 2. & gloſ. ac Interpretes proximiores intelligunt, ſecundum ordinẽ ſuccedẽdi ab inteſtato, ſed vigente huiuſmodi ſtatuto (cui adhæſiſſe creditur teſtator) proximior eſt maſculus, quia fœminam excludit, ergo prædilectus etiam à teſtatore, & vocatus: quare vbi etiam maſculus non excludit fœminã, à ſucceſſione grauantis, ſed grauati tantum, nomine filiorum fœminæ minimè continentur.

8 Tertio, † quãdò maſculus in ſucceſſione grauantis excluderet filiam grauati, ſed non in hæreditate grauati, hoc eſt quando pronepos aui excluderet proneptem ab hæreditate aui, non tamen à ſucceſſione vel hæreditate Franciſci nepotis grauati, vnde primo caſu agitur de ſuccedente aſcendenti inter deſcendentes, ſecundo verò de ſuccedendo collaterali patruo reſpectu nepotis, patri verò reſpectu filiæ; quando itaque in ſucceſſione grauantis maſculus nepos excludit neptem, quamuis etiam idem maſculus non excludat eandem neptẽ à ſucceſſione eius patris grauati, appellatione filiorum non veniunt fœminæ, & ſic maſculus pronepos excludit proneptem à ſucceſſione patris ſui, in bonis tamen & hæreditate proaui aſcendentis. Ratio eſt: nam teſtator intelligitur vocaſſe deſcendentes iuxta ordinem ſtatuti maſculos prius & poſt eos fœminas vt ſupra diximus[i]: nam adhærendo diſpoſitioni ſtatutariæ excludente fœminas, intelligitur teſtator conſideraſſe ſtatum ſucceſſionis ſuæ, non autem

grauati,

grauati, tum quod ei ſucceditur in fideicōmiſſis, tum quod eius voluntas, non autem grauati omnia regit fideicommiſſa, l. cum quæſtio, de legat. l. in conditionibus primum locum, de condit. & demonſt. & quamuis proximitas grauati præferatur proximitati teſtantis, id tamen accipitur cum agitur de gradibus conſanguinitatis ſeruandis, non autem quando contenditur num ob qualitatatem ſexus fœminei fœmina cum maſculo concurrere poſſit, ſtante ſtatuto fœminas excludente. Hæc porrò indubitata, ſi fideicommiſſum agnationis conſeruandę gratia perpetuum fuerit confectum: at in ſimplici ſubſtitutione, ſi pater filio ſubſtituiſſet filios & deſcēdentes ab eo, & ſi filia ab inteſtato ſucceſſura eſſet patri grauato, nec ab ea ſucceſſione à ſtatuto excluditur, viſum eſt Socin.[i] & Simeoni Pret. & alijs ab eodē relatis, teſtatorem ſenſiſſe filiam admittēdam ad hæreditatem patris grauati, non autem à maſculis propellendam, & contrarium ſentiētes multū vt ipſe inqt paralogizare: nā conditio, ſi ſine filijs, filia habili ſuperſtite, nōn eſt purificata, verum enimuerò, rationes pro contraria ſententia adductæ ſunt longè ſubtiliores. Ardua certè ſunt hæc ſenſa, & magna ſpeculatione digna.

Inſuper animaduertendum eſt, aliud iuris eſse ſi quæratur, an aliqua perſona in conditione minimè poſita, ſuccedat, & ſubſtitutum excludat; Enimuerò, excludit ſi ſuccedat, alioqui minimè [k], & aliud iuris eſse ſi quæramus an perſona poſita in conditione ſubſtitutum propellat, ſi non ſuccedat, & vtique propellit, & aliud, ſi quæratur quando plures ſunt vocati, quinam primo inuitatus cenſeatur, an vero ſimul: nā hoc caſu ex teſtamento pręfertur ille, qui a ſtatuto ab inteſtato præponitur; & in his terminis locutus eſt Petrus Ancharanus [l]; & aliud eſt quærere, an quis per fideicommiſsum ſit vocatus ſub conditione, non exiſtentiæ filiorum, nam fideicommiſsarius excluditur, etiam ſuperſtite filio, qui ſuccedere non poteſt [m] hæ arduæ quæſtiones ſimillimæ ſunt lineis parallelis, quæ inuicem non concurrunt, hæc Ruinus poſt Socinum, & alios; verum de his poſtea in titulo de conditionibus agemus.

Secundo principali loco limitatur, quando extat ſtatutum, verba teſtamentorum intelligenda prout iacent ſine aliqua interpretatione, nam tum legatum filio non dicitur legatum filiæ: rationem refert Ill. Mantica [m], quoniam maſculinum ex propria ſignificatione non concipit fœmininum, ſed ex interpretatione, l. iuſta interpretatione, & l. quiſquis, de verb. ſignif.

Ego vero valde dubito & contrarium longè verius arbitror nam ſtatutum

10 videtur excludere interpretationem hominis non autem legis, † Statuta ſiquidem vt communiter receptum eſt, interpretationem paſſiuam recipiunt à lege communi [n], & quia teſtator, vt ſuprà diximus, præſumitur adhærere ſtatutis patrię ſuæ; ſed iam pridem appellatione filiorum venire fœminas lex ipſa eſt interpretata.

11 Tertio † excipitur, ſi teſtator voluerit bona in familia conſeruari, legatum enim filijs, non dicetur legatum filiabus, ne exeat extra familiam, quod vtiq; eueniret, ſi filiæ ſuccederent. [o]

12 Quando, † vbi teſtator filios hæredes vniuerſales, filias verò in re certa hæredes inſtituerit, nam teſtator iam excluſit fœminas ab hæreditate [p]. Filij deni-

13 que vocati æqualiter ſuccedunt tam primi quam ſecundi matrimonij, † quia pater creditur pari affectione omnes filios proſequi [q]; quod tamen ab aliquibus limitari conſueuit, ſi teſtatori immediatè non ſuccedatur, ſed per interpoſitam perſonam, cui bona fuerunt acquiſita, ſi teſtans ſubſtituerit ſalua gradus proximitate, & prærogatiua, ſi pater denique inæqualiter eos inſtituiſset, vtputà, duos ex prima vxore in dimidia, tres, vel plures, ex ſecunda in altero ſemiſse. [r]

Fingamus

Fingamus itaque teſtatorem ita cauiſſe:filios meos hæredes facio,& eis ſubſtituo filios maſculos ac deſcendentes eorum maſculos, & volo quod ipſi filij inuicem ſuccedant quandocunque deceſſerint ſine filijs maſculis; at qui reperiuntur ſuperſtites filij ex diuerſis vxoribus, qui reſpectu grauati & quatenus ad ſuccedendum cenſent.eſſe in diuerſis gradibus, vel quia vnus, vtputà vtrinque coniunctus, habetur proximior, ac præferendus alteri[t], ẽt ab inteſtato, &
14 †nomen filij, eſt nomen collectiuum,& ſignificat ordinem ſuccedendi;Quare qñ ex forma ſtatuti fœminæ à maſculis excluduntur, filię tunc ita ſe habent ad filios, vt ſe habent nepotes ad filios de iure communi.

In hac igitur vtili & pulcherrima ſpecie, ſi huius Compendioſę caſus euenerit vulgaris ſubſtitutionis, æqualiter ſuccedent omnes filij, vel fratres ex vtroq; matrimonio procreati: quia per vulgarem ſucceditur patri, & non fratri, cui facta fuit ſubſtitutio, Inſtit.de vulga. ſubſtit. & ſic attenditur proximitas reſpectu patris[t], cui omnes ſunt ęquales, non autem merito fratris:

Econuerſò, ſi caſus euenerit pupillaris ſubſtitutionis, eo quod filius perierit in pupillari ætate, ſpectanda erit proximitas intuitu fratris, non autem patris, quia ſucceditur pupillo non patri.[u]

15 Sed punctus & difficultas maior verſatur,† ſi fideicommiſſaria ſubſtitutio filio decedente poſt pubertatem, occurrerit, an frater vtrinque coniunctus alios excludere debeat, diſputat Ruinus,[x] & ſuſtinet cæteros excludi: nam quamuis per fideicommiſſariam ſuccedatur teſtatori,& in eius bonis, l.cohęredi,§.cum filiæ, de vulg. attamen, quia immediatè non capitur à teſtatore, ſed à grauato, ſpectanda venit proximitas grauati, non teſtatoris, quaſi teſtator prædilexerit proximiores grauati, & illos prætulerit; ſicut prædilexit ipſum grauatum, l.cũ acutiſſimi, C.de fideicommiſſ. l.cum auus, de condit.& demonſtr.& quia vbi plures ſunt vocati ad fideicommiſſum ordine ſucceſſiuo, poſt nominatos alij admittuntur, prout quiſque proximior eſt grauato, non autem teſtatori, iuxta eorum ſententiam qui ita intepretantur l.cum ita,§.in fideicommiſſo, de leg.2. l.finali, C.de verb.ſignif. quod ſentijt[y] gloſſa, Baldus, Paulus Caſtrenſis,& alij, ſed proximior grauato fratri, eſt frater vtrinque coniunctus,& conſanguineis, ac vterinis præferendus, Authent.Ceſſante, C.de legit.hæred. quod longè verius etiam erit accipiendum, ſi in teſtamento poſita fuerit Clauſula, Salua gradus prioritate,& prærogatiua, vt idem Ruinus affirmat.[z]

16 † Pariter legatum relictũ filiis, nõ intelligitur legatum naturalibus tantum ſi tamen adſunt naturales,& legitimi: at ſi non adſunt, intelligitur etiam ijs relictum, l.hæredibus.§.vltimo, ff.ad Trebell.l.vltima, de iure delib. ac pro ſtatu & conditione patris modo veniunt naturales tantum, modo reijciũtur, Vlpianus in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, ff.ad S.C.Trebel. nam ſoboles naturalis videtur ſummoperè degenerare à nobili progenie, §.ſi qua illuſtris, C.ad Senatuſconſ. Orfician.l.1.§.penult.de vent.inſpicien.

17 † Denique, an filius cęnobium ingreſſus veniat ad fideicommiſſum, cum ipſum monaſterium capere poſſit, quæſtio reducitur ad voluntatem teſtatoris, cum Monaſterium ſuccedat loco filii, l.Deo nobis, § hoc etiam cognitum, C. de Epiſ.& cler.§.ſed & hoc præſenti, Auth.de ſanctiſſ.epiſc. c.in præſen.de proba.niſi tñ volũtas teſtatoris apertè reſiſtat, vt ex variis coniecturis Ill.Card.Mãtica[a] etiam elicere enititur; Et hæc ſunt quæ ob ſummam eorum vtilitatẽ nos in hac quæſtione ſtudioſè inueſtiganda duximus.

AD CAP. IIII.

a Et Anchar.conſ.120.nu.2.&[?] 3.Dec.in l.2.nu.2.& 3.de reg.iur.Craſſ.in §.fideicom.q.12.

b Anchar. poſt Bald.iu l.tres fratres, ff.de pact.& conſ.120.nu.2. Dec.299.nu.11.Calder.de teſtam.

ſtam.reſp.30. Corn.conſ.127.nu.10.lib.2. & conſ.323. nu.8.lib.3. Tiraq.cum infinitis propemodum more ſuo, in tractat.de iure primigen.q.66.nu.20.& 21.

c Bart.Ripa,& alij,in l.hæredes mei,§. cũ ita.ff.ad Trebell.Bart.in l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberti,de oper.libert.Bald.in l.ſi duo,de acq.hæred.Menoch.conſ.95.nu.93.

d Simon Pret.lib.3.interpretat.pag.329.

e Corn.conſil.203.lib.4.Bero.conſ.120.num.37.uol.2. Ruin.149.& ſeq.& 165.ad finem,lib.2. Curt.ſen.conſ.66.Berous,83.num,2.lib,2.Dec.223.nu.2.& 3.Pariſ.conſ.20.nu.18.par.2.Socin.iun.conſ.63.nu.7.in 4.Gozad.79.nu.7.Cephal.conſ.252.nu.23.

f Crauet.conſ.250.nu.2.

g Corn.conſ.1.nu.27.& 30.in 4.Soc.ſen.conſ.51.nu.19.& 73.num.13.in 4.& alij plures relati à Peregrino in ſuo luculento tractatu de fideicom.art.25.nu.54.

h Soc.conſ.73.num.14.uol.4.

i Et Iaſon in l.ſi quis id quod,num.18.de iuriſdict.omn.iud.& in l.qui filiabus, in 5.notab.de legat.1.Soc.iun.conſ.168.num.63.in 2.Menoch.conſ.95.nu.62.& 63.Decian. egregiè conſil.74.num.28.& ſeq.in 3.

i Decian.d.conſ.74.& Peregrinus de fideicommiſſ.ut ſupra.

i Soc.conſ.55.lib.3.Simeon Pret.de interpretat.lib.3.pag.313.& 314.cum aliis ab eo relatis.

K Ruin.conſ.172.nu.7.uol.2.Bald.& alij,in l.penult.C.de impub.& aliis ſubſt.

l Anchar.in d.l tres fratres.

m Vt in l.filiusfamiliàs,§.cum quis,de legat.1.& hæc omnia Ruin.d.conſ.172.nu.7.uol.2.

m Illuſt.Card.Mantica,de coniectur.lib.8.tit.7.

n Bart.paſſim,in l.omnes populi,maximè nu.60.& ſeq.de iuſt.& iur.

o L.pronunciatio,in fine,de uerb.ſignif.communem teſtatur Abb.conſ.19.num.10.Tobias Nonius conſ.36.num.11.

p Bartol.in l.fin.ad Trebell.Iaſon in l.Lucius,num.23.ad Trebell, Burſ.conſ.1.nu.36,uol.1,Dec.conſ.15.Calcan.conſ.47.nu.1.Ruin.conſ.24.nu.5.& 140.nu.1.in 2.Craſſ.in §.fideicommiſſum,quæſt.12.num.1.

q Bart.in l.Lucius,ad Trebell.Ripa ibidem,num.4. Crauet.conſ.43.num.1.Craſſ.in §.fideicommiſſum,q.12.

r Crauet.conſ.43.nu.12.Ruin.conſ.167.num.6.uol.2.

ſ Paul.Caſtr.in l.ſi. C.de uerb.ſignif.Socin.in l.Gallus, §.1.de lib.& poſth. omnia Ruinus egregiè conſ.156.num.5.lib.2.

t Socin.in l.ſi cognatis,de reb.dub.Bart.in l.Lucius,in fi.de uulg.& pupill.

u Bart.in l.re coniuncti,in uerſ.præalleg.de leg.3.Soc.ut ſupra.

x Ruin.conſ.157.num.5.uſque ad 13.lib.2.

y Gloſſ.& Bald.in l.cum ita,§.in fideicommiſſo, de leg.2.& in l.fi.C.de uerb.ſignif.ubi Paul.Caſtrenſ.in quæſt.de emphyteuſi pro ſe,& deſcendentibus.

z Ruinus locis citatis,

z Illuſtr.Card.Mantica de coniecturis lib.8.tit.7.

S V M M A R I A.

1 *Filiorum nomine non comprehenduntur nepotes.*

2 *Stante ſtatuto quod teſtamenta intelligantur ad literam &c. filiorum nomine non veniunt nepotes.*

3 *Quid ſi teſtator nomine proprio filios vocauerit.*

4 *Quid ſi teſtator ſit extraneus, vel nepos non ſit ſucceſſurus vnà cum filijs.*

5 *Quid ſi grauentur filij fideicommiſſo, num eorum nomine nepotes veniant cum alijs ampliationibus ad regulam vſque ad num.13.*

14 *Limitationes plures ad regulam, latè recenſentur vſque ad nu.23.*

19 *In vltimis voluntatibus latior interpretatio facienda eſt.*

Num appellatione filiorum veniant nepotes. Caput quintum.

VARIA, & perplexa hæc videtur quæſtio, vt merito Camaleonti comparari poſſit, quemadmodum enim illud animal quot viderit colores, album, nigrum, viridem, croceum, & id genus multos, tot ipſum coloribus tinctum, quinimmo ſeſe verſicolorē penitus omnibus oſtendit, ita hæc quæſtio quot varijs qualitatibus fuerit exornata, tot di-

uerſis iuris diffinitionib. ab interpretibus quaſi verſicolor eſt recepta; Hinc fit, vt à multis non potuerit, niſi confusè, obſcurè, & implicitè pertractari; Quare mihi magis placuit facilioris doctrinæ gratia regulam ſtatuere, eamque Iuriſconſultorum more ampliare, & limitare, ſtet itaque regula

Filiorum nomen non comprehendere nepotes.

1 Probatur † regula ex l. quod ſi nepotes, ff. de teſt. tut. aliter enim filii, & aliter nepotes appellantur, & l. iuſta interpretatione, de verb. ſignif. iuſta interpretatione inquit recipiendum eſt, vt appellatione filij filiamfamiliàs contineri ſæpe reſpondimus: ita & nepos videatur cōprehendi, & patris nomine auus quoque demonſtrari intelligatur, ex interpretatione inquam, non autem ex proprietate ſermonis; probatur in l. librorum, §. ſed & Papirius, de verb. ſign. & in l. filium meum definimus, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. [a] quæ ſanè regula declaratur, & ampliatur varijs modis.

2 Primò, † hæc concluſio maximè vera exiſtimatur in ea ciuitate in qua fuerit ſtatutū, quod verba teſtamenti ſint intelligenda propriè, & ad literam, prout verba reſonant, abſque alia interpretatione ſeu alio extrinſeco intellectu, [b] quoniam tali caſu appellatione filiorum non venient nepotes.

3 Secundò † indubitata exiſtimatur, quādo teſtator filios nominibus propriis nuncupauerit, vtputà poſt mortem filii ſui hæredem inſtituit Titium, Mæuiū, & Lucium filios Franciſci fratris ſui, neque hoc fideicommiſſum non porrigetur ad nepotes Franciſci. [c]

4 Tertiò, † quando teſtator eſſet extraneus, vel nepos non eſſet vnà cum filiis ſucceſſurus ab inteſtato, nam teſtator præſumitur velle conformem intentionem ſuam reddere diſpoſitioni iuris communis; [d] qua filij prius, dein nepotes vocari, & admitti conſueuerunt: è conuerſò, ſi nepotes erant ſucceſſuri cū filijs ab inteſtato ipſi auo, tunc nomine filiorum admittuntur nepotes ad fideicommiſſum aſcendentium, §. cum filius, de hæred. quæ ab inteſtat. §. reliquum, Auth. de hæred. ab inteſt. venient.

5 Quartò, † quando agitur paſſiuè de fideicommiſſo, vt ſuccedentes grauentur onere fideicommiſſi aliis reſtituendi, iam tum nomen filiorum non continebit nepotes. [e]

6 Quintò, † & quando alteri inſertur grauamen, puta tutori, l. quod ſi nepotes, de teſtam. tutel. §. vlt. qui dari tut. in teſt. poſſ. quia in odioſis ſtrictè, & propriè procedendum eſt, c. odia, de reg. iur. in 6. [f]

7 Sextò, † quando teſtatoris diſpoſitio in ea parte, qua expreſſum fuit nomen filiorum, ſortita fuerit, & impleuerit effectum ſuum, vt ſi filii fuerint hæredes, vtpotè, vocati ad fideicommiſſum vlterius non extenſum, tunc nepotes non comprehendentur nomine filiorum. [g]

8 Septimò, † idem erit dicendum, ſi pater ita cauerit; Si quis filius meus deceſſerit, ſubſtituo ſuperuiuentes, vel ſi vocauerit ad fideicommiſſum filium Titii, uel primogenitum; vel ſi dixerit: bona mea perueniant ad filios præmortuorum, & ſi aliis ſimilibus formulis vſus fuerit, apparet enim mens teſtatoris enixa vt nepotes excludantur. [h]

9 Octauò † nepotes necdum concepti tempore mortis teſtatoris, non intelligentur vocati nomine filiorum, [i] quia moriente eo de cuius bonis quæritur, non erant in rerum natura, l. Titius, de ſuis & legit. hæredib.

Quod tamen limitari ſolet, niſi adſit tractus temporis, vel futurus euentus, quo caſu in fideicommiſſo conditionali: ſi deceſſerint filii mei, vel quandocunque deceſſerint, eo ſiquidem caſu, in conditionali fideicommiſſo euentu futuro præſtando, venirent etiā nepotes nō cōcepti tempore mortis ipſius teſtantis; ſufficit enim fideicommiſſarium capacem eſſe tēpore quo cedit dies fideicommiſſi

commiſſi

commiſſi poſt mortem teſtatoris, l.cum pater, §.hæreditatem filius, ff. de leg. 2.l.ſi deportati.de leg. 3.l.interuenit,de leg.præſtand.l.cum ita, §.in fideicommiſſo,de leg. 2.[k] eoque maximè,quod in ſucceſſione ab inteſtato, requiritur à legib. 12.tabul. quod ſucceſſurus fuerit ſaltem conceptus tempore mortis teſtatoris,non autem exigitur hoc in ſucceſſione ex teſtamento.[l]

10 Nonò,† quando filius ſupereſt,& nepos ex eo, filii nomine non continetur nepos,vtpotè cum ordine charitatis pater filio præferri debeat.[m]

11 Decimò, † quando teſtator filios ſubſtituit æquis portionibus per capita, non per ſtirpes:nam ſi cogitaſſet nepotes venire nomine filiorum, eos porrò ſubſtituiſſet in ſtirpes,non in capita.[n]

12 XI.† Si quis grauatus fuerit ſi ſine liberis deceſſerit,hęreditatem reſtituere reliquis filijs, vel ſuperuiuentibus, intelligitur etiã grauatus reſtituere nepotibus,& ſic appellatione filiorum continentur nepotes,quando ſunt diſpoſitiuè vocati,& agitur de eorum commodo,ex Bartoli ſententia,quæ magis communiter videtur recepta; nonnullis tamen reclamantibus, ſed longè æquior & receptior videtur opinio Bartoli.[p]

13 † Supereſt vt huius Regulæ limitationes nobis venari, & diſcutere liceat, quoniam vt ait Craſſus,ob varias coniecturas in alterutram partem quæſtionis Iuriſconſultum deſultare licet.

14 † Prima igitur erit limitatio, ut nomine filiorum veniant nepotes, in omnibus caſibus in quibus ſic expreſſum reperitur in iure,vt in l.iuſta interpretatione,& l.liberorum, §.ſed & Papirius, de verb.ſignif.l. Senatuſconſulto, de ritu nuptiar.l.ſi quis à liberis,de liber.agnoſc. vt alimenta & filijs & nepotibus ſiut præſtanda,& pluribus alijs in locis.[q]

15 † Secunda erit limitatio,vt nomine filiorum contineantur nepotes in omnibus caſibus ſimillimis illis à lege deciſis, quorum aliquos in prima exceptione retulimus,ratione l.non poſſunt,& l.ſeq.de leg.vtputà, quando maſculinum concipit fœmininum, idest quando nomine filij venit filia, tunc appellatione filiorum veniunt etiam nepotes,vt per æquiparationem habetur in d.l.iuſta interpretatione,cum tamen excepto caſu quo tutor filiis datus eſt,cenſetur filiæ quoq; datus, non tamen nepoti, l.ſi quis ita, de teſtam.tut.non tamen nepoti, l. quod ſi nepotes, ff. eod, & rationem diuerſitatis adducit Bartolus,[r] ne onus referatur & augeatur etiam in tutorem.

16 Tertiò,† limitatur in diſpoſitione teſtatoris cõditionali, veluti,ſi filius meus ſine filiis ex corpore ſuo prognatis deceſſerit, Caiũ ſubſtituo:hoc etenim caſu, venient etiam nepotes, & excludent ſubſtitutum, quoniam in nepote eſt ſanguinis continuatio.[ſ]

17 Quartò,† ratione agnationis nomen filii amplectitur nepotem, vt bona conſeruentur in familia, talis enim apparet voluntas teſtatoris, quæ totum facere dicitur in iure ciuili,l.ex facto proponebatur,§.rerum Italicarum,de hæred.inſtit.l.ſi mihi,& tibi, in fine, de leg. 1. vt bona inquam conſeruentur in familia.[t]

18 Quintò † limitatur,quando agitur de commodo,& vtilitas paratur filiis; enimuerò parata etiam intelligitur nepotibus,[u] quod in cauſa fauorabili, non ſolum in teſtamentis aſcendentium,verum etiam tranſuerſalium,& extraneorum recipiendum eſt,vt in l.vxorem,l.concubinæ,de leg. 3.etenim,fundum vil lico & eius filio legauit,talis benigna recipitur interpretatio,ne pietatis intuitu dura admittatur ſeparatio parentum à nepotibus, & quia latior interpretatio facienda eſt,l.in teſtamentis, de reg.iur.nam legatis mulis, intelliguntur etiam legatæ mulæ,l.qui duos,de leg. 3.

19 Sextò,† quando diſpoſitio extenſa fuerit ad aliquem futurum euẽtum, qui tam in nepotibus, quàm in filiis verificari poſſit, vt ſi,pater inſtituerit eius ii-

lios natos & naſcituros; nam poſt mortem eius, æquè poſſunt exiſtere nepotes ac filij.[x]

20 Septimò,† ne extraneus præferatur proprio ſanguini,& minus dilectus ma gis dilecto, nepotes vtique erunt admittendi,[y] idem iuris,ſi vſus fuerit his ver bis; filijs,liberis,vti ſinonimis.[z]

21 Octauò,† quando nepotes eſſent ſucceſſuri vnà cum filiis, ut ſupra abundè declarauimus in tertia ampliatione.

22 Nonò,† quando pater ſubſtituit filios in ſtirpes, & non in capita, intellexit porrò etiam nepotes.[a]

23 Decimò,† in diſpoſitionibus, quæ ſui natura habent tractum ſucceſſiuum, & perpetuum,nomen filiorum amplectitur nepotes in primogenituris,[b] in feu do,[c] in emphyteuſi,[d] quoniam hæc ſui natura obtinent ſpatium temporis ſuc ceſſiuum.

24 Vndecimò † limitatur, quando teſtator excluſit filias propter filios, nam tunc etiam filias propter nepotes excluſiſſe videtur.

Ex his igitur aperta ſunt ſenſa multarum legum:ex his inquam pateſcit ob minimas diuerſaſque tot rerum coniecturas, in alterutram quæſtionis partem Craſſo inſultare licuiſſe;patet inſuper,ſciſcitanti Apollinis oraculũ,num paſſer, quem pugno incluſum gerebat, viueret? vt dolo circumueniret,& inuerteret eius reſponſum,æquè decuiſſe Apollinem eidem reſpondere,vtrum volueris? haud ſecius ferè quærenti,num filiorum nomine veniant nepotes,Iuriſconſul tum reſponſum dare fas erit,vtrum volueris.

AD CAP. V.

a Adde Alciatum in l.liberorum,de verb.ſignif.Corn.conſ.182.col.3.lib.2. Bero.conſi.96.ad finẽ lib.2.Bald.conſi.186.vol.4.Cyn.& Imol.in l.Gallus,§.inſtituens,de lib.& poſthum.

b Bald.in l.maximum vitium, num.10.C.de lib. præterit. & in l.precibus, C. de impub. & alijs ſubſtit.num.15.Alex.conſ.198.num.16.& 17.vol.6.& conſi.45.num.5. lib.6.

c Gloſſ.in l.ſi quis,ita,in verbo,ſi quis filio,de teſtam. & in l.Gallus,§.inſtituens,de liber.& poſth. & Bart.in d.l.liberorum; & hoc videtur extra omnem difficultatem, ait Curt.iun.conſi.57. num.2.& conſ.62.nu.6.& 7.Bald.conſ.302.lib.4.Crau.conſi.94.num.9. Dec.conſi.513.nu. 12.Pariſ.conſi.20. num.57.lib.3.Vall.conſi.97.nu.17.& 18.lib.4.Gabr.Rom. de verb.ſignifi. Concluſ.1.

d Aretin.conſi.114.Curt.iun.conſi.57.num.5.Bero.conſi.122.lib.2. Soc.iun. conſi.194.& ſeq. vol.2.è conuerſo verò quando nepotes ſucceſſuri ſunt ab inteſtato,quòd veniant nomine filiorum,probatur in §.cum filius,de hæredit.quæ ab inteſt.& in Auth.de hæred.ab.inteſt.venien.§.reliquum.

e Caſtrenſ.conſi.97.num.3.lib.2.Dec.conſ.95.ſed tandem,col.4.& conſ.208.nu.5.& ſeq. Dilect. de arte teſt.tit.de ſubſtit.caut.4. Alcia.conſi.2.nu.8.lib.8. Natta conſ.91.nu.10.Craſſus in §.fideicommiſſ.q.10.num.3.Curt.iun.conſi.111.num.12. Tiraquel. de iure primigenior.q.40. num.56. Ludouic. Molina, de maior. Hiſpan. lib.1.c.6.num.27. Gabr.Roman.d. concluſ.1. num.8.

f Alex.conſi.140. num.1.& ſeq.in 6. Curt.ſen.conſil.46.num.23.Tob.Peruſ.conſi.33. num.26. Ruin.conſi.127.col.1. & 130. & ſeq.num.1.vol.2. Gabr. Roman. d.concluſ.1. num.78. de verb.ſignifi. Bart.in d.l.liberorum,per l.patri,& ſeq.de adulter. & l.Iulianus, §.hoc capite, de ritu nuptiar. Alex.conſi.37.col.4.in 6.Dec.95.Hippolit. Marſil.in l.infames,de ſicar.

g Bart.in d.l.liberorum, nu.18.de verb.ſigniſ.Curt.ſen.conſ.46. num.21.Corn. conſi.131. lib.3. Gozad.conſi.36.num.6.Pariſ.conſ.20.num.56.& 86.num.25.in 2.Vall.conſi.43.nu.26.in 4.

h Corn.conſi.182.num.6.vol 2.Ruin.conſi.181.num.2. in 2.Curt.iun.conſi.67.num.2. Alex.4. col.2.num.8.& 9.lib.4. Io.Mar.Riminald.conſ.27.num.4.Alex.conſ.56.num.6.volum.5.& conſi.140.num.3.lib.6.Soc.conſ.62.num.10.& 104.num.2.in 3.

i Gloſſ.& Bart.in l.ſi cognatis,de rebus dub.& in l.placet,de lib.& poſth. Dec.conſi.95. verſ.tertin principaliter.Ruin.conſi.36.col.penult.lib.2.Gabr.Roman.d.concluſ.1.num.65.& 66.

k Socin.in d.l.ſi cognatis, num.30.& conſi.10.& 86.num.12.in 3.Alex. conſi.22.num.3. & 26. num.4 lib.3.Pariſ.conſi.36.nu.9.& 10.& conſi.53.num.13.in 2.Curt.iun.conſi.111. nu.19. Soc.iun.conſi.126.num.53.lib.1.Ruin.conſi.158.num.15.in 2.Guid. Papæ, deciſ.511.Vall. conſi.38.num.35.lib.4.

l Fulguſ.conſi.34. Domina Caterina,col.2.ad finem, Deci.in Rub.C.de ſucceſſ. edicto, num.3.

Roland.

Roland. à Valle, conſ.70.nu.48.lib.3. Ruin.d.conſi.151.& 158.num.15. Dec.217.ad finem, Iaſon,conſi.159.num.3.lib.4.per d.l.cum pater,§.hæreditatem,filius,de legat.2. per d.l.inter uenit, de legat.præſtand.

m Omnes in l.Gallus,§.quidam rectè,de lib.& poſthu. Socin.iun.ſine controuerſia inquit conſi. 146.num.19.vol.2.

n Socin.iun.conſi.30.num.25.verſ.quarto & vltimo, vol.3.

p Bart.in d.l.liberorum,num.5.& in l.Gallus.§.inſtituens, vbi Alex.de lib.& poſth.Craſſus in §. fideicommiſſum,quæſt.10.

q L.ſi quis,§.plerìſque,de religioſ.l.2.§.ſi mater,ad Tertull.Dec.conſi.95.

r Bart.in d.l.liberorum,& Corn.conſ.207.verſ.nec obſtant adducta,lib.2.

ſ Bald.in l.1.nume.3.C.de condit.inſert.& in l.Lucius, de hæred.inſtit.& eſt magis communis. Socin.conſi.17.col.1.lib.4.& conſi.249.lib.2.Corn.conſ.97.in 1.Caſtr.conſi.198.parte 2. Alciat.conſi.2.nu.23.lib.8.

t Iaſon conſi.52.lib.3.Pariſ.conſi.75.& 78.lib.2.& 52.num.2.in 3.Curt.iun.conſi.111.num.5.

u D.l.Lucius, d.l.iuſta interpretatione,Bartol.in d.l.liberorum, Alex.conſ.26. num.5. & 6.lib.3. latius conſi.37.num.12.vſque ad finem, lib.6.Soc.conſi.18.lib.4. Iaſon conſi.52. lib.3. Pariſ. conſi.52.num.24.& 63.num.27.vol.2.Curt.iun.conſi.113.num.2.& 113. num.13.Simeon Pret.de interpret.lib.3.pagina 328.

x D.l.Lucius,de hæred.inſtit. Imola in l.Gallus,§.inſtituens,de lib.& poſth. vbi Iaſon & Alexan. & idem Alex.conſi.5. num.4. lib.5.Socin.conſi.43. vol.3. Dec.conſi.299.col. penult. Ruin. conſ.111.num.9.& 154.nu.4.lib.2.Curt.iun.139.nu.22.Pariſ.52.nu.22.lib.3.Gozad.conſ.4. nu.13.Cœphal.conſ.107.nu.15.Dec.conſ.95.nu.5.Simeon Pret.pag.328.

y Corneus conſ.207.lib.2.Io.Mar.Riminald.conſ.127.ad finem, Bald.conſ.413.lib.4. Pariſ.conſ. 52.nu.25.& 26.lib.2.Gozad.conſ.4.nu.13.Gabr.Roma.d.concl.1. nu.32.& ſeq.Crauet.cõſ. 155.nu.3.Curt.iunior conſ.3.nu.9.Craſſus in §.fideicommiſſum,quæſt.10.

z Curt.conſ.111.nu.7.Crauet.conſ.155.nu.3.Alex.conſ.158.nu.1.vol.7.

a Soc.iun.conſ.1.nu.44.vol.3.Curt.conſ.161.nu.1.Soc.iun.conſ.149.nu.8.lib.2. Curt.conſ.161. nu 7.uerſ.ad ſecundum.

b Ludouic.Molina de maior.Hiſpan.lib.1.Cap.6.nu.28.Socin.conſ.250.lib.2. Tiraq. de iure primigenior. quæſt.40. nu.57. Gozad. conſ.36. num.11. Soc.iun.conſ.108.nu.2.lib.2. Didac. pract.quæſt.Cap.38.nu.6.& 7.Anchar. conſ.27.

c Bald.in c.1.in titulo,an Agnat.vel.fil.in feudis,Paulus, et Iaſon in l.apud Iulianum,§.ſi quis alicui,de leg.1.Ruin.conſ.15. nu.1.lib.1.Clarus in §.feudum,quæſt.9.Roland.conſ.28.num.9. in 32

d Iulius Clarus in §.Emphytheuſis,quęſt.28.Iaſon in l.2.C.de iur.Emphyt.num.19.poſt Salicet. num.32.inibi.

e Curt.iun.conſ.116.nu.11.Craſſ.quæſt.10.nu.11.

S V M M A R I A.

1 Nepotes filiorum an ingrediantur locum patris, & cum patruo ſuccedere poſſint, de quo plures opiniones.

2 Quid ſi teſtator in ſubſtitutione reciproca fideicommiſſaria inter filios, vel fratres, uel liberos, & deſcendentes adhibuerit Clauſulam, Salua gradus prærogatiua.

3 Inter vocatos nomine collectiuo intelligitur ſupradicta Clauſula.

4 Clauſula, Salua gradus prærogatiua quid operetur.

5 Geminata oratio magnas habet vires.

6 Semper idem, ſemper facit idem.

7 Tantum probant mille teſtes ſingulares, quantum vnus teſtis ſingularis.

8 Si teſtator ſubſtituerit ſuperſtites, vtrum alij puta nepotes in locum demortuorum poterunt ſuccedere.

9 Nomine proprio nuncupati, prius ſunt admittendi, deìn qui ſpecialiter, poſtea qui collectiue vocati fuerunt.

10 Patruus an nepoti præferatur quoties in ſubſtitutione poſt filios per alternatiuam nepos fuerit vocatus.

11 Si teſtator vocauerit proximiores, nunquid filius ingredietur locum patris.

12 Auctoris opinio.

13 Nepotes nondum nati vel concepti tempore mortis teſtatoris, an poſſint repræſentare

tare perſonam patris,& cum patruo ſuccedere.

14 Coniectura fortior vincit debiliorem,& plures vincunt pauciores.

15 Si teſtator plures inſtituerit hæredes,& eis decedentibus ſubſtituerit copulatiuè ſuperuiuentes,& eorum filios in ſtirpes, & non in capita nunquid nepos cum patruo ad fideicommiſſum ſuccedat.

16 Quid ſi æquis portionibus in ſtirpes,& non in capita.

17 Clauſula per ſtirpes, & non in capita, non poteſt ſtare ſimul cum Clauſula ſalua gradus prærogatiua.

An & quando filius ingrediatur locum patris, vt ſuccedat in fideicommiſſo. Cap. VI.

IAM nepotes ad fideicommiſſum filiis relictũ admitti diſpu-
1 tauimus; † nunc igitur quæramus, vtrum nepotes ingrediã-
tur locum patris, vt potiſſimum cum patruo ſuccedere poſ
ſint, necne; quæ ſanè vtilis,& egregia quæſtio à trinis Iuris
prudentum opinionibus tota pendere, totaque ab eis, rectè
definiri videtur, quarum

Prima aſcribitur gloſſa, in l.cum ita, §.in fideicommiſſo, de leg. 2. nempè, quod in fideicommiſſis quæ deferuntur proximioribus, filius ingrediatur gradum patris, ut ſit nepos vnà cum patruo ad hæreditatem admittatur vel neptis cum amita, iuxta §.cum filius, de hæred.quæ ab inteſt.defer.& Auth.de hæred.ab inteſt.venient, §.reliquum, referũt Alciatus, cæteriq; in d.§.in fideicommiſſo,& hæc ordinem, ac iuris ſanctionẽ maximè ſequitur.

Secunda verò fuit opinio Baldi, ipſi gloſſæ ibidem contraria, quod ſcilicèt in legis diſpoſitione filius vtiq; repræſentet vices & gradus patris, verum in hominis teſtatione: proinde in fideicommiſſis filius minimè ſubrogatur in gradũ parentis, quinimmò, gradus proximitas tam diligenter erit ſpectanda, vt nepotes excludantur à patruo, ea ratione, quod teſtator maiori affectione proſequatur proximiorem, vti ſanguine ſibi magis coniunctum, quam gradu remotiorem; quandoquidem, maior præſumatur amor erga fratrem, quam erga filios fratris, ut Baldus inibi aduerſus Accurſiana gloſſemata formauit,& utraq; opinio ſuos habuit quamplurimos ſectatores.[a]

Tertia dein ſucceſſit opinio, quæ fœdere diſtinctionis vtramq; cõciliare ſtuduit; nam aut agitur de ſuccedendo aſcendentibus, vel patruo, vel auunculo, aut amitæ, vel materteræ, tunc veriorem gloſſæ ſententiam exiſtimant iuris Interpretes; nempè, quod filius etiam in fideicommiſſis ingrediatur locum patris, Auth.Ceſſante, C.de legit.hæred.§.reliquum, Auth.de hæred.ab inteſt. venient.& §.cum filius de hæred.quæ ab inteſt.defer. Aut agitur in linea tranſuerſali de ſuccedendo patruo magno, uel alijs vlterioribus, eo caſu aiunt filium nunquam poſſe præſeferre locum, vel gradum parentis, per l.2. C.de ſucceſſ. edicto,[b] & veriorem tunc exiſtimant Baldi opinionem, vt qui prior ſit in gradu, potior habeatur in fideicommiſſo, §.repetitis, de ſerui.cogna.§.1.de ſucceſ. cognat.& de legit.agnat.ſucceſs. quod ſanè fœderis temperamentum, ſecuti amplexiq; ſunt Decius,[c] Ruinus, Decianus, Cephalus, & Iaſon, qui contraria argumenta Baldi ſubuertere ſtudioſè curauit, cæteriq; inſignes viri, adeò, vt pro varijs temporibus, varij, quinimmò contrarij inter ſe fuerint in hac celebri quæſtione Iuriſprudentes; Quare, tam varias Iuriſprudentiæ vices ingemiſco. Poſtremò, hæc æquior, verior,& communior viſa, receptaq; fuit, tum, quia nepos non ſuccedit vt nepos, ſed vt repræſentans gradum parentis, tum, quia teſtator cenſetur voluntate ſua adhærere iuri communi,[d] & in his metiendus eſt

gradus

gradus merito ordinis ſuccedendi,& conſiderata perſona teſtantis,non autem reſpectu propinquitatis conſiderata perſona grauati.[e]

Verùm enimuerò præter limites huius temperamenti, quæſtio reſoluitur vt ſit voluntatis, ſiue merè conіecturalis: nam varijs vrgentibus, & contrariis coniecturis, facilè fieri poterit, vt modo nepos,non ſuccedat in ius, locumve parentis,modo verò,vt eiuſdem gradum ingrediatur.

Ecce enim Baldi opinionem amplexi ſecutiq; ſunt Raphael Cumanus, Angelus Aretinus,Rubeus Alexandrinus,Decius,Ruinus, Didacus, aliique inſignes Iuriſconſulti; Quam ſanè opinionem veram eſſe, ſuadere videntur hæ coniecturæ.

2 Prima † Si teſtator in ſubſtitutione Reciproca fideicommiſſaria,inter filios, vel fratres,vel liberos,& deſcendentes,adhibuerit eam Clauſulam,(Salua gradus prærogatiua) nam ex ea videtur auus noluiſſe filium ingredi in locum patris, vel noluiſſe filium fratris gradu vlteriorem poſſe vnà cum patruo ſuccedere,[f] quæ tamen præſumptio,ſiue coniectura non omninò tuta videtur:nam
3 † inter vocatos nomine collectiuo,familiam,agnatos,liberos,deſcendentes, & huiuſmodi multos,ſubintelligitur Clauſula,(Salua gradus prærogatiua[g]) ſed
4 † notiſſimi iuris eſt, expreſſionem eorum quæ tacitè inſunt,nihil operari, l. 3. de leg. 1.quare Caſtrenſis[h] rectè quidem exiſtimauit,huiuſmodi prærogatiuę Clauſulam hoc vnum operari & inferre vt exiſtentibus aſcendentibus, ac deſcendentibus præferantur aſcendentes gradu proximiores; at ſi non adſint aſcendentes,ſed collaterales patrui, amitæ,auunculi, & materteræ,à quibus nepotes non excluduntur,hanc Clauſulam inanem fore,& nihil prorſus operari: quinimmò filios fratris cum patruo vel amita pariter admitti, certiſſimi iuris eſt;idem firmauit Alciatus,quod ſanè ex prælibato temperamento iuri conuenire mihi viſum eſt: iccircò primam hanc coniecturam alicuius momenti, ſatisq; validam fore Simeon Preteus,[i] Pariſium, & alios ſecutus, exiſtimauit, ſi
5 geminata in ſubſtitutione reperiretur, † propter magnas geminatæ orationis vires,l. baliſta, ad Trebell.Quod ſi teſtator ſubſtituerit ſalua gradus prærogatiua,& ordine ſuccedendi ab inteſtato, proculdubiò filii ingredientur locum patris,vt in tertia illa opinione concluſum fuit,[k] Sed enim, Simeonem aduerſus magnoperè timendum reor, ne nõ oratio quæ ſimplex nil referat,geminata pa-
6 riter nihil reſonet,per Regulam philoſophiæ,ſemper † idem,ſemper facit idẽ, quemadmodum Sol in Zodiaco,& per eam Iuriſprudentiæ propoſitionem,tã-
7 tum † probant mille teſtes ſingulares,quantum unicus teſtis ſingularis;
8 Secunda; † Si teſtator ſubſtituerit ſuperſtites,neq; enim alij, puta nepotes, in locum demortuorum poterunt ſuccedere,[l] niſi tamen vocaſſet ſuperſtites, eo modo, quo ſucceſſuri[m] eſſent, vel ſubſtituiſſet prædictos eius hæredes;[n] Idem iuris,ſi in hæc verba cauerit; (Eosq; & eorum filios inuicem ſubſtituo,) nam ſicut magis dilexit filios inſtituendo,ita etiam magis dilexiſſe videtur ſubſtituendo,adeò, vt vno eorum moriente, alter frater tamquam magis dilectus potius admittatur, quam nepotes minus dilecti,[o] idemque pariter recipiendum eſt, ſi ſpecialiter filios, ſi collectiuè liberos, poſteros, vel deſcendentes uocauerit, in hunc modum; Subſtituo inuicem dictos filios,& eorum li-
9 beros,poſteros,vel deſcendentes; quoniam † nomine proprio nuncupati,prius ſunt admittendi,dein qui ſpecialiter,poſteà, qui collectiuè vocati fuerunt, iuxtà ea,[p] quæ communiter traduntur in l.cum ita,§.in fideicommiſſo,de leg. 2. hinc Simeon Preteus,[q] rectè cauendum à Curtio iuniore animaduertebat, dum probare conatur,ſi pluribus filiis inſtitutis,eos,eorumq; filios inuicem in ſtirpes & non incapita ſubſtituerit, nepotem non venire cum patruo ad fideicommiſſum ob mortem fratris deferendum;Quæ opinio ex Pariſij[r] ſententia,

& alio-

& aliorum, nec vera, nec defenſibilis apparet, an quia potĕtior coniectura clauſulæ per ſtirpem & non in capita, penitus propellit minus potentem coniecturam ordinis, quoniam vna eſt expreſſa, altera tacita, vna generalis, altera ſpecialis.

10 Tertia † patruum nepoti præfert, quoties in ſubſtitutione poſt filios per alternatiuam vel, ſeu, aut, nepos fuerit vocatus, veluti, ſi quis eorum hęredum deceſſerit ſine filijs, ſubſtituit ſuperuiuentes eius filios, vel filios ipſorum in ſtirpes, non in capita, quoniam ex ordine ſcripturæ prius ſunt vocati filij, poſtea nepotes, per diſiunctiuam (vel) l. cum pater, §. penult. de leg. 2. & l. hęredes mei, §. vlt. ad Trebell. [r] vno tamen reclamante Siculo [t] & leuiter reſiſtente, quandoquidem, vocati verbis alternatiuis, ſunt affectione charitatis cõiuncti, & eos ſecundum ordinem ſcripturæ ſuccedere oportet: nam alternatiua non poteſt inter has perſonas in coniunctiuam, nec in copulatiuam conuerti. [u]

11 Quarta † Si teſtator vocauerit proximiores, filius nõ ingredietur locum patris: quia cenſetur limitare fideicommiſſum ad certum gradum, ergò, non debent admitti niſi qui continentur in eo; [x] & hoc firmat Illuſtriſs. Cardinalis Mantica, reiecta ſententia Baldi, & aliorum, ſuſtinentium in hac theſi filium ingredi locum patris, eandem firmarunt Didacus, & Rolandus à Valle, ac Decius.

12 Ego verò † longè veriorem exiſtimaui Baldi opinionem, quia nepos in ordine ſuccedendi eſt in eodẽ proximiori gradu, quo ipſe patruus, ita lege ſtatuẽte, cui adhæſit mens teſtatoris; hoc idem ſentit Alciatus [y] & nouiſſimi.

13 Quinta † Si nepotes non erant nati, necdum concepti tempore mortis teſtatoris, non poſſunt vtique repræſentare perſonam patris, nec cũ patruo ſuccedere, vtpotè, qui nullo ſanguinis, nulloq; cognationis iure eum attingunt, l. Titius, de ſuis & legit. hæred. l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vnde cognati, l. ſi cognatis, de reb. dub. [z]

Hæc ſanè coniectura reijcitur à Iaſone, Pariſio, Gabriele Romano, & ab alijs; Et quamuis maior videatur affectio erga natos, quam erga naſcituros, l. qui filiabus, de leg. 1. attamen in fideicommiſſo ſub conditione relicto, (quicquid garriat Baldus) inſpiciendum eſt tempus adimpletæ conditionis, an quis ſit proximior, an ortus, an conceptus, maximè, quando teſtator proximiores eius ſubſtituerit; Hinc Rolandus, Baldum reprehendebat, quod ſine lege locutus eſſet, & Illuſtr. Card. Mantica Pariſio comite hanc reſtringit coniecturam, vt vera ſit, quoties teſtator natos duntaxat ſubſtituerit, non autem naſcituros: Curtius [a] verò, ad mittens conceptos, etiam poſt mortem, admittendos ad fideicommiſſum conditionale, cum ſufficiat eos eſſe conceptos tempore exiſtentis conditionis: attamen ſi ſuperſint, inquit etiam ij, qui nati fuerunt adhuc viuo teſtatore, ex naturali quadam ratione ſentit eos præferendos tanquam co-

14 gnitos & magis dilectos ab ipſo teſtatore; † Quare perpendendum erit, coniecturam fortiorem vincere debiliorem, & plures vincere pauciores, & an teſtator adhæſerit legi ſiue ordini ſuccedendi ab inteſtato, quo caſu certi ſumus, in vſibus prædictis filium ingredi locum, & ius paternum, in aliis minimè.

Econuerſò, aliæ ſcatent etiam coniecturæ, quæ nepotem ſuccedere in locũ patris, & proinde cum patruo admitti, facilè perſuadent.

15 Prima † igitur ea eſt; Quãdo teſtator plures inſtituit hæredes & eis decedentibus ſubſtituit copulatiuè ſuperuiuentes; & eorum filios, in ſtirpes, & non in capita, tunc enim ſuccedet nepos cum patruo ad fideicommiſſum, [b] & hic nepos venit, non corrumpendo, ſed potius repræſentando gradum parentis, [c]

16 Secunda † Si teſtator ita cauiſſet; Eoſque ſibi taliter decedenti, & ab ipſis taliter decedentibus, inſtituit & ſubſtituit æquis portionibus, in ſtirpes, & non

in capi-

in capita:[d] nam Clauſula, In ſtirpem, & non in capita, demonſtrat ſimultaneam vocationem nepotum cum patruis, actiuè, & paſſiuè, & tollit ius proximitatis,ac gradus prærogatiuæ,[e] & ſui natura continet tractum temporis,ac fideicommiſſum.[f]

17 Quare diligenter cauendum erit à reſponſis Curtij[g] iunioris, exiſtimantis huiuſmodi Clauſulam,(per ſtirpes,& non in capita) poſſe ſtare ſimul cũ Clauſula,(Salua gradus prærogatiua) poſſeque ſibi vendicare locum in eodem gradu, vt ſi ex diuerſis parentibus plures nepotes ſine patruo aliquo ſuccedant, patruo defuncto:quod etiam Merzarius æmulatus eſt:cauẽdum inquam ab his ſuſpectis,& à Iure ciuili alienis: nam ſi agitur de ordine ſuccedendi ab inteſtato,certiſſimi Iuris eſt, filios fratrum numero diſpares, non poſſe patrui hæreditatem per ſtirpes inter ſe diuidere,ſed vtique per capita; Vel ipſi ſoli vendicẽt hæreditatem patrui,ſine patruo aliquo ſuperſtite, vel ſimul cum patruo viuente hæreditatem patrui defuncti petant;quemadmodum in ſequenti quæſtione abundè declarauimus;& qui contrarium ſuſtinere conantur,Curtius, Marzarius, aliive, deſtruunt principia Iuriſprudentiæ quæ profitentur; Dein nonne Salua gradus prærogatiua,& Clauſula,Per ſtirpes,& non in capita, inuicẽ collatæ referunt plures gradus,vt aliquis præleferat gradus prærogatiuam,veluti ſi patruus vnus, & filii fratrum eius contendant ad hæreditatem fratris ſiue patrui defuncti diuidendam,ſibiq; acquirẽdam, vel ſi proximior aliquis poſtulet ſequentibus in hæreditate præferri,vtique quidem plures referunt gradus,ergò ita admittentur vt etiam ſequentes in gradu non excludantur: nam Clauſula, Salua gradus prærogatiua,gradum ſibi priorẽ vendicat, clauſula verò per ſtirpem,& non per capita ſequentem etiam gradum ſibi vſurpat, vt ſcilicẽt nepos vnà cum patruo admittatur,ita tamen vt clauſula,per ſtirpem,extendat vires ſuas etiam in pari gradu, exemplum eſt Iuſtiniani pulcherrimum declaratum in d.§.cum filius.Ecce frater,vel auus deceſſit prędefunctis omnibus eius filiis, ſed ex vno ſuperſunt tres nepotes, ex altero quatuor, hi nepotes ſunt in pari gradu, attamen diuidunt hæreditatem per ſtirpes, non autem per capita, quoniam repræſentant perſonam parentum ſimul, & apparet vera ſtirps,& origo quæ remanet in linea recta deſcedens ab auo in filios, tum in nepotes numero diſpares,origine verò,& gradu æquales, & hæc ſunt germana ſenſa,d.§. cum filius, in ſecunda parte, quæ Pariſius[h] pluries ſequutus videtur: ſed hæc non potuerunt niſi ſummo cum errore, quin etiam violatione Nouellæ Iuſtinianę ac l.12.tabul.à Curtio, nec ab aliis cõferri ad filios fratrum cum patrǔo, vel ſolos ſine patruo vendicantes hæreditatem patrui defuncti, vt iura clariſſima reſonant, & in quæſtione ſequenti vi legum,& argumentorum abundè patefiet.

Præterea in dubiis præſumitur teſtatorem intellexiſſe ordinem ſuccedendi iuris ciuilis ab inteſtato, ergo regulariter ſimul ſtare nequeunt iſtæ clauſulæ,niſi in caſu Iuſtiniani ſuperius relati, vel niſi dicamus ex priuilegio Iuſtiniani nepotes admitti vnà cum patruis,quaſi in hoc caſu non ex gradu cõcepto, ſed repræſentato veniant nepotes.

Denique Clauſula Salua gradus prærogatiua omiſſa, ſubauditur, l.vlt.C.de verb.ſignif.l.cum ita.§ in fideicommiſſo,l.peto,§.fratre,de leg.2.ergo, expreſſa nihil operatur,per regulam l.3.de leg.1.l.non rectè,C.de fideiuſſor.l.ſi arrogator, de adopt.niſi tamen fuerit expreſſa in fideicommiſſo præſtando familiæ alicuius extranei,ad quod non proximiores tantum,ſed omnes etiam illius familiæ æqualiter admittuntur,[i] nam hoc caſu expreſſa operatur, ſed inter ſuos, ac deſcendentes teſtatoris eius,expreſſio regulariter nihil operatur, niſi maiorem quandam emphaſim,ſiue declarationem voluntatis.

AD CAP. VI.

a Autores relati à Gab. Romano comm. opinion. in tit. de fideicommiſſ. lib. 4. concluſ. 3. à Cardi. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 9. à Craſſo in §. fideicommiſſum, quæſt. 11. à Simeone Preteo, lib. interpretat. 3. pag. 339. & paſſim a conſulentibus in eorum reſponſis.

b Vbi Decl. Curt. & alij.

c Dec. Conſ. 217. Gozad. conſ. 4. nu. 32. & conſ. 59. nu. 5. Ruin. conſ. 163. nu. 13. vol. 3. Pariſ. conſi. 38. nu. 15. lib. 2. & conſ. 43. nu. 25. in 3. Iaſon conſ. 215. parte 2. vbi latè reijcit rationes & fundamenta Baldi, & plures à Deciano relati conſ. 1. nu. 363. vol. 1. & à Cephalo cōſ. 283. nu. 14. 17. 18. & ſequent.

d Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, vbi Ripa, nu. 34. ad Trebell.

e Dec. conſ. 1. nu. 6. Didac. pract. quæſt. c. 38. Soci. conſ. 249. vol. 3. Corn. conſ. 230. col. 9. in fin. vol. 3. & 101. nu. 3. in 4. & 131. nu. 9. & 10. in 2.

Et Baldi opinionem ſecuti ſunt Raphael Cuman. conſ. 107. Angel. Aret. in §. cum filius, de hæred. quæ ab inteſt. deſ. nu. 2. Capra conſ. 5. nu. 5. Iaſon ſibi contrarius hanc veriorem teſtatur. in l. ſi auiæ, nu. 6. C. de ſucceſſ. edicto. Rub. Alex. hanc legendo ſecutus eſt, conſ. 37. Dec. copiosè, conſ. 1. nu. 4. dico inquit gloſſæ opinionem non eſſe veram, quando ſucceditur iure fideicom. & ſecūdum eius reſponſum iudicatum ſuiſſe in Curia Romana, teſtatur ipſemet in d. l. ſi auiæ, nū. 6. & 7. ſequitur Ruin. In fideicom. relicto à collaterali vltra patruum, reſponſo 169. nu. 7. & 134. nu. 12. vol. 2. Didac. pract. quæſt. c. 38. nu. 5.

f Pariſ. conſ. 30. nu. 58. & 37. nu. 57. & Reſp. 39. in 2. Curt. iun. conſ. 154. nu. 9. Gabr. Roman. de fideicommiſſis concl. 3. nu. 3. Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 11. nu. 8. Dec. conſ. 10. Pariſ. conſ. 9. nu. 49. in 2. & 36. nu. 27. lib. 1. Illuſt. Card. Mantica lib. 8. de coniectur. tit. 9.

g Vt in l. cum ita, §. in fideicom. de leg. 2. vbi clarè Cuman. & in l. fin. C. de verb. ſignific. Dec. cōſ. 299. propè finem. Iaſon conſ. 215. lib. 2. Aluer. conſ. 102. nu. 6. lib. 9.

h Caſtrēſis conſ. 454. Quæritur ad quem, lib. 2. Alciat. in d. § in fideicommiſſo, in verbo, in primo gradu, num. 20.

i Simeon Pret. lib. interpretationum 3. pag. 340.

K Illuſt. Card. Mant. de coniect. lib. 8. ti. 9. Dec. conſ. 79. nu. 13. Didac. pract. quæſt. c. 38. nu. 4.

l Curt. iun. conſ. 57. nu. 1. Pariſ. conſ. 37. nu. 50. & 51. & 70. vol. 2. Corn. conſ. 182. nu. 6. vol. 2.

m Dec. conſ. 79. nu. 1. Pariſ. conſ. 37. nu. 53. vol. 2.

n Curt. iun. conſ. 58. nu. 2. Gabr. Roma. in tit. de fideicom. Concluſ. 3. nu. 9.

o Curt. iun. conſ. 22. nu. 8. & 11. & conſ. 161. nu. 7. Ruin. conſ. 101. nu. 21. vol. 2.

p Et quæ Curt. iun. d. conſ. 161. nu. 7. & in l. 2. nu. 4. C. de ſucceſſ. edict. Pariſ. conſ. 18. nu. 66. & 72. parte 2. Didac. pract. quæſt. c. 38. nu. 4. Cardin. Mantica, 8. de coniect. tit. 9. nu. 8. Corn. conſ. 182. in 2. Ruin. conſ. 101. nu. 2. & conſ. 168. nu. 16. & 169. & 134. in 2. Soc. iun. conſ. 133. nu. 5. lib. 1. & plures Simeon Pret. de iterpretat. lib. 3. pag. 339.

q Simeon Pret. d. pag. 339. Curt. iun. conſ. 22. nu. 16. & conſ. 128. nu. 3. & 171. nu. 7.

r Pariſ. conſ. 42. nu. 22. & ſeq. lib. 3. & conſ. 91. nu. 36. & Reſp. 92. lib. 2. Gab. Roman. de fideicōm. concluſ. 3. nu. 20.

ſ Et Alex. conſ. 30. lib. 2. Pariſ. conſ. 21. nu. 14. in 3. Cuman. conſ. 106. Ruin. conſ. 169. verſ. tertio reſpondetur, vol. 2. Burſat. conſ. 81. nu. 6. reclamante Siculo conſ. 61. lib. 1.

t Siculus d. conſ. 61. lib. 1.

u Ripa, in l. hæredes mei, §. cum ita, ad Trebell. Ruin. conſ. 21. nu. 2. & 30. nu. 4. lib. 2. Pariſ. conſ. 21. nu. 32. lib. 3. Dec. conſi. 269. Simeon Pret. pag. 340. Craſſus in §. fideicomm. q. 11. in fine.

x Pariſ. conſi. 90. nu. 48. vol. 2. Craſſ. d. q. 11. Illuſtr. Card. Mant. loco citato. Bald. conſ. 488. libro 3. Alex. conſ. 137. nu. 1. lib. 1. Iaſon conſ. 159. lib. 4. & 215. in 2. Didac. Couarr. pract. quæſt. c. 38. nu. 4. & Rolandi à Valle, Reſp. 38. nu. 33. Dec. conſi. 37. in fine, vol. 1.

y Alciat. in d. §. in fideicom. nu. 20. & 22. Peregr. de fideicommiſſis, art. 21. nu. 17.

z Ita Bald. conſi. 488. vol. 3. Curt. iun. conſ. 57. nu. 11. et 58. nu. 5. Pariſ. conſi. 36. nu. 9. & 10. vol. 2. quæ coniectura reijcitur à Iaſone conſ. 159. nu. 3. vol. 4. & à Pariſ. conſi. 36. nu. 9. & 10. vol. 2. Gabr. Rom. d. concluſ. 3. nu. 3. Roland. repræhendit Bald. conſ. 39. nu. 2. & num. 28. Cephal. conſi. 465. nu. 4. & nu. 10. Reſtringitur coniectura à Pariſ. conſi. 39. nu. 15. vol. 2.

a Curt. iun. conſ. 57. nu. 11. & 12. & conſi. 58. nu. 5. & 6.

b Corn. conſ. 34. in fine, lib. 1. latè Socin. Reſp. 69. & 103. lib. 3. Pariſ. conſi. 38. nu. 10. & 92. ad finē, vol. 2. & conſ. 8. nu. 16. & 42. nu. 23. in 3. Socin. iun. 20. nu. 8. lib. 3.

c Bart. in l. 2. C. de lib. præter. Bald. in l. 1. nu. 7. C. de ſecundis nupt. Alex. conſi. 55. lib. 4. congerit Simeon Pret. pag. 340. Craſſus d. q. 11. nu. 7.

d Ruin. Reſp. 171. nu. 8. lib. 2. Simeon Pret. ibidem.

e Socin. conſi. 104. verſ. confirmatur lib. 3. Pariſ. cōſi. 136. nu. 5. & 13. & conſ. 38. nu. 10. & 40. nu. 32. & 88. nu. 25. & 91. nu. 24. in 2.

f Caſtrenſis conſil. 422. lib. 2.

g Curt. iun. ſuſpectus in conſi. 22. nu. 16. & in conſ. 128. nu. 3. & 171. nu. 7. & Marzarius in Epitome fideicom. quæſt. 34. & conſ. 3.

h Marzar. d. quæſt. 34. & conſ. 3. Pariſ. conſ. 40. nu. 30. & 31. in 2.

i Bart. in l. ſi cognatus, in fine, ff. de reb. dub. vbi Socin. & Alciat. in d. §. in fideicom. nu. 2.

S V M M A R I A.

1 *An filij fratrum ſuccedant per capita, vel per ſtirpes, variæque opiniones, & numer. 7.*
2 *Vbi repræſentatio perſona, ibi ſucceſsio per ſtirpes.*
3 *Qui in alterius locum ſuccedit plus iuris conſequi non poteſt quam ille, in cuius locum ſubrogatur.*
4 *Vnius hæreditas non debet diuerſo iure cenſeri.*
5 *Quæ ſunt vni, & eidem eadem, ſunt eadem inter ſe.*
6 *In linea collaterali nulla datur ſtirpes.*
8 *Non creditur exemplo, niſi edatur originale.*
9 *In linea tranſuerſali facilius ſucceditur deſcendendo, quàm aſcendendo.*

An filij fratrum patruo ſuccedant per capita an verò per Stirpes. Caput VII.

QVAEREBAMVS an nepos ingrederetur locum pa-
1 tris, par eſt igitur, vt nunc inueſtigemus vtrum † filij fratrũ ſuccedãt per capita, vel per ſtirpes? Hæc eſt ardua illa quæſtio, quæ Iuriſprudentiæ faſtigia tangit; in qua Anteſignani gloſſatores Azo ſcilicèt, & Accurſius varias quinimmò contrarias retulerunt opiniones: quare contrarias etiam Sectas in iure ciuili introduxerunt: nàm Accurſius ex deprauato nonnullarum legum ſenſu deceptus, limpidiſſimum fontem Iuriſprudentiæ turbauit, voluitq; filios fratrum in quæſtione propoſita in ſtirpes ſuccedere. Azo verò contrarium profeſſus eſt, is ſcilicèt per capita deferendam hæreditatem, ſplendoremq; legis 12. tabu. ſecutus eſt. Theſis eſt huiuſmodi, ex qua titulus quæſtionis declaratur. Tres ſunt fratres, primus ſine prole deceſſit, ſecundus relicto vnico filio, tertius relictis duobus filijs: quæritur, de hæreditate primi deferenda, an per capita ſit diſtribuenda in tres ſcilicèt partes, quemadmodum tres ſunt filij fratrum, an verò per ſtirpem in duas partes, ita, vt filius ſecundi capiat ſemiſſem, & filij tertij fratris conſequantur alterum ſemiſſem? Accurſium, eiuſq; gloſſemata ſecuti ſunt Dynus, Cynus, Iacobus Rauennas, Bartolus, Baldus, Angelus, Faber, Guido Papæ, Andreas Siculus, & alij. Pro opinione itaque Accurſiana hæc militant argumenta.

Primum deducitur ab Auth. Ceſſante,, & Auth. Poſt fratres, C. de legit. hæred. Ceſſante inquit ſucceſſione lineæ deſcendentum & aſcendentum, vocantur primo fratres, fratriſq; præmortui filü, in ſtirpes; Ecquid igitur clarius potuit vnquam deſiderari, probatur etiam ex Auth. Poſt fratres, C. de legit. hæredib. Poſt fratres inquit, fratrumque filios, vocantur quicunque gradu ſunt proximiores, vt pares gradu pariter admittantur, vt fiat diuiſio in capita, non in ſtirpes, poſt fratres inquit, fratrumq; filios, ergò inter eos fit diuiſio in ſtirpes, vt vnius incluſio ſit alterius excluſio, quod firmatur etiam in Auth. de hæred. ab inteſt. venient. §. ſi verò, neque fratres, neq; filios fratrum ſicut diximus defunctus habeat, tunc cæteri remotiores quoto gradu fuerint, per capita ſuccedant, ergo fratrum filii etiam ſoli ſine inquam patruo concurrente per ſtirpes hæreditatem diuident, vt ingenioſè Zazius inducit.

Secundò pro Accurſianis adducitur l. 2. C. de liberis, & ex filia nepotibus, nepotes inquit ex diuerſis filiis varii numero auo ſuccedentes ab inteſtato

non virilibus portionibus,ſed ex ſtirpibus ſuccedent.


2 Tertiò,† vbi repræſentatio perſonæ,ibi ſucceſſio per ſtirpẽ, §.cum filius,de hæred.quæ ab inteſt.ſed filii repræſentant perſonam patrum,d.§.cum filius,er go ſuccedent per ſtirpes.

3 Quartò,confirmatur ratione:nam † qui in alterius locum ſuccedit, plus iuris conſequi non poteſt, quam ille in cuius locum ſubrogatur, l.1. & ſeq.ff.ſi pars hæredit.petat.l.hæreditas; de reg.iur.l.1.de ſucceſſ. edic. ſed filii ſi ſuccederent per capita,plus conſequerẽtur quam eorum pater,vt ex dictis iuribus, & ex diuiſione hæreditatis patet,ergo in ſtirpes ſuccedent.


4 Quintò, † Bartolus ita argumetatur in l.2. poſt conſang.§.hæreditas, de ſuis & legit. Vnius inquit hæreditas non debet diuerſo iure cenſeri, ſed ſi Titio mortuo,ac ex vno fratre relicto vnico filio, & duobus ex altero fratre,relictoque etiam quarto fratre Titii ſuperſtite,bona diuidantur in ſtirpes inter ipſos fratres, quod vtique negari non poteſt, ſequeretur mortuo quarto fratre, vel non nato,quod eadem hæreditas inter eoſdẽ fratres diſtribueretur per capita,& ſic modo diuerſo,quod ſibi aſperum,& iniquum videtur, quaſi à philoſophis,& Mathematicis dignitates illas ſiue propoſitiones per ſe notas mutua

5 tus,velit eis inniti. †Semper idem, ſemper facit idem, quæ ſunt vni,& eidem eadem,ſunto eadem inter ſe, & inibi ſummis laudibus extollit Accurſium ita conſulentem,eundemque Azoni præferendum duxit.

Sextò probatur ex Auth.de hæred.ab inteſt.venient.§.illud palàm,filii fratrum includũt Titium, ſiue patruum, qui Titius, & qui fratrum filii ſunt omnes in tertio gradu, ergo filii fratrum ſuccedunt per ſtirpes, repræſentando patrem ſuum:vt vno gradu vincant, alioqui nõ poſſent excludere Titium, ſed patrem præſeferunt,ergo inter ſe ſuccedunt per ſtirpes.



Deceſſit Titius ſine parte relicto fratre patris ſui, ſcilicèt Petro,& relicto vno filio ex fratre Caio & duobus ex Mæuio altero fratre, ſi agitur de ſuccedendo Titio,fratrum filii, & Petrus patruus omnes ſunt in tertio gradu,



Contendunt ſuccedere Caio, Petrus patruus eſt in gradu ſecundo filii Pauli & Antonii ſcilicèt nepotes Petri ſunt in tertio gradu, ergo excluderentur à patruo,niſi repręſentarẽt iura patrum ſuorum qui æquè ſunt in ſecundo gradu.

Quod ſi quis obiiciat, quomodo poſſit dici quod ſuccedãt filii fratrum per

6 ſtirpes cũ patruo,† ſi in linea collateral,inon datur vlla ſtirps,dicemus eos admitti ex ſtirpe impropriè,& modo Irnerij in ipſa Auth. Ceſſante, ſed propriè loquendo dicemus eos ſuccedere in iura patrũ ſuorum, vt inquit Iuſtinianus in Auth.de hæred.ab inteſt.venient.§.igitur huiuſmodi priuilegium.

7 Contraria ſententia fuit Azonis, quem ſecuti ſunt Goffredus, Butrigarius, Salicetus,Oldradus,Albericus,Hoſtienſis,aliique plures;nempè,quod filii fratrum

trum ſuccedant viriliter, ſiue per capita; Quæ ſanè opinio viguit per mille am plius annos, à iure Romano vſque ad tempora Irnerii, vt ille ait in quæſtionibus illuſtribus, pro qua ſententia

Primò fulget Vlpianus in l. poſt conſanguineos, § hęreditas, de ſuis & legit. Hæreditas inquit inter filios æqualiter diuidenda, quod ſi frater deceſſerit relicto filio ex vno fratre, & ex altero duobus, hæreditas, ait in tres partes diuidatur, ergo uiriliter, & per capita, quo nihil clarius excogitari pōt, accedant quæ à Iuſtiniano relata ſunt in §. hoc etiam, de legit. agnat. ſucceſſ. his verbis. His etenim perſonis præcedentibus & ſucceſſionem admittentibus, cæteri gradus remanent penitus ſemoti; uidelicèt hæreditate non in ſtirpes ſed in capita diuidenda, quæque Vlpianus in Fragmentis in c. de agnatis ſcripta reliquit: agnatorum inquit hæreditas diuidatur in capita, ueluti ſi ſit fratris filius, & alterius fratris duo pluresue liberi, quotquot ſunt ab vtraque parte perſonæ, tot ſunt portiones vt ſinguli ſingulas capiant.

Secundò vrget idem Vlpianus, in l. 1. in fine, ff. ſi pars hæredit. petat. §. interdum, præter incertæ partis hæreditatis portionem indulget, idoneis cauſis interuenientibus, vtputà, eſt defuncti fratris filius, ſunt & vxores defunctorum fratrum pręgnantes, quam partem fratris filius hæreditatis vindicet, incertum eſt: quia quot dentur fratrum defunctorum filij, incertum eſt, æquiſſimum eſt igitur, incertæ partis vindicationem ei concedi; en partem hæreditatis incertam, reſpectu filiorum qui naſcituri ſunt, certam autem ratione patrum vel ſtirpis, ergo in capita diuiditur, non in ſtirpes, quæ cum certæ ſint, certam etiam portionem Prætor aſſignaſſet.

Tertiò accedat Imperator in l. l. 12. tab. verſiculo, proculdubio, & in l. meminimus, verſic. illo etiam, C. de legit. hæred. nā quando uocantur alii proximiores quoto gradu fuerint, proculdubio inquit illud etiam obſeruandum eſt, vt ſucceſſio fiat in capita, non in ſtirpes, idemq; in filijs fratrum obſeruandum tore fateri oportet, niſi patrui concurrant.

Quartò, talis definita videtur quæſtio hęc in §. reliquum, verſic. huiuſmodi verò priuilegium, Auth. de hæred. ab inteſt. venient. Huiuſmodi priuilegium filijs fratrum duntaxat concedimus, cum ſuccedant cum patruis patruo defuncto, vt repręſentent iura parentum, ergo non eſt conceſſum hoc priuilegium eis quando nullus concurrit, contenditve patruus, vtpotè, quod ſtrictè etiam intelligendum, perpendo inſuper id fuiſſe indultum, quia patruus totam capiebat hæreditatem, & ab ea propellebat filios fratrum, ſiue nepotes, vtpotè, qui gradu vno proximior ſecundo ſcilicèt, ipſi verò tertiò diſtarent, vt ſuprà declarauimus, & habetur in l. 3. C. de legit. hæred.

Quintò, natura, & æquitas exigit vt hæreditas diuidenda inter pares gradu, in capita diuidatur, §. repetitis, de ſeruit. cognat. d. l. l. 12. tab. & d. l. meminimus, cum vulgaribus: ſed fratrum filij pari gradu diſtant à patruo, de cuius ſucceſſione agitur, ergo viriliter ſuccedent.

Sextò, probatur à ceſſante ratione legis, & à ceſſante ſtipite; nam ratio, quæ mouit Iuſtinianum, ea fuit, ne filij fratrum excluderentur à patruo, qui erat defuncto proximior: nempè, in gradu ſecundo, & ipſi in tertio, l. 3. C. de legit. hæred. quamobrem indultum fuit eis priuilegium, vt præter regulas iuris communis, poſſent prætendere iura patrum ſuorum, ſed in hypotheſi noſtra omnes filij fratrum excluſo patruo pari continentur gradu, vt eis nulla ſit opus repræſentatione parentum, quare in capita ſuccedent.

Dein ſtirpes omnes in linea collaterali ceſſare videntur. probatur: nam per ſtirpem ſucceditur, quando hęreditas defertur his, qui ex ſtirpe defuncti deſcēdunt: ſed filij fratrum nō oriuntur ex ſtirpe vel progenie patrui ſui, ergo ei per

ſtirpem

ſtirpem non ſuccedunt;partes Syllogiſmi probantur ex §.cum filius,de hæred. quę ab inteſt.& ex l. 2. C.de legit.liber.& ex filia nepos; itē quando ſuccedunt cum patruis,ingrediuntur locum, & ius patris,ne excludantur à patruo, quaſi ſtirpem præſeferentem: Secus quādo iure proprio,pariq; gradu nituntur,nec cum eis intendit gradu aliquis proximior; Ex his patet, in linea recta propriè locum eſſe ſucceſſioni per ſtirpes,verumq; eſſe naturale illud exemplum, quo egregiè, & belle nititur Tiraquellus,[a] ſi truncus inquit arboris duos ramos ęquales emiſerit, vnus tamen eorum in duos alios diuiſus ſit, vt ſæpè accidit, an ſinguli iſti duo ex vno producti tantum excipiant alimenti, & ſucci ex eo trunco,quantum videatur; Et ſanè videmus inquit hunc multo craſſiorem,am pliorem,atq; etiam longiorem euadere, quam ſingulos illos duos,quaſi natura legis magiſtra, parenſq; nos doceat, ſingulos nepotes qui ex vno filio prodierant,non tantum debere ab auo percipere quantum vnus ex alio filio, & hanc Azonis ſententiam,vt magis communem magiſque tutam,Imperialique iudicio atque autoritate confirmatam hodie ab omnibus receptam eſſe teſtantur Craſſus,[b] Vaſquius,Sichardus,& alii. Quamobrem, non obſtant Accurſiana argumenta;nam

Ad primum deductum ab Auth.Ceſſante,reſpondetur,id verbum (per ſtir pes)falſo,vel perperam ab Irnerio antiquiſſimo gloſſatore additum fuiſſe,vtpo tè,cum minimè ſcriptum reperiatur in Nouella de hæred. ab inteſt. venient.à cuius fonte male decerpta fuit Authentica illa ab Irnerio gloſſematario, vnde
8 locus eſt Regulę,†non creditur exemplo,niſi edatur originale,Auth.Si quis in aliquo,C.de eden. patet etiam error Irnerij dum ſimpliciter dixit, fratres fratrumq; filios, nec protulit, ita demum ſi cum patruo concurrant, audiamuſq; Alexandrum[c] acriter conquerentem parum fideliter Irnerium ſanctiones Imperatorias tranſcripſiſſe; Zaſium[d] quoq; valde exprobrantem,ſatis conſtat in quit, Irnerium antiquiſſimum gloſſematarium,cum Iuriſprudentia per multos annos protrita iā Italia,& à Gothis deuaſtata delituiſſet, omnium primum cępiſſe ius ciuile interpretari,& gloſſematis commentari; is Authēticas,ſiue Iuſtiniani Nouellas,quę in libris Codicis leguntur,à Nouellis decerpſit,& in Codicem ipſum congeſſit,nullam tamen vnquam emeritus autoritatem abrogandę legis;vel quicquid quod legis ſenſum ſubuerteret,addendi,quod etiam Sichardus,Mantua,Rutilius, & qui reliqui Iuriſconſultorum vitas conſcripſerunt, affirmare non dubitarunt.

Sic igitur intelligenda eſt Auth. Poſt fratres, C.de legit.hęred.vt vera reſonet in ſenſu cōpoſito,nēpè,quando fratrum filii tūc cū patruo vocantur ad hęreditatem patrui, non autem in ſenſu diuiſo, quando ſoli admittuntur ad hæreditatem patris,& ita retorquetur inductio illa: nam ſi alij,qui pares ſunt gradu,per capita ſuccedunt,cur quæſo filij fratrum cum pares ſint gradu,in capita non ſuccedant: Nec officit inductio; §.ſi verò,Auth.de hæred.ab inteſt. venient.vbi eadem leguntur:nam aliud iuris eſſe conſtat in ſenſu compoſito,concurrente ſcilicèt patruo,& aliud in ſenſu diuiſo,ſemoto patruo.

Ad l. 2 .C. de legit.liber.& ex filia nepot.patet omnibus reſponſum, nam ideò per ſtirpem,& non per capita ſuccedunt ibi filii & nepotes, quod agatur de ſucceſſione in linea recta ſuccedunt enim auo, ſed nos loquimur in linea tranſuerſali in qua nulla datur propria origo nullaue ſtirps vtpotè cum ex patruo non poſſint fratres fratrumq, filii deſcendere,& hæc ſunt germana illa ſenſa,§.cum filius,quæ nos antea patefecimus.

Non obſtat tertium argumentum quia maior propoſitio vera eſt vt diximus in linea deſcendentium,non in collaterali, & minor propoſitio procedit in filiis, qui repræſentant iura parentum, ſed filii fratrum in quæſtione noſtra

nituntur

nituntur iure proprio, item præſentatio illa fit, quando vnus remotior ab altero proximiori excluderetur; non quando ſunt pares gradu, & ita ſoluitur etiã quartum argumentum.

Ad quintum, iam quarto vt ſuprà ſoluto, reſpondet Zaſius [c] Bartolum pluribus fallaciis vel erroribus in ſua argumentatione lapſum.

Primo ſiquidem obiicit eum argumentari à ſecũdum quid, ad ſimpliciter ſe haberi, quod in arte Logica, & apud Verardum in centurijs in præludijs penitus reprobatum eſt, nam ſi argumentatur de hæreditate patrui ad eam concurrẽte patruo, & nepotibus, ad hæreditatem eam, quam nepotes ſoli ſine patruo vindicant, labitur per fallaciam accidentis, vel ſecundum quid ad ſimpliciter, contra ſemetipſum eiuſque præcepta, de quibus ipſe in l. hoc legatum, de leg. 3. detegitur inſuper fallacia Bartoli à ſenſu diuiſo ad ſenſum impoſitum, & è conuerſo: nam ſi ſuccedunt nepotes cum patruo, & ita ſecũdum quid, & in ſenſu compoſito ad hæreditatem patrui per ſtirpem, non ob id ſequitur quod in ſenſu diuiſo vel ſimplici debeant per ſtirpem, ac per iura parentum ſuccedere; & ratio huius differentiæ peperit & conſtituit ius diuerſum: enimuerò nepotes quando cum patruo concurrunt, ſuccedunt ex priuilegio Iuſtiniani ſibi cõceſſo vt præſeferant perſonas parentum, ſintq; contenti ea tantum parte quam pater caperet, d. §. huiuſmodi. Confirmatur ratione, nã patruus vno gradu proximior erat, & nepotem ab hæreditate excludebat, d. l. 3. C. de legit. hæred.

Ad ſextum, & vltimum negatur conſequentia, Ad probationem reſpondetur, non poſſunt non ſuccedere per ſtirpem vt excludatur patruus, negatur inquam quoniam † in linea tranſuerſali facilius ſucceditur deſcendendo quàm
9 aſcendendo, [f] hæreditas ſiquidem magis debetur pleniorique iure deſcendentibus quàm aſcendentibus. Prçterea, ibi agitur de excludendo, hic de ſimul ſuccedendo. Nec valet argumentatio de ſenſu compoſito, vt ſupra diximus ad ſenſum diuiſum, quamobrẽ iure optimo Zaſius animaduertebat errorem Gui di Papæ in eius deciſione 134. nimium attribuentem Accurſio, ſuiſq; gloſſematis, & Andream Siculum valdè increpat iactitantem ſe aureos coronatos quadraginta lucratum, vt pro Accurſiana conſuleret opinione, ac maleſida Iuriſconſultorum reſponſa, deuouet, ac deteſtatur, vt potè, cum ad quæſtum, ne ad turpe lucrum dixerim interdum conſcripta aliqua habeantur, quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames?

Hæc eſt igitur illa celebris lex 12. tabul. Vlpiani, Prætoris Romani, & Azonis ſententia filios fratrum in capita diuidere non per ſtirpes, quam Baldus haud ſecus, ac transfuga ab exercitu Accurſiano ad caſtra Azonis, tunc deniq; profectus veriorem atteſtatur; [g] Ego inquit timens recedere à Gloſſis conſulendo iam ſecundum Gloſſas conſului, nunc verò mihi longè verior videtur opinio Azonis, & ſectatorum, magiſq; amica litteræ, naturę, & veritati, quin ẽt Accurſius non indignus Azonis diſcipulus, Azonem aliquando ſecutus eſt; [h] Quam ſanè Azonis ſententiam Carolum V. Chriſtianæ Reipublicæ Imperatorem glorioſum ac benemeritum in Comitijs Spirẽſibus Milleſimo quingenteſimo vigeſimonono à partu Virginis lege firmaſſe commemorarunt, cuique conſonum perhibent ius Saxonicum, quinimmo, talem etiam referũt conſtitutionem in magna aula Pariſienſi haberi quemadmodum commemorarunt Michael Craſſus [i] Vaſquius, Sichardus, Zaſius, & Coſtalius.

Stat igitur firma, ſtabiliſque Concluſio, filios fratrum hæreditatem diuidere in capita, non in ſtirpes, præterea leges antiquas non fuiſſe à Iuſtinianeis Nouellis correctas.

A D C A P. V I I.

a Tiraq.in reſtractu ſanguinis,§.11.gloſſ.12.in fine.
b Craſſus in §.ſucceſſio,quæſt.39.Vaſq,de ſucceſ.progre.§.13.nu.13.Sichard.in l.vxoris abortu,
C.de poſth.hæred.
c Alex.in l.ſi finita,§.Iulianus,col.20.ff.de dam.infect.
d Zaſius in ſingularibus intellectibus,
e Zaſius inibi.
f Gloſſ.in §.vlt.de ſucceſſ.cogn.l.ſcripto, ff.vnde lib. Bald.in Auth.defuncto, in princ.C.ad S.C.
Tertull.hæreditas inquit magis debetur deſcendentibus & pleniori iure.
g Bald.in d. Auth.Ceſſante,num.2.3.& 4.
h Gloſſ.in §.hoc etiam in verbo ſuperſtes,de legit.agnat.ſucceſſ.
i Craſſus, Vaſquius,& Sichardus locis ſupra citatis.Coſtalius in l.1.ff.ſi pars hæred.petat.

S V M M A R I A.

1 Stante ſtatuto quo agnati excluſis fœminis vocentur ad hæreditatem vſq; ad tertium gradum,quomodo gradus ſint computandi.
2 Frater patruelis & filius fratris patruelis quo in gradu ſint tam de iure ciuili quã Pontificio.
3 Gradus dupliciter ſumitur,extenſiuè & intenſiuè.
4 Fratres ex pluribus matrimonijs procreati quomodo ſint in gradu pares.
5 Stante ſtatuto,quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant,quomodo frater & ſoror in eodem gradu cenſeantur.
6 Gradus ſanguinis extenſiuus,fit intenſiuus ratione repræſentationis.
7 Fideicommiſſum familiæ relictum cum prohibitione ne bona alienentur extra familiam reſtringitur ad quartum gradum quod limitatur,nu.8.& 21.
9 Familiæ nomen aliquando continet omnes deſcendentes in infinitum, & numero 11.
10 Deſcendentium nomine omnes poſteri veniunt vſque in infinitum.
12 Verbum, perpetuò, omne æuum ſine aliqua temporis præfinitione ſignificat.
13 Textus in §.nos igitur, Authent. de reſtitut. fideicomm. in Hiſpania non obſeruatur.
14 Interpretatio communis Doctorum non eſt deferenda.
15 Opinio Ripæ circa Quæſtionem de fideicommiſſo familiæ relicto &c. defenditur.
16 Intellectus,§.nos igitur,Auth.de reſtit.fideic. & num.17.20.& 21.
18 Partem ſuam qui alienauit non poteſt partem alterius petere.
19 Gradus quomodo computentur in fideicom.de quo in hoc capite.
22 Iuſtinianus ab impugnatione Didaci defenditur.

De gradu extenſiuo & intenſiuo,& an fideicommiſſum familiæ relictum excedat quartum gradum. Caput VIII.

GRADVS in iure ciuili,& Pontificio diuerſimodè ſummi ſa
1 tis omnibus conſtat,& agnati more municipali † excluſis fœ-
minis vocati ad hæreditatem ad tertium vſq; gradum de iu-
re Canonico excludunt quidem fœminas gradibus compu
tatis ſecundum ſacros Canones,verum quatenus ad ſucceſ-
ſionem hæreditatis inter eos pertinet,ſpectandi ſunt gradus
iuris ciuilis non autem Pontificij, quod porrò mirabile videtur, & à Curtio,[a]
2 Decio,& alijs egregiè declaratur;fratres patrueles, †inquit & filius fratris pa-
truelis

truelis ſunt in gradu pari de iure Canonico; quoniam in linea inæquali quoto
gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto, & reliqui inter ſe, [b] at de iure
ciuili frater patruelis eſt in quinto, & filius fratris patruelis in ſexto, & ita fra-
ter patruelis iure ciuili excludit filium alterius fratris.

3 Prætereà animaduertendum eſt gradum, † modo ſumi extenſiuè, modo
intenſiuè, extenſiui tales ſunt, qui in vtraq; arbore Pontificia, ac Cæſarea legũ
tur, & in l. Iuriſconſultus de gradi. affini. intenſiui verò quales habentur in Au
thent. itaq;, C. commun. de ſucceſ. & in Auth. ceſſan. C. de legit. hæred. & in
Authent, de conſangui. & vter. fratri. §. 1. quando frater vtrinq; coniunctus ex
cludit conſanguineum tantum, vel vterinum; enimuerò patet quod omnes fra-
4 tres † ex pluribus matrimonijs procreati ſunt gradu pares, ſi gradus extenſiuè
capiantur, ſed quoniam iura ſanguinis, & ordinis ſuccedendi magis intendun-
tur in fratribus ex vtroq; parente coniunctis, quam in cõiuncto ex patre dun-
taxat, ſcilicèt conſanguineo, vel ex matre tantum nempè vterino, vtrinq; con-
iunctus dicitur prior in gradu intenſiuo, ſic frater & ſoror licèt verſentur in
5 pari gradu extenſiuo, attamen vigente ſtatuto † quod ſtantibus maſculis fœmi
næ excludantur, intenditur gradus vt maſculus vigore legis municipalis pona-
tur in priori gradu ſucceſſionis intenſiuo, adeò vt ſororem excludat, & eam v-
no ſuperet gradu, ſic aliquando iuris Interpretes conſiderarunt deferendas
hæreditates non reſpectu propinquitatis, vel ſanguinis extenſi, ſed potius me-
rito ordinis ſuccedendi, vel ſanguinis intenſi [c] quare Socinus iunior aiebat,
quamuis fratres vterini ſint in eodem gradu cum vtrinq; coniunctis reſpectu
matris, attamen reſpectu ſucceſſionis inter eos eiuſdem gradus non habentur,
Ruinus quoq; cum maſculus inquit præfertur fœminæ in fideicommiſſo re-
ſpectu ſucceſſionis proximior habetur non autem merito ſanguinis; uerũ quia
6 intenduntur iura agnatitia ac gentilitia ſtemmata extenſiuus ille gradus † ſan-
guinis fit gradu ſanguinis intenſiuus; ſic etiam nepos extenſiuè remotior ſi cõ
currat cum patruo propinquiore ſecundum gradus ſanguinis extenſos, ſimul
admittetur ad hæreditatem patrui, per gradum ſanguinis intenſum ratione re
præſentationis parentum priuilegijq; Iuſtiniani, & huiuſmodi ordinis ſucce-
dendi, Auth. de hæred. ab inteſt. venient. §. reliquum, & §. huiuſmodi.

Nunc verò quærimus an fideicommiſſum familiæ relictum excedat quar-
tum gradum, exempli gratia, teſtator prohibuit ne bona ſua alienentur extra fa
miliam quia vult ea perpetuo manere in familia, vel nomine ſuo.

Cardinalis Mantica de coniecturis lib. 8. tit. 2. pro comperto habet fideicõ-
7 miſſum huiuſmodi † reſtringi ad quartum gradum, ſi prohibitio facta eſt ne bo
na alienentur extra familiam, ſed in ea perpetuo conſeruentur, §. nos igitur,
Auth. de reſtit. fideicom. à qua ſanè Iuſtiniani reſtrinctione ſiue lege excipitur
8 † inquit caſus quando teſtator voluit bona ſua ad ſuos deſcendentes perpe-
tuo peruenire, tunc enim extenditur per omne æuum nec ad quartum gradũ,
nec ad alia limitata tempora reſtringitur, quemadmodum ita limitantes decla-
rauerunt Iacobus Beluiſius, [d] Bartolus, & Angelus, qui Iacobus ea nititur ra-
tione, quod licèt verbum perpetuo vtroq; caſu fuerit expreſſum, tamẽ familiæ
9 † nomen non egreditur quartum gradum, vt in d. §. nos igitur vt deſcendentiũ
10 † nomine, omnes poſteri veniant in infinitum vſque l. vltima, C. de ſuis & le-
git. hæred. Auth. de hæred. ab inteſt. §. 1. l. cognoſcere, §. vltimo, & l. liberorum,
de verb. ſignif. quam ſanè limitationem ſecutos affirmat Alexandrum, Sociuũ
ſeniorem, Decium, Iaſonem, [e] Ruinum, Curtium, Didacum, Cœphalum, teſta-
turque in Collegio Bononienſi, ita de iure reſponſum fuiſſe.

Verùm aduerſus eos vnus inſurgit Ripa [f] eam differentiam, inter deſcendẽ
11 tes, & familiam non eſſe veram, enim verò familiæ † quoque nomine veniunt

deſcendentes omnes in infinitum vſque,l. pronunciatio.§.familiæ, de verb.ſi-
12 gnif. quare ponderat verbum perpetuo † quod omne æuum ſine aliqua temporis præfinitione ſignificat,l.eum debere columnam,de ſeruit.vrbano.præd.l. pure.§.vltimo,de doli mali exceptio.l.annua,§.vlt.de annu.legat. & l.ſi vſusfructus municipibus,de vſufructu legato, & demum concludit quod ſi teſtator dixerit, volo bona mea perpetuo conſeruari in familia fideicommiſſi vires porrigentur ad infinitum,cuius opinionem ſecutos perhibet Socinum iuniorem [g] atque Pariſium.

Cui Ripæ Ill.Mãtica inibi obuius occurrit, & obijcit eũ nihil reſpondere ad §.nos igitur,vbi firma,& clara legitur ſanctio Iuſtiniani,prohibitionem alienationis extra familiam, vt bona in familia perpetuo conſeruentur, non extendi vltra quartum gradum, quaſi tacitus innuat durum hoc eſſe,lege tamen caueri: deinde opponit Didaci [h] ſententiam poſt Crotum, poſt Romuleum dicentis, hanc Doctorum interpretationem contrariam eſſe Iuſtiniani reſponſo, & ſe non poſſe percipere qua ratione aliud iuris eſſe dicendum ſit, eo caſu quo teſtator vetuerit alienationem, quoniam vult res alienari prohibitas manere perpetuo apud eius deſcendentes, cum nemo poſſit dicere appellatione deſcẽdentium plures generationes comprendi, quam ſub nomine familiæ contineãtur,ergo qui veram fatetur,& amplectitur communem opinionem,nempè qđ prohibitio alienationis facta ea ratione, vt bona in familia conſeruentur, non habeat robur, nec vires aliquas vltra quartam generationem, quartumve gradum,negare vtiq; non poterit etiam,quin illa communis limitatio, vel ſententia ſit falſa,vt ſcilicèt fideicommiſſum extendatur vltra quartum gradum,ſi teſtator eam cauſam adiecerit prohibitioni, quod velit res alienari prohibitas perpetuò manere apud eius deſcendentes:nam huiuſmodi etiam prohibitio attẽta nouella Iuſtiniani reſtringi dẽt,vt quartũ gradũ non excedat:quare Dida
13 cus Iuſtiniani † legem vtpotè rigidam, & aſperam ab Hiſpania patria ſua exulare teſtatur, quem Menochius [i] etiam ſecutus eſt, præterea Peregrinus [k] in ſuo copioſo Tractatu de fideicommiſſis, ſe diu noctuque multum elaboraſſe oſtendit;ecquid enim non tentauit,vt oculis non cæcutientibus ad vera ſenſa Iuſtiniani penetraret, ac tandem aliud iuris eſſe in fideicommiſſo familiæ relicto, & aliud iuris in relicto deſcendentibus,omnia cõſtringens ad fideicõmiſſum ex interdicta alienatione reſurgens, quaſi ſecus in ſimplici dicendum ſit, ita omnia conficit,reſoluit,& concludit.

Alij vero arbitrantur prohibitionem excedere quartum gradum quoties ex verbis,& coniecturis quibuſcunq; id coniici potuerit; [l]

Hæc alta ſunt quidem iuris ciuilis ſenſa, quæ ſumma Iuriſprudẽtiæ faſtigia poſſident,& in iure ciuili cæteris prælucent: verùm enimuerò facilè eſt quidẽ in iure vtrinq; academicè diſputare, & argumenta hinc inde ſubtili arte deducere,difficilè verò,& arduum profectò quicquam de apicibus iuris ſecundum ambiguas leges rectè reſoluere, tum diffinire, mirabar Peregrini ſolertiam, mirabar præclarũ Ill.Manticæ ingenij acumẽ, & maximas animi ſui dotes,quæ ipſum ex Gymnaſio Patauino ad ſummam Cardinalatus dignitatem cœleſti aura afflante iure optimo euexerunt,verum ad tantam quæſtionem reſoluẽdam, tum ipſi ambo,tum reliqui ferè omnes antiquiſſimi & nouiſſimi quo ſe vertãt neſciunt, & quaſi labyrintho inuoluti errarunt in via & à recto iuris tramite deceſſerunt:cauſam tanti erroris eam fuiſſe arbitror, quod lungam & perplexam Iuſtiniani Nouellam nõ legerint, nec eius omnes partes perpẽderint, ſed Italorum more inanes hominum opinationes, & vana eorum Commentaria potius quam limpidiſſimum Iuriſprudentiæ fontem deguſtare maluerunt, Peregrinus eam Iuſtiniani Nouellam conſtitutionem ad familiæ nomen reſtringen-

gendam putat,quia de eo tantum loquitur non autem de deſcendentibus qui bus lex nulla ſtringit, aut reſiſtit, verum Ill.Mantica quæſtionem hanc nõ eſſe voluntatis ſed poteſtatis ait,quaſi lex Iuſtinianea non dederit facultatem vt q.s poſſit in ſuo teſtamento vltra quartam generationem prohibitionem alienandi extendere, quodque nemo facere poſſit quin leges vendicent ſibi locum in ſuo teſtamento;Dein quæſtionis difficultate perterritus,ego inquit dum in dubio eſt animus,paulo momento huc,& illuc impellitur,à communi Doctorum
14 † interpretatione vſu recepta minimè recedendum puto, l.minimè, l.ſi de interpretatione, ff.de leg. quæ ſanè omnia amborum commenta,tenebras potius quàm lumen quæſtioni afferre videntur.

Ego verò qui tum in libris de Via,& ratione iuris, tum in his ſemper laboraui ſummo q; ſtudio anxius quæſiui quæſtionem quamlibet ad iuris principia retrahere, & ſecundum ea rectè diffinire , idem obſeruandum ratus in tam arduo articulo,decreui omnia ad vera ſenſa Iuſtinianeæ conſtitutionis de reſtitutione fideicommiſſi tanquam ad ſolida iuris principia reuocare, & vera ſenſa iuris patefacere; Itaq; non modo terque quaterque,verum etiam pluries Nouellã Iuſtiniani Grçcè & Latinè conſcriptam legi,& relegi,& omnibus maturè
15 diſcuſſis in eam deueni † ſententiam,qua nitebatur Ripa, Socinus,Pariſius,& Didacus, nempè,prohibitionem factam à teſtatore ne bona alienentur extra familiam, quia vult ea perpetuo manere in familia , & nomine ſuo producere fideicommiſſum quod extenditur vltra quartum gradum,quinetiam in infinitum,eandem verò prohibitionem,eademq; formula conceptam non poſſe extendi vltra quartum gradum,quartamve generationem ſi conditionibus vel requiſitis quatuor,quæ declarãtur inibi à Iuſtiniano, & à me infrà patefient fuerit concomitata , quæ quidem omnia à me facillimè probari poſſunt ex ipſa conſtitutione;en ſpecies egregia,& multigena ibidem propoſita,Hierius ſenior quatuor filios ſuos hæredes inſtituit Conſtantium, Anthemium,Callepium,& Alexandrum,& cauit, ac iuſſit tum in teſtamento, tum in codicillis quæcunq; inibi propoſita leguntur,quæque memoriæ & menti demandanda ſunt. Tũ poſtea in §.nos igitur,ait Imperator; Nos igitur ſubtilius,& exactius verbis teſtamenti innixi,deprendimus filijs capeſcentibus hæreditatem alienationem interdictam ſi ſine liberis vita functuri eſſent non vlterius interdictam,iis etiã,qui eis filijs ſuccederent, nec voluiſſe alienationis interdictum vltra filiorum uitã extendere:enimuerò codicillum , qui de ſuburbio duntaxat factus eſt interdixiſſe iis etiam qui ex teſtamento Hierij iunioris res per ſucceſſionem cepiſſent ne ſuburbium alienarẽt,ſed perpetuò in familia remaneret.Prçterea,in §.quod autem,hæc habentur:quod autem ad ſuburbium attinet,cuius dominum codicillus oſtendit eſſe Hierium,eo quod quatuor iam generationes præterijſſe videntur,haud ſuſtinemus tam abſolutam cauſam denuo tradi iudiciis maximè cum filia in pupillari ætate vitam finierit.Tum denique vt omnia legis autoritate conficiat Imperator; Sancimus igitur inquit vt neque glorioſiſſimus vir Alexander aut eius filij, nec reliqui ſenioris Hierij liberi iudicio adoriantur Mariam & Mariam glorioſas fœminas,occaſione rerum apud ipſas cõſiſtentium, vel alios ad quos res illæ peruenerint in quibus alienationẽ forte Hierius prohibuit,vtpotè,cum & alij Hierii filii res ſuas abalienauerint, & reliquorũ quodammodo alienationibus conſenſerint, ac per hoc, nec non alias quas prædiximus rationes,quæ ad huiuſmodi iudicationem, & legiſlationem abundè nobis ſufficiunt,ſibi pariter, & ſucceſſoribus ſuis ſuſtulerint actiones , atque hæc non tantum præſentis cauſæ deciſio eſt, ſed & reliquarum,in quibus huiuſmodi prohibitione facta tot ſucceſſiones præterierint,& vltimus hæredum per interuenientem aliquem in medio impuberem hçreditatem capeſsat , tunc enim

T 2 his

his,etiam qui ſunt extra familiã eius qui primus prohibuit per præſentem noſtram legem tranſmittendarum rerum licentiam habebit: hæc enim tã de præſenti caſu quam de omnibus poſthac futuris ad eum modũ prohibitionis protulimus. Hæc ſunt Iuſtiniani verba.

16 Ex his† itaque ſic ſancitis à Iuſtiniano,conſequitur fideicommiſſum relictũ familiæ, cum prohibitione ea,ne bona alienentur extra familiam,extingui in quarta generatione, quartove gradu, ſi pro parte fideicõmiſſum factum fuerit cum prohibitione non alienandi ſolis liberis primi gradus non vlterioribus; itẽ ſi ipſi alienauerint,ac aliorum fratrum alienationibus conſenſerint.Præterea ſi pro parte factum fuerit non ſolum filijs primi gradus, ſed etiam hæredibus eorum vt bona perpetuo maneant in familia, at hæc pars fuerit portio fideicommiſſi primis filijs relicti,demum ſi quatuor generationes præceſſerint, & vltimus hæredum per interuenientem aliquem in medio impuberum hæreditatẽ capiat.

17 His omnibus † concurrentibus ſpirat fideicommiſſum in quarto gradu, ergo his non interuenientibus non extinguitur,ergo fideicommiſſum familiæ relictum,vt bona perpetuo remaneant in familia non egredietur è nomine teſtatoris,ſed Autore Iuſtiniano erit perpetuum fideicommiſſum, qualis eſt etiam voluntas teſtatoris,dummodo tamen conditiones ſupraſcriptæ huic fideicommiſſo non adhæreant; & eſt fideicommiſſum in caſu alienationis,non autẽ ſimplex,imò leue, vt facile diſſolui poſſit, nam glorioſæ illæ Mariæ vxor ac mater
18 vxoris,contra Alexandrum actorem obiciebant, cum profectò, qui † partem ſuam alienauerit,non poſſe partem alterius petere, propterea quod alienatum ab eo fuerit,quod ſentijt Papinianus in l.cũ pater, §.libertis,de legat.2.per abſurdum erit inquit vice mutua petitionem induci.

19 Porrò † tam debile fideicommiſſum propter quatuor illas pluresve conditiones ſuperius relatas ſpirat in quarto gradu,quem Interpretes [1] connumerãt incipientes ab excluſa perſona teſtantis, vel fideicommittentis vt filij grauati hoc onere ſint in primo gradu,nepotes in ſecundo,pronepotes in tertio,abnepotes in quarto,in quo ac in arbore Hierij reperitur pupilla in cuius perſona euanuit fideicommiſſum, cum non poſſit ad quintam generationem peruenire.

Hierius

1 Conſtantinus Athemius Calypius Alexander

2 Hierius

3 Conſtans

4 Pupilla.

20 Quamobrem † ex his conſtat Interpretes ex hac Iuſtiniani Nouella non recte colligere fideicommiſſum familię relictum, quod perpetuò in ea maneat extingui in quarto gradu, primo, quoniam Iuſtinianus, non de ſimplici fideicommiſſo,ſed de eo quod ex prohibita alienatione reſurgit, cum quis aduerſus voluntatem ac prohibitionem teſtatoris alienauerit,loquutus eſt; Secũdo,
21 quia multa † requiruntur, vt huiuſmodi fideicommiſſum in quarta generatione euaneſcat, maximè verò quod grauati neglecta prohibitione diſtraxerint, & quod viciſſim alienationibus tacitè conſenſerint,& quod res prohibita alienari vt perpetuò maneat in familia ſit portio fideicommiſſi iniuncti ſolis filiis primi gradus,quod ad vlteriores produci nequit; demũ quod vltimus in quarta gene-

in generatione defunctus ſit impubes, ad cuius ſucceſſionem à lege vocantur proximiores ab inteſtato; audiamus itaque verba Iuſtiniani extendentis hanc legem ad alios caſus.

Atque hæc non tantum præſentis cauſæ deciſio eſt, ſed & reliquarum, in quibus huiuſmodi prohibitione facta tot ſucceſſiones prætererint, & vltimus hæredum per interuenientem aliquem in medio impuberum hæreditatem capiat, tunc enim his etiam qui ſunt extra familiam eius, qui primus prohibuit per præſentem noſtram legem tranſmittendarum rerum licentiā habebit, hæc enim tam de præſenti caſu, quam de omnibus poſthac futuris ad eum modū
22 prohibitionis protulimus. En pondera verba † huiuſmodi prohibitionis quæ ſecum afferunt quatuor illas conditiones ſupra relatas, quæq; tale conſtituunt fideicommiſſum vt ſpiret in quarto, perpendo verba illa non tantum præſentis cauſæ deciſio eſt, quæ ſpeciem magis referunt iudicij, & ſententiæ, quam varietatem legis; hinc oriuntur vtilitates, & differentiæ ſententiæ, atq; legis commemoratæ ab Ariſtotele in Rethoricis, pōdero illa, vltimus hæredū, item illa de omnibus poſthac futuris ad eum modum prohibitionis, pondero inquam ad eum modum prohibitionis, ergo male colligunt Interpretes, & perperam conficiunt concluſionem eam, fideicommiſſum familiæ relictum vt bona perpetuo maneant in familia extingui in quarta generatione.

Quod ſi Didacus patria conſtitutione nixus iure optimo, iam duram, tamq; rigidam Iuſtiniani legem, vtpotè quæ menti, ac verbis teſtatoris aduerſatur, eiuſq; vires proſternit exprobrare, deteſtariq, auditur, id Triboniano potius quā Iuſtiniano vitio verti debet, ſi Suidę, ſiq; Harmonopolo Gręcis autoribus de eo vera ſcribentibus credere dignum eſt: Harmonopolus etenim libro 1. de leg. tit. 1. ſic ſcriptum reliquit: Porrò ad contexendas Nouellas Iuſtiniano ſub ſeruiebat Tribonianus ille, quē & ingenij dexteritate, & opū, q̄ſtuſq; cupidine mirandum exiſtimat, qui in ipſis conſcribendis à litigatoribus accepta pecunia quædam in eorum gratiam, à quibus acceperat contorquebat, ac mutabat, quædam minus aperta obſcura ad duplicem vergentia ſenſum mira ingenij prōptitudine ſtatuebat, idq; vt lectores in controuerſiam adduceret; quæ ſanè obiurgia, quæve opprobria, ſi cui vnquam, huic profectò Iuſtiniani vel maculis dicam Triboniani tam implicitę nearè maximè conueniunt.

Hæc ſunt igitur mea inuenta noua, quinimmò antiquiſſima, germanaq; Iuſtiniani ſenſa, quæ ſi Pythagoras ſummo tandem reperiiſſet ſtudio Ioui Taurum præ gaudio immolaſſet; ego verò piaculi, & holocauſti ergo ſummo Deo omnium entium, & omnium intelligibilium creatori glorioſiſſimo, hæc eadem accepta humillimè refero.

A D C A P. V I I I.

a Dec. conſil. 333. & conſ. 444. & in l. 1. num. 20. C. de ſecundis nupt. Curt. in l. 2. C. de ſucceſſor. edict. num. 8.

b c. vlt. de conſanguin. & affinit.

c Corn. conſ. 23. col. 9. vol. 3. & 131. nu. 9. 10. & 22. nu. 15. in 2. Soc. 249. verſ. decimotertio probatur, & 252. nu. 17. lib. 4. Ruin. 167 nu. 8. in 2. Pariſ. 59. nu. 20. in 3. Soc. iun. 94. nu. 14. in 1. vbi optimè, & Caſtrenſ. in l. fin. C. de verb. ſignificat.

d Iacob. de Beluiſ. in Auth. de reſtitutione fideicom. ad finem. & Bart. & Angel. ibidem, nu. 3.

e Secuti ſunt Alex. Socin. Dec. & Iaſon in l. filiusfamilias, §. Diui, in 1. lectura, nu. 113. & in 2. nu. 155. & 129. teſtatur à Collegio Bononiæ ita fuiſſe conſultum, ſecuti ſunt etiam Ruin. Curtius, Didacus, & Cœphal.

f Ripa in d. §. diui, num. 112.

g Socin. iun. conſ. 81. nu. 231. vol. 3. & Pariſ. 88. nu. 23. vol. 2.

h Didac. variarum reſolut. lib. 3. c. 5. nu. 4. Crotus in d. §. diui, nu. 174.

i Grat. conſ. 133. nu. 11. vol. 2. Pariſ. 37. nu. 24. & 88. nu. 22. vol. 2.

K Peregr.de fideicommiſſ.art.29.nu.12.vſq; 20.Mant.de coniect.lib.8.tit.2.
l Aemilius Ferretus in §.diui,nu.116.& 117. Socin.iun.conſ.14. nu.10.in 3. Menoch.220.nu.2. volum. 3.

S V M M A R I A.

1 Fideicommiſſum relictum fratribus,& pluribus exiſtentibus fratribus ex diuerſis parentibus ortis, vtriſne dandum ſit.

2 Et quid apud Venetos obſeruetur circa hanc Quæſtionem.

3 Hæreditas adita,non eſt amplius hæreditas patris, ſed proprium patrimonium filij adeuntis.

4 Quid in vulgari ſubſtitutione circa prædictam quæſtionem,& quid in Reciproca, Pupillari,& Fideicommiſſaria, & nu.6.

5 Ius accreſcendi obtinet vim tacitæ ſubſtitutionis.

7 Affectio & mens paterna magis eſt ſpectanda,quam proximitas pupilli vel agnati & num.8.

9 Teſtatori per fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur.

10 Proximitas agnati an potius ſpectanda ſit quam grauantis.

11 Teſtator cenſetur voluntatem ſuam conformem reddere voluiſſe diſpoſitioni iuris communis.

12 Iure communi ab inteſtato ſuccedit vtrinq; coniunctus excluſis progenitis ex altero duntaxat latere.

13 Statuto ſtante, quod ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedant,filiorum inſtitutio ad maſculos tantum refertur.

14 Argumentum à ſufficienti partium enumeratione validum eſt.

15 Conſanguineus frater quis & num. 21.

16 Fratres vtrinq; coniuncti & vterini ſunt in eodem gradu extenſiuo.

17 Pluralis locutio in vno ſolo verificari non poteſt.

18 Indefinita vel vniuerſalis enunciatio amplectitur etiam ea quæ alioqui minimè continerentur.

19 Statuto ſtante excludente mulieres,& lineam maternam à ſucceſſione,& vocante agnatos maſculos,vtrum frater vtrinque coniunctus excludat conſanguineum tantum.

20 Fratres cõſanguinei à fratre,vel à patre vocati ad fideicommiſſum ratione agnationis conſeruandæ,unà cum vtrinque coniunctis admittuntur.

21 Agnatis ſtantibus ſi excludantur cognati,frater vtrinque coniunctus non excludit conſanguineum.

22 Vinculum vnum quod per ſe nihil operatur , nec ſimul iunctum poterit quicquam lege reſiſtente.

23 Ratio agnationis etiam conſanguineo tantum competit.

24 Statutum qua parte corrigit ius Ciuile , in ea nullam recipit ab eo interpretationem,ſed ei derogare videtur.

25 Vinculi duplicitas in feudo non conſideratur.

26 Statuta ſunt ſtrictè interpretanda.

27 Omiſſa à ſtatuto remittuntur diſpoſitioni iuris communis.

28 Ceſſante ratione Legis,corruit lex.

29 Intellectus ad l.primam C.de legit.hæred.

30 Decedente aliquo ſine deſcendentibus,& ſine fratribus vtrinque coniunctis, ſed ſuperſtitibus ſibi duobus fratribus,vno vterino, & altero conſanguineo quomodo iſti ſuccedere debeant.

31 Regula , quod ſancita in filijs fratrum vtrinque coniunctorum inter ſe,vindicent

etiam ſibi locum in filijs fratrum ex vno latere tantum inter ſe, quomodo intelligatur.

32 Conſuetudo loci eſt à Iureſconſulto ſedulo conſideranda.

An frater vtrinque coniunctus excludat vterinum quinetiam conſanguineum necne. Cap. IX.

1 SI fideicommiſſum fratribus relictum fuerit, † pluresq; reperiātur fratres ex diuerſis parentib. orti, quæſtionis eſt, vtriſne dandum ſit, nō deſunt qui ingenioſè diſtinguant; Aut teſtator eſt pater communis dictorum fratrum, aut nō pater ſed frater fratrum, primo caſu inquiūt omnes fratres æqualiter admitti ad fideicōmiſſum, vtpotè cum omnes ſint eius filij, & æquali amore dilecti,[a] ſecundo verò gradu ſi frater grauauerit filium, vel vxorem ad reſtituendum fratribus ipſius teſtatoris, tunc intenditur gradus iure ſanguinis, & legis, ita vt præferantur vtrinq; coniuncti, qui ab inteſtato iti dem ſucceſſuri eſſent, excluſis vterinis, vel conſanguineis tantum, [b] ſed enim e-
2 go ſæpè vidi contrarium † obſeruari apud Venetos in ampliſſimis Conſilijs quadraginta virorum, nempè vt æqualiter omnes filii ſuccedant, nam Veneti exiſtimant hæc eſſe bona patris, quoniam à patre deſcendunt; Verum enimue-
3 rò iure ciuili hæreditas † adita non eſt amplius hæreditas patris, ſed eſt facta proprium patrimonium filii adeuntis,[c] cui quidem filio frater vtrinq; coniunctus per intenſum gradum ſanguinis, & legis, eſt magis coniūctus, quam frater ex vno latere tantum; proinde habetur in priori ſucceſſionis gradu, & conſanguineum, ac vterinum excludit; præterea ſi teſtator fuerit extraneus, & iuſſerit hæredem, vel legatarium reſtituere fideicommiſſum fratribus ipſiuſmet hæ redis vel legatarii, adhuc etiam vtrinq; coniunctus arcet, & propellit ab hæreditate fratrem ex altero latere tantum. [d]

4 Sed in tam pulchra † quæſtione longè æquius erit, vt per diuerſas ambulemus ſubſtitutiones, quamobrem in vulgari ſi vnus noluerit eſſe hæres, alii erūt hæredes, ſi vnus repudiauerit, reliqui æqualiter ſuccedent, nec vtrinq; coniun ctus ei præfertur, tum quia per vulgarem teſtatori ſucceditur, tum quia talis præſumitur mens teſtantis, [e] id quod iuri etiam accreſcendi conuenire notarunt, vtpotè cum portio portioni accreſcat, non autem vtrinq; coniunctis dū-
5 taxat, [f] quaſi quod † ius accreſcendi vim tacitæ cuiuſdam ſubſtitutionis obtineat. [g]

6 Idem iuris † receptum eſt in reciproca, in pupillari, & in fideicommiſſaria, e-
7 nimuerò magis eſt ſpectanda † affectio, & mens paterna, ſi æqualiter eos inſtituerit ſi æqualiter eos alio modo reſpexerit, quam proximitas pupilli, vel grauati, [h] quare nouiſſimi [i] Patauii deciſum retulerunr conſanguineum in fideicommiſſo paterno nobilium Enſelmorum cucurriſſe cum vtrinque coniuncto, nec obſtitit inquit quod vtrinque coniunctus videatur proximior grauato, reſpectu ordinis ſuccedendi per gradum non extenſum, ſed intenſum, Au-
8 tenth. de conſang. & vter. frar. quoniam potentior † eſt coniectura, & ratio à pari affectione teſtatoris, erga filios deducta, quam ſit duplicitas vinculi vtriuſ
9 que parentis, quoniam per fideicommiſſariam † teſtatori ſucceditur, l. hęredi, §. cum filiæ, de vulg. & ſic reſolui putant obiectum de attendenda proximitate grauati.

Ego verò nec tam leuiter, nec tā generaliter quæſtionem hanc in fideicommiſſaria ſubſtitutione ita declarandam puto, quinimmò veritas huius depen-
10 det ab ea, an ſpectanda † ſit potius proximitas grauati, quam grauantis, vtputa

ſi ex-

ſi expreſsè fideicommiſſum fecerit continens ob longum temporis tractum deuoluendum ab hæredibus inſtitutis ad eorum liberos, ac deſcendentes de hærede in hęredem in perpetuum, quale exiſtimarunt Socinus iunior,[k] Iulius Clarus, & reliqui referentes proximitatem grauati.

11 Quorum † opinio pluribus coniecturis firmari poteſt. Primò quoniam teſtator cenſetur, voluntatem ſuam conformem reddere voluiſſe diſpoſitioni iuris communis, & ita moderari ſucceſſionem ſecundum ordinem legis ſuccedē-
12 di ab inteſtato,[l] quo iure † communi inteſtato ſuccedit vtrinque coniunctus excluſis progenitis ex altero duntaxat latere, Auth. de conſang. & vter. fratrib. ſed vltimi defuncti de nomine teſtatoris, ac grauati tales ſunt fratres, ergo alij
13 excluduntur, quemadmodum filiorum † inſtitutio vbi iure municipali fœminæ à ſucceſſione prohibentur ad maſculos tantum referri intelligitur,[m] & hęc coniectura proximitatis grauati magni ponderis, magnæq; auctoritatis ab omnibus conſulentibus habita fuit, quandoquidem per eam Iuriſprudentes conſulant proximiorem teſtantis eo in caſu excludi, & proximiorem vltimi grauati includi, & admitti, eſtque fulcita præſumpta mente teſtatoris legis auctoritate iuris ordine ſuccedendi, quin etiam duplici ſanguinis vinculo.

Secundò, vrget, quòd in propoſito caſu ceſſat par illa & ſpecialis affectio teſtatoris, vtpotè, qui locutus eſt poſt filios nepotes ac pronepotes, de his aio, qui nec concepti, nec damnati erant moriente teſtatore, de quibus nec quidem potuit ſpecialiter cogitare, quare labitur affectionis fundamentum contrariæ ſententiæ, vnde & ipſum præcipitem ruere neceſſe eſt.[n]

14 Tertiò à ſufficiente † partium huius ſpeciei numeratione deducitur argumentatio. Proponitur ſpecies. Seius qui ex diuerſis vxoribus tres generauerat filios, Titium, Caium, Mæuium, & Lucium, fideicommiſſum tale conſtituit, quale nos diſputantes admittemus. Poſtmodum adita hæreditate deceſſit Titius, cui Caius eſt frater vtrinque coniunctus, nempè ex eiſdem parentibus, Męuius
15 autem eſt conſanguineus tantum, ſcilicèt † ex eodem quidem patre progenitus, ſed ex matre diuerſa, Lucius verò ex eadem ſolum matre genitus erat, quęritur quid iuris: quis inquam præferendus, ceſſat par illa ratio & affectio teſtatoris, nec proximitas poteſt decerpi ex parte teſtātis, ſed Titij grauati, ac Titio
16 omnes fratres † ſunt gradu extenſiuo æquales, verum Caius potitur inſuper gradu intenſiuo, iure ſanguinis & legis ſuccedēdi ab inteſtato, cui adhæſit mēs teſtantis; Cur itaque Caius cæteris non anteponetur? cur quæſo Mæuium & Lucium non arcebit, & penitus ab hoc fideicommiſſo propellet? non eſt igitur in re tam ardua ſicco pede tranſeundum. ſed omnia maturè ponderanda.[o]

Non deſunt præterea, qui hanc noſtram ſententiam limitādam exiſtimant, tum ſi teſtator per verba pluralis numeri fratres ſubſtituiſſet, & vnum tantum vtrinque coniunctum haberet, alios verò conſanguineos duntaxat. Enimuerò
17 hos pariter vocaſſe intelligeretur,[p] quod pluralis † locutio regulariter nequeat ſui natura in vno ſolo verificari: tum ſi teſtator omnes fratres iam ſibi notos & cognitos ſubſtituiſſet; nam propter vniuerſalem enunciationem etiam conſan-
18 guinei vocati cenſerentur,[q] vt indefinita † vel vniuerſalis enunciatio ea quoque amplectatur, quæ alioqui minimè continerentur.[r]

Sed ne ea quæ leuioris minimique momenti ſunt, in grauioribus, & in api-
19 cibus iuris leui ſtudio indagare videar. Quæramus iam, vtrum vigente † municipali ſtatuto excludente mulieres, & lineam maternam à ſucceſſione, & vocante agnatos maſculos, vtrum frater vtrinque cōiunctus excludat, conſanguineum tantum, necne.

Fratres intelliguntur conſanguinei etiam ex diuerſis matribus orti, dummodo ex eodem patre prognati, l. Iuriſconſultus, §. cognationis, de grad. affinit.

20 & ij † à fratre, vel a patre vocati ratione agnationis conſeruandæ ad fideicõmiſſum vnà cum vtrinque coniunctis admittuntur per ſpeciem l.vlt. ad S.C. Trebell. Modo quæritur, quid iuris ſtante ſtatuto.

Romanus [f] quem poſteriores ſecuti ſunt, & Brunus, & Antonius Roſellus, ac reliqui tenuerunt, quòd omnes æqualiter ſint admittendi vtrinque coniuncti & conſanguinei tantum quod probare conantur.

21 Primò, per l. 1. C. de legit. hęred. nam vbi differentia † habetur inter agnatos & cognatos, vtputa, quia vocentur agnati, & his ſtantibus excludantur cognati, tunc frater vtrinque coniunctus non excludit cõſanguineum tantum, vt ſentit Iaſon, & Alba hanc magis communem appellat, rationemq; reddunt Iuriſconſulti: nam, [t] quod vtrinque coniunctus arceat ab hæreditate duntaxat, id verum eſt, quãdo ita admittuntur agnati ſicut cognati, quo caſu dato concurſu, quia vtrinque connexus duo poſſidet ſanguinis vincula, quæ ſimul iuncta pluris aliquid operari debent, placuit eum cæteris præferri, verum, quando cognatio excluditur, alterum vinculum, ſcilicèt cognationis eſt penitus impertinens,

22 & ſuperuacaneum, ideò quemadmodũ per ſe † nihil operatur, nec ſimul quidem iunctum poterit quicquam lege reſiſtente opitulari, & ſic eueniet vt vigore ſtatuti conſanguinei tantum non excludantur.

Secundò ſola ratio ſiue cauſa finalis ſtatuentium fuit vt bona conſeruentur

23 in familia, ratio, ſcilicèt agnationis, ſed hæc † ratio, æquè competit cum conſanguineo duntaxat, §. ſunt autem agnati, de legit. agnat. ſucceſſ. l. lege 12. tabul. C. de legit. hæred. ergo ſuperfluit linea matris, ergo cõſanguineus non poterit propelli.

24 Tertiò ſtatutum † qua parte corrigit ius ciuile in ea nullam recipit interpretationem ab eo, quinimmò ei derogare videtur, [u] idemque in fideicommiſſo, ac in feudo receptum eſſe affirmant per l. vltimam ad S.C. Trebel. per cap. 1. de

25 ſucceſſ. feudi, [x] & ex communi Doctorum ſententia vinculi † duplicitas in feudo non conſideratur.

Ego verò contrariam ſententiam longè veriorem arbitror, quod imò vtrinque coniunctus propellat ex altero tantum latere copulatam, quod etiam Antonius Roſellus Patauij in Aula magna ſuſtinuiſſe gloriatur, quod retulit, & firmauit Brunus, quæ ſanè opinio contraria argumenta diluendo, ſic facilè probari poteſt.

26 Primò ſtatuta † ſtrictè ſunt interpretanda, vt minus quam poſſibile ſit ius commune lædatur, [y] ſatis eſt igitur vt ſtatutum id vendicet ſibi locum ad excluſionem fœminarum tantum, vt æquè admittatur conſanguineus, ac vtrinq; coniunctus, ſed quatenus ad hæreditatem, vel ſucceſſionem eorum cum lis agitur inter eos nihil operari poteſt huiuſmodi ſtatutum; Enimuerò hæc omnia

27 veluti à ſtatuto † omiſſa relinquenda ſunt diſpoſitioni iuris communis, nam id latum fuit ad excluſionem fœminarum, non autem ad excluſionem eorum,

28 quare ceſſante † ratione legis debet etiam corruere lex ipſa, [z] ſic ego antea dicebam in capite de gradu intenſiuo, & extenſiuo, quod ſimili ſtatuto agnati excludebant fœminas vſque ad tertium gradum de iure Canonico, attamen inter agnatos eoſdem, ſi de ſucceſſione lis erit ex Decij, & Curſij æquiſſima ſententia, non iuris Pontificij, ſed Cæſarei gradus obſeruandi erunt.

Secundò, quoniam ſtatuta recipiunt interpretationem à iure communi, [a] ergo conſanguineus tantum excludetur.

29 Nec † obſtat l. 1. C. de legit. hæred. in cuius ſpecie frater conſanguineus tantum non excludebatur ab vtrinque coniuncto, nam loquitur ſecundum iura antiqua, quibus iure ſanguinis, vel agnationis ſolum ſuccedebatur, quo caſu frater vtrinque connexus non excludebat fratrem, aut ſororem ex vno ſolum

latere copulatam, verum poſteà leges admiſerunt etiam cognatos, quare dato
concurſu eorum frater vtrinq; coniunctus propellit conſanguineum tantum,
vel vterinũ quaſi duplici vinculo agnationis,& cognationis munitus, & ex his
corruunt, protritaque iacent omnia contraria.
30 Deniq; ſi quis † deceſſerit ſine aſcendentibus,& ſine fratribus vtrinq; coniũ
ctis, ſed ſuperſtitibus ſibi duobus fratribus, vno vterino, altero conſanguineo,
frater conſanguineus capiet hæreditatem,& bona quæ à patre, vel eius linea
defunctus acquiſiuit, vterinus verò cum de maternis agitur, capiet omnia bo-
na quæ à matre profectá ſunt, quo verò ad alia bona aliundè parta æqualiter
31 ſuccedent conſanguineus, ac vterinus, [b] hinc regula † illa reſonare auditur,[c]
ſancita in filijs fratrum vtrinq; coniunctorum inter ſe vindicant etiam ſibi lo-
cum in filijs fratrum ex vno latere tantum inter ſe, quemadmodum enim filius
fratris vterini, præfertur filio fratris conſanguinei in bonis maternis, ſic filius
fratris conſanguinei anteponitur filio fratris vterini in bonis paternis, non de-
ſunt deniq; qui referant [d] fratres vterinos, & conſanguineos eorumq; filios
æqualiter ſuccedere iuxta mores nonnullarum gentium, iccirco conſuetudo [e]
32 † etiam loci à Iuriſconſulto erit ſedulo conſideranda.

AD CAP. IX.

a Dec.conſ.304.nu.2.Crotus in §.diui.l.filiusfamilias,de lega.1.num.162.Alex.conſ.30.vol.2.Di lect.de arte teſtandi,tit 5.Caut.21. Ripa in l.Lucius, col.fi.de vul.& pupill.Soc.iun.65.nu.5. lib.3.Alb.conſ.29.nu.18.19.

b Caſtrenſ.in l.fin.nu.6.C.de verb.ſignificar.& Iaſon, Ruin.conſ.169.nu.7.lib.2. Pariſ.49.num. 18.in 2.& 59.nu.4.in 3.Socin.iun.94.num.14.lib.1.Simeon Pret.de Interpretat.lib.3.pagina 343.

c L.ſed ſi plures,§.filio,de vulg.& pupill.Iaſon latè in l.1.§.veteres,nu.14. de acquir.poſſ.

d Iaſon in l.fratres,in princ.de pact.

e Bar.in l.Lucius,de vulg.vbi Alex.Aretio.Iaſon,& Ripa.

f Quod & in iure accreſcendi obſeruatur.Bart. in l.re coniuncti, col.15.verſic.tertio quæro. de legat.3.vbi Ripa nu.212. Socin.in l.ſi Cognatis,nu.35.de rebus dub. Ruin.conſ.9. nu.6. & 159.vol 2.

g L.ſi Titio & Mæuio,§.Iulianus,de legat.2.

h Porrius Imol.conſ.10.Hieron.Gabr.reſp.121.Soc.iun.66.vol.3.Ruin.166.& 167.in 2.Bart.in l.re coniuncti.de leg.3.col.penult.per l.fin.ad S.C.Trebel.Bald.in l.in teſtamento,nu.10.C. de teſtam.mil.Dec.304.Grat.18.in 2.par.Ruin.107.& 165.102.

i Peregr.de fideicomm.art.20.nu.12.

K Socin.in l.ſi cognatis de reb.dub.& conſ.249.vol.2.Iul.Clar.in §.teſtamentum,q.76.Vaſqu.de ſucceſſ.Grat.§.17.nu.4.Decian.conſ.100.num.10.uol.3.& 26.nu.76.lib.2. Roland.à Valle, reſp.100.

l Barr.Bald.& Caſtr.in l.ſi duos de acquir.hæred. Barr.in l.hæredes mei, §.cum ita,ad S.C.Trebell.ubi Cuman.Caſtrenſ.& Alex.nu.8.Soc.nu.3.Ripa,nu.77.& 78.Imol.& Abb.in c.cauſam,nu.1.de reſcript.Fulg.62.Alex.92.lib.1.

m Aneharan.in l.tres fratres de pact.ubi Iaſon.nu.6.

n c.eum ceſſante de appellat.l.adigere, §.quamuis.de iure patr.

o Conferre poterunt, Dec.conſi.304 nu.2. Crau.in repet.d.§.diui, nu.161.

p Cuman.conſ.16.Curt.ſen.cõſ.44.col.3.Dec.547.col.penul.Ruin.168.nu.10.& 114.in 3. Soc. iun.14.nu.9.in 4.

q Caſtrenſis conſ.385.10 1.

r L.liberorum,§.quod tandem Caſſius,de leg.3.Natt.conſ.63. nu.13. Cœphal.150.col 2.Rolan. conſ.2.in 4.

ſ Roman.conſ.411.nu.62.63.64.&c.Brun.ſtantib.maſculis,ar.13.q.4.Ant.Roſellus,Alb.Cum. & alij.

t Iaſon in l.re coniuncti,nu.13.de leg.3.Alb.81.nu.4.teſtatur magis communem.

u Bart.quem omnes ſequuntur in l.omnes populi, de iuſt.& iur.

x Idem in feudo per l.ult.ad Trebell.c.1.de ſucceſſ.feud.ubi Bald.in conſ.104.lib.4. Cur.in 3.par. tract.de feud.10 ult.membro.

y Vt in l.2.C. de noxal.Bart in l.omnes populi de iuſt.& iur.l.quod vero contra,de leg.e.cum dilectus,de conſuet.Anchar.& Iaſ.in Auth.Quas actiones, C.de ſacroſan.eccleſ.l.commodiſſimi,de lib.& poſth.

z c.cum ceſſante, de appellation.l.adigere,§.quamuis,de iur.patroni.
a d.l.2.C.de noxal.cum alijs ſupra relatis.
b Gloſſ.in Auth.poſt fratres, C.de legit.hæred. & in Auth.Itaq;,C.commúnia de ſucceſſ. Corn. conſ.266.& 47.vol.2.Rub.conſ.76.Craſſus in §.ſucceſſ.ab inteſt.q.32.
c Craſſus d.q.32.
d Craſſus ibidem.

S V M M A R I A.

1 *Deſcendentium appellatione omnes in infinitum veniũt,cuiuſcunq; gradus vel ſexus tam ex fœmina,quàm ex maſculo nati.*

2 *Fideicommiſſum deſcendentibus relictum quibuſnam debeatur , & an debeatur quoque nondum natis nec conceptis tempore mortis teſtatoris.*

3 *Quid ſi teſtator dixerit tranſeat hoc fideicommiſſum,vel hæreditas mea in deſcẽdentes,ſiue liberos meos de hærede in hæredem; & quid ſi vocauerit deſcendentes ex ipſis hæredibus,quinam vocati cenſeantur. & num. 4.*

4 *Fideicommiſſum relictum deſcendentibus maſculis,an debeatur etiam maſculis ex fœminis ortis; Et quid in huiuſmodi fideicommiſſo à fœmina relicto.*

5 *Fœmina ſi fœminam inſtituerit,& ei deſcendẽtes maſculos perpetuo ſubſtituerit, an veniant maſculi ex fœminis geniti.*

6 *Filia inſtituta grauataq; ſub conditione ſi ſine filijs maſculis deceſſerit,reſtituere hæreditatem , an nepos ex filia ſit impedimento conditioni , quin defeciſſe videatur .*

7 *Teſtator ſi relicta dote filiæ ſuæ fratrem hæredem inſtituerit, & ei decedenti ſine deſcendentibus maſculis, ſubſtituerit filiam ipſam,ſi moriatur frater relicto nepote ex filia,an locus ſit ſubſtitutioni.*

8 *Statuto præferente deſcendentes maſculos , vel hæredes maſculos fœminis,an nepos ex filia, vel ex alia fœmina concurrat cum maſculo per lineam maſculinam deſcendente.*

Fideicommiſſum deſcendentibus,vel deſcendentibus maſculis relictum quibuſnam debeatur. Caput X.

1 DEſcendentium † appellatione ſatis cuiq; patet contineri omnes in infinitum , cuiuſcunque gradus vel ſexus ſint , vel
2 ex fœmina , vel ex maſculo nati : proinde † his omnibus debetur huiuſmodi fideicommiſſum, vtpotè, cum tam mares,quàm fœminæ ab eo communi ſtipite deſcendant,l.vltima,C.de ſuis & legit.hæred. Auth.de hæred.ab inteſt.venient.§ 1.l.cognoſcere,§.vlt.de verb.ſignif.[a] Præterea,veniũt etiam,qui necdũ nati,nec cõcepti quidem tempore mortis teſtatoris, quod ſcilicèt cum tractu temporis ad futurum collatum ſit illud fideicommiſſum.[b]

3 Quod ſi † teſtator dixerit,tranſeat hoc fideicommiſſum vel hæreditas mea in deſcendentes,ſiue liberos meos,de hærede in hæredem, porrò omnes hæredem intelligent ſanguinis, & ita deſcendentem,non alium , l.ex facto,§.vlt. ad Trebell.[c] at ſi vocauerit deſcendentes ex ipſis hæredibus,non intelligentur deſcendentes in infinitum,ſed filij,qui ex ipſis hæredibus ſtatim progeniti ſunt, vt in eis ſpiret fideicommiſſum.[d]

4 Verum † ex his egregia reſurgit quæſtio , fideicommiſſum à teſtatore relictum fuit deſcendentibus maſculis , quæritur an debeatur etiam maſculis qui ex fœminis orti ſunt.

Et quoniam teſtator præſumitur vocando maſculos voluiſſe agnationi ſuę conſulere,placuit communiter iuris interpretibus hoc fideicommiſſum nō deberi maſculis ex fœminis deſcendentibus, quod ſcilicèt intellexerit mares ex maribus progenitos,cum fœminas excluſerit;hinc Socinus[e] teſtatur omnes ferè Italiæ Doctores ita conſuluiſſe.

Accedēte,quod huius mater non admittitur,vtpotè fœmina, quamuis filia teſtatoris: ergò multo minus admittetur nepos ex filia tanquam proueniens à radice infecta, vel excluſa, argumento l.ſi viua matre, C.de bon.mater. c.latet,qui filij ſint legit.[f] quare dato concurſu maſculi ex maſculis perpetuo anteponentur maſculis ex fœminis.[g]

Augetur quæſtio & difficultas, quando fœmina fideicommiſſum reliquerit

5 deſcendentibus maſculis , vel fœminam † inſtituerit, & ei deſcendentes maſculos perpetuo ſubſtituerit, enimuerò ceſſat ratio conſeruandæ agnationis, & voluit teſtans maſculis tantum ſine aliqua agnationis ratione conſulere.

In hoc caſu ea verior videtur opinio,quod fideicommiſſum æque debeatur maſculis etiam cognatis,ac debeatur maſculis agnatis,& ſic plures inſignes viri de iure reſponderunt.

Nec obſtat ratio illa , [h] quod abſurdum ſit matre excluſa admitti filium ex ea progenitum, argumento l.ſi viua matre, C. de bon.mater. Nam reſponde-

6 runt hic adeſſe diuerſam ſexus qualitatem. Verum filia † inſtituta,grauataque ſub conditione,ſi ſine filiis maſculis deceſſerit reſtituere hæreditatem, nepotē dicunt ex filia non fore impedimento conditioni, quin defeciſſe videatur, ita vt ſubſtitutus capiat hæreditatem, [i] nam ſi teſtator excluſit filiam proferendo in conditione verbum,liberis maſculis, multo magis excluſiſſe dicitur deſcendentes ex filia etiam maſculos, vt verbum, maſculis reſtringi debeat nō ſolum ad liberos maſculos,ſed etiam ad liberos maſculos,ex maſculis.

Cæterum diligenter conſideranda ſunt verba fideicommiſſi à fœmina relicti:vidi enim & legi aliquando fœminas rationem maximam habuiſſe conſeruandæ agnationis mariti,vel alterius extranei, maſculos ſemper fœminis præferendo,vt bona in ea familia conſeruarentur : tunc enim omnia ab ea ratione neganda, ac moderanda euenirent,haud ſecùs,ac ſi à teſtatore eiuſdem familiæ factum eſſet fideicommiſſum.

Articulus arduus eſt, & multum controuerſus , vt ex vnaquaque leuiſſima coniectura deceat Iuriſconſultum in alterutram quæſtionis partem facilè pedibus ire,propter varias facti ac ſubſtitutionis formulas.

7 Nam ſi † teſtator relicta dote filiæ ſuæ fratrem hæredem inſtituerit, & ei decedenti ſine deſcendentibus maſculis ſubſtituerit filiam ipſam, ſi moriatur frater relicto nepote ex filia;Baldus [k] conſultus egregiè reſpōdit locum eſſe ſubſtitutioni,vt ſcilicèt filia teſtatori ſuccedat, redditur ratio ne:tranſuerſalis nepos ex fœmina natus præferatur propriæ teſtatoris filiæ vocatę per ſubſtitutionem ad huiuſcemodi hæreditatem,quod multi ſecuti ſunt.[l]

8 Ampliatur hæc opinio,vt vera ſit etiam in ſtatutis † præferentibus deſcendentes maſculos,vel hæredes maſculos fœminis, quod nepos ex filia vel ex alia fœmina deſcendens non concurrat cum maſculo per lineam maſculinam deſcendente, mens ſiquidem ſtatuentium ea fuit,agnatos præferre cognatis, & inter agnatos maſculos anteponere fœminis, [m] ſed de his exactius in poſterioribus pertractabimus.

AD-

AD CAP. X.

a Bart.cæterique in l.Gallus,§.etiam ſi à parente.de lib.& poſthum.Pariſ.conſ.72.num.7. vol.4. & 88.num.12.in 2.Bart. in auth.de reſtitut.fid.in fine.Dec.conſ.222.nu.3 & 223.nu.4. Cęphal.46.nu.46.& 47.Gozad.2.num.8. Alciat.36. lib.9. congerit Craſſus in §.fideicom. q.15. Mant.de coniect.8.cap.11.

b Soc.ſen.conſ.10.num.7.& 12.vol.3.Natta,437. Alex.26.num.5.lib.3.Dec.299.num.8. Soc.51. num.4.lib.4.

c Bart.conſ.52.dicens ita ſe habere vulgarem loquendi conſuetudinem, Dec.conſ.38.num.1. Pariſ 20.nu.12.& 3.nu.5.lib.3.Guido Pap.deciſ.457.

d Cœphal.330.nu.40.41.Simeon Pret.pag.290.

e Soc.conſ.12.num.5.vol.3.& in l.Gallus,§.nunc,de lege Velleia.num.7.de lib.& poſth. Alex.in d.l.Gallus,§.etiam.Ruin.167.nu.6.& 7.Crauet.conſ.22.Socin.iun.copioſe 69.per totum,& 116.in 3.Natta,187.nu.6.Ludouic.Molin.de maior.Hiſp.lib.3.c.5.

f Dec.conſ.311.c.vulnerato,10.q.1.,Tiraq.de iure primigen.q.52.

g Cęphal.581.num.5.Ruin,49.num.6.& 120.nu.8.in prim.

h Soc.iun.d.conſ.69.in 3.

i Caſtrenſ.conſ.18.Alex.56.in 5.Alex.in l.ex facto,in fine,ad S.C.Trebell.vbi Ripa,num.8.Decian.127.nu.15.in 3.Grat.120.in 2.

K Bald.conſ.40.in 3.

l Mathesil.notab.130.Corn.246.in 2.Rub.22.& 128.nu.8.

m Alex.in l.Gallus,§.nunc de lege Velleia,de lib.& poſth. Angel.conſ.282. Socin.d.conſ.69.in 3. Conferunt ad hanc materiã ea,quæ Car.Mantica de cõiect.lib.8. tit.11. nu.8.et quæ Soc.ſen. in l.Gallus,§.nunc de lege Vell.in fi.de lib.& poſth.Guid.Pap.deciſ.612.nu.1.Alci.104.nu.1. li.9.Rui.49.& 120.nu.8.uol.1.Tiraq.de iure primogen.q.13.nu.2.niſi adſit propria coniectura mentis teſtatoris, quæ fuerit, ut propria verbi ſignificatio reſtringatur ad maſculum ex maſculo.

Præterea ſi à fœmina fuerit relictum,ceſſat ratio conſeruandæ agnationis, & habet locum ſola ratio conſeruandi maſculinitatem, Fulgoſ.conſ.86.Rub.22.nu.12.in fine repetitum,in conſi.128.Roland.à Vall.conſ.76.nu.11.uol.3. Egregie Simeon Pret.lib.3.Interpret. pag.287.in prin.Dec.371.col.3.& 516.col.4.& 313.Alba,conſ.51.nu.8.& 54.nu.8.in 1 par.

SVMMARIA.

1 Differentia an ſit aliqua inter formulas,per virilem ſexum,per lineam maſculinã, à linea,vel de linea maſculina.

2 Fideicommiſſum relictum deſcendentibus per virilem ſexum, per lineam maſculinam,à linea,vel de linea maſculina,an fœminis debeatur.

3 Accipiens emphyteuſim pro ſe,& deſcendentibus per lineam maſculinam, & decedat relicta filia fœmina an ipſa ſuccedat in emphyteuſi.

4 Linea deſcendentium ab aliquo incipit à primis qui ab eodem oriuntur quod exẽplo declaratur.

5 Plus eſt in cauſa quam in proueniente ab ea.

6 Liberi primi gradus ſemper fuerunt cæteris prælati.

7 Mens teſtatoris verbis eſt præferenda.

8 Filia primi eſt in linea maſculina deſcendentium à primo, & ſumma gradus prærogatiua potitur dicią, poteſt & agnata,& cognata.& nu.18.& 20.

9 Linea maſculina à quo incipiat ſi teſtator dixerit,ſuam, vel eius lineam.

10 Voluntas teſtatoris non debet verborum ſubtilitatibus violari.

11 Immunitates perſonis datæ hæredibus non relinquuntur, generi autem poſteriſą, datæ ad eos qui ex fœminis nati ſunt non pertinent.

12 Lex non tantum filium,ſed etiam filiam vocat eius cui honor vel priuilegium conceditur,deſcendentes verò ſolummodo ex filio,non autem ex filia admittit.

13 Regula excluſa filia excludi debent deſcendentes ab ea,quando procedat.

14 Deficiente ratione prohibitionis deficit prohibitio.

15 Extraneus,& etiam penitus ignotus ſubſtitui poteſt.

16 Nepos ex filio naturali licèt non poſſit ſuccedere ab inteſtato, ex teſtamento tamen poteſt.

17 Te-

17 Teſtator præſumitur voluiſſe extinctis omnibus maſculis propriam filiam ſubſti-tuto præferri.

18 Fideicommiſſum relictum de deſcendentibus, de hærede in hæredem, naſcituris de domo, de familia, de agnatione, de progenie, & ſimilibus, an fœmina quoque admittatur.

Fideicommiſſum relictum deſcendentibus per virilem ſexum per lineam maſculinam, à linea vel de linea maſculina, an fœminis debeatur. Cap. XI.

1 ALEXANDER,[a] † alijq; differentias inter illas formulas
cõſtituebãt per virilem ſexum, per lineam maſculinã, à linea
vel de linea maſculina; verior tñ, & longè receptior ea vide-
tur opinio, quod nullum diſcrimen inter eas conſtituendũ
2 ſit; Prætereà, exiſtimarunt † vocatis deſcendentibus per vi-
rilem ſexum, aut per lineam maſculinam vocatam, intelligi
etiam fœminam ex maſculo natam, idq; veriſſimum eſſe ar
bitrantur, cum ipſa fœmina deſcendat per ſexum virilem, per lineam maſcu-
linam.

Verùm Paulus Caſtrenſis[b] tenuit fœmininam non admitti, nec haberi vocatam, vel incluſam, exemplum ſtatuit in emphytheuſi, & reddit rationem: quia linea, fœminina incipit ab ipſa, proinde excluſis deſcendẽtibus ex linea fœminina, ipſam quoq; excluſam haberi,[c] vtpotè caput eiuſdem lineæ, quod magis communiter eſt receptum.[d]

Quæ ſanè Pauli opinio nimis aſpera, nimiſq; rigida viſa eſt Iaſoni,[e] ea nem
pè ratione, quod melioris eſſet cõditionis neptis ex filia, quam ipſa filia, cõtra
ſpeciem l. 3. C. de bon. mater. Iaſonem ſecuti ſunt Socinus,[f] Aemilius Feret-
tus, Molina, & Arius Pinellus, qui hanc ſententiam longè veriorem aſſeuerat
quando ſaltem non ſuperſunt filij maſculi; Cæterum, cùm res agatur non par
ui momenti, ſed magnæ vtilitatis, exactius eſt à nobis pertractanda; Declare-
3 mus igitur Pauli ſententiam hoc exemplo; Titius accepit † emphytheuſim pro
ſe & deſcendentibus per lineam maſculinam, & deceſſit relicta filia Seia, ait
Paulus, filiam recipientis non ſuccedere in emphytheuſi, quia linea incipit à
filia, non à patre, & ſic eſt in linea fœminina, per Regulam, quæ habet, lineam
4 † deſcendentium ab aliquo incipere à primis, qui ab eodem oriuntur, c. quod
dilect. cap. finali, de conſang. & affinit. iuncta gloſſa exempli ergò.

Titius

Caius — Seia

Mæuia.

Apparet Sciam eſſe principium lineæ fœmininæ, & ita in ea conſtitutam: nam ſi pater habuiſſet filium & filiam, puta Caium, & Seiam in maſculo, vel à maſculo Caio, ſcilicèt inciperet linea maſculina ipſius patris fingamus fideicommiſſo grauati, & in fœmina nempè Seia linea fœminina, verum deſcendẽtes per lineam fœmininam, non ſuccedunt in emphytheuſi, ergo nec etiam filia Seia, quæ eſt caput illius lineæ; Nituntur etiam alia ratione, quod ſcilicèt mens fideicommittentis fuerit, ne bona tranſirent ad cognatos, quare licèt fœ

mina

mina ſit agnata, debet vtique excludi, ne per ipſum bona perueniant ad cognatos; quare concludunt deſcendentes ſuos per lineam maſculinam intelligi debere non fœminas, ſed deſcendentes maſculos ex maſculis. [g]

Quinetiam Alexander [h] Paulum ſecutus, hoc idem affirmare videtur in ea pulcherrima ſpecie, in qua conſuluit; Pater inquit inſtituerat Bartholomeum filium, & ſubſtituerat deſcendentes ab eo per lineam maſculinam, ac deficientibus illis, ſubſtituerat Iulianum, deceſſit Bartholomeus ſuperſtitibus relictis Gabriele filio, & Bartholomea filia, perijt Gabriel ſine filijs, vnde quæritur, an Bartholomea deſcendens à Bartholomeo hærede ſcripto, & deſcendens per lineam maſculinam excludat ſubſtitutum necne, Ecce quæſtionis arborem.

Caius pater

Bartholomeus
filius grauatus

Gabriel — Bartholomea

Iulianus ſubſtitutus.

Alexander hincinde varijs argumentis agitata quæſtione tandem concludit ſubſtitutum admittendum excluſa filia hæredis grauati, eaque motus eſt ratione Pauli Caſtrenſis, quod Bartolomea ſit caput lineæ fœmininæ, nec ſit in linea deſcendentium per lineam maſculinam, & ſolent ſectatores huius opinionis eam diſtinctionem in re habere; Aut agitur de filia recipientis, vel inſtituti grauati, & hæc non habetur de deſcendentibus per lineam maſculinam, quoniã eſt caput, & principium lineæ fœmininæ; Aut agitur de filia nata ex filio hæredis grauati, & hæc continetur in linea, quia deſcendit per lineam maſculinam illius primi, vt Mæuia in prima arbore: vnde inferunt, quod ſi ex Gabriele ſupereſſet filia, ipſa profectò excluderet ſubſtitutum, & ſic eueniet quod filia primi grauati excludetur, ſed neptis ex filio primi vtique admittetur: nec mirum inquam (vt ipſi aiunt) eſſe debet, filiam primi excludi; nam, cum deſcendentes ex fœmina excludantur, efficax ſibi viſa eſt ratio vt fœmina illorum auctrix
5 inde arceatur per rationem illam, quod plus † ſit in cauſa quam in prouenien
te ab ea, talia ſunt argumenta, quæ pro eorum opinione adduci ſolent.

Quæ ſanè dura & aſpera viſa eſt Iaſoni, Aemilio Feretto, Ario Pinello, & alijs: & animus meus in theſi Alexandrea rationibus à Paulo mutuatis, non poteſt aliquo modo adhærere, & conquieſcere maſculis potiſſimum deficientibus; idcirco vt vnicuique iuris ſtudioſo pateſcat iam quam facilè poſſint hæc ſua omnia argumenta dilui, & ſubuerti, nõ pigebit me hæc Arij Pinelli [k] prius referre, inde mea,

Primum obijcit Pinellus abſurdum fore in iure ciuili, neptem melioris eſſe
6 conditionis quam filiam; l. 3. C. de bon. matern. & liberi † primi gradus ſemper
fuerunt cæteris prælati, ſed ipſi cum Paulo reſponderunt, quod verba illa te-
ſtantis, (ſubſtituit deſcendentes ab eo per lineam maſculinam) conueniunt ne-
7 pti, non autem filiæ primi; quibus reſpondere poſſum, verbis † præferendam
eſſe mentem teſtatoris, qui interrogatus, vtique reſponderet, filiam ſuam præ-
ferendam extraneo, l. tale pactum, in fine, de pact. vbi gloſ. Secundò reſponde-
8 rem, immò filiam † primi eſſe in linea deſcendentium maſculina à primo, nem-
9 pè, ab ipſo teſtatore, & ab ipſo filio grauato. Enimuerò initium † lineæ maſcu-
linæ eſt ab ipſo maſculo teſtatore, ſi dixerit, ſuam, vel eius lineam, vt à Iuriſcõ-
ſultis communiter receptum eſt; [k] at dixit, ſubſtituit deſcendentes ab eo filio
grauato per lineam maſculinam; fateor, ergo hæc filia non eſt in linea deſcen-

dentium

dentium ab eo filio, admitto diſputationis gratia ſi reſpicias filiũ tantum, quod etiam verè ab omnibus negari poteſt: ergo excludenda; nego conſequentiam: nam ſatis eſt quod ſit in linea maſculina reſpectu teſtatoris, cuius voluntas
10 † non debet verborum ſubtilitatibus violari, & eſt etiam in linea maſculina reſpectu filij teſtatoris eius parentis; nec eis poteſt opitulari: hæc filia eſt caput lineæ fœmininæ, ergo eſt propellenda: Nam reſpondeti poteſt, quòd ipſa non eſt caput lineæ fœmininæ ſimpliciter, quoniam duas habet qualitates, eſt enim agnata, & cognata: quare vel cognata eſt caput fœmininæ lineæ, ſed vbi agnata, eſt in linea maſculina patris & aui teſtatoris.

Secundò, ita arguit aduerſus Paulum, non valere huiuſmodi cõſequentiã: excluſi ſunt deſcendentes ex filia, ergo filia pariter erit arcẽda; non valent inquã huiuſmodi ſequelæ, imò, inanes redduntur ẽt per ſpeciẽ l. 1. de iure immunit.
11 vbi Vlpianus, perſonis † datæ immunitates, hæredibus non relinquuntur, ſed & generi, poſteriſq; datæ, cuſtoditæq;, ad eos qui ex fœminis nati ſunt non pertinẽt, vt in l. filij, l. Senatores, de munic. Senatores inquit, & eorum filij, filięq;,
12 item nepotes & pronepotes ex filio, & ſic lex † non tantum filium ſed & filiã vocat eius, cui honor vel priuilegium cõceditur, deſcendentes verò ſolummodo ex filio, non autem ex filia admittit.

13 Quare aptior inquit eſſet argumentatio Logica, excluſa † eſt filia, ergo excludi debent deſcendentes ab ea,[l] quæ Regula vera intelligitur, niſi tamen deſcendens nitatur iure proprio, vel alia ratione, quam nitatur perſona prohibi-
14 ta, cuius ratione † deficiente, prohibitio etiam ipſa deficeret, [m] illa inſuper regula prohibitiua magis vera recipitur in ſucceſſionibus ab inteſtato, quam in
15 teſtamento, vel in fideicommiſſis, in quibus extraneus † quinimmò penitus i-
16 gnotus poteſt ſubſtitui, [n] quoniam licèt nepos † ex filio naturali non poſſit ſuccedere ab inteſtato, quia genitus ex perſona inhabili, & ex radice infecta, ex teſtamento tamen ſuccedere poteſt, l. vltima, C. de natural. liber. Sed hac argumentatione non vtuntur, quoniam timent ne filia ſit incluſa, quare eius excluſionem fruſtra probare tentant à deſcendentibus excluſis, qui vtiq; potuerunt excludi, quamuis ipſa ſit incluſa.

Ego verò præter Pinellum ſic argumentarer. primò filia primi eſt agnata, & deſcendit à linea maſculina teſtatoris aui & patris inſtituti, nempè ab ipſo teſtante, & à filio, & ſumma gradus prærogatiua potitur, l. pronunciatio, de verb. ſignif. §. cæterum, § media, de legit. agnat. ſucceſſ. ergo debet admitti tanquam agnata & deſcendens per lineam maſculinam, nec obſtant verba ſubſtituit deſcendentes ab eo, nempe filio, nam reſpondetur, quod ab eo deſcendit, & ab eius patre teſtante: ergo in linea patris maſculina, & eſt caput fœmininæ lineę, dicam vti cognata, ſed vti agnata eſt finis lineæ maſculinæ, ergo eſt in linea maſculina patris ſui, & aui, & eſt deſcendens ab eo filio.

Secundò argumentor ratione Magni Papiniani in l. cum auus, de condit. & demonſt. & in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. in huiuſmodi theſi plus fuit di-
17 ctum, quam ſcriptum; interrogetur † ſiquidem teſtator, velitne propriam filiã iam extinctis omnibus maſculis excludi ab hæreditate à ſubſtituto extraneo, an non, reſpondebit eam præferendam, l. tale pactum, in fine, de pact.

Tertiò, verba illa per lineam maſculinam ſunt cognita teſtatori, & ſæpe etiã notarijs neſcientibus, an hæc incipiat à teſtatore, an à patruis deſcendentibus ab eius filio: & naturaliter putant ſemper incipere à teſtatore, ergo non debet fieri interpretatio præter, vel contra mentem teſtatoris.

Nec obſtat diſtinctio illa, filiam recipientis vel inſtituti, & grauati non eſſe de deſcendentibus per lineam maſculinam, filiam verò ex filio hæredis graua-
18 ti vtique contineri in eadem linea: † Nam negari poſſet tota illa diſtinctio:

ctio. alioqui dicamus primi grauati non eſſe de deſcendentibus per lineã maſculinam reſpectu ſolummodo habito ad perſonam filij, verum relatione habita ad patrem, & ad ipſum filium, vtiq; eſt in linea, & deſcedit ex linea maſculina vtriuſq; , ergo eſt in linea maſculina teſtatoris & hæredis filij haud ſecùs ac ſit ipſa neptis ex filio, & ſi filium, iura agnationis ſpectanda ſunt.

Nec obſtat leuiſſima ratio illa, quod ſi deſcendentes ex fœmina excludantur, ipſa quoq; debeat excludi ne ad cognatos deferatur hæreditas, eo quod plus vrgeat cauſa quam effectus ipſe, nam fœmina hæc duas habet qualitates agnationem ſcilicèt, & cognationem, finem vnius, principium alterius, iccirco, qua ratione hæc fœmina eſt agnata, penitus corruit tam puerile & inane argumentum, quod alioqui fortiſſimum eſſe poſſet, quando hæc fœmina ſola iura cognationis, non autem agnationis præſeferret, & in exemplo Alexandri minimè timendum eſt ne non hæreditas deferatur ad cognatos: quandoquidem iam extincti fuere omnes maſculi agnati, prius ergo ad fœminam agnatam quam ad cognatos peruenire debet.

Quamobrem in tam egregia quæſtione conſultius erit ſubſtitutionis, verborumque formulas apprimè perpendere: hinc enim varium poſſet emanare ius: nam ſi deſcendentes nomine agnationis vocati fuerint, vtiq; fœmina cum ſit agnata, erit etiam vocata; at ſi nomine deſcendentium maſculorum fuerint inuitati, tunc in dubijs duo rectè aiunt perpendenda; Primum, quod ſit maſculus; Secundum, quod ex maſculo proueniat, idq; maximè quando teſtator animum applicuit ad vocandos maſculos, & propellendas fœminas,[o] deniq; ſi fi-
18 deicommiſſum † relictum fuerit deſcendentibus de hærede in hæredem, naſcituris de domo, de familia, de agnatione, de progenie, & ſimilibus, ad hoc etiam fœmina erit admittenda, quoniam agnata, quoniam de domo, & progenie, quouſq; tamen vixerit, ita, vt poſt eius mortem excluſis filijs ſuis vti cognatis, hæreditas reſtituatur proximioribus de domo, de ſtirpe, de agnatione, vt ſentit Ludouicus Molina,[p] & pluries conſuluit Pariſius, alijque.

AD CAP. XI.

a Alex. & alij in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de lib. & poſthum.
b Paulus Caſtrenſis in l. maritus, C. de procuraror.
c Alexand. conſi. 53. nu. 6. vol. 6. communem teſtatur Craſſus in l. Filiusfamiliàs, §. diui, nu. 10. de legat. 1.
d Crotus ibidem.
e Iaſon in d. §. nunc de lege Velleia.
f Arrius Pinellus, qui alios refert, in l. 3. nu. 29. C. de bon. matern. Craſſus in §. fideicommiſſum, quæſt. 15.
g Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſ. 146. Paul. Caſtr. conſ. 190. in 2. vbi latiſſimè, ſequitur Ruin. 126. nu. 13. & 208. nu. 7. in 1. & 90. in 1.
h Alex. conſ. 43. nu. 6. in 3.
i Arrius Pinellus vt ſupra.
K Gloſſa & Imola in l. ex facto, in princ. ad S.C. Trebellian. Pariſ. conſ. 83. nu. 10. lib. 2. Alex. conſ. 213. vol. 6. Simeon Pret. lib. 3. de interpretat. pag. 292. Bero. conſ. 77. nu. 19. lib. 2.
l Dec. conſ. 85. in fine, & conſ. 311. nu. 3. Tiraq. de iure primigen. quæſ. 12. nu. 121. aliàs 16. Illuſ. Card. Mant. de coniect. lib. 8. tit, 18.
m Cœphal. conſ. 103. latè.
n L. extraneum, C. de hæred. inſtit.
o Gozad. conſ. 87. nu. 15. Alciat. in d. §. nunc de lege Velleia; Speculator vt ſuprà.
p Ludouico Molina lib. 1. de maior. Hiſpan. c. 6. nu. 38. & lib. 3. cap. 5. Concluſ. duodecima. Pariſ. Reſponſo 35. in fine, & conſ. 47. nu. 61. vol. 3. adde Brunum Aſtenſem & alios nominatos à Pariſio, l. voluntas, C. de fideicom. Iaſon cõſ. 142. verſ. 6. in 2. Ruin. conſ. 133. nu. 8. in 3. Curt. iun. 49. col. 3. Pariſ. 23. nu. 45. in princip. Soc. iun. 158. nu. 54. in 2. Pariſ. conſ. 47. nu. 55. vol. 3. Curt. ſen. conſ. 63. col. 16.

SVMMARIA.

1 *Frater ſecundogenitus ſemel excluſus à primo, ſemper eſt excluſus.*
2 *Fœmina ſemel excluſa nunquid ſemper videatur excluſa quoad feuda.*
3 *Filia ſemel reiecta perpetuò ſit excluſa, quatenus ad hæreditatem & ſtatuta excle dentia.*
4 *Defuncto primogenito Rege Siciliæ ſine liberis, an filius ſecundogenitus ſemel excluſus poßit ſuccedere.*
5 *Quoad fideicommiſſa admiſſo maſculo fœmina non cenſetur perpetuo excluſa.*

An filia ſemel excluſa, ſemper ſit excluſa. Caput XII.

GENERALIS vndecunq; auditur regula, ſemel excluſus ſemper eſt excluſus, quemadmodum in ſucceſſione ab inteſtato ille admittitur qui eſt proximior tempore mortis, cæteri verò perpetuo arceantur ab hæreditate, §. ita demum, de hæred. quæ ab inteſtat. defer. l. 2. §. proximè, de ſuis & legit. probatur etiam in l. 1. §. quibus, & §. vltimo, de ſucceſſ. edic. & in l. 1. C. quando non petent. part. & §. proximus, de legit. agnat. ſucceſſ. nam ille qui præfertur & admittitur, efficitur perpetuus hæres, & tranſmittit hæreditatem vt alterum ſemper excludat, l. vltima, de ſucceſſ. edic. §. proximè, de legit. agnat. ſucceſſ. vſq; adeo, vt non ſolum excludatur perſona illa ſemel excluſa, ſed etiam qui ab illa promanant, niſi tamen propelleretur ob aliquam qualitatem, quæ deficeret in deſcendentibus ab ea,[a] quæ ſanè Regula ad primas genituras, ad regna, ad feuda, ad ſtatuta, & ad hæreditates, & fideicommiſſa deduci, examinarique ſolet.

1 Nam quod attinet ad primogenitos, eadem Regula à Iuriſprudentibus cõmuniter recepta videtur, nempè, fratrem ſecundogenitum ſemel excluſum à primo, ſemper fore excluſum, quare dicunt. Si Rex primogenitus habuerit filiam, frater Regis ſecundo genitus nunquam poterit ſuccedere, quamdiu etenim ſupereſt aliquis ſiue maſculus, ſiue fœmina, eius lineæ, ad quam regnum, vel hæreditas ſemel peruenerit, ille, vel illa ſuccedet, & nunquam fiet tranſitus ad lineam iam excluſam, quemadmodum exiſtentibus liberis propelluntur cęteri agnati, & vigentibus agnatis, deficiunt à ſucceſſione cognati, hæ ſiquidẽ ſunt lineæ paralellæ, vt Iuriſconſultis placuit,[b] maximè in Regnis, & in his in quibus etiam admittuntur fœminæ; quod etiam antiquiſſimi iuris fuiſſe conſtat; Ecce Reginam Auſtri, quæ audita fama Salomonis, ab extremis finibus terræ Ieruſalem venit, vt illũ videret, eiuſq; ſapientiam admiraretur, tertio Regum c. 10. 2. Paralippo. cap. 9. en Cleopatram Aegypti, en Eliſabethã noſtra tempeſtate Britanniæ Reginam.

2 Quod verò attinet ad feuda ſecundum communem Iuriſprudentum ſententiam, fœmina ſemel excluſa perpetuò videtur excluſa; Quam tamen opinionẽ acriter deteſtatur Iulius Clarus,[c] & eã deuouit ac malè dixit Baptiſta Toletanus, ambo aſſeuerãtes eam falſiſſimam, nituntur q; ea ratione; quoniam fœmina eſt excluſa ab agnatis maſculis, proinde non ſequitur quin illis deficientib. ipſa debeat admitti, vt potè, cum agatur de ſucceſſione primi inueſtiti, cui etiã fęmina agnatis non exiſtentibus poteſt ſuccedere, c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. quamuis in hæreditate longè diuerſum habeatur ius.

3 Qua-

3 Quatenus verò ad Statuta excludentia filias, exiſtentibus filijs, & quatenus ad hæreditatem ipſam, communis inoleuit opinio, filiam ſemel reiectam, perpetuò fore excluſam, quare defunctis fratribus filia non poterit ſuccedere in hæreditate, tū per Regulam ſemel excluſus, tum, quia hæreditas adita à filijs, nō eſt amplius hæreditas, ſed facta eſt proprium patrimonium adeuntis, l. ſed etſi plures, §. filio, ff. de vulg. & pupill. [d] Quæ ſanè ratio non reperitur in feudis, quoniā feuda non mutant naturam, non mirum igitur, ſi fœmina excluſa ad feuda admittatur, non tamen ad hæreditatem.

Iccircò animaduertendum eſt, quòd licèt ſemel excluſa non poſſit amplius ad hæreditatem paternam admitti, attamen poterit ſuccedere fratribus defunctis in bonis ipſorum fratrum quæ fuerunt bona patris, dummodò à Conſtitutione aliqua non prohibeantur, etiam ſi fratres nulla alia poſſideant bona quam quæ patris fuerunt, quoniam iam naturam ſuam mutarunt, & conuerſa fuerunt in aliud patrimonium, & quoniam ex conditione illa ſtantibus maſculis, ſufficit filium exſtitiſſe vel minimo temporis momento poſt mortem defuncti, vt perpetuò excludatur fœmina, l. 3. C. de poſthu. hæred. inſtit. [e]

4 † Quòd verò ad Regna, & potiſſimum ad Siciliæ Regnum, quod ex eius forma, & Conſtitutione deuoluendum eſt ad primogenitum, ſi frater primogeniti fuerit excluſus, conueniunt Iuriſprudentes, primogenito Rege ſine liberis defuncto, ſecundogenitum ſemel excluſum, neutiquam poſſe amplius ſuccedere, ſed regnum deuolui ac reuerti ad Summum Pontificem, haud ſecùs ac feuda quæ aperiuntur dominis ſuis, qua de re valde dubitantem legimus Romanum [f] Iaſonem referentem, ac Tiraquellum commemorantem ac diſputantem.

Sed longè verior videtur ſententia Andreæ Iſerniæ, Mathei Afflicti, ac Tiraquelli, [g] quòd nempè mortuo Rege primogenito, debeat ſuccedere ſecundogenitus: nam Conſtitutio loquitur de primogenito, ſed ille eſt primogenitus qui tempore mortis alios antecedit, & qui tempore quo feudum, vel Regnum apertum eſt, in rerum natura reperitur, [h] quare ſecundogenitus ſuccedet: tum, quia mortuo primo, deficit impedimentum: tum, quia factus eſt primogenitus, §. proximus, de legit. agnat. ſucceſſ. & quoniam vocatur ad ſucceſſionem ut filius.

5 † Denique quod attinet ad fideicommiſſa, rectè arbitrantur Iuriſconſulti, admiſſo maſculo, fœminam non perpetuò cenſeri excluſam, ſed tātiſper dum maſculus extiterit, vt fœmina poſtea fideicommiſſum vindicare poſſit; Quam ſententiam optimè comprobant rationes ſuperius adductæ in ſucceſſione feudi; quandoquidem, & fœminæ ſuccedant in fideicommiſſis poſt maſculos, & fideicommiſſa minimè mutauerint naturam ſuam, idq; maximè verum, quando ſubſtitutio facta fuerit nomine collectiuo plurium perſonarum, & diuerſorum graduum, [i] quod ſi per nomina appellatiua, vtputà, filiorum, facta fuerit ſubſtitutio, qui ſanè filii vigore ſtatuti excludentis fœminas intelliguntur maſculi, hoc profectò caſu maſculis ſemel admiſſis, filiæ cenſentur perpetuò excluſę, ita, ut per modum vulgaris tantum ſubſtitutionis intelligantur vocatæ. [k] Præterea vbi teſtator ſubſtituerit deſcendentes maſculos, & fœminas, anteponendo fœminis maſculos, [l] vel expreſsè, vel tacitè, ob energiam Statuti, in hac ſpecie non intelligentur fœminæ perpetuò excluſæ, ſed tantiſper, dum maſculi extiterint; Et ex his ad ſimiles multas quæſtiones in iure decidendas procedere fas erit.

AD CAP. XII.

a Bart.in l.liberorum,col.5.de verb.ſignif.Bald.in l.maximum vitium, C.de lib.præter. Ang.in §.reliquum,in Auth.de hæred.ab inteſt.venient.Brun.in ſtatutu ſtantib.maſcul.art.6.nu.89. Corn.conſ.16.num.7.in primo.

b And.Iſern.Cardin.Alexandrin.Petrus Perticenſis,ac alij relati à Tiraquello, de iure primigen. quæſt.10.num.21.

c Iulius Clar.in §.feudum,quæſt.80.Baptiſta Toletanus,in lib.communium opinionum, in verbo,filia.

d Et Iaſon in l.1.§.ueteres, num.20.de acquir.poſſeſſ.

e Adde Brun. Aſtenſem in ſtatuto ſtantibus maſcul.art.10.q.1.nu.63.& 65.

f Roman.conſ.98.refert Iaſon in l.is poteſt, nu.38.& 40.de acquir.hæred. Tiraq.de iure primig. quæſt.10.nu.9.& 10.

g Andr.Iſern.Matthæus de Afflictis,& relati à Tiraq.in 5.quæſt. primigenior.nu.9.

h Alber.in proœm.ffor um,in §.diſcipuli,nu.16.

i Iuxta ea quæ in l.cum ita,§.in fideicommiſſo,de leg.2.examinantur.

K Iuxta ea quæ Cuman.& alij in l.Gallus,§.quidam rectè,de lib.& poſthum.

l Decian.conſ.32.& 40.lib.1.Menoch.conſ.359.nu.10.lib.4.

S V M M A R I A.

1 In pluribus ſimul inſtitutis ac ſubſtitutis, quando ordo charitatis ſit attendendus. Quando verò ordo neceſſitatis ibid.nu.2.

3 Teſtator ſi fratrem ſuum,& eius filios ſubſtitueris, ſimul & ſemel cenſentur vocati,non autem ordine ſucceſſiuo.

4 Inſtituto filio & nepote ex eo , non cenſentur vocati ſimul & ſemel,ſed ordine ſucceſſiuo.

5 Copulatiua(Et) interdum reſoluitur in diſiunctiuam.

6 Quid ſi auus nepotem,& ex eo pronepotem hæredem ſcripſerit,an ob virtutem copula(Et)ſimul ſuccedere dicantur.

7 Teſtator ſi ſubſtituerit Titium ſeu eius filios,filij habebuntur vt vocati poſt Titiũ ordine ſucceſſiuo.

8 Coniunctiua aliquando reſoluitur in diſiunctiuam.

9 Subſtitutis fratre,& eius hæredibus,nomen hæredis dabit ordinem ſucceſſiuum.

10 Teſtator ſi ſubſtituerit fratres & eius filios & nepotes, gradatim ſuccedent ordine ſucceſſiuo,ſecus ſi fratrem,& eius filios,vel cum eius filijs,& nu.11.

12 Subſtitutis pluribus nomine collectiuo,puta fratre,& eius liberis,deſcendentibus, agnatis,& familia,an ſuccedant ordine ſucceſſiuo, & an per vulgarem tantum, an verò potius per fideicommiſſariam,remiſſiuè.

13 Qui nomine proprio,qui appellatiuo,& qui collectiuo vocati intelligantur,& quo modo ſuccedant.& num.14.

15 Teſtator ſi inſtituerit extraneum,& eius filios,quo ordine ſuccedant. Et quid ſi legauerit familiæ extraneæ.num.ſeq.

Vtrum plures ſimul inſtituti ac ſubſtituti intelligantur vocati ſimul & ſemel , an verò ordine ſucceſſiuo.

Cap. XIII.

EGREGIA, ac vtilis eſt huiuſmodi quæſtio , quæ tacitam interpretatur mentem teſtatoris , quæque digna eſt , vt ad eius principia retrahatur,nempè,ad ordinẽ charitatis,& affectionis, & ad ordinem ſiue rationem neceſſitatis: præterea,ad affines, & ad extraneos;

neos; quod ſi de affinibus agatur quæſtio, ſpectanda erit tum linea recta, tum linea collateralis; præterea, plures ſimul vocati, quo nomine fuerint nuncupati.

1 Ordinem† charitatis declarat Iulius Clarus, [a] quando perſonæ vocatæ ſunt poſitæ in diuerſis gradibus ab inteſtato, vtputà, fratrem meum inſtitui, & eius filios, frater enim mihi gradu proximior quam eius filij; ordo autem charitatis, & affectionis exigit, vt ipſa gradatim in diuerſas perſonas gradibus diſtinctas effundatur; hinc dicimus, charitas ordinata incipit à ſeipſo, l. præſes, C. de ſeruit. & aqua, c. dilecto, de præbend.

2 Ratio † verò ſiue ordo neceſſitatis habetur, quando perſonę neceſſariò erāt ab ipſo teſtatore inſtituendæ, vt ſi pater inſtituerit filium, & nepotem ex filio, nam ſi nepos non fuiſſet inſtitutus, eueniente caſu Galli Aquili, filio patri præmortuo, facilè teſtamentum rumpi potuiſſet.

3 Iam in linea collaterali,† teſtator Titium fratrem ſuum, & eius filios ſubſtituerit, hæ perſonæ cenſentur vocatę ſimul, & ſemel, non autem ordine ſucceſſiuo: quod etiam ſuadet dictio copulatiua, Titium, & eius filios, & hæc ſunt communiter ab omnibus recepta.[b]

4 Secundò, in linea recta aſcendentium, & deſcendentium,† ſi quis inſtituerit filium & nepotem ex eo, non cenſentur vocati ſimul, & ſemel, ſed ordine ſucceſſiuo, filius ſcilicet antea, & poſtea nepos, propter ordinem neceſſitatis, auus enim inſtituit etiam nepotem, ne tabulæ teſtamentariæ Gallo Aquilio conſultore irritæ fierent,[c] & nepos videtur per vulgarem tantum ſubſtitutus, [d] nec officit, quod ſint vocati per dictionem coniunctiuam, ſiue copulatiuam (filium,
5 & nepotem ex eo) enimuerò, fauore† filiorum, vtq; ordo neceſſitatis ſeruetur, copulatiua reſoluitur [e] in diſiunctiuam, niſi tamen ex contrarijs diuerſa eliceatur mens teſtatoris,[f] quod vtique verum eſſet, quando filium, & nepotem in portionibus ſuis oneraſſet; vel quando filium ſimul cùm nepote [g] inſtituiſſet; vel ſi filium, & nepotem æqualibus portionibus hæredes feciſſet.[h]

6 In hac ſanè linea recta aſcendentium, & deſcendentium, † teſtator filium, & ex eo nepotem ſcripſerit hæredem, vel cum auus nepotem, & ex eo pronepotem, quamplurimi ob emphaſim, & virtutem coniunctionis illius copulatiuæ tenuerunt ſimul cum filio, patreque ſuo ſuccedere nepotem: [i] quod vtique in legatis, in fideicommiſſis, & in cæteris, in quibus ceſſat neceſſitas relinquendi, iure optimo recipiendum eſt, vt ingenioſè ac ſubtiliter Torniel.[k] aliiq; tradiderunt.

7 Quod† ſi teſtator ſubſtituerit Titium ſeu eius filios, propter diſiunctiuam (ſeu) filij vocati habebuntur poſt Titium ordine ſucceſſiuo, l. cum pater, §. 2. de leg. 2. propter ordinem ſcripturæ, & affectionem perſonarum, l. hæredes mei, §.
8 vltimo, ad S.C. Trebel.[k] Nec inconuenit, ex hoc ordine charitatis, & ſcripturæ etiam cōiunctiuam reſolui in diſiunctiuam, l. 1. C. de ſecun. nupt. l. ſi quis, C. de inceſt. nupt. l. 1. C. de natural. liber.[l]

9 Præterea † ſi quis ita ſubſtituerit: fratrem & eius hæredes, nomen hæredis, dabit ordinem ſucceſſiuum, non ſimultaneum: quoniam viuus hæredem habere non poteſt, l. 1. ff. de hæred. & actio. vend. illudquè nomen hæredis eſt collectiuum plurium ſcilicèt perſonarum, & graduum, l. hæredis appellatio, l. ſciendum, l. hæredis appellatione, de verb. ſignif. ergò hæredes ſuccedent, poſt fratrem, non ſimul cum fratre, & hęres vnus poſt alterum hæredem ſucceſſiuè, & gradatim.[m]

10 Item, † ſi plures fecerit ſubſtitutiones, vel ſi ſubſtituerit fratres, & eius filios, & nepotes, extenſio illa ad diuerſos gradus, pariet ordinem ſucceſſiuum, vt ſimul ſuccedere nequeant, ſed gradatim.[n]

Ecoiuer-

11 † Econuerſò, ſi fratrem,& eius filios, vel fratrem eum eius filijs, cum nulla adſit ratio neceſſariæ inſtitutionis, ſimul ſuccedent, vt ſuprà diximus, non autem ſucceſſiuè. [o]

12 † Dein, ſi teſtator plures ſubſtituerit nomine collectiuo, vtputà fratrem, & eius liberos, deſcendentes, agnatos, familiam: enimuerò, hi plures vocati, ſunt plurium graduum, quo caſu exiſtimarunt Iuriſconſulti nonnulli, eos ordine ſucceſſiuo ſuccedere,[p] ſed an per vulgarem tantum, an verò potius actiuè, & paſſiuè per fideicommiſſariam etiam admittantur, ſequenti capite patefaciemus.

13 Omnes † autem à teſtatore vocati dicuntur, vel nomine proprio, vel appellatiuo, vel collectiuo. [q] Nomina propria omnibus conſtant, appellatiua verò intelliguntur, vtputà, filij, fratres, liberti, & huiuſmodi, quãdo ſcilicèt nomen ſignificat plures perſonas, non autem plures gradus, collectiua autem, ſiue collectiuo nomine vocati intelliguntur, quando plures perſonæ, pluresq; gradus inuitati dicuntur, vtputà, hæredes, liberi, deſcendentes, agnati, familia, & id genus multa; Hinc regulariter accidit, vt vocati nomine proprio, ſimul ſuccedere debeant, [r] nuncupati verò noĩe appellatiuo, vnà exiſtimantur perſona, quare & ſimul ſuccedũt: [ſ] vocati verò nomine collectiuo, in dubiis cenſentur ordine ſucceſſiuo nuncupati, vt ſi quiſpiam dixerit: ſi filius meus deceſſerit ſine filiis, ſubſtituo Titium, & eius liberos, vel deſcendentes, vel agnatos, [t] ac ordinẽ ſucceſſiuum intelligunt, quo gradatim ſucceditur ab inteſtato, ex l. 12. tabul. & ex ſucceſſorio edicto, ea ratione, quod teſtator præſumatur velle mẽtem ſuã conformem reddere Iuri communi. [u]

15 De extraneis † autem ſi agatur, ac teſtator aliquos inſtituerit quibuſcum nullam habet ſanguinis neceſſitudinem, puta, Titium extraneum, & eius filios, hoc caſu filij cum patre concurrunt, vt parens dimidiam, filij verò alterum capiant ſemiſſem, [x] vtpotè, cum deficiat omnis ordo charitatis, & affectionis, & omnis ſeries ſuccedendi ab inteſtato nec à proprietate verborum ab re ſit recedendum.

16 Deniq; † ſi teſtator legauerit familiæ de Corneliis, & ſic extraneis, omnes de ea familia exiſtentes tempore cedentis fideicommiſſi pro virili capient legata, nec pater excludet filium, aut patruus nepotem. [y]

AD CAP. XIII.

a Iulius Clarus in §. teſtamentum, q. 80.

b Alex. conſ. 129. nu. 7. in 5. Dec. conſ. 95. in 2. omnes ferè in l. Gallus, §. quidam rectè, vno tamẽ reclamãte Bartolo ab omnib. derelicto. Dec. conſ. 205. Curt. iun. conſ. 22. nu. 4. & 128. nu. 1. Boer. deciſ. 185. Dilect. de arte teſtandi, tit. 4. Cautela 6. & ferè innumeri relati à Claro ibidem.

c Omnes communiter in d. §. quidam rectè, vbi Alex. nu. 6. Iaſon nu. 20. Corn. conſ. 156. litera H lib. 4. Curt. iun. conſ. 128. nu. 1. Clarus vt ſuprà, nu. 2. Alex. conſ. 24. nu. 3. in 2. Dec. conſ. 286. & 384. Pedemont. deciſ. 81. nu. 12.

d Dec. conſ. 205. nu. 9. Pariſ. conſ. 82. nu 11. lib. 2. Aemyl. Ferr. conſ. 10. nu. 1. Clarus ibidem.

e L. generaliter, in princ. C. de inſtit. & ſubſtit. l. Lucius, de hæred. inſtit. Alex. conſ. 130. in 2. Ruin. conſ. 20. nu. 15. in 2. Soc. iun. conſ. 143. in 3.

f L. codicillis, §. ſubſtituto, de legat. 2. Corn. conſ. 321. in 1. Anchar. conſ. 137. Alex. conſ. 24 in 3. Aret. conſ. 154. Curt. ſen. conſi. 47. nu. 31. Dec. conſ. 201. 205. & 364. Ruin. conſi. 97. nũm. 6. in 2.

g Iaſon in §. quidam rectè, nu. 31. & 32. & d. deciſ. Pedemont. Corn. conſ. 124. nu. 17. in 2. Alex. conſ. 9. in 5.

h Dicta l. Codicillis, §. inſtituto, de leg. 2. per l. interdum, de hæred. inſtit. Gabriel conſ. 130. nu. 19.

i Imola, Aret. Iacob. de Arena, Marian. Soc. in d. §. quidam rectè, & cõſ. 171. in 2. Didac. in c. Raynutius, §. 2. de teſtament.

K Torniel. egregiè in l. in quæſtionib. l. Gallus, ff. de lib. & poſth. in 1. q. nu. 5. caſus, in d. cap. Raynutius

nutius. Matheſil.notab.157.Gabr.Rom.conſ.130.nu.10. Iaſon conſi.206.nn.1,in 2.
K Dec.conſi.318.nu.6.Ripa, in l.qui Romæ,§.duo fratres,nu.101.de verb.oblig.
l Corn.conſi.47.lib.4.Alciat.d.§.quidam rectè,nu.24.Deciſ.Pedemont.581.nu.18. Pariſ.conſil.21.nu.10.& 11.in 3.Dec.conſ.93.nu.5.Ruin.conſi.127.nu.8.in 3. Alciat.conſil.89.num.4. lib.9.
m Alciat.in d.§.quidam rectè,nu.22.Crauet.conſi.131.Pariſ.conſi.4.nu.3.in 3.Bart.in d.§.quidã rectè,nu.7.Dec.conſ.205.& 253.Dilect.de arte teſtan.Caute.6. nu.3.
n L.liberorum, ubi Bart.de verb.ſignific. Alciat.in d.§.quidam rectè,num.25. Dec.conſi.205.& 253.
o L.ſi quis Titio,§.ſi mulier,de vſufr. accreſc.omnes contra Bart.in d.§.quidam rectè, Clarus d. quæſt.80.Dec.95.nu.2.Alciat.29.nu.7.lib.5.
p Alciat.in d.§.quidam rectè,nu.19.Soc.conſ.43.in 3.tradunt in l.cum ita,§.in fideicom. & in l. peto,§.fratre,de legat.3.l.fi.C.de uerb.ſignific.
q Tradunt in d.l.cum ita,§.in fideicom.de leg.2.
r Tradunt in d.§.in fideicommiſſo.
ſ L.interdum,de hæred.inſt.l.ſi quis Titio,de vſuf.accreſc.Cęph.conſ.253.& 320.nu.6.Decian. latè conſ.1.nu.180.& 213.in 1.
t Bero.conſ.41.nu.4.lib.12.Pariſ.cſõ.11.nu.29.& 38. in 3.Alciat.in d.l.Gallus,nu.27.29. Ruin. conſ.164.nu.9.lib.3.
u Bart.in l.hæredes mei,§.cum ita,ad S.C.Trebell.ubi Ripa,nu.77.Alex.conſ.15.num.3. vol.3. Corn.conſ.37.in princ.Iaſon, conſ.84.lib.1. qui hanc indubitatam, & marmoream appellat concluſionem.Simeon Pret.lib.3.de interpretat.pag.334.
x Omnes communiter in d.§.quidam rectè,ubi Rubeus,nu.48.Cęph.conſ.52.Rebuff.conſ.175. nu.7.Sim.Pret.ibidem.
y Bart.& Bald.in l.ſi cognatis,in fine,de reb.dub.Bart.in l.fin.C.de conduct. & procurat.lib.10. Alex.Iaſ.Rub.in d.§.quidam rectè,Ruin.conſ.174.nu.9.in 2.& conſ.158.nu 9.in 3.

S V M M A R I A.

1 *Teſtator ſi ita caueat, Petrum & Antonium filios meos hæredes facio, & ſi filij mei ſine filijs deceſſerint Lucium fratrem meum, & eius liberos ſiue deſcendentes ſubſtituo, an ſubſtituti cenſeantur vocati per vulgarem tantum, an verò per fideicommiſſariam.*
2 *Subſtitutio in dubio potius recta quam obliqua interpretari debet.*
3 *Sufficit ſemel fideicommiſſum locum ſibi vendicare.*
4 *Nomen collectiuum quoad fideicommiſſariam ſubſtitutionem non ſignificat ordinem ſucceſſiuum inter liberos, & deſcendentes inter ſe.*
5 *Nomen collectiuum per ſe ſolum non poteſt inducere fideicommiſſariam de gradu in gradum.*
6 *Quid intelligatur per tractum ſucceſſiuum.*
7 *Verba ſignificantia ſeriem ſucceſſiuam tractumque temporis.*

Succeſſiuus ordo quemadmodum accipiatur, an per vulgarem tantum, an verò per vulgarem & fideicommiſſariam, potiſſimum in vocatis nomine collectiuo.
Caput XIIII.

NOBILE ac celebre diſſidium ortum eſt inter Paulum Ca-
1 ſtrenſem, & Raphaelem Cumanum, † proponamus enim teſtatorem ita cauiſſe, Petrum, & Antonium filios meos hæredes facio, & ſi filij mei ſine filijs deceſſerint, Lucium fratrem meum, & eius liberos ſiue deſcendentes ſubſtituo; Paulus [a] exiſtimauit fratrem & eius liberos ſuccedere non ſolum per vulgarem, ſi filij non fuiſſent hęredes, vtputa, quia patri præmortui, verumetiã per fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ita vt pater eorum non poſſit bona alienare, ea ratione, quod nomen collectiuum, liberi, deſcendentes, familia, exigat,

gat, quod vocati cēſcantur inuicem grauati reſtituere vnus alteri, & deinceps, ſecundum gradus prærogatiuam, donec aliquis reperiatur de familia, [b] & quoniam ex vocatis nomine collectiuo, familia, deſcendentes, agnati, ac ſimiles, intentio teſtatoris eſſe colligitur, quod voluerit bona remanere in agnatione, & familia, [c] quemadmodū Ancharanus [d] etiam conſuluiſſe dicitur in legato duobus propinquioribus de domo.

Cumanus [e] verò contrariam introduxit opinionem, nempè, quod ſoli filij ſint onere fideicommiſſi grauati, ſubſtituti verò, quibus nullum legitur iniunctum fideicommiſſum, ſint vocati per vulgarem tantum, non autem per fideicommiſſariam, vtpotè, cum vulgaris ſubſtitutio fieri poſſit etiam in legatis & fideicommiſſis, l. vt hæredibus, ff. de leg. 2. mouetur que ſuis rationibus, tum,
2 quia † in dubio ſubſtitutio potius recta, quàm obliqua interpretari debet: [f] tum, quia illi intelliguntur vocati, ac ſubſtituti, qui nati conceptiq; fuerint tem
3 pore teſtamenti, non autem poſtea, [g] & † ſufficit ſemel fideicommiſſum locum ſibi vindicare, iuxta l. boues, §. hoc ſermone, de verb. ſignif. [h] hinc orta fuit infinita propemodum Iuriſconſultorum Reſponſa, quæ ſibi inuicem contraria videntur, vtpotè, cum nonnulla faueant Cumano, alia verò Caſtrenſi, hinc tot intellectus varij applicantur ad l. cum ita, §. in fideicommiſſum, de leg. 2. hinc per varios caſus, perque tot diſcrimina rerum ambulauit Socinus, & reliqui ferè omnes, [i] oſtendentes ex variis formulis, modò per vulgarem duntaxat, modo per vulgarem & fideicommiſſariam ordine ſucceſſiuo admitti ſubſtitutos.

Quamobrē fœdere diſtinctionis iuris Interpretes [k] hæc diſſidia, & hæc contraria Reſponſa ita componere ſtuduerunt, vt ſi nomine collectiuo vocati fuerint ſubſtituti, per verba directa, denotantia vulgarem, vel ſimplicem ſubſtitutionem, locus ſit Cumani ſententię: ſin autem per compendioſam, & per verba tractum temporis ſignificantia, tunc Caſtrenſis opinio præferenda, & germana inſuper ſenſa adhibere conantur ei §. in fideicommiſſo, de legat. 2. Sed mihi verior ſemper viſus eſt ille ſenſus, vt ex Cumani ſententia admittantur ſubſtituti ad fideicommiſſum familiæ relictūm per vulgarem tantum, non autem per fideicommiſſariam: verba enim Modeſtini hoc idem reſonare videntur, dū ait: In fideicommiſſo quod familiæ relinquitur, ij ad petitionem eius admitti poſſunt qui nominati ſunt, aut poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt tempore quo teſtator moreretur, & qui ex his proximo gradu procreati ſunt, niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extēderit. Ecce fideicommiſſum ſimplex, vel purum, ſine aliqua conditione inquam familiæ relictum, en fideicommiſſum ſine aliquo temporis tractu, ecce inquam expreſſam teſtatoris voluntatem, nolentis ad vlteriores gradus hoc legatum extendi, ergo ſimul ac fideicommiſſum ſemel fuerit delatum, ſpirat prorſus & euaneſcit. Succedant igitur illi de familia per vulgarem tantum, non autem per fideicommiſſariam, vt ingenioſè, ac rectè exiſtimauit Cumanus. Probātur hęc omnia, dum Modeſtinus ait, quod ij ad fideicommiſſum admittuntur, qui nominati ſunt, qui ſi ſuperſtites fuiſſent, ac fideicommiſſum agnouiſſent, iam euanuiſſet onus fideicommiſſi, vtpotè, qui actiuè tantum, non autem paſſiuè ad illud inuitati fuerunt; Probatur, dum inquit, poſt eos omnes nominatos qui nō agnouerunt, ij admitti debent, qui ex nomine defuncti fuerunt, ſiue de familia ſua, eo tempore quo teſtator moreretur; Quæ ſanè verba reſpiciunt natos, nedum conceptos tempore mortis, ergò reijciunt omnem futuri temporis tractum, & quoniam ex his aliqui reperiri poſſunt in gradu, proximo nonnulli verò in ſequenti, Iuriſconſultus inquit illos eſſe admittendos qui ex his tempore mortis teſtatoris exiſtentibus proximo gradu procreati ſunt, non autē qui in ſequenti, ergo intelligit ſemel tantum deferri fideicommiſſum, actiuè ſcilicèt,

cèt,non autem paſſiuè,quoniam hi qui primi acceperint hoc fideicommiſſum,
non tenebuntur aliis reſtituere,quod etiam probatur ex illis clariſſimis verbis,
niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit; Ergò, ex
his patet,iam nullum in hac ſpecie adeſſe futuri temporis tractum,nomenque
collectiuum ſolum non extendi ad vlteriores gradus; patet inquã, ſubſtitutos
admitti, dico illos de familia, per vulgarem tantum, non autem pèr fideicom-
miſſariam paſſiuam. Hæc ſunt vera, germanaque ſenſa Modeſtini Iuriſconſul-
ti,quas tanquam ſuauiſſimas dapes guſtarunt Cumanus, [l] Simeon Preteus, &
alij inſignes viri.

4 Ex his inferri poteſt,† nomen collectiuum familia,liberi,deſcẽdentes, agna
ti,non ſignificare ordinem ſucceſsiuum quoad fideicommiſſariam ſubſtitutio
nem inter liberos & deſcendentes inter ſe;primo,quoniã ſub hoc nomine col
lectiuo,illi duntaxat ceuſentur vocati liberi,& deſcendentes,qui orti eſſent ſeu
concepti tempore quo extitit conditio,ſeu caſus ſubſtitutionis in qua vocati
fuere,non autem nondum nati,nec concepti.[m] Secundò, quia nomen collecti
uum ſignificat deſcendentes fratris in hac ſubſtitutione fore actiuè vocatos,
ſcilicèt,quo ad admiſſionem,& vocationem, non autem paſſiuè vocatos ad eo
rum grauamen. Præterea,is ordo quoad fideicommiſsariam inter ipſos deſcen
dentes includeret quandam reciprocam ſubſtitutionem inter eos, qua inuicẽ
grauati & ſubſtituti viderentur,ſed ad inducendam tacitam reciprocam fidei-
commiſſariam,inter plures honoratos neceſsariò exigitur, quod ea ſubſtitu-
tio facta ſit poſt mortem omnium,& in tota hæreditate,[n] quod non reperitur
5 in hac ſpecie; proinde,† nomen collectiuum per ſe ſolum non poteſt inducere
fideicommiſſariam de gradu in gradum,eo quod non aperiat mentem teſtan-
tis eſſe, quod bona debeant omninò inter ipſos deſcendentes conſeruari, ſed
ſolum quod debeant ad illos peruenire; vt de his egregia etiam leguntur apud
Torniellum. [o] Quando verò adeſt aliquod verbum ſignificans tractum ſucceſ
6 ſiuum,tunc ordo ſucceſſiuus intelligitur etiam quoad fideicõmiſſariam, † tra-
ctum ſucceſſiuum intelligunt, cuius executio vel effectus ſubſtitutionis nõ ter
minetur in vno actu,ſed extẽdatur ad plures alios actus ſucceſſiuos, vt ſcilicèt
poſteaquam frater fuerit admiſſus & ſubſtitutio habuerit effectum in perſona
fratris,ipſe quoque intelligitur grauatus poſt mortem reſtituere hæreditatem
7 filijs ſuis;† verba autem ſeriem ſucceſſiuam,tractumque temporis ſignificãtia,
talia ſunt; ſubſtituo fratrem,& poſt eius mortem eius filios, vel poſt mortem fi
lij mei ſubſtituo fratrem,& eius filios gradatim & ordine ſucceſſiuo; aut,quan
do vocati eſſent deſcendentes in infinitum; aut adiecta fuiſſet illa ratio:quia te
ſtator vult, quod bona ſua conſeruentur in familia, & alia id genus multa.
Quare ab hoc ordine ſucceſsiuo,vel puro, vel conditionali, vel vulgari, vel fi-
deicommiſsario,omnia ad hanc ſubiectam materiam pertinentia vtique reſol-
uenda dependent.

AD CAP. XIIII.

a Paulus Caſtrenſis in §.quidam rectè,l.Gallus,de lib. & poſth. & Raph.Cuman. conſ.16.idẽ in l.cum ita,§.in fideicom.de leg. 2.
b Socin.in d.§.quidam rectè,nu.6.in quinto caſu, Alciat.nu.62. Idem Soc.conſ.12.nu.13.in 3.
c Sicul.conſ.18.lib.2.Soc.conſ.73.nu.17.vol.4.Roland.conſ.70.nu.21.in 3.
d Anchar.conſ.27.de legato duobus proximioribus de domo.
e Cuman.in d.§.in fideicom.Pariſ.conſ.92.nu.8.& 159.nu.18.in 2.Crau.ibid.
f c.ſi pater,de teſtam.in 6.l.verbis ciuilibus,de vulgar.& pupill.
g Anguſciola,conſ.38.in 6.Dec.conſ.385.Bart.& Soc.in l.ſi cognatis, de reb.dub. Alex.conſ.22. & 26.in 3.Soc.iun.conſ.30.nu.24.in 3.
h Et Rub. Alex.in d.§.quidam rectè,num.64. & conſ.106.nu.4. Aleiat.in §.quidam rectè, num.

55.ſibi contrarius. Caſtren.conſ.434.ad finem,lib.2. Cœphal.conſ.80. num.34. Soc.iun.conſ. 180.num.53.lib.2.

i Socin.& omnes,in d.§. quidam rectè.

K Dec.conſ.382.Rubeus in d.§.quidam rectè,nu.18.& 21.Dec.conſ.95.col.2.Crauet.131.nu.3. Ruin.conſ.125.nu,16.vol.3. Craſſ.in §.fideicommiſſum,q.15.

l Cuman.locis citatis. Simeon Prer.lib.de interpret.3.pag.280.Ruin.conſ.117.num.20. & 158. num.15.in 2,Alciat,in l.pronunciatio,in verbo Agnatorum,de verb.ſignifi. Pariſ.88.nu.3.in 2.Curt.iun.57.nu.12.Cęphal.conſ.326.nu.27.& 28.&conſ.353.

m Bart.Socin.& alij,in l.ſi cognatis,de reb.dub, Alex.conſ.22.& 26.in 3. Soc.iun.conſi.30. num. 24.in 3.

n Bart.& alij,in l.Titia Seio,§.Seia libertis,de legat.2. & in l,vel ſingulis,de vulg. & in l.penul.C. de impuber.

o Hæc & ſequentia multa probat Torniellus,in quæſtionibus d.l.Gallus, de lib.& poſth. nu.65. & ſeq.& 72.& ſeqq.

S V M M A R I A.

1 Quod in ordine ſuccedendi ad fideicommiſſa ſit ſpectanda proximitas vltimi grauati,non autem teſtantis,& nu.9.15.& 18.

2 In fideicommiſſis ſucceditur teſtatori,non autem grauato.

3 Actus iubenti,non autem exequenti attribui debet,ab eoque denominari.

4 In dubio verba ſunt potius referenda ad teſtatorem quam ad grauatum. Legata relicta cognatis intelliguntur relicta cognatis teſtatoris.

5 Teſtator præſumitur proximiores ſuos magis diligere & cæteris præferre.

6 In ſucceßione feudi proximitas reſpectu primi autoris eſt conſideranda.

7 Quando ſit tranſitus de linea maſculina ad fœmininam conſideranda eſt proximitas teſtatoris.

8 Quando verba directa ſunt ad teſtatorem,eius proximitas eſt attendenda,& grauati quando diriguntur ad grauatum.

10 Teſtator ſemper præſumitur in fideicommiſſo vocare perſonas iuxta ordinem præſcriptum à lege.

11 In Regnorum ſucceßione non accipitur proximitas primi teſtantis.

12 In feudi ſucceßione ille admittitur, qui eſt proximior vltimo vaſallo. & numer.16.

13 In fideicommiſſo cum longo temporis tractu cõſtituto inter agnatos vel deſcendentes in infinitum attenditur proximitas grauati,

14 Inſtitutio declarat ſubſtitutionem,& vna ſubſtitutio alteram.


17 Inducta ad vnum finem,non debent contrarium effectum operari.

Vtrùm proximitas teſtatoris, an verò potius grauati ſpectanda ſit in ordine ſuccedendi ad fideicommiſſa. Caput XV.

PVLCHRA quidem, frequens, ac vtiliſſima eſt quæſtio, proximitas ne teſtantis, an verò potius vltimi grauati attendenda præferendaq; ſit fideicommiſſis, cuius exempla proponuntur huiuſmodi. Teſtatcr cum plures haberet agnatos, vni nominatim reliquit fundum, vel eum fecit hæredem: Dein voluit poſt mortem eius fundum hæreditatemve reſtitui Agnatis ſiue familiæ; Verum inter agnatos vnus reperitur qui proximior eſt teſtatori fideicommittenti, alter verò proximior vltimo grauato poſſeſſoriq; ad cuius manus peruenerat fideicommiſſum. Controuertitur, vter præferendus in fideicommiſſo? Alterum eſt,pulcherri-

mum

mum illud hæreditatis Ioannis ab Aquila nobilis Patauini, diu publicis iudicijs agitatum, & perperam deciſum, Quare ante oculos propono ſanguinis Arborem, deinde Seriem teſtamenti, ac punctum quæſtionis.



Series teſtamenti.

Ioannes ab Aquila hæredē vniuerſalem inſtituit, Bartholomeum eius filiū, & illi ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum Ioannem infantem nepotem ipſius teſtatoris, & filios filiorum maſculos, legitimos, ac naturales, & deſcendentes de hærede in hæredem. Maſculis verò deficientibus, voluit quòd ſuccedant filij maſculi ex fœminis ab iſto deſcendentibus, Seruata ſemper gradus prærogatiua, & fœminæ dotentur, ac ſemper & in perpetuum hæreditas ſua remaneat in familia ſua;

Quæſtio oriebatur ex morte Bartholomei ſupremi defuncti. Nam Bòttoni fideicommiſſariam hæreditatem petebant ſibi tanquām Bartholōmeo proximioribus reſtitui, è conuerſo eandem Butironus vendicabat, tamquam proximior teſtatori fideicommittenti, licèt remotior ab vltimo. Butironus enim, ſi proximitas reſpectu vltimi metienda venit in quarto, Bottoni verò in tertio reperiuntur gradu, at reſpectu teſtatoris Butironus in tertio, Bottoni autem in quarto habentur ſanguinis gradu; quare iure optimo queritur, proximitas ne teſtatoris, an verò potius vltimi grauati in fideicommiſſo ſpectanda ſit. Quam ſanè quæſtionem plures antiqui, & nouiſſimi etiam Iuriſconſulti abundè pertractarunt, quam ego etiam tetigi in lib. 2. de via iuris: verum hic eandem amplius, & exactius propter hanc memorabilem Patauinam ſpeciem examinare decreui; propinquiores teſtantis prętulerūt,[a] Bartolus, Alciatus, Ripa, Rubeus, Didacus, Dilectus, Crauetta, ac alij; proximiores vero vltimi antepoſuere, Socinus, Gozad. Tiraquell. Rolād. à Valle, Alciatus, ſibi contrarius Mēcha, Iulius Clarus, & reliqui, quos omnes enumerare operoſum magis quam vtile foret opus, quiq; modo hanc, modo illam communem opinionem profeſſi ſunt;

1 Quod itaq; magis ſit conſideranda proximitas teſtantis, ad hoc inquā probandum, tum antiqui, tū nouiſſimi qui hanc in foro Patauino diſputarunt quæſtionem, hæc ſatis leuia adducere conſueuerunt argumenta.

2 Primò, † in fideicommiſſis ſucceditur teſtatori non autem grauato, l. cohæredi, §. cum filiæ, de vulg. & pupill. ergo à teſtatore non autem ab vltimo defuncto erit ſucceſſionis gradus connumerandus.

3 Secundò, † actus iubenti non exequenti attribui debet, ab eoq; denominari, l. item eorum, §. ſi Decuriones, ff. quod cuiuſq; vniuerſ. l. vnus ex familia. §. 1. de legat. 2. Sed teſtator iuſſit ac diſpoſuit, ergo eius propinquitas conſideranda.

4 Tertiò,† Legata relicta cognatis, intelliguntur relicta cognatis ipſius teſtatoris,[c] & in dubio verba ſunt potius referenda ad teſtatorem quā ad grauatū.[d]

5 Quartò;† Teſtator præſumitur proximiores ſuos magis diligere, & cæteris præferre, l. ſi viua matre, C. de bon. matern. l. Publius, §. 1. de cond. & demon. ergo conſiderandi præponendique erunt proximiores teſtantis.

Quintò, probare conantur ex l. vlt C. de verb. ſignif. quamuis enim hæreditates & fideicommiſſa deferantur ſecundum ordinem ſuccedēdi ab inteſtato, attamen, is ordo ſuccedēdi ab inteſtato ſumi debet reſpectu proximitatis illius de cuius ſucceſſione agitur, ergo ipſius teſtatoris.

Sextò, probatur in l. cum ita, §. in fideicom. ff. de leg. 2. Nam Iuriſconſultus inibi proximitatem tempore mortis eius, qui fideicommiſſum conſtituit conſiderādam ſtatuit, in illis verbis: poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt tempore quo teſtator moreretur, & qui ex his proximo gradu procreati ſunt, ergo teſtatoris proximitas attendenda.

6 Septimò, † adducitur c. 1. §. vlt. de ſucceſſ. frater. in ſucceſſione feudi proximitas reſpectu primi autoris conſideranda eſt, vbi Baldus ait, quod in feudis ſucceſſio reſpicit ſtirpem, & non alium qui nō ſit ſtirps agnationis communis, ergo idem in hæreditate ſeruari conuenit.

7 Octauò, † quando fit tranſitus de linea maſculina ad lineam fœmininā conſiderāda eſt proximitas teſtatoris: [e] nam vt in maſculina fluere cœpit ſucceſſio à proximioribus teſtatoris, ſic idem in fœminea obſeruandum erit, cum iam reuertatur ordo ſuccedendi ad fœminas. Addūt præterea memetipſum ita ſcriptum reliquiſſe in libris de Via iuris.

Nonò, propius accedentes ad ſpeciem illam Patauinam, vrgere conabātur, teſtatorem in ſecunda parte nouum ac diuerſum conſtituiſſe fideicommiſſum, ratione perſonæ & qualitatis diuerſæ, dum in tabulis cauit, maſculis verò deficientibus, voluit quòd ſuccedant filij maſculi ex fœminis ab ipſo deſcendentibus, ſeruata ſemper gradus prærogatiua: quaſi diuerſum à primo, in quo deſcendentes vocauerat de hærede in hæredem, & ſic inſinuauerat conſiderandā ſupremi grauati proximitatem, proinde hanc & alias qualitates non cenſeri repetitas in hac ſecunda parte fideicommiſſi, ne ex diuerſis fieret illatio, l. Papinianus exuli, de minorib.

8 Decimò † vrgebat in hunc modum, quando verba directa ſunt ad teſtatorem, eius proximitas proculdubio eſt attendenda ac præferenda; quando verò verba referuntur ad grauatos, tunc vltimi grauati proquinquitas recipienda.[f] Quæ ſanè propoſitio ab omnibus communiter recipitur. Sed verba directa ſunt ad teſtatorem, ergò eius proximitas ſpectanda. Minorem probare conantur ex illis teſtamenti verbis. Maſculis verò deficientibus, voluit quòd ſuccedant filij maſculi ex fœminis ab ipſo deſcendentibus, ſeruata ſemper gradus prærogatiua; ponderant verba illa, extraneis ab ipſo deſcendentibus, ab ipſo inquiunt, ergo ab ipſo teſtatore. Ponderant illa quoq;, ſeruata ſemper gradus prærogatiua, interpretātur ab ipſo, nempe teſtatore. Talia ſunt quæ fulcire corroborareque videntur proximitatem teſtatoris, quam nonnulli iuniores leguleorum more magno faſtu, magnaq; pompa ex tot autorum numero, qui eam ſectati ſunt probare tētabant, ſolidas rerum rationes negligentes, & vanam tot nominum pompam magni facientes, proh pudor, proh dedecus, proh ſupina leguleorum ignorantia: Ecquid enim aliud eſt tot autores ad vnam opinionem congregare, quam numero duntaxat, non autem iuris pondere controuerſiam iudicare?

9 Contraria † tamen ſententia, quod imò ſpectanda ſit magis proximitas vltimi grauati quam teſtatoris, longè verior & receptior demum habita eſt; Quare Iu-

re Iulius Clarus,[g] quamuis hanc veriorem ſemper exiſtimauerit, attamen propter autoritatem eorum qui contrarias partes ſecuti ſunt,ſeipſum excuſar,nũquam auſum,niſi tandem ſolido Socini iunioris reſponſo [h] perlecto in hac ſibi ipſi conſiſtere ; cui quidem conſona apud Venetos in quadraginta virum conſiliis quamplurima reperiuntur iudicia. Et hæc his rationibus comprobari conſueuit.

10 Primò † in fideicommiſso,ad familiam,ad agnatos,ad perſonas inquam diuerſorum graduum deuoluendo , ſemper teſtator præſumitur eos vocaſse iuxta ordinem præſcriptum à lege ſucceſſionis,ſcilicet ab inteſtato. [i] Sed ab inteſtato ſemper proximitas conſideratur reſpectu vltimi morientis, vt notiſſimi iuris eſt,ergo proximior vltimi morientis erit præferendus.

Secundò,qua ratione teſtator præſumitur eum prædilexiſse,qui fuit admiſſus,eadem affectione prędiligere exiſtimatur omnem eius poſteritatem, & proinde propinquiorem vltimi,l.cum auus,de condit.& dem.l.cum acutiſſimi,C. de fideicomm.ergo is præferendus vti magis dilectus.

11 Tertiò † in maioratus ſucceſsione in Regnorum primogeniis, nõ accipitur proximitas primi inſtituentis,ea ratione, vt Ludouicus Molina ait,quod cum ea ſint antiquiſſima ac ferè æterna, oporteret mille annorum circulos reuolue re,nec poſsent certa rerum teſtimonia haberi,quod impedimentum æquè accedit fideicommiſsis perpetuis,quæ in infinitum duratura ſunt.

Quartò, iam teſtator fideicommiſsum perpetuum conſtituendo, voluit ac tacitus mandauit eius proximitatem minimè ſpectatum iri , quoniam eos etiã ſubſtituit,qui ſibi nulla ſanguinis coniunctione, nedum proximitate coniuncti ſunt: tum quia nec nati,nec concepti tempore eius mortis, [k] tum, quia omnis agnatio & cognatio deficit in decimo gradu. [l]

12 Quinto † probatur ex c. 1.de natura ſucceſs.feud. in feudo paterno conſideratur proximitas reſpectu vltimi admiſsi quo ad ſucceſsionẽ , quamuis illa ex prouiſione parentis deferatur:vnde Iſernius notauit, in feudi ſucceſsione eum admitti,qui eſt proximior vltimo vaſallo.

13 Sextò † propius accedendo ad quæſtionem Patauinam,his vrgebam argumentis;In fideicommiſso cum longo temporis tractu conſtituto inter agnatos vel deſcendentes in infinitum, attenditur proximitas grauati, non autem teſtatoris,l.peto,§.fratre,de leg.2.quod firmarunt omnes Iuriſconſulti[m] quia ſenſus eſt, vt vni alter ſuccedat, de gradu in gradum,perpetuo,ordine ſuccedendi ab inteſtato,l.Iuriſcõſultus,§.gradus,de grad.affin.l.non enim, ff.ad Trebel. ad differentiam ſimplicis fideicommiſſi , quod ſemel tantum proximiori delatum, ſpirat eius prima vice,l.boues,§.hoc ſermone,de verb.ſignif.[n] Sed hoc fideicommiſsum eſt huiuſmodi,in infinitum de hærede in hæredem, vt hæreditas in perpetuum remaneat in familia; ergo non poteſt nõ attendi ſola propinquitas vltimi grauati.

Septimò; Quoties teſtator in fideicommiſso verba direxit ad grauatum,toties ex communi Iuriſprudentum ſententia,reſpicitur proximitas grauati, nõ grauantis,[o] Sed in hoc pater inſtituit filium,& ei ſubſtituit vulgariter,pupillariter,& per fideicommiſsum,& ita direxit verba ad grauatos , & ſubordinauit charitatem & affectionem ſuam de vno in alterum proximiorem in perpetuũ, excluſis fœminis,quas dotari iuſsit: & hic ſucceſsiuus ordo patet in tabulis teſtamenti:ergo propinquior vltimo erit præferendus.

Octauò,Pater ſubſtituit filijs ſuis deſcendentes de hærede in hæredẽ, hoc eſt de deſcendente in deſcendentem, quod arguit fideicommiſſum de vno hærede ſanguinis in alium proximiorem ſemper reſpectu vltimi grauati ; [p] quare Bottoni erunt præferendi Flaminio Butirono,vti vocati ac proximiores Bar

tho-

tholomeo vltimo defuncto, ordine ſuccedendi ab Inteſtato, cui adhæſiſſe præſumitur teſtator. [q] Quæ ſanè qualitas, de hærede in hæredem, cenſetur repeti-
14 ta in ſubſtitutione maſculorum ex fœminis; Enimuerò, † inſtitutio declarat ſubſtitutionem, & vna ſubſtitutio alteram; [r] id probatur, quoniam teſtator maſculos ex fœminis coniunxit maſculis agnatis, vt Surculus inſeritur arbori, iuſſit enim hos ſuccedere & ingredi locum illorum, ergo qualitas ſuccedendi ordine ſucceſſiuo ab inteſtato, eſt repetita, & arguere ac inferre licebit ex illis maſculis agnatis ad hos maſculos cognatos, quatenus ad ordinem & gradum ſuccedendi attinet. [s]

Nonò, finita linea maſculorum agnatorum teſtator voluit eis, & in locum eorum ſuccedere maſculos ex fœminis, ita ſemper dirigendo verba fideicōmiſſariæ ſubſtitutionis ad grauatos, ergo voluit ſpectari proximitatem vltimi grauati, patet ex his quæ ſupra deducta fuere, & hoc inſuper ex illis verbis teſtamenti confirmatur, dum ait, (maſculis autem deficientibus, voluit, quòd ſuccedant maſculi ex fœminis) cum ſuccedere nihil aliud ſit, quàm in locum alterius ingredi. [t]

Decimò. Alia inſuper egregia ac potiſſima emergit coniectura, quæ propinquiorem vltimo præferendum neceſſariò demonſtrat, teſtator ſiquidem tā inter agnatos maſculos, quàm inter mares cognatos perpetuum fecit fideicommiſſum, vt bona ſemper ac in perpetuū remaneant in familia, ſed longo ac ſucceſſiuo fideicommiſſo conſtituto in infinitum, non attenditur proximitas teſtatoris, ſed grauati, vt firmat Robuſterius, [u] cæterique Iuriſconſulti, quandoquidem vocauit etiam eos, qui nondum nati, necdum concepti erant, [x] quiq; remotiſſimo ac infinito propemodum ſuccedunt gradu, & quibuſcum nulla potuit teſtatoris ineſſe proximitas agnationis, vtpotè, quæ decimo ſpiret gradu. [y] Vocati ſunt igitur à teſtatore maſculi deſcēdentes de hærede in hæredem, nō ordine nec proximitate ſuccedendi ipſi teſtatori, ſed ordine hæreditario ſuccedendi de vno multorum proximorum graduum ab inteſtato inter eos reſpectu vltimi grauati, idque in linea etiā collaterali manifeſtiſſimè apparet; Si quiſpiam in tranſuerſales perpetuum fecerit fideicommiſſum, & eos quoque vocauerit tam remotos, qui nulla poſſent ſanguinis neceſſitudine vel proximitate ipſi teſtatori coniungi, vtputà vltra decimum, ac vlteriores (ſi qui dari poſſunt) gradus.

15 Hæc † ſolidiora porrò mihi videntur argumenta, quibus vnuſquiſque iuris ac veritatis amicus non poterit nixus non præponere proximiori teſtantis, propinquiorem ſupremi grauati: par eſt igitur, vt contraria argumenta diſſoluamus.

Non obſtant duo prima illa argumenta, quod in fideicommiſſis ſuccedatur teſtatori ac in bonis eius; & quòd actus denominetur ab agente: enimuerò, ſtāt iſta ſimul, quod ſuccedatur teſtatori, quòd res ab agente nuncupatur, & quod attendatur potius proximitas vltimi grauati, cui immediatè ſucceditur, nam quoties dominium rei peruenit ad aliquem cuius morte ipſa res capitur, quāuis ex alterius diſpoſitione, toties congruum eſt quod proximitas ab eo conſideretur, quemadmodum [redacted]. [z] Marzarius Vincentinus, Rolandus à Valle, Socinus vterque, Iulius Clarus, & reliqui ferè innumeri arbitrati ſunt.

Nō officit tertium, familiam, agnatos, & huiuſmodi alia, intelligi teſtatoris, & in dubio verba ad ipſum referenda: nam id maximè verum, procedit in ſimplici fideicommiſſo, & quando res in dubio verſatur, quin etiam in fideicommiſſo tractu temporis ſucceſſiuo, intellexit agnatos & familiam ſuam; Verum, vtrum inter illos, qui ex ſua agnatione familiave oriuntur voluerit præferri

vltimi

vltimi poſſeſſoris proximiore,his qui ſibi propinquiores ſunt; Hæc diuerſa eſt quæſtio, ad quam non tendit argumentum oppoſitum : [a] & in ea propter longum fideicommiſſum de hærede in hæredem in infinitum, clara elucet mens teſtatoris ſupremi morientis,proximiores antepenendos, vt iam probauimus.

Quartum egregiè retorquetur argumentum, quòd imò quemadmodum teſtator prædilexit vltimum poſseſsorem ,ita etiam eidem propinquiores prę dilexiſſe cenſendus eſt,ad l.Publius,§.1.de cond.& demon.

Quintum etiam,quòd ordo ſuccedendi ab inteſtato ſumi debeat merito teſtatoris,non reſpectu vltimi grauati ex inductione l.vlt.C.de verbor.ſignif.minus officit,quandoquidem oppoſitum probetur in ea lege, nempè ordinē ſuccedendi ab inteſtato in prima ſucceſſionis vice deduci à perſona ac proximitate teſtatoris: ſed poſtea in ſucceſſiuo & longo temporis tractu, tempore mortis fideicommiſſariorum, reſpectu vltimi fideicommiſſarij, per cuius medium bona fideicommiſſi capiuntur, proximitas conſiderari debet ; Et hic eſt ordo ſuccedendi ab inteſtato,vt proximiores vltimi morientis ei ſuccedant,patet in linea vnde liberi,vnde agnati,vnde cognati,in ſucceſſorio edicto, & in vniuerſo iure ciuili.

Ad ſextum deductum ex l. cum ita,§.in fideicommiſſo,de legat.2. patet reſponſio,inibi agi de ſuccedendo ſemel tantum,ſiue immediatè teſtatori: ſecùs autem,quando agitur vt ſuccedatur per varias manus,per diuerſa media aliarum perſonarum,quod accidit fideicommiſſo longo temporis tractu, inque infinitū deferendo,vt ingenioſè ac verè Cumanus,Ludouicus Molina,Simeon Preteus,& reliqui exiſtimarunt.

16 Ad † ſeptimum à c.1.§.vlt. de ſucceſſ.fratr.deducto, retorquetur inductio, quod imò contrarium ibi probetur, nempè cōſiderandam eſſe proximitatem reſpectu vltimi deſcendentis,in illis verbis : Mortuo eo, qui beneficium tenebat,prima cauſa liberorum eſt,& probat text.in c.1.de ſucceſſ.feud.[b]

Octauum etiam non obſtat,conſiderandam proximitatem teſtatoris,quando mutatur ſucceſſio de linea ad lineam, vt queādmodū in prima linea incipit ſucceſſio à propinquitate teſtatoris, ita quoque incipere debeat quando concipit ſecunda linea;enimucrò,ratio hæc nihil vrget, nihil conficit, compertum eſt enim,facta mutatione ab vnde liberi,ad vnde agnati; ab vnde agnati ad vnde cognati,perpetuo obſeruari ordinē ſuccedendi ab inteſtato,vt ſemper proximior vltimi morientis ei ſuccedat ; Quare Socinus [c] nullam rationem reddi poſſe exiſtimauit, cur diuerſum ſtatuendum ſit mutata linea, quandoquidem, vtrobi, ſeruanda ſit ſucceſſio veluti inteſtata, quam ſeruari voluit teſtator in magis dilectis; Ruino quoque,ac Rolando à Valle, & Ludouico Molina adſtipulantibus. Nec obijciant me contrarium profeſſum fuiſſe libro ſecundo de Via iuris,c.20.nam patet unicuique legenti, me hęſitaſſe prius quam affirmaſſe:perlegat quæſo uerba illa, dum aio: Quæ tamen ultima diſtinctio,an uim nobis afferat,unicuique ex præmiſſis dubium fore arbitror.

Ad nonum quod tendit ad ſpeciem illam fideicommiſſi Patauini, quòd teſtator in ſecunda parte nouum ac diuerſum conſtituerit fideicommiſsum, diuerſis qualitatibus informatum(& hic eſt clypeus quo ſe protegere conantur aduerſarij)nos reſpondemus,ſecundam partem non differre à prima in qualitatibus primatijs, ac ſubſtantialibus : nam prout in prima deferendum eſt fideicommiſſum de hærede in hæredem in infinitum, ita etiam in ſecunda idem obſeruandum legitur, perlegant & audiant verba illa, (ſeruata ſemper gradus prærogatiua,)at ſupra dixerat,de hærede in hæredem,ergo conueniunt & mutuo declarantur;audiant quoque verba illa, (& ſemper ac in perpetuum hæreditas ſua remaneat in familia ſua) an non conueniunt ambæ partes ſimul ? in

vtraque

vtraque deferendum fideicõmiſſum de hærede in hæredem,ſalua gradus prærogatiua,in infinitum: vtique quidem; ergo ſpectanda proximitas vltimi morientis. Cur ergo inficiamini.

Decimum poſtremò non obſtat,quòd magis vrgere videbatur, in quo omnem ſalutis ſpem aduerſarij ponere conabantur, quod in ſecunda parte longè diuerſum habeatur fideicommiſſum à prima,vtpotè,cùm in hæc verba directa ſint ad teſtatorem,quæ inſinuant proximitatem teſtatoris eſſe ſpectandã; ponderabant verba illa, (maſculis verò deficientibus, voluit quòd ſuccedant filij maſculi ex fœminis ab ipſo deſcendentibus,ſalua gradus prærogatiua) ponderabant,(ab ipſo,) ergo à teſtatore. ponderabant,ſalua gradus prærogatiua,ſcilicèt à teſtatore.

Nam huic argumentationi occurrebam,& reſpondebam,teſtatorem vocaſſe maſculos ex fœminis ab ipſo deſcendentibus, vt oſtenderet ſe intelligere fœminas de ſua familia,non autem exteras, quemadmodum ſemetipſum declarauit teſtator in illa parte teſtamenti,dum dixit,& fœminæ ſuperexiſtentes ab ipſo D.teſtatore deſcendentes morerentur; ad hunc igitur finem dictum fuit ab ipſo deſcendentes,non autem vt ſignificaret, ſe à propinquitate ſupremi mo-
17 rientis iam ſtabilita recedere ad proximitatem ſui ipſius; † proinde, illa verba non debent contrarium effectum operari, l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat.

Secundò,reſpondetur, quamuis teſtator diſpoſuiſſet, quòd maſculi ex fœminis deſcendentibus ab ipſo teſtatore ſuccedant, attamen, cum voluerit eos ſuccedere de hærede in hæredem, ſalua gradus prærogatiua, & ordine ſuccedendi ab inteſtato in infinitum,proculdubio illa verba nõ conficiunt,quin ſpectanda veniat proximitas vltimi. Ecquid refert quæſo teſtatorem vocaſſe deſcendentes ſuos, vel ab ipſo emanantes in fideicommiſſo ſucceſſiuo habente longum temporis ſpatium,de hærede in hæredem, ſalua gradus prærogatiua in infinitum,vt bona perpetuò maneant in familia,nonne propterea attendenda erit proximitas vltimi;quidni? At verba directa ad teſtatorem, quænam & qualia ſunt iſta verba, quæ alio tendunt, quam ad propinquitatem aliquam conſtituendam; Ecquid poterit tandem hæc jam leuis ac dubia coniectura,cũ à multis longè fortioribus ſupra narratis ſuperetur. Nec eſt veriſimile, teſtantem tam cito ordinem ſuccedendi ab inteſtato in maſculis ex linea maſculina emanantibus ſtabilitum mutare voluiſſe in maſculis minus dilectis ex fœminea linea progenitis,quo enim iure? qua ratione,qua animi affectione?

Accedat, quòd alij exponunt, deſcendentibus ab ipſo,hoc eſt ab ipſo Antonio prædilecto ac ſubſtituto,ita, vt à verbis tam ambiguis potentem elicere coniecturam aduerſarij minimè poſſint.

18 In hoc† igitur tã cõtrouerſo articulo,ſolent aliqui diſtinguere; Aut teſtator vocauit deſcendentes,agnatoſve ſuos,aut deſcendentes vel agnatos hæredum ſuorum, vt modo vna, modo altera propinquitas ſit anteponenda; ego etiam aliàs diſtinguebam; Aut fideicommiſſum ſimul tantum eſt deferendum ad inſtar vulgaris ſubſtitutionis,quæ in legatis quoque ac fideicommiſſis locum ſibi vendicet,l.vt in hæredibus,de leg.2..Aut eſt ſucceſſiuè per varias manus de vno in alterum deuoluendum: primo caſu proximitas teſtantis, ſecundo vltimi grauati propinquitas erit præferenda;Sed enim,in ambiguis,& in terminis præmiſſis,in huiuſmodi perpetuo fideicommiſſo,ſemper proximitatem ſupremi morientis anteponendã reor:& ideò Bottonos vti proximiores vltimo præferẽdos Flaminio Butirono teſtatoris propinquiori exiſtimo; Nec terreat nos præſumptio vel authoritas ſpectabilis D.Vicarij, qui aduerſus noſtrã opinionem ſuam tulit ſententiam,quandoquidem omnibus ſatis compertum ſit, Iuriſperi-

riſperitiſſimos quoſque aſſeſſores Magiſtratibus Reipublicæ Venetæ honorificè inſeruire; nemo tamen negauerit eoſdem tot officij ſui curis, negociis, ac litibus occupatos interdum quæſtiones arbitrio potius Veneto, quàm legibus dirimere. Nec Menochius[d] ipſe potuit vnquam autoritate ſacri Collegij Patauini conquieſcere, vtpotè cùm quinque eligat relatores, & cæteri parem non adhibeant curam, diligentiam, & ſtudium, in ventilanda eximanandave quæſtione. Ab hac tñ opinione tot uirorũ Patauini Collegij, mores, virtutẽ, ac dignitatem expertus, non poſſum non diſſentire. Verum ea iudicia ſunt magnificiẽda, quæ à Docto Senatu, quæve à prudenti Rota pluribus conſulentibus ac iure definientibus edita fuerint; Nec id denique prętéribo, Ioachimum Scainum inſignem & ordinarium Iuris ciuilis in hoc Patauino gymnaſio profeſſorem. Virũ in Rotarum iudicijs apprimè verſatum, quique Bottonis de iure prius cõſuluerat, non potuiſſe non conueuire Gradenicum Paduæ Vicarium, virũ alioqui inſignem, ac ab ipſo ſciſcitari, quanam ratione iuris motus eam tulerit ſententiam, nec ab eo vel minimum quidem iuris reſponſum exhaurire vnquam potuiſſe; Cauendum igitur ab huiuſcemodi Iudicijs; ſic etiam Socinus[e] ægrefe rebat, ſe in quæſtione illa, nũ vnus venditor toto refuſo precio poſſit totũ fundũ venditũ recuperare, non potuiſſe pertinaci minuſve perito Iudici perſuadere, vtique redimere poſſe, cum tamen Ruinus, & Cagnolus id alijs integerrimis & peritiſſimis Iudicibus facilè perſuaſiſſe commemorent; Quare Caballinus,[f] & Hippolitus Marſilius de iniquis & imperitis Iudicibus iure optimo ac acriter conquæruntur: quæ tamen aduerſus Gradenicum, virum alioquin optimum, honoris ſui tuendi ergo, minimè obijcienda reor.

AD CAP. XV.

a Alex. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, num. 7. de legat. 2. Ripa in l. filiusfamiliàs, §. diui, num. 13. de legat. 1. & in l. ex facto, num. 6. ad Trebell. Rub. conſ. 126. num. 3. Didac. practicar. quæſtio. cap. 38. Dilect. de arte teſtan. tit. 5. Caut. 21. Crauet. conſ. 43. in 1. Tob. Non. conſ. 76. num. 33. Iaſon, conſ. 215. lib. 2. & conſ. 159. lib. 4. Hier. Gabr. conſ. 86. nu. 11. Ludouicus Molin. de Hiſpan. primogen. c. 6. num. 46. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 16. Iulius Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 76.

b Socin. ſen. in l. ſi cognatis, de reb. dub. Socin. iun. conſ. 249. lib. 2. hanc eſſe meram veritatem. Sequitur Iulius Clar. d. quæſt. 76. Soc. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 67. Vaſq. de ſucceſſ. creation. §. 27. numer. 4. Decian. conſ. 100. num. 11. vol. 3. Tiraq. de rectatu lignagier. §. 11. gloſſ. 1. num. 20. Vaſqu. lib. 3. de ſucceſſ. progreſſ. §. 26. nu. 11. Socin. iun. conſ. 126. num. 36. lib. 1. Roland. à Valle, conſil. 100. numer. 18. in primo. Gozadin. conſil. 4. num. 31. Clarus, Craſſus, & Molina, vt ſupra.

c Bart. in l. ſi cognatis, de rebus dub. & in l. peto, §. fratre, de legat. 2. Roland. à Valle, conſil. 100. num. 6.

d Gloſſ. in l. ex facto, in princ. in verbo, ſua, ff. ad Trebell. Alex. conſ. 166. nu. 2. lib. 1. Curt. iun. conſ. 5. nu. 34. Lud. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 3. c. 9. nu. 10.

e Decian. conſ. 21. nu. 5. & 25. num. 3. lib. 3. per c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Iſern. in c. 1. de eo, qui ſibi & ſuis hæred.

f Craſſus in §. fideicommiſſum, q. 18. Decian. cõſ. 26. nu. 76. lib. 2. Socin. iun. conſ. 129. nu. 28. vol. 1. Decian. conſ. 100. nu. 15. vol. 3.

g Iulius Clar. in §. teſtamentum, q. 76. verſ. ſed hic occurrit pulchra quæſtio.

h Socin. conſ. 126. lib. 1.

i Clarus d. quæſtio. 76. Ludouic. Molina, lib. 3. cap. 9. num. 12. & ſeq. Socin. Roland. & alii paſſim conſulentes.

K L. Titius, l. item prætor, de ſuis & legit. Corn. conſ. 22. nu. 10. in 2. Soci. d. conſ. 249. Alexandr. conſ. 36. num. 5.

l §. hoc loco, de ſucceſſ. cognat. §. hactenus, de grad. cognation.

m Socin. d. conſ. 126. lib. 1. Iulius Clar. Lud. Molina, Roland. à Valle, & alii ſupra citati.

n Et c. non poteſt, de præb. in 6. Felin. in c. 2. de treug. & pace. Bero. conſ. 176. num. 72. in 2. Bar. in l. ſi cognatis, de reb. dub.

o Craſſus &, Decian. locis ſupra citatis. Simeon Pret. de interpret. lib. 3. pag. 343. &c.

p Dec.conſ.38.num.4.Ruin.conſ.151.num.7.in 2.Simeon Pret.pag.284. Socin.& Rolan.à Valle vt ſupra.
q Bart.in l.hæredes mei,§.cum ita,ad Trebell. vbi Ripa,nu.77.Socin.iun.conſ.104.nu.26.lib.1.
r Dec.& Curt.in l.1.C.de impub.& alijs ſubſtit.l.cum ſeruus, C.de condit.inſtit. Bart.in l.Seia, §.Caio,de fund.inſtr.inſtrumentoque legato,l.ſi ſeruus plurium,§.1.de leg.1.
ſ Argum.l.in argento,de aur.& argen.legat. & l.3.§.1. de ſeruit.ruſtic.præd. latè Dec.in Rub.C. de edendo,num.1.
t Soc.iun.conſ.34.num.16.lib.3.
u Robuſterius in nouiſſimis deciſionibus Rotæ,par.3.deciſ.72.numer.5.l.1.§.ſciendum, de ſuis & legit.
x d.l.Titius,d.§.ſciendum,de ſuis & legitim.
y d.§.hoc loco,& d.§.hactenus.
z Ludouic.Molina,Marzarius,& Iul.Clarus,locis ſupra adductis.
a Lud.Molina,lib.3.Hiſp.primogen.c.9.nu.20.Marzar.& Soc.vt ſupra.
b Lud.Molina inibi,num.19.
c Socin.ſen.conſ.49.poſt princip.lib.1.Soc.iun.conſ.126.nu.30.in 1.Ruin.cōſ.191.vol.2. Rolan. à Valle,conſ.100.vol.1.nu.19.& 21.
d Menoch.de præſumpt.2.præſumpt.71.nu.9.10.& 11.
e Socin.in l.1.§.ſed & quoties,nu.4.ad S.C.Trebel.& conſ.16.vol.4.
f Caball.in tract.diuidui & indiuidui,prope finem,nu.578. & Hyppolit.Marſil.in Repeti.Rubricæ de fideiuſſ.prope finem.Cagnol.in l.2.C.de pact.inter empt.& vendit.nu.103.

S V M M A R I A.

1 Subſtantia legati eſt res legata ratione materiæ.
2 Quem ordinem author ſit ſeruaturus in ſingulis hiſce legatorum prædicamentis declarandis,& num.3.cum ſeq.

Legatorum Prædicamenta. Cap. XVI.

PRIVSQVAM ad cætera legatorum accidentia inueſtiganda perueniamus,è re eſt,vt Legata & Fideicommiſſa per decem illa rerum genera, quæ Prædicamenta appellantur, memoriæ ac facilioris doctrinæ gratia diligenter deducamus:per Subſtantiam ſcilicèt, Quātitatem,Qualitatem,Relationem, Locum,Tempus,Actionem,Paſſionem,Situm,&

Subſtantia. 1 Habitum,ſiue Habere. Nam † Legatorum ſubſtantiam ratione materiæ intelligimus,rem legatam;Quærimus igitur,ſi res teſtatoris,ſi hæredis,ſi aliena,ſi diſtrahi prohibita,& ſi quæ huiuſmodi, relicta fuerit, an ſuſtineri poſſet Legatū; Item,an, & quando pecunia, ſiue æſtimatio ſuccedat loco rei; Quid ſi teſtator legauerit res ſuas,vel oīa bona ſua,an debeātur iura,& actiones,an nomina debitorum,an fructus,an feuda,an ſimilia;Tum,de vſufructu,in quibus rebus,cū egregijs ſuis quæſtionibus conſiſtat;Tum,de illa diſpoſitionis formula. Hæres meus penum vxori dato,ſi non dederit,centum dato;Vel ita:Hæres meus ſi penum vxori non dederis, centum dato, vtrum penus, an verò potius centū ſubſtantiam legati attingant,& alia id genus multa.

Quantitas. 2 Quantum † etiam fuerit legatum ſpeculabimur: enimuerò,ſi certa non appareat Quantitas,ſolent legata corruere, & irrita fieri ; Quid iuris verò in dote, in alienatis,& in relictis pijs, Quantitatem continuam à diſcreta ſeparabimus,vt fundum à decem vel viginti aureis,& vtriuſq; vtiles excitabimus quæſtiones:acceſſoria etiam,& augumenta,ac diminutiones perquiremus.

Relatio. 3 Ad aliud† inſuper hoc ipſum,quòd ſunt legata conſtituemus , & in ordine relationis ponemus,partem ac partes hæreditatis vel fundi, rem continentem & contentam,item connexam,vel cohærētem,vt compertum ſit nobis, relicto fundo,an villa & domus legata videatur; legato chirographo, an nomen debitoris,

toris,legata apotheca,an merces etiam legatæ cenſeantur,ac ſimilia.

4 Locum etiam† ad fideicommiſſa contemplabimur: vt ſi teſtator legauerit omne frumentum quòd habet in vrbe, an debeatur illud etiam quod habet in ſuburbiis;Relictum Eccleſiæ Diui Antonii, ſi duæ fuerint Eccleſiæ eidem Diuo dicatæ in eadem ciuitate,vtri debeatur;& vtiles quaſque loci quęſtiones inueſtigabimus. *Locus.*

5 Tempus † circuit omnia legata, vel annua, vel perpetua,vel annua bima,trima die,inde quo tempore fideicommiſſa debeantur,tempore ne teſtamenti,an verò potius mortis teſtatoris,tã de prioribus in tẽpore, ac de poſterioribus,de præſcriptionibus, deque rebus dubiis,quæ ob temporis momentum, vel anguſtiam tam ambigua emergunt, vt nonnulla eorum humano iudicio dirimi nequeant. *Tempus.*

6 In ordine † actionis & paſſionis iam in ſuperioribus legata ſiue fideicommiſſa poſita fuerũt, dum ab initio quærebamus, qui poſſint agere vel pati in Legatis,qui poſſint inquam actiuam vel paſſiuam legandi facultatem habere.filius ne familiàs,monachus,deportatus,mutus,clericus,bannitus,& ſimiles,& à quibus legari fideicommittique poſſit:de quibus etiam ſupra. *Agere. Pati.*

7 Situm † reſpiciunt quoque legata. Si mobilia relicta fuerint, appenſa vel ſtrata in ædibus,vel ſi res legata fuerit cum ſuis appendicibus, vel pertinentiis, ueluti legato fundo,an debeãtur prata,legato caſtro cũ ſuis pertinentijs, an ueniant etiam molendina,& ſi quæ ſunt ſimilia. Sed hęc omnia facilè reduci poſſunt ad prædicamentum Relationis. *Situs.*

8 Habitum † denique ſequuntur etiam legata:nam ſi teſtator legauerit equũ quo in præliis vti conſueuit Mæuio; & alterum equum Titio, quo ferè quotidiè vtebatur,quæremus an phaleratus armatus equus Mæuio debeatur, & inermis Titio. Fũdo legata,quæritur,an debeantur etiam inſtrumenta fundi. Et hęc pariter Relationem ingredi poſſunt. *Habitus uel Habere.*

Verum,quoniam non inconuenit rem ipſam vna ratione in vno,& altera in altero poni Prædicamento,quod omnibus in arte Logica verſatis notiſſimum eſt,quin etiã Plotinus Aeneade 6.lib.3.c.11. Tempus ait,qua ratione eſt menſura & menſurans,& Locus, qua ratione continens, Ad aliud ſunt, in ordine ſcilicèt Relationis: Magnum & paruum in Quãtitate, Pulchrum in Qualitate. Sed enim,maius,& minus,ac etiam pulchrius relatiua conſtituuntur. Ego igitur legata & fideicommiſſa,ad ſex illas tãtum principales Categorias,Subſtantiam,Quantitatem,Qualitatem,Relationem,Locũ,ac Tempus,breui manu reducere tentabo.

SVMMARIA.

1 *Res quæ alienari nequeunt, vel nullam vtilitatem adferunt,legare minimè licet. & num.2.*

3 *Rem alienam quilibet legare poteſt ſi ſcierit eam eſſe alienam,aliàs ſecus,niſi ſit legatarius ſanguine coniunctus leganti, & niſi dominium rei ſit penes hæredes. & num.4.*

5 *Teſtator ſi rem ſuam quaſi alienam legauerit,non vitiabitur legatum.*

6 *Teſtator ſi ita dixerit: Si penum hæres meus non dederit vxori, decem dato; An verò ita:hæres meus penum dato vxori,ſi non dederis penum,decem dato,nunquid penus intelligatur legatum,an mortis cauſa capio.*

7 *Quæ ſunt in conditione non habentur in diſpoſitione.*

8 *In dubio legato fundo vel aliqua re,intelligitur legatum illud ius quòd teſtator ha-*

bei in illa re etiam in ſpe, vel in potentia.

9 Legata vtilitate palatij, legatarius vſum tantum conſequitur, ſed legato vſu & commoditate, etiam vſumfructum.

Quid ſi teſtator fundi coniuncti ius ſuum legauerit, num. ſeq.

11 Legata poſſeßione quam teſtator habet in aliquo loco, intelligitur legaſſe etiã proprietatem.

12 Rei nomen corporalia & incorporalia continet, & inter tranſcendentia Prædicamentorum connumeratur.

13 Bonorum appellatio eſt latiſſima.

14 Teſtator ſi legauerit generaliter res ſuas vel bona, intelliguntur omnia legata.

Quod ſi legauerit, omnia bona mobilia & immobilia, an intelligantur legata iura & actiones, num. ſeq.

16 Iura, actiones, & ſimilia, ſunt tertium genus, nec mobilia, nec immobilia.

17 Genera ſunt æterna, vt perire vlloque circumſcribi loco nequeant.

18 Quid ſi ita lego, res meas, & bona quæ habeo in domo mea.

19 Quid ſi ita lego, res meas, vel bona mea.

20 Quid in publicatione bonorum mobilium, & immobilium delinquentis.

21 Quid in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium.

22 Legatis bonis mobilibus, quæ ſunt in domo, an veniant muriſtragula.

23 Legatis mobilibus, an veniant fructus ſeparati à ſolo; & quid in non ſeparatis.

24 Legatis mobilibus quæ in domo ſunt, an intelligatur pecunia quoque numerata.

25 Legata domo cedit etiam hortus.

26 Legato lecto debetur etiam culcitra vel coopertorium.

27 Appellatione rerum vel bonorum an veniant feuda.

De Subſtantia legatorum & fideicommiſſorum: Caput XVII.

DICEBAMVS rem ipſam ratione materiæ eſſe legati Sub
ſtantiam; datum eſt enim à lege vnicuiq;, vt omnes res ſuas,
1 omnia iura, & ſeruitutes, legare poſſit,[a] dummodo † tamen
alienari non ſint prohibita, & dummodò aliquam afferãt vti
litatem: alioqui adeò irrita, inaniſque eſſet legati ſubſtantia,
vt nec ipſius rei æſtimatio vlla deberetur; [b] ſic Campũ Mar
tium, aut forum Romanum, vel ædem ſacrã, & prædia Cęſaris legari non poſſe
2 conſtat.[c] † Aliæ itidem ſunt res, quæ cum alioqui in commercio hominũ ſint,
attamen quibuſdam de cauſis legari prohibentur, qualia ſunt ædibus iniuncta
& affixa; [d] quod ſi teſtator rem legatarii reliquerit legatario, ſi huiuſmodi lega
tum nihil adiiciat legatario, huiuſmodi legatum magis nullũ, quàm inutile exi
ſtimatur; ideò rei noſtræ legatum, nec rei nobis debitæ per ſubſtantiam pote-
rit conſiſtere, niſi aliquod plenius ius nobis traderet huiuſcemodi legatum:[e] &
quoniam ab initio nullas habuit vires, hinc fit, quamuis res à nobis fuerit alie-
nata, nihilo tamen magis legatum conualeſcat, vt nec æſtimatio debeatur: [f] ſe-
cùs verò, ſi actionem, uel ius noſtrum aliquo modo augeret.

3 Rem etiam † alienam quilibet legare poteſt, ſi eam ſcierit eſſe alienam: at ſi
non putauerit alienum, placet non deberi, non quia res ſit aliena, ſed quia
non uidetur teſtator ea mente fuiſſe ut præſtaretur; qui ſi alienam eſſe ſciuiſſet,
4 forſitan non legaſſet,[h] † niſi tamen legaturus fuiſſet, etiam ſi non ignoraſſet rẽ
alienam, ut ſi legatarius ei fuiſſet ſanguine coniunctus,[i] & niſi rẽ legauerit quã
5 ſuam eſſe putabat, cuius tamen dominium penes hæredes erat: † quod ſi rem
ſuam quaſi alienam legaſſet, propterea non uitiabitur legatum, §. ſi quis rem, de
legat.

legat.compertum eſt enim,eum qui legaturus fuerit,etiam ſi aliena eſſet,multo magis ſi ſuam eſſe non ignoraſſet,legatorum fuiſſe,quod plus valeat quod in veritate,quàm quod in opinione conſiſtit.

Cæterum, in Legatorum ſubſtantia perdifficile eſt aliquando cognoſcere,
6 quid ſit Legatum: † enimverò,multũ intereſt an teſtator ita dixerit, ſi penum hæres meus non dederit vxori, decem dato ; an verò ita: hæres meus penum dato vxori,ſi non dederis penum,decem dato; primo etenim caſu, non poſſumus dicere legatum eſſe penum; quia penoris nihil eſt in legato, ſed in condi-
7 tione tantum eſt tota penus, & † quæ ſunt in conditione, non habentur in diſpoſitione l.ſi quis,ſub conditione dandorum decem,ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.quare ſi hæres dederit penum,vxor eam capiet conditionis implendę cauſa,hoc eſt, erit capio mortis cauſa,non legatum,non ſubſtantia vlla legati; At in ſecundo caſu,eſt quidem Legatum,non autem mortis cã capio:hinc vtilitas ſcater, quod vno modo non demitur, altero verò detrahitur Falcidia ab huiuſcemodi legato,& vno modo tranſmittitur,altero minimè, quemadmodum in conditionibus fideicommiſſi latius declarabimus; Quæ omnia probantur à Paulo, in l.1.§.item ſi ita legatum, ff.ad l.Falcid. Item ſi ita legatum ſit . Hęres meus Seio penum dato,ſi non dederis,decem dato,quidam putant omnimodo in Legato decem eſſe,penum autem mortis cauſa capi,nec,in Falcidiam imputari poſſe;At ſi dixerit,ſi penum nõ dederit, decem dato,penus non eſt legata,ſed mortis cauſa capitur,quia defecit Legati conditio;Quare Vlpianus in l.1.ff.de penu.leg. ait : Cum vxori ſuæ in annos ſingulos penoris aliquid hæres dare iuſſus ſit,& ſi non dediſſet, nummos dare damnatus ſit , ait penum eſſe in præſtatione dumtaxat, non in petitione, proinde peti non poſſe; è conuersò, nummorum quantitatem eſſe in petitione;Hinc altè contemplari fas erit,circa legatorum ſubſtantiam, quantum valeat figura literarum, vel orationis ordo, vel qualitas,legati puri,vel conditionalis.

Hoc etiam in contractibus maximum negotium faceſſere videtur,vt contractus ipſe purus,vel conditionalis cognoſcatur,tum in lege commiſſoria, niſi intra certum diem precium exſoluatur , fundus ſit inemptus, §.1.l.4.ff.de lege commiſſ.tum in ipſa in diem addictione,puta,ille fundus centum eſto ſibi emptus,niſi quis intra Kalendas Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit,quo res à domino abeat, & ideò quoties fundus in diem adicitur , vtrum puta emptio ſit, an verò conditionalis, ſpectandum eſt inquit Vlpianus quid actum ſit; Nam ſi hoc actum eſt , vt meliore allata conditione ab emptione diſcedatur,erit pura emptio,quæ ſub conditione reſoluitur; ſin autem hoc actum eſt vt perficiatur emptio, niſi melior conditio facta fuerit , erit emptio conditionalis, primo caſu periculum,lucrum,& fructus pertinent ad emptorem.Secundo minimè,nec fructus erunt emptoris, vt in l.2.3.4.ff. de in diem addict. verum ſi melior offeretur conditio emptori, tenetur fructus venditori refundere,l.item quod,ff.eod.Tãtę igitur molis eſt,mentẽ,& verba loquentiũ Iuriſconſulto diligenter perpendere.

8 Sic in dubio † legato fundo,vel re aliqua,illud ius legatũ intelligitur quod teſtator habet in eo fundo,& in ea re, l.vxor patrui, C.de leg.l.fertu,§.1. cũ l. ſeq.l.quod in rerum natura, §.1.de leg. 1.[k] & hoc ius intelligitur etiam in ſpe, vel in potentia,dummodo deducatur ad actum viuo teſtatore, id enim retrahitur,& cõfirmatur à lege: [l] nam ſi ius teſtatoris eſſet morte periturum, periret vtiq; ſubſtantia legati , [m] & legato fundo cum omnibus ſuis iuribus, decima quoq; legata dicetur,ſcilicèt ius percipiendi decimam actiuè.

9 Sic legata † vtilitate palatij ſiue domus,legatarius vſum tm̃ conſequetur; [n] verũ ſi legatus fuerit vſus,& cõmoditas,intelligetur legatus ẽt vſusfructus.[o]

Præte-

10 Prætereà,† ſi teſtator fundum conduxerit certa mercede,certoq; tempore, & poſtea legauerit ius ſuum Titio, proculdubio Titius frui poterit conductio ne tempore conuento,ſed hæres tenebitur (quod admirandum videtur) ſolue re mercedem locatori,l.qui concubinam,§.qui hortos,de leg.3.

11 Quod ſi quis † legauerit poſſeſſionem quam habet in villa Mæuiana,vel ali bi,non ſolùm poſſeſſionem, verum etiam proprietatem legaſſe cenſetur, per ſpeciem l.interdum,de verb.ſignif.[q] cui noſtris temporibus maximè fauet cõmunis vſus loquendi,& ita legati ſubſtantia extenditur ad vtrumq;,proprietatem ſcilicèt,& poſſeſſionem.

Verum quoniam teſtantes ſæpè ſæpiùs legant res ſuas, bona ſua, iura ſua, par eſt, vt nonnulla etiam vtilia ad has formulas congeramus.

Rei nomen generale eſt,vt rebus omnibus legatis,videantur omnia relicta:
12 nam † rei nomen corporalia,& incorporalia continet, vt merito inter tranſcẽdentia decem Prædicamentorum numeretur: qualia ſunt primum omnium Deus,dein Ens,Vnum,Verum,& huiuſmodi: quare,præter rei quoq; nomen vt generale ad omnes contractus,quos alienam fidem ſecuti inſtituimus,accipitur,l.1.ff.de reb.cred. & Africanus in l.in naue Saufeli, ff.locat. rerum aiebat locatarum duo ſunt genera, vnum quarum dominium transfertur, & in quibus in creditum ire poſſumus, vt ſi puſtillatum argentum aurifici dederim vt mihi annulos conficiat; alterum earum quarum dominium minimè tranſfertur, vt ſi fulloni, vel tinctori veſtimenta polienda,tingendaue dederim: & in his non poſſumus in creditum ire; quare, in his tradenti,in illis verò recipienti res perire dicitur:poſſumus tamen,vt alij putant, in his quoq; in creditum ire,non quidem quatenus ad dominium,ſed quatenus ad vſum vel poſſeſſionẽ attinet:icircò,Cuiacius in Paratitlis,de reb.credit.negabat pro depoſito,pro commodato,vel pro pignore,dari certi condictionem,ſed propriam dũtaxat cuiuſq; contractus; latiſſima eſt igitur hæc rerum ſignificatio,l.rei appellatione,1.& 2.de verbor.ſignificat.

13 † Latiſſima etiam eſt bonorum appellatio,l.bonorum,1.& 2.de verb.ſignif. vbi Vlpianus: Bonorum appellatio aut ciuilis,aut naturalis eſt, naturaliter bona ex eo dicuntur,quod beant,beatoſq; faciant, beare eſt prodeſſe, in bonis autem noſtris,computantur non ſolum quæ dominij noſtri ſunt, ſed etiam quæ à nobis bona fide poſſidentur,& ſi quid eſt in actionibus,petitionibus,& perſecutionibus, nam hæc omnia in bonis eſſe videntur;Et Africanus: Bonorum appellatio inquit ſicut hęreditatis,vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis, & non ſingulas res demonſtrat.

14 Ex his † vniuerſalis ſtabilitur ſententia,quod ſi teſtator reliquerit alicui res ſuas,vel bona ſua,generaliter intelliguntur omuia legata,ſed ratione ſubiecti, & materiæ,interdum reſtringenda venit ſubſtantia legati;

15 Quare † limitatur,vniuerſalis ea concluſio,

Primò,quando teſtator legauerit res ſuas,& omnia bona ſua mobilia,& immobilia;Nec enim propterea videbuntur legata iura,nec actiones, nec nomina debitorum,nec pecunia,nec quicquam aliud in genere quantitatis debitũ:
16 tum, quia † iura,& actiones,& ſimilia,ſunt tertiũ genus,nec mobilia,nec im-
17 mobilia:[r] tum,quoniam † genera ſunt æterna,& perire nequeunt,[s] vlloq; cir conſcribi loco: qualem etiam eſſe dotem æſtimatam aliàs ſuſtinuimus,[t] Sed cauendum,ne hæc ſint præter intentionem teſtantium, qui penitus ignorant hoc tertium genus,nec mobile,nec immobile; proinde limitatur,niſi communis vſus loquendi ſit in Ciuitate, quo appellatione mobilium,ac immobilium veniunt iura,& actiones,tunc.n.ille vſus maximè ſpectandus, & præferendus eſſet,[u] & niſi teſtator addiderit,quæcunq;,vel cuiuſcunq; generis, lego omnia

bona

bona mea mobilia,& immobilia,& generis cuiuſcunque;vel,lego quęcunque bona mea,mobilia,& immobilia.[x] ſed huic vltimo exemplo non acquieſcit animus meus.

18 Secundò,† limitatur vniuerſalis illa ſententia, quoties teſtator ita cauerit[*] lego res meas, & bona quæ habeo in domo mea, ne cõprehendantur iura,& actiones,nec debitorum nomina,vtpotè, quæ loco circonſcribi nequeunt, l. Caius,de lega.2.l.ſi fideicommiſſum,§.tractatum,de iud.l.quæſitum,§.Papinianus,de fundo inſtructo.

19 Tertiò,† ſi ita dixerit:Lego res meas,vel bona mea,non venient iura,nec actiones,quod intellexerit res ſuas, & bona ſua, quarum quorumve dominium plenum habet,non autem ius, non actionem dumtaxat, quemadmodum teſtatur etiam Vlpianus,in l.quintus,§.argento omni,de auro & arg.legato: Argento omni legato quod ſuum eſſet, ſine dubio non debetur id quod in credito eſt,hoc ideò,quia non videtur ſuum eſſe, quod vendicari non poteſt. Vbi Bartolus diſtinguit: ſi quis dixerit lego omnia mea,iura etiam, & actiones legatæ intelligentur,l.verum,ff.de verb.ſignific. At ſi ita: Lego omnes res meas, omnia bona mea,adhuc actiones & iura comprehenduntur, ſunt enim ea nomina vniuerſalia.Si verò hoc modo:Lego omne argentum meũ, omnes ueſtes meas, ea legata intelligentur,quorum ipſe dominium habuerit, nòn iura, non actiones.

20 Quartò,† publicatis bonis mobilibus, & immobilibus delinquentis, nunquam intelliguntur actiones iurave publicata, an quia materia ſtricta ac odioſa.[y]

21 Quintò,† donatis omnibus bonis mobilibus,ac immobilibus,non continentur iura & actiones, & ita ſuſtinetur donatio, quæ alioqui omnium bonorum minimè valeret.[z]

22 Sextò,† legatis bonis mobilibus,quæ ſunt in domo,non cedunt huic legato coronæ illæ ligneæ quibus appenduntur tapeta,ſiue muriſtragula quia ædibus affixa,& difficilè poſſunt remoueri.[a]

23 Septimò,† ſi teſtator legauerit mobilia,fructus quoq; ſeparati à ſolo legari cenſentur,quia mobilia ſunt,[b] & Speculatori,ac Decio placuit. Caſtrenſis autem idem iuris eſſe putauit in fructibus pendentibus,nam colligi ſperantur, & quodammodo ad mobilia deſtinati habentur,vno tamen reclamante Alciato,[c] quoniam fructus pendentes ſunt pars fundi,l.fructus pendentes,de rei vendicat. quare diſtinguere conſultius erit; Aut viuente teſtatore fuerunt à ſolo ſeparat ,& legati vtiq;cenſentur,quod & Caſtrenſi placuit; aut ſeparati fuerunt poſt mortem teſtatoris,& ij legati non intelliguntur;enimuero quando legati ceſſit dies.nondum mobiles,verum pars fundi erant,l.Iulianus,§.ſi fructibus iam maturis,de actione empt.& vend.

24 Octauò,† legatis mobilibus quæ in domo ſunt, intelligitur quoq; legata pecunia numerata,l.ſi Chorus,§.1.de leg.1.l.à diuo Pio,§.animalia, de re iudic.[d] reſiſtente Corneo,cui Decius reſpondet;[e] Nec pecunia deſtinata ad prædiorũ emptionem,nec fenori,nec mercaturæ vel negociationi parata cedet vnquam

25 in ſubſtantiam huius legati,vtpotè,quæ pro tempore inſit in ea domo,† ſic legata domo, cedit hortus huic legato. Si vna eademq; fuerit legati, ſiue fundi ſubſtantia,nempè,ſi è domo in hortum patuerit aditus,l.prædijs,§.qui domũ, de legat.3.gl.in l.Olimpico,de ſeruitut.vrb.pręd.[f] ſic legato lecto auctore Bartolo,debetur etiam Culcitra, vel coopertorium,hoc tamen moderante Alberico ſecundum perſonarum conditionem.[g]

27 † Nonò limitatur deniq; ne appellatione rerum vel bonorum veniant feuda;[h] Quamobrem ego ita diſtinguere conſueui,[i] feuda, aut ſunt quæ quis ab alio

alio ad opus tenet ac poſſidet, aut quæ quis iure directo regit ac in dominio habet: & hæc poſteriora, aut ſunt nobilia, & antiquiſſima, aut minus nobilia, & nouiſſima; primo caſu feuda quæ quis habet ab alio, nunquam venient, nec in contractibus, nec in legatis appellatione rerum, vel bonorum, quoniam prohibita ſunt ne alienentur irrequiſito domino, alioqui eidem aperirētur, cap. 1. de prohib. feud. alienat. Secundo itidem caſu, ſi fuerint feuda directi dominij, nobilia & antiqua, non veniunt porrò appellatione rerum, vel bonorum; enimuerò, in generali obligatione bonorum, non includitur feudum, [k] ſicut in generica poteſtate legitimandi non continetur facultas legitimandi ad feuda: [l] & in generali obligatione non veniunt res prohibitæ alienari, [m] quinimò, renūciās hæreditati paternæ, poteſt petere feuda, [n] quare non eſt veriſimile, habentem feuda tam nobilia, cum mero, vel cum mixto imperio, vel cum iuriſdictione aliqua annexa, de rebus ac bonis diſponētem de his cogitaſſe, l. obligatione generali, de pignor. & hypoth. Tertiò verò modo nihil impedit ceſſante pœna caducitatis, ac priuilegio nobilitatis, quin cætera feuda nouiſſima, & minus nobilia, & hæreditaria quoq; cedant legato omnium rerum, ac bonorum. Sic etiam concludunt Iuriſconſulti, in reſtitutione fideicommiſſi non venire feudum, niſi ſit hæreditarium. [o]

AD CAP. XVII.

a L. cætera de leg. 1. l. verbis legis de verb. ſignificat.
b L. apud Iulianum, §. vlt. l. ſed ſi res, & d. l. cætera de leg. 1. §. non ſolum de legat.
c D. l. apud Iulianum.
d D. l. cætera.
e §. ſed ſi rem legatarij de legat.
f D. l. cætera, d. §. ſed ſi rem.
h L. cum alienam, C. de legat. §. non ſolum de legat.
i D. l. cum alienam.
K Et l. ſi domus, §. filius, & l. ſi tibi, §. vlt. de legat. 1. l. qui concubinam, §. qui fundum, de legat. 3. l. Sticho, de vſufruct. legat. l. ſeruum filij, §. eum qui chirographū, de leg. 3. Bald. in Auth. nunc ſi hæres, nu. 5. C. de litigioſ.
l D. l. ſeruum filij, vbi Angel. & Alberic. in l. quod in reorum, de leg. 1.
m Socin. in l. legata, de cond. & demonſtr. d. l. vxor patrui, C. de legat. Alex. conſ. 19. lib. 2. & 47. lib. 3. Natta conſi. 117. lib. 1. Iaſon, conſ. 91. lib. 1. Ruin. conſ. 114. uol. 2.
m L. prædijs, §. fin. de legat. 3. l. Seia, §. tironi, §. prædia, & §. vlt. ff. de fundo inſtruct. inſtrumentoq; legato, l. Iulianus, §. ſi fructibus iam maturis de action. empt. & vend. Cynum, & Albericum in d. l. Seia.
n Roman. Singul. 59. Bald. conſi. 485. nu. 3. lib. 4.
o Bald. d. conſ. 485. in 4. Alciatus in l. rectè, de verb. ſignific.
p L. qui concubinam, §. qui hortos, de leg. 3. vbi Gloſſ. & DD. & Bald. in l. prædis, nu. 2. C. de fidei commiſſ.
q Et Anchar. in c. cum ad ſedem, nu. 8. de reſtit. ſpoliat. & Alciat. in d. l. interdum.
r Bart. in l. 1. c. ſi aduerſus tranſacti. in fine. Idem de pecunia in genere quantitatis. Brun. Aſtenſ. ſtantibus maſc. art. 8. 9. 26. nu. 38. Gabr. Rom. de verb. ſignific. Concluſ. 7. l. edicto, per §. 1. de re iudic.
ſ Brunus ibidem, & omnes, in l. incendium, C. ſi certum petat.
t Roland. à Valle, de lucro dot. q. 20. nu. 7.
u Speculat. in tit. de fructibus, & intereſſe, §. ſciat igitur, & Petr. Anchar. conſ. 219. proponitur D. Rex Franciæ.
x Alciat. in l. mouentium, de verb. ſigniſ. ne vox illa ſit ſuperflua, l. ſi quando, de leg. 1.
y Speculator vbi ſupra, Iulius Clarus, in practica Crim. q. 78. verſ. ſucceſſiuè quarto.
z Iaſon in l. Stipulatio hoc modo concepta, circa finem, de verb. obligat. Bologn. in l. fin. nu. 145. C. de pact.
a Dicta l. cætera, de lega. 1. Cephal. conſ. 93. l. librorum, §. ſi Bibliothecam, verſ. planè, de legat. 3. l. quæſitum, §. Papinian. ff. de fund. inſtr. leg.
b Speculat. de fruct. nu. 5. Dec. conſ. 472. nu. 5. Caſtr. conſ. 132. lib. 1. cui reſpondet Dec. d. conſil. 472.
c Et Dec. conſ. 311. nu. 4. & conſ. 472. nu. 1. Pariſ. conſ. 67. nu. 12. lib. 2. Corn. conſ. 49. nu. 11. vol. 3.

cui

cui reſpondet Dec.d.conſ.472.nu.8. Aym. Pinel.in l.1.in 2.parte,nu.44.C.de bon.matern. Iaſon in l.cætera,§.ſed ſi ſeparatim,de leg.1.Boer.deciſ.209.

d Dec.conſ.341.nu.4.& 472.nu.1.Pariſ.conſ.67.nu.12.lib.2.Natta conſ.117.nu.5.

e Dec.d.conſ.472.nu.8.Corn.conſ.49.nu.11.lib.3.

f Et Bald.in d.l.Olimpico,de ſeruit.vrb.præd.Socin.iun.conſ.76.nu.6.lib.2.Iaſon in l.beneficiũ, nu.14.de conſtit.princip.

g Bart.& Alberic.in l.liberorum,§.fin.de verb.ſignific.

h Dec.Curt.Cagno.& alij,Dec.nu.43,in vltimis commentarijs,Cagnol.nu.68.& 69.

i Cagnol.ibidem.

K Bald.in Auth.& ſucceſſiuè,in fine,C.de ſuis,& legit.hæred.

l Socin.conſ.74.verſ.quarta concluſ.vol.3.

m Bart.in l.codicillis,§.inſtituto,de leg.2.

n Bart.in l.item credendum,§.vlt.in fine,de petit.hæred.

o Bart.& alij,in l.ſi patroni,ff.ad S.C.Trebell. Curt.de feudis parte 4.quæ cauſ.fuer.amitt.feud. nu.133.

S V M M A R I A.

1 *Definitio vſusfructus.*

2 *Legatum an valeat vſusfructus omnium bonorum alicui relictum, alio herede inſtituto poſt eius mortem.*

3 *Teſtator ſi inſtituat aliquem vſufructuarium omnium bonorum, & alium poſt eius mortem vniuerſalem hæredem, an inſtitutio illa ſit legatum duntaxat, an fideicommiſſum.*

4 *Vir ſi inſtituat vxorem vſufructuariam omnium bonorum donec vixerit, & vitam caſtam, & vidualem ſeruarit, & poſt eius mortem, vel tranſitum ad ſecunda vota heredem inſtituat, atque ſubſtituat, an, & in quantum valeat huiuſmodi inſtitutio, & an vxor ſit heres.*

5 *Hæres ſemel nunquam deſinit eſſe hæres.*

6 *Limitatio ad quæſtionem num. quarto poſitam, cum nonnullis coniecturis ad hanc rem attinentibus.*

7 *Legato vſufructu omnium bonorum relicto vxori quænam veniant.*

8 *Vſufructuarius omnium bonorum an concurrat cum vſufructuario rei particularis ad vſumfructum ipſius rei particularis latè diſtinguendo digreditur.*

9 *In legato vſufructu omnium bonorum non veniunt fructus feudales, ſecùs eſt in vſufructu fideicommiſſi vel emphyteuſis.*

In legato hoc non veniunt legitima filiorum fructus. nu. ſeq.

Item protocolli veniunt vigore huius legati, item pœnæ, & iuriſdictiones.

In hoc etiam legato vſusfructus omnium bonorum veniũt nomina debitorum ibid. num. 12.

13 *Aes alienum, & cætera onera hæreditaria ad quem ſpectent, an ſcilicet ad vſufructuarium, an ad heredem, & determinatur quod ad heredem.*

14 *Legata ab hærede, non ab vſufructuario ſunt præſtanda, ſecùs in legatis annuis.*

15 *Collectæ, & tributa ab vſufructuario debent ſolui, ſi totum non abſorbeant vſumfructum.*

De Subſtantia legati vſusfructus: Caput XVII.

1 VSVSFRVCTVS † eſt ius alienis rebus vtendi & fruendi, ſalua rerum ſubſtantia, l.1.ff.de vſufructu, qua ratione accidens potius videtur; ſed dum legatorum Categorias, & an ipſum vſusfructus legatũ per ſe conſiſtere poſſit, quærimus, proculdubio ſubſtãtiam

 attin-

attingemus: quamobrem, è re eſt, vt vniuerſam hanc materiã ad hæc tria principalia Capita reducamus. Primum, in quibus caſibus, quæ dubia videtur, ſuſtineri poſſit huius legati ſubſtantia: Dein quæ debeantur relicto alicui vſufructu; Poſtremò, vter æs alienum, tributa, ac cætera onera hæreditaria ſoluere teneatur, vſufructuarius ne omnium bonorum, an verò potius hæres ipſe.

2 Quod † attinet ad primum, egregia occurrit quęſtio: An valeat legatũ vſusfructus omnium bonorum alicui relictum, alio hærede poſt eius mortem inſtituto. Prima facie inutile, & inane videtur legatum, probatur: nam dies legati non cedet niſi à die aditæ hæreditatis, l. 1. l. 2. ff. quando dies legati, vel fideicommiſſ. ced. gl. in l. qui filio, §. 1. de hæred. inſtit. Sed hæres viuente vxore adire non poteſt, quia poſt eius mortem fuit inſtitutus, ergo perit ſubſtantia huius legati, ut aliquando crediderunt Alex.[a] Io. Andr. Ancharan. & Innocẽt. Contraria verò opinio vti verior, magis recepta fuit, valere ſcilicet hoc legatum, & fortiore innititur ratione: inſtitutum nempè poſt mortem vxoris, ex mente teſtantis haberi purè inſtitutum, proinde ſtatim hæreditatem adire potuiſſe, ac poſſe: Nam ſi teſtator vult vxorem vſufructuariã eſſe, neceſſario vult inſtitutum poſſe adire, & ſic inſtitutionem eſſe puram, ſine qua legatum vti cõſequens conſiſtere non poteſt; & tempus mortis non cenſetur adiectum vt impediat puram inſtitutionem, ſed ne vxori impediatur vſusfructus, neue incommodum aliquod ei afferatur, quemadmodum aſſeuerant Baldus,[b] Romanus, Caualcaneus, Pariſius, qui contrariam ſententiam teſtatori, & ſubiectę materię inimicam, & penitus iniquam atteſtatur, Corneus, & Paulus Caſtrenſis æquiorem appellantes, & in foro à iudicibus obſeruatam affirmantes.

3 Altera † deinde huic ſimilis proponitur quæſtio. Teſtator Titium inſtituit vſufructuarium omnium bonorum, & poſt mortem eius hæredem vniuerſalem ſcripſit Mæuium, quæritur, an inſtitutio illa ſit legatum dumtaxat, an verò fideicommiſſum poſt mortem Mæuio reſtituendum?

Salicetus,[c] Iaſon, Alexander, Decius, Paulus Caſtrenſis, Ruinus, aliiq; hoc fideicommiſſum fore exiſtimant, quibus maximè fauent verbum, inſtituit vſufructuarium, & verba illa, & poſt eius mortem. vtilitas inde manat, quod fideicommiſſario ante inſtitutum morente, hæreditas non tranſmitteretur ad hæredes fideicommiſſarij, legata ſiquidem conditionalia minimè tranſmittuntur, l. vnica, C. de caduc. toll. l. 1. C. de his qui ante apert. tabul. & quod etiam Trebelliana detrahitur. Sed legatum eſſe putauit Angelus,[d] illudq; ſuſtineri, vt in prima quæſtione; ſed Picus,[e] & Alexander crediderunt, primum haberi veluti inſtitutum in re certa, dato ſibi cohærede vniuerſali, & tempus adiectum non impedire inſtitutionem, ſed hæredem tantum propellere à perceptione fructuũ, ipſumq; ſtatim hæreditatem adire potuiſſe, vt quæſtio coniecturalis, & voluntaria eſſe videatur.

4 Tertia † quoq; huic ſimillima relucet dubietas. Vir inſtituit vxorem hæredem, & vſufructuariam tantum omnium bonorum, donec vixerit, & vitam honeſtam, caſtam, ac vidualem ſeruauerit, & poſt eius mortem vel tranſitum ad ſecunda vota, hæredem inſtituit, ac ſubſtituit Titium; quæritur, an, & inquantum valeat huiuſmodi inſtitutio, & an vxor ſit hæres, nec ne? In qua nonnulli putant inſtitutam in vſufructu, interim eſſe hæredem vniuerſalem, & poſt mortem grauatam eſſe reſtituere fideicommiſſum inſtituto, ideſt ſubſtituto, quoniam teſtator vſus fuit verbo directo, inſtituit vxorem hæredem vſufructuariã, vel in vſufructu tantum omnium bonorum, donec vixerit, & poſt eius mortẽ, inſtituit alium extraneum, quo caſu particularis hæres in re certa dicitur etiam inſtitutus in vſufructu, vt Caſtrenſis,[f] & alij exiſtimarunt ſed inſtitutus in vſufructu vt in re certa, ſibi non dato cohærede in vita, efficitur hæres vniuerſalis

etiam

etiam in proprietate,l.hæres,§.ſi ex fundo, de hæred.inſtir.l.cohæredi,§.vltim.
5 de vulg.& pupill.traditur in l.quoties,C.de hæred.inſtit.† Præterea,ſemel hæres,nunquam deſinit eſſe hæres,l.ſed etſi ſine,§.nam quod Papinianus,ff de petit.hæred.l.ei qui ſoluendo,ff.de hæred.inſtit.quare mortuo ſubſtituto pēdente conditione,primus inſtitutus remanet hæres purus, qui de hæreditate liberè diſponere poteſt,[g] & variæ ſolent effingi formulæ, potiſſimum à Simeone Preteo,[h] quæ huic fauent opinioni.

Alij verò tenuerunt vxorem ſic inſtitutam in vſufructu, haberi vti legatariam certæ rei,& poſt eius mortem ſubſtitutum purè ac directò, non autē per fideicommiſſum ſuccedere,vt Caſtrenſis,[i] Imola, Aretinus, Angelus, Didacus,. & alij arbitrati ſunt;cuius ſententiæ ratio eſt,quod vxor inſtituta in vſufructu, vt in re certa, poteſt propria autoritate adire,& capere vſufructum, & ſic confirmatur teſtm̄,iuxta Bartoli.[k] & aliorū opinionē.Vel lōgè clarius dicendū eſt, ſecundum intelligi purè inſtitutum, ac ſtatim pòſſe adire hæreditatem,iuſque transmittendi habere,& ea verba, nec ſuſpendere,nec limitare hanc inſtitutionem, ſed inſinuant eum propellendum ſolummodò eſſe à fructuū perceptione,donec vixerit vxor,quemadmodum Corneus,[l] Aret. & Caſtrenſis ita iudicatū fuiſſe perhibēt.Quamobrē in re ambigua,vt lites amputētur,Petrus Pich. verba latius cōcipienda arbitrabatur, Ego verò eadē perpendēda exiſtimo ſint ne directa,an verò obliqua: & in re ambigua ſubſtitutionem vel inſtitutionem accipiendam eſſe directum potius, quam obliquam, vt in c.ſi pater, de teſtamentis in 6.

6 Et hæc† verà exiſtimātur,dummodò ſecundo loco non fuerint īnſtituti,vel ſubſtituti ij,quibus legitima debetur,vtputà,filij;enimuerò, vxor tunc nō habetur hæres vniuerſalis,vt reſtituere teneatur,ſed legataria duntaxat in vſufructu cenſetur,detracta ſemper legitima filiorum,& eius vſufructu,Authen.Nouiſſima, C.de inoffic.teſtam.Quo verò ad proprietatem, filij in toto Aſſe ſunt hæredes, purè conſequendo vſumfructum Legitimæ ſuæ, reſiduum verò tribuendo matri legatariæ:quoniā filij in Legitima ſibi debita cum fructibus ſine conditione,dilatione,vel grauamine aliquo (remoto tempore poſt mortē vſufructuariæ ſtatuto)purè cenſentur hæredes inſtituti,l.quoniam in prioribus,l. ſi quando,§.& generaliter,l. ſcimus, § cum autem quis, C.de inoffic.teſtam.[m] quare iure optimo cauendum admonebat Simeō Pret. à conſultationibus Baldi,[n] Rolandi à Valle, Cęphali,& Riminaldi iunioris,nō diſtinguentibus,vt nos ſupra diſtinximus.

Et in hoc etiam varias afferunt formulas inſtitutionis, & varias eliciunt cōiecturas,vt appareat ex mente teſtantis, an intellexerit vxorem ſolum vſufructuariam,vel potius hæredem:nam ſi eam immunem fecerit ab onere ſatiſdandi,occaſione vſusfructus,vel inuentarij conficiendi,vel reddendæ rationis, apparet voluiſſe vxorem merè vſufructuariam conſtituere,[o] at ipſam in vſufructu tantum hæredem appellando,& alios vniuerſales hæredes nuncupando,eā quoque vſufructuariam affirmat.[p] Alias inſuper ingenioſas congerunt præſumptiones;& ex his oſtendimus ſubſtantiam legati,modo in vſufructu,modo in proprietate ſuſtineri.

7 Nūc † occurrit nobis examinandum ſecundum caput principale, quæ ſcilicèt veniant in legato vſufructu, vtputà:vir reliquit vxorem vſufructuariā omnium bonorum, quæritur, quæ includantur in tali relicto, quid inquam conſequatur vxor?In qua ſanè quæſtione, quæ diffusè traditur in l.Titia, §.Titia, de leg.2.Iuriſprudentes diſtinguere conſueuerunt, quod aut hæredes inſtituti,ſunt filij,aut extranei;

Primo caſu,quando inſtituti ſunt filij,communis eſt opinio, vxorem viuen-

tibus filijs ſola tantum alimenta conſequi, non autem vſumfructum omnium bonorum, iuxta Bulgari conſuetudinem, vt ab omnibus traditur in l. Titia cum teſtamento, §. vltimo, de leg. 2. & in Auth. Hoc locum, C. ſi ſecun. nupſer. vbi gloſſ. quod nemine contradicente ab omnibus communiter receptum fuit; [q] idemque iuris eſſe arbitrantur, ſi vir vxorem ſuam dominam reliquerit omniũ bonorum, vel dominam, & vſufructuariam, [r] & hæc vendicant ſibi locum non ſolum in filijs vltimi, ſed etiam alterius matrimonij; [ſ] vt ſi quis nouercam reliquiſſet vſufructuariam, quin etiam in filijs naturalibus, ea nempè ratione, quod pater magis præſumatur diligere filios primi & ſecundi matrimonii, quam vxorem, & magis etiam filios naturales quam vxorem ipſam, iuxta l. iſti quidẽ, ff. quod metus cauſa.

At ſi filius pro parte tantum fuerit hæres inſtitutus, & pro alia parte extraneus, vxor verò dominâ, ac vſufructuaria fuerit relicta, tunc vxor pro parte in qua filii ſunt inſtituti, habebit ſola alimenta, ſed pro parte in qua extraneus fuit inſtitutus, vxor totum conſequetur vſumfructum illius partis. [u]

8 Inſuper, vt clarius appareat in quibus rebus vẽdicet ſibi locum vſusfructus, an ſcilicèt vſufructuarius omnium bonorum concurrat ad vſumfructum percipiendum ex fundo particulari, vtputa, teſtator fundum Mæuianum Caio reliquit, Titium verò vſufructuarium omnium ſuorum bonorum conſtituit, quæritur, an Titius poſſit partem vſusfructus capere ex fundo Mæuiano? & communis inoleuit opinio, [x] vſufructuarium omnium bonorum concurrere minimè poſſe cum legatario rei particularis ad particularem vſufructũ, traduntin l. quoties, C. famil. hercifc. Contrariam tamen ſententiam Bartolus & quamplurimi alii ſecuti ſunt, vti veriorem, & dependent [z] à l. ſi alii, de vſufruc. leg. vbi Modeſtinus inquit: Si alii fundum, alii vſumfructum eiuſdem fundi teſtator legauerit, ſi eo propoſito fecit, vt alius vſufructum, alius nudam haberet proprietatem, errore labitur, nam detracto vſufructu, proprietatem eum legare oportet eo modo; Titio fundũ detracto vſufructu lego, Seio eiuſdem fundi vſufructum hęres dato, quod niſi fecerit, vſusfructus inter eos communicabitur, quia interdum plus valet ſcriptura, quàm quod actum ſit; Hæc Modeſtinus. Quamobrem ab hac opinione non eſſe recedendum tanquam veriore, & magis communi, arbitratur Craſſus, eumque ſequuntur Didacus, Ioannes Dilectus, Pariſius, Caualcaneus, Rolandus à Valle, & reliqui.

Sed ego diſtinguendo tempora, & communem vſum loquendi apud varias gentes, fateor quod Modeſtini tempore appellatione fundi continebatur etiã vſusfructus: quia fructus intelligebantur pars fundi, l. fructus, de rei vendicatione; Verum, enimuerò, libentiſſimè ſciſcitarer ab omnibus qui veriſſimam putant eandem opinionem etiam noſtris temporibus, an ex mente teſtatoris ea hodie procedat, an verò pręter & contra mentem teſtantium; & dicant quęſo, vbinam gentium ex communi vſu loquendi appellatione fundi ueniat uſusfructus, maximè ſi teſtator ita cauerit; fundum Mæuianum Caio, uſufructum uerò eiuſdem fundi Titio relinquo; ecquis tandem hęſitare poteſt, quin inſpecto noſtro frequenti uſu loquendi, teſtator ſenſerit, Caio fundum, hoc eſt proprietatem reliquiſſe, vſufructũ uerò totum illius fundi ipſi Titio; timeo itaque, ne non præter mentem teſtatoris de iure reſpondeant: nam & ipſi fatentur, quod ſi teſtator integrum uſumfructũ legauerit ſine aliqua diminutione, uerior erit ſententia, d. l. ſi alii, non uendicare ſibi locum in hoc caſu.

9 Præterea, † in legato uſufructu omnium bonorum, non debentur feudales fructus, quoniam uaſallus de feudo legare non poteſt etiam per uiam legati, cap. 1. de ſucceſſ. feud. [a] niſi tamen ſucceſſor uoluerit eſſe hæres teſtatoris: nam tunc tenebitur præſtare uſumfructum relictum in bonis ipſius hæredis.

Sed

Sed uſusfructus bonorum fideicommiſſi, utique contineri poteſt in uſufructu omnium bonorum,[b] & pariter uſusfructus emphytheutici.[c]

10 At in† huiuſmodi legato oı̄um bonorũ nõ continetur uſusfructus legitimæ filiorum: quinimmò, filius poteſt retinere Legitimã unà cum fructibus, Auth. Nouiſſima, & l. ſcimus, l. omnimodò, C. de inoffic. teſtam.[d]

11 Debentur † etiam uigore huius legati uſusfructus protocolli, ut contra Bartolum plerique[e] arbitrati ſunt, propter illa generalia uerba, (omnium bonorum) quæ comprehendunt etiam ea quæ uſu conſumuntur, & ſeruando ſeruari non poſſunt, præſtita tamen ſatiſdatione de reſtituendo tantundem in genere ſuo, aut illorum æſtimationem.

Pœnæ quoq; & multæ iuriſdictionis alicuius caſtri, incluſæ intelliguntur.[f]

12 Item † nomina debitorum in hoc ſenſu, vt pecuniæ exactæ vſusfructus ex nominibus debitorum debeatur, præſtita tamen cautione de reſtituendo tantundẽ finito vſufructu, & poterit vſufructuarius à debitoribus exigere in his quæ ad vſumfructum pertinent proprio nomine, & abſque mandato domini proprietarij, quaſi in rem ſuam procurator inſtitutus; in his verò quæ ad proprietatem attinent, agere non poteſt ſine mandato.[g]

13 Tertium † denique ſupereſt declarãdum, caput, ad quemnam ſpectent ęs alienum, & cætera hęreditatis onera ſoluẽda: Nã rõne fructuũ, onus hoc vſufructuario, ratione verò hæreditatis hæredi incumbere videtur; Quare Bartolus[h] ad vſufructuarium ſpectare exiſtimauit. Sed longè verior & communior contra Bartolum inoleuit opinio,[i] hoc nempè onus hæredi potius quam vſufructuario omnium bonorum inhærere, ita tamen, vt tam de hæreditate quam de vſufructu ſoluatur, hoc modo, vt hæres prius offerat pecuniam hæreditariam, ſi quam inuenit, ſin minus, vendat bona mobilia, deinde immobilia, quouſque æs alienum extinguatur; quæ omnia probari videntur in l. vſufructu bonorum, ff. ad leg. Falcid. in l. vlt. ff. de vſufruc. legato, & in l. vltim. §. ſin autem, C. de bon. quæ liber.

14 Legata † inſuper proculdubio ab hærede, nõ autem ab vſufructuario omniũ bonorum autore Bartolo[k] ſoluenda ſunt, quoniam vſufructuarius non adit hæreditatẽ, ſed ipſe hæres qui adeundo quaſi contrahit, & obligatur. Et hanc communem Decius atteſtatur eſſe opinionem.

Secùs in legatis annuis,[l] illa namque vſufructuarius ſoluere tenetur de fructibus, & non de proprietate; enimuerò, ſi teſtator uoluit annuatim huiuſmodi ſolui legatum, utique noluit hæredem ſingulis annis uendere proprietatem; dummodò tamen uſusfructus ſatisfaciat legatis, ita, ut non remaneat ipſe inutilis & inanis, aliàs ſecùs.

15 Collectas † inſuper & tributa uſufructuarius ſoluere tenetur,[m] quoniam huiuſmodi onera ſolui ſolent ab his, ad quos pertinent fructus, ergò ab ipſo uſufructuario, & ex fructibus, uel ratione fructuum.

At ſi collectæ & onera eſſent tam magna, ut abſorberent omnes fructus uiuente uſufructuario, proculdubio ille ſoluere non teneretur[n] quoniam ſibi inutile penitus eſſet legatum; at ſi aliquid ſupereſt legati ipſe uſufructuarius tenebitur.

Patent igitur caſus, quibus legatorum ſubſtantia conſiſtit, & quod ueniant ex huiuſmodi legatis ſoluenda, & utri onera implenda remaneãt, hærediuę, an uſufructuario.

A D C A P. X V I I I.

a Iaſon, & Alex. in l. extraneam, C. de hæred. inſtit. Anchar. & Innocen. in c. fin. de pignor.

b Bald.

b Bald.in l.quod pauperibus,num.27.C.de epiſc.& cler.Caualcan.de vſufruc.mul.relic. num.69. & 224.Roman.conſ.71.num.5.Pariſ.conſ.97.vol.2.Alex.conſ.162.vol.2.
c Salice.in d.l.extraneum,num,6.C.de hæred.inſtit,vbi Iaſon,Dec.conſ.172.num.2.Ruin.conſi. 36.lib.2.
d Angel.in l.proles,de teſtam.milit.
e Alex.conſ.162.vol.2.Paul.Pic.in l.Titia,§.Titia,de leg.2.q.59.
f Caſtr.conſ.294.lib.2.& Fulgoſ.conſ.58.prope finem.
g Gratus conſ.79.nu.9.& 365.nu.9.& in l.re coniuncti,nu.171. de leg.3. Natta conſ.459.nu.2. Dilect.de arte teſtan.tit.6.caut.39.Roland.à Valle,conſ.29.prope finem, lib.4. Cephal.conſi. 472.num.32.
h Simeon Pret.lib.3.interpret.pag.180.
i Caſtrenſ.& Imola in l.filius à patre,de liber.& poſthum.ſequitur Aret.Iaſon.& Angel.in l.miles ita,de teſtam.milit.Paulus Picus in d.§.Titia,q.26.Alciat.in l.verbis ciuilibus, num.23.& 24.de vulgar.& pupill.Petrus Pich.de teſtam.coniug.lib.5.cap.5. Didac.lib.2. variar.reſolut. cap.2.num.5.
K Bart.& alii,in l.ex facto,2.num.5.de hæred.Inſtit.& in l.extraneum, C.eod. & in d.l. ſi filius à patre,& Alex.conſ.59.nu.3.lib.3.
K Bart.& alii,in d.l.ex facto,de hæred.inſti.& in d.l.extraneum.
l Corneus in d.l.extraneum,Aretin.& Caſtr.in l.filius à patre, de lib.& poſth.Petr.Pich.de teſt. coniug.lib.5.c.5.
m Et Guid.Papæ,deciſ.456.Bald.conſ.84.lib.4.Alex.in d.l.extraneum,prope finem.
n Simeon Pret.vt ſupra.Bald.conſ.84.lib.4.Roland.à Vall.conſ.29.ad finem, lib.4. Cephal.conſ. 563.num.37.
o Socin.conſ.131.lib.1.Dec.conſ.278.Cephal.conſ.37.nu.33.Bald.conſ.273.lib.4.
p Dec.conſ.597.col.1.Caſtr.conſ.294.Bald.conſ.196.col.pen.in 4.& conſ.186.in 1.
q Dec.conſ.454.num.5.& conſ.279.num.3.communem teſtatur, Alex.magis communem,conſ. 56.num.1.in 3.Tiraq.in l.ſi vnquam,in verbo,ſuſceperit liberos,nu.163.de reuoc.donat. Caſtrenſ.conſ.218.vol.1.Capra,conſ.72.nu.11.Caualc.de vſufruc.mulier.relicto.nu.17.
r Bart.conſ.9.& conſ.170.Caſtrenſ.conſ.160.lib.1.Corn.conſ.56.lib.3.Nonius conſ 29.nu.15.
ſ Capra,conſ.76.Marzar.quæſt.849.in 1.part.Picus in d.§.Titia,num.59.Caualcan. de vſufruct. relic.num.32.
t Bald.in d.§.Titia,& ibi Picus.Gabr.Roman.com.concl.lib.5,concluſ.1.nu.23.& 24.
u Bart.in l.Titia,§.vltim.de leg.2.Iaſ.in l.contra tabul.nu.5.de vulg & pupil.Rolan.à Valle,conſ. 74.nu.5.vol.3. Picus in d.§.Titia,num.38.Caualc.de vſufruc.nu.42.
x Bart.& Salic.in l.quoties,C.famil.hercisc.Ang in §.1.de vſufr.Iaſ.in l.cum quæſtio, C.de legat. Craſſ.in §.legatum,quæſt.25.qui plurimos refert.
z Gloſſ.in d.l.ſi alij,Picus in d.§.Titia,§.fin.de leg.2.nu.92.Caualcan.de vſufruct.nu.63.
a Et c.1.quæ olim feud.Pariſ.conſ.7.num.13.lib.1.Roland.à Valle,conſ.71.nu.97.vol.2. & conſ. 59.in 2.Caualcan.de vſufruc.nu.98.
b DD.in l.qui Romæ,§.duo fratres,de verb.oblig.ubi Iaſon,num.33.Caualcan.de uſufr.nu.98.
c Caualcan.de uſufruc.num.98.cap.9.
d Caualcan.d.tract.& Bart.in l.Marcellus,ad Trebell.Caſtrenſ.conſ.154.& 416.in 1.par. Oſasch. deciſ.30.nu.12.
e Bart.in l.diuortio,§.ſi uir in fundo,ff.ſolu.matrim.contra Bart.Caſtrenſ.& alij,in d.§.ſi uir. Caualcan.de uſufr.num.88.
f Bald.Imola,& alij,in l.ult.ff.ſolut.matrim.
g Alex.Iaſon,& alij,in d.§.ſi uir,Bart.& alij,in l.1.§.uſufructuarius,de oper.noui nunc.
h Bart.in l.ult.ff.de uſufruc.
i Caſtrenſ.in l.fi.§.ſin autem,C.de bon.quæ liber.Alexander in l.ſi filiofamiliàs 1. §.ſi uir, ff.ſol. matrim.Barbat.conſ.63.lib.3.Dec.conſ.485.nu.13.& conſ.590. Dilect.de art.teſtan.tit.de legat.caut.43.Craſſus congerit in §.legatum,quæſt.34.Petrus Pich.ut ſupra.
K Bart.in d.l.fin.de uſufruc.communem Decius conſ.590. Gozad.conſ.94.nu.24.Didac.uariar. reſolut.cap.2.nu.7.
l Bald.& alii,in d.l.fin.§.ſin autem, C.de bon.quæ liber.Ruin.conſ.206.nu.3.uol.2.Caualcan.de uſufruc.nu.219.Didac.d.cap.2.nu.7.
m Bart.& alij,in l.1.C.de annon.tribut.Alex.conſ.4.uol.5.Caualc.d.tractatu,nu.292.Craſſus in §.legatum,quæſt.35.
n Craſſ.ibi.DD,in l.hæreditatum,ff.ad leg.Falcid.Caualc.de uſufruc.nu.162.cap.9.

S V M M A R I A.

1 *Legatum ſeu res legata quominus perueniant ad legatarium quæ impediant; quo caſu exiſtimatio rei debetur loco ipſius rei latè deducitur poſitis exemplis.*

2 Res

2 *Res quando duobus legata eſt vel coniunctim vel diuiſim, quomodo ſit procedendum.*
Et quid ſi ſæpius in eodem teſtamento ſit legata, nu. 3.
Et quid in re feudali. num. 4.
5 *Rei legata Eccleſia, an æſtimatio debeatur.*

De æſtimatione quæ ſuccedit loco rei ad ſubſtantiam legati. Cap. XIX.

SI Res legata, vt diximus, eſt ſubſtantia legati, utique æſtimatio ſiue pecunia, quæ ſuccedit loco rei, ingredietur eius ſubſtãtiam, verum quoniam ſæpè accidit vt legata valeant, ſed res legatæ propter aliquod impedimentũ pręſtari nequeãt, æſtimatio ſuccedit loco rei, & pecunia debetur pro re ipſa, §. non ſolum, de legat. l. idem Iulianus, in fine, l. ſed ſi res, & l. cætera, §. item quæri, de leg. 1. at ſi legatum non cõſtiterit, nec ipſa debebitur æſtimatio; cauſæ verò, ſiue impedimenta huiuſmodi ſolent afferri & connumerari.
1 Prima † ſi res legatario illi non potuerit acquiri, ſed alijs: Dein, ſi res vendi non potuerit ſine iudicis decreto ac ſolennitate, item ſi res non potuerit cõmodè diuidi, darive, tum, ſi alterius cauſa, vel hæredis culpa dari non potuerit; Præterea, ſi eadem res duobus, vel eidem ſæpius legata fuerit, aliiſq; ſimilibus modis.

Primum igitur ponetur exemplum, quãdo legatarius extraneus non poteſt acquirere, quoniam ſtatutum eſt ciuitatis ne bona externis alienentur, ei legatario debetur æſtimatio, ſecùs precium, vt in l. ſi filiusfamiliàs, §. ſi quid alicui, ff. de legat. 1. niſi tamen & æſtimatio ab eodem ſtatuto eſſet interdicta; [a] idem iuris eſt, ſi fundus vel domus legata fuerit Fratribus Minoribus Mendicantibus; [b] qui nulla poſſunt bona immobilia poſſidere: nam eiſdem æſtimatio danda erit. Quemadmodum rei quoq; feudalis debetur fœminæ feudi incapaci. [c]

In ſecundo verò caſu ſpecies ponitur huiuſmodi; Si quis legauerit Titio rẽ minoris, quæ non poteſt alienari ſine decreto iudicis ac ſolennitate, vt in titul. Codicis, De prædijs Minorum ſine decreto non alienandis, vtique Titio danda erit æſtimatio. [d] Idem iuris, ſi res aliena relicta fuerit, & dominus non niſi precio immenſo vendere velit, [e] vel ſi res ipſa in rerum natura minimè reperiatur. [f]

In tertio, exemplum ponitur; Si dimidia vel tertia pars bonorum fuerit legata, poterit hæres bona retinere, quæ commodè diuidi nõ poſſunt, & certam æſtimationem legatario præſtare. [g] Quod limitatur in filiis, quibus debetur Legitima in bonis teſtatoris, tunc enim hæres hac æſtimatione potiri non poſſet, l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoffic. teſtam. [h] ſecùs autem in aſcendentibus, [i] idemque poterit hæres, ſi res legata ſeparata ab aliis non ſit in hominum commercio, vt in l. ſi quis inquilinus, & l. cætera, §. ſi duobus, de leg. 1.

In quarto ſpecies erit huiuſmodi; Si à duobus teſtatoribus vni fundus vnus relictus fuerit, legatarius ex vno teſtamento fundum, ex altero fundi æſtimationem conſequetur, l. planè, §. 1. & §. quòd ſi rem, & l. huiuſmodi, §. qui ſeruum, de legat. 1. & l. pen. §. alumno, de leg. 3. [k]

In quinto, quoties culpa hæredis legatarius non poteſt conſequi legatum; æſtimatio ab hærede ſibi debetur, l. quid ergo, §. ſed ſi animal, & §. vltim. & l. ſi quis inquilinus, & l. cum res, §. itaque, & §. vltim. de legat. 1. & l. prædia, C. de fideicommiſſ.

2 Quod ſi eadem † res duobus legata fuerit, & quidem coniunctim, pro virili diui-

diuidenda eſt,neç vlla æſtimatio præſtanda;quod ſi ſeparatim, & appareat teſtantem voluiſſe primo adimere,ſolus poſterior capiet; interdum ſcinditur inter eos, ſi ambo vendicant legatum : at ſi teſtator voluerit vtrumque ſolidum capere,tunc vni precium,alteri res ipſa veniet præſtanda, optione ad eum ſpectante, qui prius litem fuerit conteſtatus,vt in l.pluribus, de legat. 1. in l. qui duos,§. 1.de legat. 2.l.ſi res mihi,de legat. 3.l. vnica,§. vbi autem legatarii,verſ. hoc autem,in fine,C.de caduc. toll. quod ſi vterque rem ipſam conſequi maluerit,ſorte dirimenda erit quæſtio [l].

3 Si † verò eadem res eidem ſæpius legata fuerit in eodem teſtamento , non amplius quàm ſemel præſtanda erit,uel res ipſa,uel rei æſtimatio , ut in l.planè, 1.de legat. 1. [m] nam qui ſæpius eandem rem legat,intelligitur ſæpius loqui, non ſæpius legare, l.Mæuius,§.cum qui,de legat. 2. & æſtimatio præſtanda eſt, ſi ea legatarius contentus ſit,uel ſi res præſtare nequeat, l.non dubium, §.ult. & l.fideicommiſſa,§.ſi ſeruo,ff.de legat. 3.Quod ſi teſtator eidem eandem ſpeciem bis legauerit,ut bis ei daretur, & res ipſa, & eius quoque æſtimatio ab hærede præſtanda erit,l.quod ergo,§. 1.cum gloſſ.de legat. 1. [n]

4 Rei † quoq; feudalis alienatæ æſtimatio debetur,ſi alienans ſciuerit rem eſſe feudalem,ut non obſtat iam,quòd uideatur legaſſe ſolum ius quod habebat quodque morte periturum erat,id ſiquidem intelligi debet, quando teſtator ignorabat extinctum iri. Sed quando ſciuit, ubique præſumitur ſaltem æſtimationem dari uoluiſſe. [o]

Res denique eccleſiæ,ſi ſunt legatæ,an æſtimatio debeatur? Arduus eſt Articulus,& ualdè controuerſus; nam ſi res uel prædia Cæſaris non poſſunt alienari,& nulla debeatur eorum æſtimatio,l.idem Iulianus, §.conſtat,ff.de leg. 1. multo magis dicendũ erit res eccleſię non poſſe diſtrahi,nec ullã prorſus deberi æſtimationem,hinc titulus de rebus Eccleſiæ non alienandis ; Attamen,magis placuit opinio rei inferioris eccleſiæ legatæ deberi æſtimationem, ea ratione, qua debetur fundi dotalis , uel rei minorum alienatæ, quæ tamen alienari non poſſunt niſi utilitatis mulieris uel minorum gratia , l.ita conſtante, C. de iure dot.l.unica,§.cum lex Iulia, C.de rei uxor.actio.ff.& C.de fund. dot. & C. de præd.min.ſine decr.non alienand.ſic res Eccleſię utilitate uel neceſſitate urgente poſſunt diſtrahi,c.ſine exceptione, 12.q.2.c. 1. de rebus eccleſ. non alienand.in 6.Auth.Hoc ius porrectum,C.de ſacroſ.eccleſ. Nec officit l.idem Iulianus,§.conſtat,de legat. 1. nam idem iuris eſt in maiore eccleſia Romana Diui Petri,ſecùs autem in inferiori eccleſia , cuius bona in utilitatem euidentem alienari poſſunt. [p] Quamobrem ex his in æſtimatione quoque rerum ; ſubſtantiam Legatorum conſeruari oſtendimus.

A D C A P. X I X.

a L.ſi filius,§.ſi quid alicui,de legat. 1.vbi Bart.Bald. Angel.Caſtrenſ.& Imola.Barto.& alii, in l. multum,de verbor.oblig.& in l.idem Iulianus,§.conſtat,vbi Alex.& Iaſ.de leg. 1. quòd limitatur ab Alciat.conſ. 31.lib.9.& ab Alex.in d.§.conſtat,num.14.

b Bart.in l.fideicommiſſa,§.ſi ſeruo,de leg. 3.& in d. §.conſtat, num.4.vbi Caſtr.Imol.& Alexan. Bald.conſ.481.in 3.

c Curt.iun.conſ.30.nu.2.Card.Mant.de coniect.lib.9.cap.8.

d Bart.& alij,in d.§.conſtat,de legat. 1.vbi Alex.nu. 11.teſtatur magis communem.

e L.ſi domus,§.qui confitetur.de legat. 1.l.non dubium,§.vlt.l.qui concubinæ, §.vlt.de leg.3.tradunt in l.cum alienam,C.de legat.& in l.ſi quis inquilinus,de legat. 1.

f Gloſ.in l.ſi.ff.quæ ſenté.ſine appell.reſcind.vbi Bart.l.3.de confeſſ.Bal.in l.non amplius, §.cum bonorum,& in l.fideicom.§.ſi ſeruus,de leg.3.

g L.non amplius,§.cum bonorum,de leg. 1.l.generali, §.pen.de vſufruc.legat. Roman.Sing.429. Alber.Bald.& alij,in d.§.cum bonorum.

h Bald.

h Bald.& alij,in d.§.cum bonorum,Grat.conſ.39.ad finem,lib.2.Emanuel Coſta, in cap.ſi pater, part.2.in ver.in re certa,nu.15.de teſtam.in 6. Alexand.conſ.156.num.11. Berous,conſ.93. num.79.lib.2.

i Roland.à Valle,conſ.39.nu.14.lib.3,

K Alberic.& alij,in d.§.alumno.

l Iaſon in l.vlt.num.3.C.comm.de legat,

m Iaſon in d.l.planè,1.nu.7.de legat.1,

n Iaſon in d.l.planè,§.ſi eadem res,num.4.de legat.1.Bartol.in l.Mæuius,§.duobus, nu.20.& 22. de legat.2.

o Faber in §.non ſolùm,de legat.Bal.ſibi contrarius in c.1.nu.3.de ſucceſſ.feud.l.Stichum, de vſufruc.legat.l.cum alienam, C.de legat.Curt.iun.conſ.30.nu.5.

p Card.Mant.de coniect.lib.9.c.10. Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.de legat.lib.3.§.27. nu.7.& ſeq. Caſtrenſ.Bald.& alii,in l.cum alienam,C.de legat.

SVMMARIA.

1 Declaratio Regulæ Catonianæ.

2 Intellectus ad l.1.ff.de reg.Catoniana.

3 Ratio Regulæ Catonianæ.

4 Regula Catoniana habet locum tantum in legatis puris,non in conditionalibus,nec in ijs,in quibus dies ex tempore aditæ hæreditatis cedit.

De Regula Catoniana ad Legatorum ſubſtantiam obſeruanda. Caput XX.

1 CATONIANA Regula † legatorum ac fideicõmiſſorum
ſubſtantiam,modo inanem, modo validam oſtendit ac tue-
tur; Enimuerò, legatum vel fideicommiſſum, quod ab initio
teſtamenti non valuit,mutata poſtea conditione perſonę per
Regulam Catonianam amplius non conualeſcit, vtputa,de-
portato legatum relictum eſt, is poſtea beneficio principis
reſtitutus in ciuitatem redijt,illi legari non potuit,huic potuit; Vel res mea mi
hi legata eſt,deindè à me alienata,mea eſſe deſijt, mea fruſtra mihi legatur,alie-
na rectè. Quæritur igitur,an & illic mutata conditione perſonæ, & hic mutata
conditione rei, in melius relictum conualeſcat,quia venit in cũ locũ ſiue ſtatum
2 à quo incipere poterat; Quamobrem Regula Catoniana ſic definit. † Quod,ſi
teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutile foret id legatum quando-
cunque deceſſerit teſtator non valere, l.1 ff.de Regula Catonia.proinde nulla
mutatione,vel perſonæ,vel rei conualeſcit;at ſi tibi legatus eſt fundus,qui ſcri-
bendi teſtamenti tempore tuus eſt, ſi eum viuo teſtatore alienaueris, legatum
(vt inibi Celſus ait)tibi debetur,quod non deberetur, ſi teſtator ſtatim deceſ-
ſiſſet,hoc non de puro, ſed de conditionali legato intelligi debet, Celſus enim
de conditionalibus inibi loquitur; nempè,ſi res legatarij ipſi legata ſit, ſub hac
conditione,ſi viuo teſtatore alienauerit: Hinc binæ illæ regulæ Iuris exaudiun-
tur,quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractu conualeſcere non po-
teſt; Item,quod ab initio vitioſum eſt,non pôt temporis ſpacio conualeſcere,l.quę
3 ab initio,l.quòd initio,de reg.iur.l.cætera,§.1.de legat.1. † Ratio Regulæ Cato
nianæ ea eſt,quod in his opus eſt poteſtate legandi,& voluntate;ſed in his ne-
que præſenti,neque ſequenti tempore hæc duo concurrunt: nam ab initio qui
dem legare voluit teſtator, & verbis legauit,ſed iure non potuit; ſequente au-
tem mutata conditione, legare potuit, ſed non legauit, quare ab hac defini-
tione longè recedit Regula illa Iuris. Res peruenit ad actum, à quo incipere
non poteſt,ergo actus viciatur, vel è conuersò, l.pen.l.inter ſtipulantem, §.ſa-

Bb cram,

4 cram,de verb.oblig. † Verum hæc Catoniana ad inſtitutiones & legata duntaxat pura,non autem ad conditionalia pertinet,l.mea, de cond.& demon.l. 1.2. 3.& 4.de Regula Catoniana.Hinc Vlpianus in l.cætera §. 1.de legat. 1.ait.Et ſi quidem ab initio non conſtitit legatum,ex poſt facto non côualeſcet, quemad modum, nec res mea legata mihi, ſi poſt teſtamentum factum fuerit alienata; quia vires ab initio legatum non habuerit; Sed ſi ſub conditione legetur,poterit legatum valere,ſi exiſtentis conditionis tempore mea non ſit; purum igitur legatum Catoniana Regula impedit,conditionale non,quia ad conditionalia legata Catoniana non pertinet.

Regula igitur Catoniana, vt non pertinet ad legata conditionalia,ita nec ad ea,quorum dies ex tempore aditæ hæreditatis cedit, nam & ipſa tacitam hanc conditionem habent,ſi hæreditas adita fuerit.

SVMMARIA.

1 *Debitor generis per interitum rei non liberatur. Et quid in alijs debitoribus ſpeciei,vel quantitatis,vide ibi latè.*

2 *Legatum factum à teſtatore alicuius ſpeciei, puta fundi, quando ipſe teſtator non habuit vnquam aliquam iſtius ſpeciei rem,an valeat.*

3 *Legatum incertæ quantitatis an valeat,& illud quãdo teſtator dicit lego tibi quod mihi Titius debet,& Titius nihil debebat; Et quid in Legato dotis.*

4 *Quantitas debiti iuramento creditoris probari poteſt debito ipſo probato.*

5 *Legatum factum pauperibus, licèt ſit incertum ſuſtinetur; Et quid in legato alimentorum.*

6 *Quantitatis Legatum loco circumſcriptio,vtputa, quæ eſt in area, vel erario, vel Monte,valet; Et an redditus illius pecuniæ qui fluxerunt viuo teſtatore, debeantur.*

7 *Legatum diuerſæ ſummæ in eodem teſtamento, vel in teſtamento & codicillis repetitum bis,an ſemel debeatur.*

De quantitate legatorum, & fideicommiſſorum. Capvt XXI.

QVANTITATEM intelligunt etiam Iuriſprudentes vel continuam,vt fundus, vel diſcretam, vt decem,aut viginti; quare ſolent debitorem diſtinguere generis,ſpeciei,quantitatis. generis autem,vel ampliſſimi,vel ſubalterni, † & concludere debitorem generis,non liberari generis interitu,quoniam rerum genera ſunt æterna,& perire nequeunt,l.incendium,C.ſi cert. petat.l.ſi ex legati cauſa,de verb.obligation.niſi tamen genus debeatur ratione certæ ſpeciei, & dummodo genus illud,vel quãtitas debita pro ſpecie certa,ſit incerta,l.quædam, §.ſi tibi, l.Titiæ textores.§.vlt. de legat. 1. [a] debitor autem generis ſubalterni liberatur eius interitu,l.in naue Saufeli,ff.locati, [b] Debitorẽ verò ſpeciei re pereunte ante moram, de interitu non teneri,ſecùs poſt morã,

1 (margin at "neris autem")

2 l.quod te mihi,ff.ſi cert.petat.l.ſi ex legati cauſa,de verb.obligat. [c] † Hinc vtilis exoritur quæſtio; Si teſtator in genere Titio reliquerit putà fundum, vel domum, & ſpecies nullas vnquam eius generis habuerit teſtator, communiter conueniunt valere legatum in his generibus, qui limites à natura exceſſerunt, vt homo,equus,lapis,& id genus multa.loquor Iuriſconſultorum more,nõ au

tem

tem Dialecticorũ, probatur; in l. legato generaliter. in l.ſi ſeruus lègatus. §.cui
homo,ff.de leg.1.& in §.generaliter,de legar.In his verò quæ facto ac deſtina-
tione hominis limites accipiunt, varij reperiuntur Iuriſprudentes,alij enim fun
di in generi legatum non valere putant, domus autem legatum ita demum ſu
ſtineri, ſi domus aliquas teſtator habuerit, l.cum poſt,§.gener, de iure dot.l.ſi
domus,de leg.1.nonnulli idem iuris in fundo,& in domo eſſe crediderũt.quę
ſanè ambiguitas,perbelle declaratur à Zaſio Germano,auctore grauiſſimo, in
ſingularibus ſuis intellectibus, qui aſſerit teſtantem in ſpecie d.l.ſi domus, de
domo certa ſenſiſſe,quamuis non appareat de qua,proinde valere legatum, &
electionem ſpectare ad hæredem, quemadmodum inquit in ſpecie l.legata §.
1.& vlt.ff.eod.de fundo, & de lãce,quæ certa ſenſerat teſtator,vnde electio da
ta eſt hæredi,quem vel fundum, vel quam lancẽ dare velit; At ſi teſtator nec
fundum,nec lancẽ habuiſſet, deriſorium fuiſſet legatum,neq; enim de re certa
efficaciter ſentire potuiſſet ſi nullam habebat; Verùm ſi in genere ſimpliciter
legaſſet domum vel lancẽ, nõ poterat inane dici legatum, etiamſi teſtator nul
las ſpecies habuiſſet,ſatis eſt enim de aliqua domo vel lance ſenſiſſe. Legatum
inſuper fundi in genere ſimpliciter relicti, ſi teſtator nullos fundos habuerit,
nullum eſſe ſentit,ſecutus Papinianum in l.cum poſt. §. gener, de iure dot.ea
ratione Papiniani, quod illud fundi corpus eſt prorſus ignotum, nec natura,
nec facto, aut deſtinatione hominis limitatum, longè differens à dote, eius
enim quantitas pro modo facultatum,& dignitate natalium viri,rectè per tu-
torem conſtitui poteſt,quòd ſi fundos habuiſſet, deq; certo ſenſiſſet, etſi non
appareat de quo,electio tamen danda eſſet hæredi.

3 Verùm,quoniam † ſæpè accidit, vt ſi non appareat quantum fuerit legatũ,
nihil legatario debeatur,l.ſi ſic legatum,§.1.de leg.1. Si mihi quod Titius de-
bet fuerit legatum,neq; Titius debeat, ſciendum eſt, nullum eſſe legatum, &
quidem ſi quantitas non ſit adiecta,euidenti ratione nihil debebitur: quia non
apparet quantum fuerit legatum. Proinde dubia quantitas pluribus modis de
claranda,& legata ac fideicommiſſa ad quantitatis Categoriam moderanda ve
niunt; Enimuerò,ſi dos fuerit mulieri legata, nec vlla appareat quantitas, valet
vtique legatum,quoniam ea pro dignitate perſonarum, modo facultatum, &
conſuetudine patriæ congruè æſtimanda erit,d.l.cum poſt,§.gener,[d] quod al
qui verum arbitrantur in dote conſtituenda,non autem in reſtituenda; Enim-
uerò,legatum reſtituendæ dotis vxori à viro factum,ſine certa quantitate,irri
tum inaneq; eſt,niſi ab uxore dotis marito datę quãtitas probetur, vt in l.2.&
in l.vlt.C.de falſa cau.adiec.legato.vxori tamen deferendũ erit iuſiurandum in
4 ſupplementum probationis,[e] per regulam iuris.[f] † Probato debito, eius quan
titas poteſt iuramento creditoris probari. Dos igitur, vel à Iudice, vel arbi-
trio boni viri,congrua regulariter taxari,æſtimariq; debet,ita tamẽ, vt ad quã
titatem legitimæ aſcendat,l.ſcimus,l.omnimodo,C.de inoffic.teſtam.[g]

Scire tamen expedit,interdum minorem,aliquando maiorem legitima æſti
mari dariq; oportere,quemadmodum Regionis conſuetudo, & mores ciuita-
tis exigunt,ac patiuntur.[h] quin etiam, arbitrium hoc, liberas ac inculpatas vi
res ſuas ferè vſq; ad ſextam partem ueræ ac debitæ quantitatis exercere poſ-
ſe.[i] Enimuerò,ſi quis ſextæ partis læſionem ab arbitro paſſus fuerit,poterit u-
tiq; ab eo ad arbitrium boni uiri, vt res ad æquitatem reducatur, confugere;
nonnulli tamen hoc in arbitrio Iudicis pro omni quantitate reſidere autuma-
runt.

5 † Legatum etiam pauperibus relictũ ſine aliqua expreſſa quantitate,& pro-
inde incertum,hoc modo tantum ſtabilitum ut pauperibus diſtribuatur,piè ac
legitimè ſuſtinetur, & eius quantitas declaratur,certaue æſtimatur à uiribus

patrimonij,& à dignitate ac numero perſonarum.[k] Sic pariter alimenta,& huiuſmodi multa taxari conſueuerunt,& infanti relicta creſcente ætate augeri debent,l.cum unus,§.ult. ubi gloſſ.de alim. & cibar.legat.l.cum alimenta, de aliment.& cibar.leg.[l] Incunda eſt igitur huiuſmodi æſtimatio,& quantitas declaranda ex dignitate legantis,eius cõſuetudine,diuitijs,& charitate,d.l.cũ alimẽta,ex qualitate recipiẽtis,l.plenũ,§.equitii, de vſu & habitat.& l.ſi cui,de ann. legat. ubi Vlpianus eleganter inquit. Si cui annuum fuerit legatum relictum, ſine adiectione ſummæ,nihil uideri huic adſcriptum Mela ait: Sed eſt uerior Neruæ ſententia,quod teſtator præſtare ſolitus fuerit, id uideri relictum, ſin minus,ex dignitate perſonæ ſtatui oportebit.

6 † Quantitas præterea loco circumſcripta, ut ſi teſtator legauerit pecunias quas in arca habet,ſiue in ærario Venetorum,aut Florentinorum, non habenda eſt amplius ut quantitas,ſed ut ſpecies,proinde eatenus præſtari debet quatenus in illis locis inueniatur, l.planè,§.ſed hoc ita, l.ſed & ſi certos,ff.de leg. 1.[m] Et huiuſmodi pecunia legata quam habet in Monte,uel ęrario Venetiarũ ſiue Florentię,intelliguntur etiam legatæ ſolutiones,& redditus,qui uiuo teſtatore effluxerunt,quamuis nulla unquam de eis facta fuerit mentio,l.nomen debitoris,de leg. 3.[n] Et plus,& minus referuntur ad paruam uel minimam ſummam,l.hæc adiectio,de uerb.ſignificat.[o]

7 Quin etiam, hæc diſcreta quantitas diuerſis ſummis repetita, vel in eodem teſtamento,vel in teſtamento,& codicillis, pro eadem cauſa facta, regulariter non debetur niſi ſemel, l.Lucius, § impuberem, l.2.§.Mela ſcribit, ff. de dote prælegata.Quare cauendũ admonuerunt nouiſſimi;[p] à Reſponſo Baldi 140. Caſus eſt,libro quinto, quaſi lato aduerſus leges, maximè, l. quid ergo, §. maiorum,de leg. 1. Dum enim pater filiæ reliquiſſet ducentos & quinquaginta aureos pro dote,& filium hæredem inſtituiſſet,eoq; ſine filijs decedente,extraneos ſubſtituiſſet,legauit filiæ aureos quingentos nomine dotis, Baldus cõſultus reſpondit filiam vtramq; ſummam conſecuturam,aureos ſcilicèt ducentos & quinquaginta, ac inſuper quingentos, quoniam diuerſæ ſummæ, ex diuerſis actibus,& conditionibus legatæ apparent. Reclamantibus tamen Iaſone,[q] Abbate,Cumano,& Ruino; eo quod,teſtator legando poſtea pro eadem re,cauſa,& perſona,maiorem ſummã,videatur à primo legato receſſiſſe. Hæc igitur ſufficiunt,quæ nobis oſtendunt legatorum, ac fideicommiſſorum quantitatem continuam,ac diſcretam;Cætera ſimilia,quæ ex iure multa colligi poſſunt, vnuſquiſq; iuris ſtudioſus proprio marte inueſtigare poterit, & in hanc conferre Categoriam.

AD CAP. XXI.

a Ange. Alex.& alij,in l.incẽdium,C.ſi cert.pet.& in l.ſi ex legati cauſa,de verb.oblig.& in l.quod te,ff.ſi cert.per.

b Alex.& alij,in d.l.ſi ex legati cauſa, & in d.l quod te.

c Decius notat in d.l.quod te,DD.in l.Titiæ textores,& Bart.in l.cum res,§.ſi Stichus,& in l.quidam,§.tibi,de leg. 1.

d Liquæro,de iure dot.l.filiæ,vbi Bart.de leg.3.Bart.in l.1.§.vlt.de leg.2.

e Bart.conſ.123. Anguſſ.Plac.conſ.10.lib.3.

f Dec.in l.in actionib.nu.13.de in litem iur.& in l.vlt.nu.24. C.de edendo.

g Bald.conſ.456.lib.3.Corn.conſ.107.lib.2.Dec.conſ.181.col.2. Tiraq.in l.ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit,C.de reuoc.donat.

h Caraueta,conſ.236.poſt Corneum,Baldum.& alios ab eo nominatos. Crauet.conſ.291.nu.4. Marzar.de fideicommiſſ.parte 2.q.48.Caſtrenſis in l.mulier,§.cum proponatur,ad S.C.Trebell.& conſ.8.lib.1.Curt.iun.in Auth.Res quæ.nu.15.C.comm.de legat.Dec.376.nu.2.Decian.conſ.17.nu.19.& 20.lib.2.

i Bart.in l.ſi ſocium,§.arbitrorum, nu.5.ff.pro ſocio. Decius conſ.39.Alex.cõſ.131.lib.2.Alciat.

in l.hæc adiectio,de verb.ſignific. Afflict.Deciſ 371.

K Tiraquell.in tractatu piæ cauſæ, priuileg. 55. Bald.in l.nulli, 2.§.ſed hic quæro,C.de epiſcop.& cleric.

l Bart.in l.1.quęro qualiter,ff.de legat.2. Corn.conſ.209.lib.3. Cuman.conſ.31. Decian.conſ.49. nu.4.in 2.

m Et Dec.conſ.566.nu.2. Afflict.deciſ.399.nu.7.Bald.180.nu.4.lib.2. Pariſ.conſ.96.nu.17. par.2. Caſtr.conſ.285.lib.2.

n Caſtrenſis in l.ſi tibi homo,§.cum ſeruus, nu.3.de leg.2.vbi Alex.& Iaſ. & Caſtrenſ.in l.cū ſtipulamur,de verb.oblig.& Bald.in l.Lucius Titius,in 6.notabili,de leg.2.

o L.1.ff.de iure delib.l.cum filius,§.pater,de leg.2. Alciat.in d.l.hæc adiectio, Menoch.caſu 47.lib.2.Centur.1.de arbitrar.iudic.

p Simeon Pret.lib.3.interpretat.pag.380.

q Iaſon in l.ſi cui ſerui,§.ſi à filio emptore,de leg.1. Abb.conſ.4.nu.8.lib.2. Cum.conſ.18. Ruin.conſ.38.nu.16.& 133.in fine,lib.5.Dilect.de arte teſtan.tit.6.Caut.36.

S V M M A R I A.

1 *Legatum ab auo nepti relictum, quando profectitium, & quando aduentitium ſit, & quando in legitima computetur.*

2 *Legati vniuerſalis vt Gregis &c. onera,& augumenta ad legatariū ſpectant; Et quid iurū in legato ſingulari,& in legato vſusfructus his modis relicto,quādo ſcilicèt teneatur vſufructuarius ſubſtituere,& ſubmittere capita mortua.*

De qualitatē legatorum. Cap. XXII.

QVALITATES legatorū, ac fideicommiſſorum plures ſupra libro capite ſecundo abundè patefecimus. Dum legata diſtinximus, in vniuerſalia,& particularia, in pura, & conditionalia, ſiue in diem, in tacita, & expreſſa, dumq; eorum quamplurimas in iure ſcatētes vtilitates ita declarauimus, vt fideicommiſſorum quiditatem non aperire modo, verum etiam attingere, ac poſſidere videremur: Hæc eā ſunt, quæ huc quidem collata huiuſcemodi qualitatis Prædicamentum, vndequaque implent atq; exornant:non negauerim tamen, quin Iuriſperitus, his alias
1 quoq; cūplurimas quidem poſſit addere qualitates; †Nam & dotis legatum ab auo nepti relictum,aut profectitium,aut aduentitium cenſeri debet; enimuerò, ſi ab auo filij contemplatione dos nepti data fuerit, erit hoc legatum profectitium,& in legitima filij imputabitur;at ſi neptis intuitu, erit aduentitium, & in legitima minimè computandum, l.auus, de iure dot. gl.in l.dedit dotem,
2 de collat.bon.[a] †Præterea, ſi legatum vniuerſale relictum fuerit, vtputa, peculium, grex, hereditas obuenta, dos, vectigal, poſſeſſio, & ſimilia, ad legatarium pertinebunt emolumenta, ac onera, augumenta inquam,& decrementa, quod non accidit ſi pecudes, boues, vel equi ſingulariter fuiſſent relicti, vt Vlpianus declarauit in l.quid ergo,ff.de vſufructu,ſi deceſſerit fœtus, periculum inquit erit fructuarij,& neceſſe habebit alios fœtus ſubmittere; Sed quod dicitur debere eum ſubmittere, toties verum eſt, quoties gregis, vel armenti, vel equitij, Ideſt vniuerſitatis vſusfructus legatus eſt; Ceterum, ſi ſingulorum capitum, nihil ſupplebit,[b] Fulgēt igitur vbicumq; in Iure Romano legatorum qualitates, haud ſecùs ac primæ magnitudinis ſyderā in Cœlo.

A D C A P. X X I I.

a Cyn.in l.ſcimus,q.5.C.de inoff.teſt. Alex.conſ.3.vol.4.& 217.vol.6.idem Alex, & Picus in l.

in quartam, ff. ad l. Falcid. Ruin. conſ. 130. &' 148. in 2. Bart. in l. dedit dotem, de collat. bon. idē ſi res fuerit dubia. Angel. conſ. 78. Alex. conſ. 117. vol. 6. Dec. conſ. 81. idem ſi filia nondum nata erat. Angel. 76. Dec. 181. Secùs ſi contemplatione neptis, Alex. in l. in 4. col. 15. & Ripa, nu. 204. ad l. Falcid. Dec. conſ. 181. Ruin. conſ. 72. nu. 6. lib. 2. vide eundem conſ. 138. in 2. Congerit Gabriel. Roman. de iure dot. concl. 5.

b L. grege, l. ſequ. de legat. 1. vbi gl. Aret. in §. ſi grex, de legat. Dilect. de arte teſtan. de legat. tit. 6. Caut. 10.

De peculio in l. peculium, de leg. 2. vbi Bald. & in §. ſi peculium, de legat. Crotus conſ. 14. & 15.

De hæreditate tertij, Dec. conſ. 69. Dilect. de arte teſt. tit. 6. de legat. Caut. 42. l. ſi quis ſeruum, §. ult. l. eum filius, §. Lucio, de leg. 2. vbi Bart. & Alberic.

De dote, Simeon Pret. conſ. 205. lib. 1. Alex. 49. lib. 3. Dec. 502.

De legato uectigalium, Decian. conſ. 87. nu. 10. lib. 2.

De poſſeſſione, Bart. in l. Seia, §. tyrannæ, de fundo inſtructo, l. ſi ita, in fine, de auro, & arg. legato, Bald. in l. legatis, C. de leg. Congerit omnia Simeon Preteus 3. de interpretat. pagina 390. & 391.

S V M M A R I A.

1 *Magnum, & paruum in quantitate, pulchrum in qualitate, maius autem, & minus ac pulchrius in relatione verſantur ſecundum Plotinum.*

2 *Pars alicuius rei ſi legata ſit, in dubio dimidia illius intelligitur, & legato continente, etiam contentum cenſetur legatum; & quid iuris ſit in legato apotheca, vide ibi pulchram diſtinctionem.*

3 *Thalami in legato facto à marito vxori, quæ veniant; Et quid in legato vini, vel olei, vel ſcripturæ, vel chirographi.*

4 *Legata columna marmorea ædibus affixa, an legatario debeatur; & quid iuris ſit in legato molendini, an ſcilicèt veniat ſtabulum, & in legato columbaria.*

5 *In legato dotis ſimpliciter relicto an veniant Paraphernalia.*

6 *Fundi in legato vel Caſtri relicto cum omnibus ſuis pertinentijs quæ veniant.*

7 *Legatum relictum vxori hoc nomine appellatiuo, mortua prima tabuliſq; non mutatis, an & ſecundæ relictum videatur; affirmans pars defenditur.*

8 *Diſpoſitiuum ſufficit prima vice adimpleri.*

9 *Tempus aditæ, vel adeundæ hæreditatis in teſtamentis inſpiciendum eſt.*

10 *Teſtator iubens de ſuis ædibus fieri pium hoſpitium, ſi eas alienauerit, aliasq; comparauerit hæres nihilominus tenetur illud facere de his poſtremis ædibus.*

11 *Nomen appellatiuum aptum eſt comprehendere plures perſonas gradu & tempore diſtinctas.*

12 *Donatio Principum vel Regum facta Legatis alterius Regis vel Ciuitatis an cedat ipſis Regibus vel Ciuitatibus, an Legatis ipſis.*

13 *Debitore ceſſante ſoluere per viginti annos creditori, decem puta modios frumenti quos ei debet, quæ menſura attendatur, & quod tempus.*

14 *Teſtatore iubente fieri ſignum Crucis in æde ſacra, ex qua fieri materia debeat.*

De Relatione Legatorum, vel de his quæ ad alterum.
Caput XXIII.

PLVRA quidem ſunt in ordine quantitatis, qualitatis, loci, temporis, ſitus, vel alterius, quæ ſi Relatione ad alterum maturè conſiderentur, confeſtim Categoriam relationis ingre-
1 diuntur. † Nam vt Plotinus aiebat, Magnum & paruum in quātitate; Pulchrum in qualitate, ſed maius, ac minus & pulchrius in relatione verſantur, haud ſecùs, ac continens & contentum, metiens & emenſum, loci ac temporis ſunt, tum connexa, acceſſoria, principalia, ac huiuſmodi omnia relatiua perpenduntur.

2 Quamobrem ſi fundi,ſi domus pars ſimpliciter legata fuerit, relatione habi
ta ad totum,pars in re dubia,dimidia intelligitur,l.nomẽ filiorum, §.portionis,
de verb.ſignific.l.planè vbi,§.vlt.de legat.1. vbi gloſſa.[a] Et quoniam continẽs
& contentum inuicem referuntur,fundo legato debebitur etiam villa,domus,
ac palatium,l.vxori vſumfructum villæ, vbi gloſſ.de vſufruc.legat.[b] Sic legata
arbore debetur ſolum quòd arborem continet,& via ad arborem,[c] legata apo
theca à domino eius & mercatore, intelliguntur legatæ merces, & locus ipſe,
vt plenior fiat interpretatio,l.in teſtam.de regul.iur.l.ſi domus,§.vlt.de leg.1.[d]
at ſi non fuerit mercator, locus tantũ cedet legato. l.qui tabernas, de contrah.
empt.Si verò mercator fuerit,& non dominus loci,ſolæ merces quæ ſunt in a-
3 potheca legatario dandæ erunt,l.cum pater, §.menſæ,de lega.2.[e] † idem iuris
ſi vir thalamum reliquerit vxori;neque enim locus, ſed res in thalamo paratæ
debebuntur,l.vlt.de penu legat.[f] ſic legato vino & oleo, an vaſa etiam ſint tra-
denda,ſpectandam aiunt ac perpendendam conditionem teſtatoris, legatarij,
ac rei legatæ,vt contentum ex mente teſtantis relatiuè trahatur ad continens,
& è conuerſo continens ad contentum,l.penult.de alimen.lega.[g] ſic ſcripturis
vel chirographo legato, exigi executiuè poterit nomen debitoris, l.ſeruum fi-
4 lij,§.eum qui chirographum,de legat.1.l.qui chirographum,de leg.3.† Rela-
tiua etiam dicuntur connexa & cohærentia quæque, quæ ſi fuerint ædibus affi
xa,vt ſeparari nequeant,dubio procul legatarijs cedent,talia ſunt marmora,co
lumnæ,porticus,balnea,armaria,& ſimilia,l.cætera,§.& ſi quis quidem,de leg.
1.[h] Sic legato molendino, veniet etiam ſtabulum cohærens,[i] vt legata domo
contiguus debeatur hortus,& debetur puteus,l.prædia,§.balnea, & §.ſeq.de le
gat.3.[k] idem in columbario exiſtimauerim, quamuis contrarium Corneus di-
5 uerſa ratione ſenſerit.[l] † Talia ſunt etiam acceſſoria,dum naturam ac relationẽ
ſui principalis inſequuntur,vt legatum dotis ſimpliter relictum,contineat etiã
paraſernalia,& quæ iocalia nuncupanẽ, vti acceſſoria.[m] Nec poſſum nobile il-
lud Pomponii exemplum prætermittere,nempè,legato argento potorio,debe
ri etiam colum niuarium,quo vina in eodẽ poculo niuibus ęſtate refrigeſcũt,l.
in argento,ff.de auro & arg.legato;In argento inquit potorio,vtrum id dunta-
xat ſit,in quo bibi poſſit,an etiam id quod ad præparationem bibendi compa-
ratum eſt.vel vti colũ niuariũ,& vrceoli dubitari poteſt;ſed propius eſt,vt hęc
6 quoque inſint. † Accedunt etiam rei legatę quæ pertinent ad eam, vt ſi teſta-
tor reliquerit fundum vel caſtrum cum omnibus vt aiunt ſuis pertinentiis, vt
legato fundo,veniant prata,& legato caſtro ueniant molendina, totumque ter
ritorium,vt legatum cedat legatario cum omnibus ad ſe pertinentibus.[n]

7 Sed vt ex relatione primæ & ſecundæ vxoris, ad ſumma iuris faſtigia acce-
damus,egregia exoritur quæſtio.An legatum relictum vxori hoc nomine ap-
pellatiuo,mortua prima vxore,& nunquam mutatis tabulis,ſecundæ etiã vxo-
ri relictum cenſeatur?

Theſis huiuſmodi proponitur à Cualcaneo,Maritus inquit ſub nomine ap
pellatiuo & non proprio vxorem ſuam reliquit Dominam & vſufructuariam;
Deinde mortua hac prima,vir aliam duxit vxorem, & nunquam mutatis tabu
lis vita deceſſit,oritur in foro controuerſia, an ſecunda vxor conſequi debeat
vſumfructum,necne.

Baldus omnium primus tenuit vſumfructum non deberi ſecundæ.[o] Quem
ſecuti ſunt Decius,[p] Didacus,Tiraquellus, Caualcaneus, & pleriquẽ ab eiſdẽ
relati,qui communiter receptam eam atteſtantur ſententiam, quique ad eam
tuendam mouentur etiam ratione:nam proponunt l.ſi quid earum,§.vlt.de le
gat.3.addita l.Seio amico,de ann.legat.& in hunc modũ inducunt: Quæ prio-
ris vxoris gratia parata ſunt,ita poſteriori debentur,ſi ei aſſignata ſint,quia nõ

eſt ita de poſteriori vxore cogitatum cum pararentur: Vnde Didacus diligen ter notabat: en qualiter coniectura ducitur Iuriſconſultus, vt exiſtimet ſub nomine appellatiuo perſonam tantum non etiam dignitatem conſiderare opor-
8 tere. Mouentur præterea ea ratione, quod ſufficiet diſpoſitionem prima vice adimpleri, l. 1. §. hoc ſermone, de verb. ſignific. vt ſi de nuptijs mentio facta fuerit, primæ tantum intelligatur, & licentia data Religioſo teſtandi, intelligitur de primo tantum teſtamento, & vendendi res Eccleſiæ de prima tantum alienatione. Et ſi decem legata fuerint, omnibus filijs ſuis, interpretamur danda omnibus viuentibus tempore teſtamenti non autem poſtea. Contrarias partes Alexander & alij ſequuntur, nempè, vxorem ſecundam poſſe vſumfructū
9 capere: † Nituntur his fundamentis. Quod in teſtamento inſpiciendum eſt tempus adeundæ, vel aditæ hæreditatis, l. 1, de teſtam. & §. in extraneis, de hæred. qualit. & differ. ſed eo tempore adeſt ſecunda vxor ſubrogata in locum & ius primæ, & pari affectione dilecta, ergo pariter ad vſufructum admittenda, l. 1. C. de rei vxor. actio. l. eum qui, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. Nituntur itidem, l. placet, in fine, de lib. & poſth. nam cum maritus poſthumum hæredē ſcribit, non vtiq; is ſolus poſthumus ſcriptus videtur, qui ex ea quam habet vxore natus eſt, vel is qui tunc in vtero, verum is quoq; qui ex quacunq; vxo
10 re naſceretur; † & inibi Bart. ait, ſi teſtator iuſſerit pium hoſpitium conſtrui de ædibus ſuis, ipſumq; ſcripſerit hæredem, deinde eas alienauerit, & alias tum deniq; comparauerit, quod verba illa de ædibus ſuis, licèt referantur ad tempus teſtamenti, l. ſi quis ita, de auro & argento legato, attamen, fauore inſtitutionis ac teſtamenti, referuntur ad domum poſtea emptam, d. l. placet, cum l. ſequenti, & ita reſpondet ad l. boues, & rationem ſuperius allatam. Sed & in quæſtione noſtra agitur de vltima voluntate, & de cauſa fauorabili, proinde ſecunda capiet legatum. Accedat, quod teſtator non modo noluit mutare teſtamentum, imò potius innixè videtur in eadem voluiſſe perſeuerare voluntate, vt in l. quidam teſtamento, de legat. 1. & l. poſthumus præteritus, de iniuſto
11 rupto, & irrito facto teſtamen. & augetur inſuper argumentatio, † qualitatem nominis appellatiui aptam eſſe comprehendere plures perſonas gradu, ac tempore diſtinctas, vt per ſe patet, & traditur in l. ſi cognat. de reb. dub. & in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de leg. 2. quæ rationes non conueniūt ſpeciei, d. l. ſi quid earum, §. vlt. vbi ſingularis tantum habetur affectio, diſpoſitio, ac relatio: hic autem communis vtriq; vxori. Verior itaq; mihi videtur ſecunda opinio, cōtra communem, quinimò, vxorem ſecundam ad vſumfructum admittendam, non poſſumus non mirari, Caualcaneum à maioribus ſuis, à grauitate inquam paterna degeneraſſe, quos fatetur ad has partes egregiè conſuluiſſe eaſq; acriter defendiſſe, Balduſq; ambiguè, non autem reſolutiuè obmurmurauit. Verum enimuerò, diſtinctionis fœdere conantur aliqui rem ita componere; Aut teſtamenti tempore teſtator nullam habebat vxorem, aut habebat: primo caſu cenſetur etiam ſecundæ reliquiſſe, qui futuram vxorem animo, reputauerat, ſecundo verò, primæ tantum, ſingulari eius affectione ac meritis; Sed Decio, & alijs, hæc diſtinctio ſatisfacere non potuit, & in eius ſecundo membro poteſt vtiq; rationibus hucuſq; relaris agitari, atq; illidi, conſultius erit tamen, & æquius, mentem teſtatoris ex varijs coniecturis ſtudioſè elicere; quod ſi quis legauerit vxori Titij, omnes aſſeuerant legatum deberi ei tantum quæ tempore teſtamenti erat Titij vxor, non autem ſecundæ, quæ tum poſteà cum Titio connubia celebraſſet.

12 † Ex hac eadem relatione olim emerſit nobiliſſima illa quæſtio. An Donaria principum, legatis aliorum principum Regumve data, cedant ne Regibus ipſis, vel Ciuitatibus, q̄ miſere legatos, an verò potius debeātur ipſis, qui legationes

tionis munere functi ſunt. Relata legitur de Conſulibus Mediolanenſibus ad Imperatorem Bizantij. à gloſſa in l. qui proprio, §. procurator, in verbo, munere, ff. de procurator. & in l. ſi verò, §. item quicquid, in verbo, qua ſi, ff. ſoluto matrim. & hæc porrò relatione habita vel ad principem, vel ad eius legatum dirimi conſueuit, vt ſi contemplatione principis vel Reipublicæ maiora, dign ioraque data fuerint, principi cedant. Sin autem legati intuitu familiaritate, vel ſingulari amicitia, legatus ea conſequetur, vt Baldus [u] pluries conſuluiſſe fertur, quem cæteri ſecuti ſunt.

13 Denique vt Coronidem huic Prædicamento imponamus, quandoquidem aſſentientibus Peripateticis, & Plotino affirmante, tempus vt menſura vel metiens, Relationem quoq; reſonat. Pulchra à Curtio [x] proponitur quæſtio, in Senatu Mediolanenſi iam dudum agitata (Titius modios centum tritici Caio dare tenebatur) lapſi ſunt anni viginti, ac pluresi, propter morā debitoris ſoluere nolentis, quæritur de menſura temporis, quo inquam tempore quanti plurimi eum ſoluere oporteat? Quidam inquit magnus Senator dicebat, æſtimationem creſcere, ineundamq; fore quanti plurimi valuerit infra triennium tantum, nec poſſe hanc temporis menſuram præterire, eo quod fructus iure præſumantur triennio conſumi, gloſſa communiter approbata in l. vnica, C. ſi aduerſ. vſucap. [y] ſed contrarium longè verius exiſtimauit Curtius; [y] quando ſcilicet debitor generis, non autem ſpeciei debitor reperitur; genus enim perire nequit, proinde ita metienda veniet æſtimatio, vt quocunq; tempore intra viginti annos triticum plurimi valuerit, tanti debitor ob eius culpam, ſiue moram ſoluere teneatur. [z] Poſtremò, relatione ad alia, coguntur hæredes ſignū Dei, vel alicuius diui argenteum in æde ſacra ponere: ecce quam egregia ſpecies coruſcat in l. Titia teſtamento, §. Seia, de auro & argento legato, cuius hæc ſunt verba: Seia teſtamento ita cauet, ſi mihi per conditionem humanam contigerit, ipſa faciam: ſin autem, ab hæredibus meis fieri volo, iubeoque, ſignū Dei ex libris centum in illa ſacra æde, & in patria ſtatui ſubſcriptione nominis mei; Quæſitum eſt, cum in eo templo non niſi aut aurea, aut argentea tantum ſint dona, hæredes Seiæ vtrum ex auro, non ex argento ſignum ponere compellendi ſint, an æreum? Reſpondi ſecundum ea quæ proponerentur, argenteū ponendum. Ego genera & ſpecies, non autem ſingularia, ego iuris artē ſcribo, quare tu crimine ab vno, diſce omnes.

AD CAP. XXIII.

a Alciat. in d. l. nomen filiorum, §. portiones, de verb. ſignif. Tiraq. in l. ſi vnquam, nu. 8. de reuoc. donat. Alciat. conſ. 86. lib. 5.

b Bald. in l. 1. nu. 3. C. comm. de legat. l. ſeruum filij, §. ſi areæ, de leg. 1. l. fundi, ff. quib. mod. vſufr. amitt. l. ſi fundum ſub conditione, §. qui fundum, de leg. 1.

c D. §. qui fundum, Simeon Pret. contra gloſſ. lib. 4. interpretat. pag. 388.

d Angel. & Paul. Caſtr. in l. certo generi, de ſeruit. ruſtic. præd. Iaſon in l. 1. num. 102. C. de iure emphit.

e L. cum pater, §. menſura, de leg. 2. vbi Bart. Bald. in l. prædia, C. de fideicomm. Corn. conſ. 173. lib. 4.

f Bart. in l. fin. de penu legata, Caſtr. conſil. 106. col. 2. lib. 1. Bald. in Rubr. C. de verbor. ſignificat. num. 3.

g Bart. in l. librorum, §. ſed etſi bibliothecam, de leg. 3. l. quæſitum, §. vlt. ubi gl. & DD. de fundo inſtr. inſtrumentoq; legato, Pariſ. conſ. 80. nu. 24. lib. 2.

h Gloſſ. in l. Lucius, §. collegio, de leg. 3. Iaſon in l. vlt. de conſtit. princip. Marſil. ſing. 251. Crauet. conſ. 275. nu. 5. Ripa reſponſo 2. c. 1. nu. 3.

i Pariſ. conſ. 58. nu. 32. in 3.

K Bald. Angel. & Caſtr. in l. fin. de ſeruit. vrb. præd. Ancharan. conſ. 291. Alex. conſ. 223. libr. 2. & conſil. 54. lib. 3. Dec. conſ. 109. Alexandr. conſi. 95. num. 21. Iaſon in l. fin. de conſtitut. princip. Cœphal. conſ. 144. nu. 18. Abb. in c. Raynut. nu. 4. de teſtam.

l Corn.conſ.38.lib.1.
m l.1.in fine,de fund.inſtr.l.nomen,l.prædijs,de leg.3.c.acceſſorium,de regul.iur.in 6.l.cum prin cipalis,de reg.iur. Roman.Sing.622.Crauet.conſ.149.nu.6.
n L.Seiæ,§.Tyrãnæ,de fundo inſtructo, vbi DD.Cœphal.conſ.3.nu.45.Bero.conſ.51.nu.4.In 2. Burſat.conſ.2.nu.49.Ruin.conſ.71.col.3.lib.2.Roland. à Valle,conſ.32.nu.28.lib.4. Natta conſ.435.nu.18.Gabr.Roman.de verb.ſignific.concl.vlt.
o Bald.in l.vlt.in 5.notab. C.de indict.uẽd.tollenda,hæſitat,non autem reſoluit.Canalcan.in tractatu de uſuſructu.nu.195.Didacus in c.requiſiſti,nu.3.de teſtam. Illuſtr.Card.Mantica de coniect.lib.8.c.15.Tiraq.in l,ſi unquam,nu.104.C.de reuoc.donat. Dec.in c.quoniam Abbas,de off.delegati.Reclamante Alex.conſ.171.uol.2.
p Dec.Didac.& alij,ut ſupra.
q L.hoc legatum,ubi Bart.de leg.3.Dec.in Rubr.C.de nupt.Dec.conſ.115.Bart.in l.diuortio,§. quod in anno,ff.ſoluto matrim.Socin.In l.1.nu.22.C.de ſentent.quæ pro eo quod inter. Bal. in l.fin.C.de indicta uiduir. Lapus allegat.12.nu.1.
Alex.contrarium ſentit,conſ.171.vol.2.
r Felin.in c.innouamus,nu.11.de treu.& pace.
ſ Dec.in c.quoniam Abbas,de offic.delegati.
t Alex.conſ.171.uol.2.
u Bald.conſ.194.in 2.& conſ.378.in 5.
x Curt.in l.uinum,nu.28.& 29.ff.ſi cert.petat.
y Alex.in l.ſi procuratorem,C.de procurat.Bart.in l.uinum,nu.13.& in l.3.§.in has actione,nu. 13.& 15.ff.commod. Bart.in l.ubi autem,de rei uendic.
y Curtius iun.in l.uinum,nu.28.& 29.ff.ſi cert.petat.
z Curt.ut ſupra.

S V M M A R I A.

1 *Legatum relictum uni Eccleſiæ ſi plures in illa Ciuitate Eccleſiæ illius nominis reperiantur,cui relictum cenſeatur? & quæ veniant in ipſo legato.*
2 *Teſtator ſi in loco originis,& in loco habitationis bona poſſideat,in locoq́ originis adſit Statutum quod nemo poſſit vxori aliquid relinquere,& iſte teſtator relinquat ſua vxori bona,quid iuris ſit.*
3 *Res legata ſi in loco lõginquo reperiatur, hæres eam legatario referre tenetur ſuis expenſis;& quid in creditore,& debitore.*
4 *Ius quid ſtatuat in vaſallo,& domino feudi,in emphyteuta,& conductore,ac locatore,an teneantur ire ad ædes domini pro obedientia, vel ſolutione præſtanda.*
5 *Legatum alicui cauſa ſtudiorum eſt ei ſoluendum in loco illo vbi ſtudijs operã datur. Et quid iuris ſit tempore vacantiarum,vide ibid.*
6 *Statuto ſtante Canonicorum alicuius Eccleſiæ cathedralis ne quis amplius in Canonicum recipiatur, niſi de fructibus ſui beneficij ſoluat veſtem valoris centum aureorum: ſi quis fiat Canonicus, & fructus primi anni non ſufficiant ad conficiendam veſtem,an teneatur de fructibus anni ſequentis ſupplere ſummam.*
Et reſolutionem dictæ quæſtionis,vide num.ſeq.
8 *Argumentum à loco ad tempus,& è contra,eſt validum in Iure,& nu.9.& 10.*
9 *Suſpectus de fuga poteſt etiam in Eccleſia capi.*

De loco Legatorum & Fideicommiſſorum.
Cap. XXIIII.

IAM ad loca Legatorum, ac Fideicõmiſſorum accedamus, in quibus ratione loci ac perſonæ plures quidem quæſtiones & ambiguitates vt plurimum reſolui conſueuerunt, vt Pomponius refert in l.penult.in fine, de condit.& demon.
1 † Nam ſi quis legauerit centum eccleſiæ Sancti Franciſci, vt fierent organa ad cantus ac modulationes diuinas apparata,& duæ reperiantur in ea ciuitate Diui Franciſci Sacræ ædes, rectè porrò interpretantur Iuriſprudentes legatum ei cedere eccleſiæ in

qua

qua Teſtator ſæpius Deum Optimum Maximum oratum, Diuinaque Sacramenta animæ acceptum iuerit, [a] Et ſi pauperibus quid reliquerit, nec expreſſerit quibus, erunt legata illa diſtribuenda pauperibus vrbis vel municipij teſtatoris. [b] Quod ſi reliquerit domus, vel mobilia, vel alia quæ habet in Ciuitate, huiuſmodi legatum extendetur etiam ad domos, & ad mobilia, vel ad ea quę habet etiam in ſuburbijs extra Ciuitatem, l.vxorem, §. legauerat, de legat.3. [c] cum diſtinctione Bartoli; Aut lego bona exiſtentia in ciuitate Patauij, aut lego, quæ ſunt in Patauij ciuitate, à qua tamen recedere videtur Baldus, & mobilia intelliguntur, quæ perpetuò manſura ſunt, non autem momētanea, qualia ſunt venalia quæque, vel quæ negociationis ſiue mercaturæ gratia in eo loco poſita fuerunt, vt cito venum exponerentur, vel alio ſic deſtinante domino referentur. [d] Et excipiuntur ab eo pecuniæ indies expendendæ, inſtrumenta ac nomina debitorum, & huiuſmodi multa, quæ nec loco circumſcribi poſſunt, nec ibi diu manſura ſunt. [e] Et legato habitationis vſufructu, data etiam cenſetur locandi facultas, ſecùs autem, ſi legatus fuerit vſus habitationis, nec enim vſuarius alteri locabit, niſi alii ſecum moranti. [f]

2 † Quinetiam mirũ videtur in hoc Pr ędicamento, queadmodũ vnus teſtator duas induat formas vel duplicem hominem, haud ſecùs ac ſi filius eſſet duorũ parentum, quando ſcilicèt in loco originis ſtatuto prohibetur vxori legare, in loco verò habitationis cuius ciuis creatus fuit, liberam tenuit cuique relinquē di facultatem, & vtrobique opulenta poſſideat bona, vt in hac quæſtione Baldo & cæteris prudentibus viſum fuerit, bona ſeparanda fore, vt de his vxori legare, de illis verò minimè potuerit, [g] quod ego ſæpius in grauioribus cauſis conſului.

Vbi verò locorum ſoluenda ſint legata, Caliſtratus luculenter declarat in l. quod legatur, ff. de iudic. Quod legatur inquit, ſi quidem per perſonalem actionem exigatur, ibi dare debet vbi eſt, niſi dolo malo hæredis ſub luctum fuerit, tunc enim ibi dari debet, vbi petitur; Præterea, quod pondere, aut numero, aut menſura continetur, ibi dari debet, vbi petitur, niſi ſi adiectum fuerit, centum modios ex illo horreo, aut vini amphoras ex illo dolio. Sin autem per in rem actionem legatum petetur, etiam ibi peti debet vbi res eſt, & ſi mobilis ſit res, ad exhibendum agi cum hærede poterit, vt exhibeat rem, ſic enim legatario vin-

3 dicari poterit; † Quod ſi res mobilis legata reperiatur in longinquo, hęres ſuis expenſis debet eam ex eo loco referre, & legatario dare, l. cum ſeruus, de leg. 1. vbi gloſſ.[h] qui ſanè hæres quamuis pro re legata, nempè ſpecie, tribus in locis conueniri poſſit, domicilii, maioris partis hęreditatis, & rei legatæ, attamē, condemnari non poterit ad præſtandum, niſi vbi res legata exiſtit. Quamobrē nonnulli Iuris interpretes, hanc firmarunt concluſionem, dicentes, Debitorem loco non expreſſo, non teneri ferre pecuniam, vel rem debitam, vel penſionem domum creditoris, quinimò, creditorem oportere domum debitoris mittere acceptam pecuniam, vel rem [i] vſque adeò, vt nec alimenta teneatur ferre in ædes alendi; Quæ tamen concluſio limitari conſueuit, quoties creditor & debitor eiuſdē fori, vel eiuſdē Iuriſdictionis ſunt, vt propter aliquā reuerentiam vel obſequia congruum videatur debitorem, vt ſoluat domum petere creditoris.

4 † Sic vaſallum renouantem fidelitatem feudi, ſic emphyteutam emphyteuſim, ſic conductorem locationem, ſic partiarium colonum partem domini in ædes domini, ſic libertum operas patrono exhibere decet. Sed in his omnibus maxi-

5 mè erit ſpectanda conſuetudo, † [k] & legata ſtudiorum cauſa in eo loco vel ciuitate gymnaſii ſunt ſoluenda, vbi iuuenis iuriſprudentiæ vel philoſophiæ operā nauat, & in patria ſi vacationis tempore domum reuerſus fuerit. [l] Quinetiam auri pōdo iure fideicommiſſi clariſſimis viris Romanis relictum, Romæ potius

præſtandum eſt quam in prouincia, licèt maior pars totius patrimonii in prouincia ſit,l.ſed etſi ſuſceperit,§.1.ff.de iudic.

6 Ex hac † loci ratione pulchra etiam exoritur quæſtio, quam non me latet variis modis effingi à Iuriſconſultis,ſed ego eam ita propono. Reuerendi Canonici Cathedralis eccleſiæ ſtatuto cauerant, ne quis amplius cooptaretur in eorum ordinem niſi primo anno de fructibus Beneficii ſui veſtem ſoluiſſet pretii aureorum centum. Verum Canonicus recens aggregatus nõ habuit fructus de fundo, vel beneficio ſuo valoris aureorum quinquaginta, nedum centũ,quęritur,an teneatur ex fructibus quoque ſequentis anni ſupplere ad ſummã centum aureorum,necne? Petrus Perticẽſis inter antiquos grauiſſimus autor, quẽ etiam Baldus retulit,exiſtimauit eum non teneri quicquam ſupplere vltra fructus primi anni,nitebatur ſpecie l.nuper,§.vlt.de leg.3. & l.Stichum qui meus erit,de legat.1.Lego Stichum qui meus erit, intelligitur legatũm ſub conditione,ſi meus erit: Sic Titius Canonicus tenetur ſoluere centũ de fructibus illius fundi,intelligitur ſub conditione obligatus,ſi fructus ueluti enaſcẽtur quod ex aretuſa fuerit uel ex fundo,vt in l.1.§.vlt. de cond.& demon. Mouetur ex l.cum certus,de vino trit.& ol.leg.cum certus numerus amphorarum vini legatus eſſet,ex eo quod in fundo Semproniano natum eſſet, & minus natum eſſet, Iulianus reſpondit non amplius deberi placuit, & quaſi taxationis uicem obtinere hæc verba,(quod natum erit)urget etiam ſpecies l.ſi debitor, § vlt.de contrah. empt. ſtipulatio ſic fuit concepta, ſtipulatus ſum pro decem pondo olei, quod natum eſſet,precium inquit conſtitutum eſt, ex eo quod natum eſſet ad decem pondo olei,idcirco ſolis v.collectis non amplius emptor petere poteſt quam v. pondo olei quæ collecta eſſent. ergo nec Canonicus impendere tenebitur niſi pro fructibus collectis.

Econuersò non deſunt alia iura Romana,quæ ueſtem ex fructibus etiam ſequentis,anni ſolutam iri oſtendant , pro qua ſententia tuẽda coruſcat egregia illa ſpecies l.Firmio Helidioro,ff.quando dies legati cedit; Firmio inquit Heliodoro fratri meo dari uolo quinquaginta ex redditu prædiorum meorum futuri anni,poſtea non uideri conditionem additam,ſed tempus ſoluendæ pecunię prolatum uideri reſpondit Papinianus, & fructibus fundi relictæ pecuniæ non perceptis,uel nõ ſufficientibus, ubertatem eſſe neceſſariam ſecundi anni. Ergo ſupplẽdi etiam fructus ſequentis anni. Accedat Vlpiani reſponſum in l.quidã in teſtamento,de legat.1.Quidam in teſtamento Pamphilæ quadringentos dari voluit,à Iuliano aureos tot,in caſtris quos dies habet,tot,& in numerato quos habet,tot,poſt multos annos in eadem voluntate manens deceſſit, cum omnes ſummæ in alios vſus translatę eſſent,reſpondit, veriſſimile eſſe patremfamiliàs demonſtrare potius hæredibus voluiſſe,vnde aureos quadringentos ſine incõmodo rei familiaris detrahere potuerint, quam conditionem fideicommiſſo inieciſſe,& ideò quadringenti Pamphilæ debebuntur; Hoc Paulus etiam ſenſit in l.Lucius,ff.de alimen.& cib.legat. Alimenta libertis legata fuere, cibaria inquam & veſtiaria annua certorũ nummorum; Dein prædia ob eam cauſam fideicommiſſi obligata fuere,nec propterea diminuuntur alimenta,eo quod ex redditu prædiorũ minores eo anno colligantur fructus. Hoc itidem confirmat Paulus ipſe in l.Paulo Calimacho, §.vlt.de leg.3. Iulius Seuerus legauit alumno ſuo quinquaginta, quæ dari voluit à Mauro colono ſuo de fructibus vel pẽſionibus fundi debitis,Iuriſconſultus ait fideicommiſſum nõ poſſe peti à Mauro, ſed ab hæredibus: nam verba illa, præſtari volo à Mauro colono meo de penſionibus fundi quem colit,adiecta fuerunt,vt demonſtraretur potius,vnde hæredes quinquaginta accipere debeant ac ſoluere: quare ſi non ſufficiunt, Seueri hæredes ſupplere debent,ergo & Canonicus, ſi prędiorum ſuorum red-

ditus ſatis non fecerint, fructus ſequentis temporis ſupplere cogetur.
7 Quid ergo in iure nobis erit conſulendum, quidve reſpôdendum, Iuriſprudentes ex legibus hincinde deductis diſtinctionis fœdera collegerunt, & diſtinguentes, rem ita compoſitum iri arbitrati ſunt. Aut locus inquiunt ex fundo poſitus eſt gratia demonſtrationis tantum, vnde ſcilicèt colligêda pecunia, vel fructus, tunc hæres vel debitor ſupplere cogetur; Aut locus ex fundo adiectus fuit taxationis gratia, vt limitaret, taxaretve ex eo fundo ſummam illam, & hoc caſu nil præter fructus primi anni præſtare cogen ius erit; Probantur hæc fœdera legibus ſuperius adductis. Hæc Decius [m] conſuluit, hæc alii teſtantur. At in re dubia, ſi non appareat, an locus ex fundo poſitus fuerit magis demonſtrationis cauſa, quam taxationis, quid nobis inquam candide lector erit agendum? An non rectè reſpondebimus, debitori fauendum? fauorabiliores ſiquidem ſunt ipſi rei.
8 Tum † denique Iuris Interpretes notandum exiſtimarunt, ualere argumentationem à loco ad tempus, & à tempore ad locum; quãdoquidem, hoc vnum comprobare videatur ſuo iuris reſponſo Iulianus, in l. vinum, ff. de rebus credi-
9 tis [l], † unde Iaſon [n] inferebat; Si vera eſt communis illa opinio, debitorem de fuga ſuſpectum poſſe die feſto capi, [o] erit porrò vera etiam hæc, eundem fugæ ſuſpectum, non modo domi ſuæ, verum etiam in æde ſacra Dei, capi poſſe: nitebatur Iaſon fortiſſima ea ratione; Si fas eſt viciari regulas communes Iuris Ciuilis in tempore, fas erit etiam eaſdem uiolari in loco, ſed in tempore violantur, probatur: Sileat inquit horrida uox præconis, neve ſint actus legitimus & moleſtus, fuga ſuſpectus capiatur, l. dies feſtos, ubi gloſ. C. de Ferijs, ergo uitiari de-
10 bent etiam in loco, ergo in domo ſua, ergo in templo Dei poteſt detineri: † quare mirum eſt, quantum in ſolutione huius ſe torqueant Interpretes, cum tamen pateat non ſemper eandem, nec tantam rationem in tempore ineſſe; quanta ineſt loco. Die ſiquidem feſto, licet eſculenta & poculenta uenundari, nunquam tamen in templo Dei. Hinc Matthæi, cap. 21. audiuimus Dominum acclamantẽ & increpantem, Domus mea, domus orationis eſt & uos feciſtis eam ſpeluncam latronum; quod etiam legitur in ca. decet domum Domini, de immunit. Eccleſiar. in 6. Et complexus cõiugalis, ac nuptiæ ipſæ aliquibus diebus feſtis permittuntur, aliquibus uerò interdicũtur, ſunt enim prohibitæ Paſchatis, Natalium Domini, & Quadrageſimæ tẽpore, c. 1. c. Chriſtiani, c. cum oportet, 33. quæſt. 4. & per totum, licet inquam die feſto recreationis ergò, choreas ducere, ac tripudia, & Veneris obſequijs indulgere, ſed nulla unquam Venus in æde ſacra Dei permiſſa legitur, Venerem corporis, non animæ intelligo; Et qui hominem occiderit in templo, ei interdicitur aqua & igni, non qui diebus feſtiuis interfecerit, c. propoſuit, de conſecrat. eccleſ. uel altar. quique ſacrum furatur in eccleſia ſacrilegium utique committit, non tamen qui feſto tempore: non eſt igitur par, nec tanta ratio in utroque: unde Iaſonis corruit argumentum. Quamobrem à tempore, & à loco, à ſuprema inquam cœlorum octaua ſphæra, quæ etſi non in loco, locum tamen continet, ad hæc uſque inferiora loca, etiam Legatorum ac Fideicõmiſſorum primi motoris immobilis numine fauente, hanc loci categoriam duximus.

AD CAP. XXIIII.

a Caſtrenſ. Imola, & Soc. in l. quæ conditio, §. 1. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 213. num. 2. in 6 Anch. conſ. 214. Abb. in cap. 4. de teſtam. vbi Didacus, Corn. conſ. 244. colum. 9. lib. 2. Abb. conſ. 99. part. 2. Afflict. deciſ. 244. Cagnol. in l. ſemper in ſtipulationibus, de reg. iur.
b Bald. in l. id quod pauperibus, quæſt. 14. C. de epiſc. & cleric. Brun. de reb. dub. c. quando locus nõ fuit expreſſ.

c Petr. Pich. de teſtam. coniug. lib. 5. c. 13. Dec. in c. inter cæteras, nu. 7. de reſcript. Vide tamen Bald. in c. Rodulphus, nu. 8. de reſcript. & Felin. in c. 1. Soc. iun. conſ. 98. nu. 21. lib. 1. Bart. in l. vxorem, §. legauerat, de legat. 3. Crau. conſ. 297. nu. 1. Bart. cum ſua diſtinctione in l. 2. de verbor. ſignific. & l. 1. §. cum vrbem, num. 15. de offic. præfect. vrb. Bald. in c. Rodulphus, de reſcript. Card. Mantica de coniect. lib. 9. cap. 3.

d Dec. conſ. 92. Afflict. deciſ. 106. ad l. nam quod liquide, de penu legat. l. qui ſaltum, l. quæſitum, §. vltim. de legat. 3. Bald. conſ. 485. lib. 4. Zabar. conſ. 51. ad finem, Socin. iun. conſil. 98. nu. 24. libro 1.

e Soc. conſ. 101. col. fin. lib. 1. Old. conſ. 219. l. Caius, de legat. 2. l. ſi chorus, §. 1. de leg. 3. Corn. conſi. 149. lib. 3. Ruin. conſ. 175. nu. 8. lib. 3. de pecunia, l. quæſitum, §. 1. & l. ſi mihi, §. vlt. de leg. 3. Oldr. conſ. 163. Alex. conſ. 68. lib. 6. plenè Pariſ. conſ. 80. num. 35. in 2. niſi obſliteriut verba generaliſſima Alexandrin. 61. col. penult. Pariſ. conſil. 66. num. 7. & conſ. 79. nu. 44. lib. 2. Ruin. conſ. 32. lib. 2.

f L. cum antiquitas, C. de vſu & habit. & §. item is qui, in §. ſed etſi cui, de vſu & habit. Caſtrenſ. conſ. 125. lib. 1. Corn. conſ. 305. col. penult. lib. 1. l. 2. l. Cæterum, ff. de uſu & habit. Dec. conſi. 355. nu. 5. Soc. conſ. 281. lib. 2.

g Omnia probantur per Bal. in l. ſi arrogator, nu. 27. de adopt. Soc. conſil. 228. & 292. uol. 2. Corn. conſ. 202. in 2. Brun. Allenſ. ſtatuto quòd ſtantibus maſculis, artic. 8. princip. quæſt. 25. num. 119. & ſeq.

h Gloſſ. & Bart. in l. cum ſeruus, de leg. 1. Alber. in l. quod legatur, de iud. gloſſ. in l. 1. de ann. lega. Simeon Pret. lib. 4. Interpret. pag. 400.

i Alberic. in l. 2. col. ult. C. de iure emphyt. Bart. in l. item illa, ubi gloſſ. de conſtit. pecunia. Bald. in l. accepta, q. 12. C. de uſur. Canon. in c. ſignificante, de pignor. Ange. & Imol. in l. cum filius, §. ult. de uerb. oblig. l. 1. §. Mæuia, §. uxore, de ann. legat. Bart. in l. 1. de alim. legat. l. quòd legatur, de iudic. Congerit Brun. de rebus dub. ca. de obligato loco non expreſſo.

K Gloſſ. ſingularis in d. l. item illa, ubi Bart. de conſtit. pecun. Petr. Vbald. de ſociet. 6. par. quæſt. 14. Bart. in l. ſuo uictu, ff. de oper. libert. Brun. ut ſupra.

l Cephal. conſ. 228. Brun. & Pret. locis citatis.

m Dec. conſ. 324. num. 1. & DD. in Rub. ff. ſi cert. pet. de dictione de, ex. &c.

n Iaſon in l. uinum, ff. ſi cert. pet. nu. 4. & 5. Dec. nu. 7. & 8.

o Gloſſ. in l. dies feſtos, C. de fer. ſi inuenitur, Bart. in l. ait prætor, §. ſi debitorē, nu. 3. ff. de his quæ in fraudem credit. l. plerique, de in ius uoc. l. nemo, de domo, ubi DD. de reg. iur.

S V M M A R I A.

1 *Definitio temporis ſecundum Ariſtotelem quænam.*

2 *Legatum relictum annua, bima, trima die, quomodo intelligatur; Item quomodo dos relicta annua, bima, trima, quadrima interpretetur.*

3 *Legatum annuum eſt præſtandum in initio anni; Et an ſit vnum vel plura, vide ibi, quia latè diſtinguendo proſequitur etiam quando tranſeat ad hæredes.*

4 *Tempus, quando legatis non eſt adiectum pro ſolutione ipſorum facienda, quantum tempus hæredi detur.*

5 *Legatum vini vel frumenti factum à teſtatore ex fundo ſuo, eſt ſoluendum tempore meſſis vel vindemiæ: Et quid iuris ſit, quando non eſt adiectum, ex fundo, vide ibi.*

6 *Ducenta legata ſi fuerint pupillo, vt ſtudijs operam det, ſoluenda ſunt tempore quo fuerit idoneus ad ſtudium; Et quid iuris ſit in legato facto alicui vt Hieruſalem petat, vide ibid.*

7 *Teſtamenti tempus quando ſit attendendum, & quando tempus mortis in Legatis.*

8 *Tempus aditæ hæreditatis in Legatis, quando attendatur.*

9 *Clauſula, Ex nunc prout ex tunc, connectit & trahit tempus præſens ad futurum, & è contra.*

10 *Teſtator ſi leget fundum vxori donec vitam vidualem duxerit, & poſt eius mortem iubeat dari Caio, puta ſi mulier nubat, an Caius petere poſſit fundum ante mortem mulieris.*

11 *Non refert aliquid ex æquipollentibus fieri.*

12 *Conditio neceſſaria ad neceſſariam ſimilem extenditur.*

Dictio

13 *Dictio (Tunc) denotat extremitatem temporis.*
14 *Teſtator in dubio præſumitur minus grauare velle hæredem quam ſit poſſibile.*
15 *Ceſſante cauſa dilationis, ceſſat ipſa dilatio.*
16 *Mens verbis eſt præferenda.*
17 *Teſtator ſi legat alicui annua dona, ſi in Cenobio Diui Franciſci permanſerit, an ſi in aliud tranſeat Monaſterium, debeatur legatum illud.*
18 *Teſtamenta à tempore ſumunt vires.*
19 *In Contractibus prior in tempore potior eſt in iure, vide ibi hanc Regulam egregiè declaratam.*
20 *Emphyteuta & Colonus per annos 30. vel 40. ſoluens penſionem, præſcribit ius colonatus, nec poteſt è fundo expelli.*
21 *Temporis incertitudo viciat omnes actus, ac valdè ambiguas reddit quæſtiones ſorte fortunaque arbitrio decidendas.*
22 *Epilogus ſecundi libri.*

De tempore legatorum, & fideicommiſſorum.
Caput XXV.

1 TEMPVS ipſum definire perdifficile eſt, † Verum Ariſtotele autore tempus eſt menſura motus ſecundum prius, & poſterius, cuius nulla pars conſiſtit niſi inſtans, quare Heraclitus neminem poſſe aiebat ſæpius ingredi eundem fluuium; iam enim tempus, & vndæ effluxerunt. & Eccleſiaſt. c. 3. Omnia tempus habent, & ſuis ſpacijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo, tempus naſcendi, & tempus moriendi, tempus lucrandi, & tempus perdendi; Sed hoc temporis Prædicamentum, quod porrò ambit vniuerſa quæ ſub cœ
2 lo ſunt, continet etiam legata, & fideicommiſſa: † Idcircò ſi legatum fuerit relictum annua, bima, trima die, triginta, dena per ſingulos debentur annos per annum, per biennium, per triennium, vt apud Vlpianum in l. 3. de ann. legat. & aliud eſt ſi pater pro filia dotē promiſit, vt annua, bima, trima, quadrima, quin
3 to anno dos à ſe redderetur, l. aliud eſt, ff. de pact. dotal. † Sic annui legati præſtandi tempus definitum eſt à lege, vt ab initio anni detur, l. 2. l. à nobis, de ann. legat. l. nec ſemel, ff. quando dies lega. ced.[a] quod ſanè annuum legatum, ſi ad annos 10. vel 25. præfixum deſtinatumq; fuerit, pro alimentis, in plura legata conuertitur, tot nēpè quot fuerint anni, & annuatim conditionalia ſunt, prout annuum legatum eſt; Si verò non pro alimentis debeatur, vnum profectò erit legatum diuiſum in præſtationes annuas, ita, vt legatarius interim præmonitus tranſmittat legatum ad hæredes præſtandum pro tempore præfixo, vt habetur in l. cum præfinitione, ff. quando dies legat. ced.[b] Relictumq; ſub conditione, ſi Titius ante annos 25. deceſſerit, interpretantur ante viceſimum quintum annum inchoatum; vnde annus cœptus non habetur pro completo.[c]
4 † Quod ſi quis plura reliquerit legata, pluraq; dari, & fieri iuſſerit, nec tempus vllum adiecerit, interdum ius ciuile præfinit tempora: nam vbi Iudex hæredem admonuerit, vt præſtet legata, & in omnibus exequatur teſtamentum, ſtatim ius ipſum anni ſpatium elargitur ad ſoluenda legata, & quæq; teſtantis præcepta obſeruanda, Auth. Hoc amplius, C. de fideicommiſſ.[d] Et ſi quis legauerit puellæ centum ſub conditione ſi nupſerit, conceſſa eſt dilatio ſpaciumve trium annorum, vt impleatur conditio, poſtea quam pubes facta fuerit, l. 2. §. ad filiorum, C. quando, & quib. quarta pars lib. 10.[e]
5 † Tempus quoq; ex natura rei indulgetur ad præſtationem legatorum: hoc modo. Vt ſi quis Titio modios duos tritici ex ſuis prædijs, vel amphoras decē

vini

vini ex ſuis vineis legauerit, triticum meſſis, vinum verò vindemiæ tempore hæres dare cogetur,[f] l.Firmio,§.pater,ff.quando dies lega.ced.at ſi ille ſimpliciter legaſſet modios tritici duos,& amphoras vini decẽ,nec adieciſſet de fundo,vel de vineis ſuis,tunc, vt legatum annuum,deberetur in principio anni, vt
6 Iuriſconſulti exiſtimarunt.[g] † Idemq; iuris eſſe dicendum eſt,ſi pupillo. ducẽta relicta fuerint, vt Iuriſprudentię vel philoſophiæ ſtudere, & enixè operam nauare poſſet, neq; enim debebitur huiuſcemodi legatum, niſi cum pupillus factus fuerit idoneus ad hæc ſcientiarum genera,ſtudeo & vigilijs capeſcenda, l.nec ſemel,§.ſi in habitationem, ff.quan.dies leg.ced. quemadmodum itidem legatum terram ſanctam, & admirabile ſepulchrum Chriſti viſendi gratia relictum,non debebitur,niſi eo tempore quo Romano Pontifice annuente,gẽtes iter hoc piè ac religioſè facere conſueuerunt;[h]

7 Præterea animaduertendum eſt,quædam tempore teſtamenti, quædam verò à die mortis teſtatoris cõſiderari oportere:quid enim ſi teſtator dixerit,veſtem meam lego, non ne ſpectandum tempus teſtamenti ? vel ſi quid legauerit filijs Titij, vel cognatis ſuis, nonne intelligẽtur qui nati, vel concepti fuerint tempore teſtamenti,& non poſtea? Vtiq; quidem,vt apud Interpretes in l.ſi cognatis,de rebus dub. Et in illis verbis teſtamenti;ſi quis filiorum,vel nepotum meorum deceſſerit,probatum iri neceſſe eſt,eum qui deceſſit,fuiſſe nepotem teſtatoris tempore teſtamenti,l.ſi ita,& l. vlt.de auro,& arg.legato, idẽque in valore monetæ teſtamento relictæ,& in omnibus alijs mobilibus.[k]

Econuerſo in legato fundo inſtructo,in legato vniuerſali,puta dotis,& ſimilium,quo ad amplitudinem legati,inſpicitur tempus mortis, non autem teſtatoris,idem in quantitate gregis vel armenti,l.penult.de fundo inſtructo,l.Mæuio,§.à me, de legat.2.[l] Sic ſufficit legatarium fore capacem tempore mortis teſtatoris,l.non intelligitur,§.quando autem,ff.de iure fiſci,l.cum ita,§.in fidei comm.de leg.2.[m] vocati etiam nomine collectiuo,agnati,cognati,familia,optãdi,intelligendive ſunt hi, qui tempore mortis teſtatoris erant agnati, cognati, vel de familia, l.ſi cognatis,de reb.dub.l.cum ita, §.in fideicom.de leg.2.[n] in re tamen dubia magis eſt vt tempus teſtamenti ſequamur.[o]

8 † Dies quoq; aditæ hæreditatis ſpectandus erit,vt ab eo incipiat fluere tempus,ſi quid hæres legatarijs, vel legatarij hæredi dare tenebuntur, idemq; in reliquis ſimilibus, l.3.§.ſi quis hæredi, de ſtat.lib.l.ſi in diem, de condit.& demonſtr.[p] Quando autem legatum legatario acquiratur, diximus abundè in ſuperioribus,ſictè.n.à morte teſtatoris,l.à Titio,ff.de furtis, verè autem ab adi-
9 ta hæreditate.† Clauſula etiam(ex nunc prout ex tunc)trahit tempus præſens in futurum,& futurum ad præſens, vt eius verba indicant, vt Simeon Pret. in hoc ordine temporis conceſſit.[q]

10 Sed enim & hanc vtilem quæſtionem addere liceat,Teſtator fundũ legauit vxori donec vitam vidualem duxerit, & poſt eius mortem iuſſit fundum dari Caio; mulier nupſit,quæritur, an ante mortem eius poſſit Caius conſequi fundum ? Communis Iuriſconſultorum relata eſt opinio à Decio,[r] Caium ſtatim poſſe fundum petere, nec dum expectata morte,quæ ſanè opinio à Paulo Caſtrenſe probatur ?[ſ]

Primo,quamuis enim teſtator dixerit Caio dare poſt mortem vxoris,mens tamen eius fuit, vt eum primum fundus deſijſſet eſſe mulieres, ipſi legatario cederet.Vtrum potuit deſinere eſſe mulieris tam per ſecundas nuptias,quam per mortem eius,quemadmodum in caſu l.ſi mater,C.de inſtitut.& ſubſt.potuerunt filij ſui iuris fieri,tam deportatione & morte patris, quam emancipatione, putauerat ſiquidem teſtator mulierem legato honoratam minimè nupturam;

Secun-

Secundo confirmatur ab Alexandro, [t] Teſtator non credidit vxorem amplius nupturam, quare de hoc caſu non eſt locutus, ad eum tamen extenditur diſpoſitio ex mente teſtantis, vt in l.mulier, ff.ad S.C.Trebell. mater non cogitauerat filios propter diuortium à patre emancipari; de tali igitur caſu non diſpoſuit, ſed eos hæredes inſtituit, cum ſui iuris poſt mortem patris facti fuiſſent; nihilominus manumiſſi à patre, confeſtim hæreditatem conſecuti ſunt,
11 neq; enim refert ex æquipollentibus quicquam fieri; d.l.mulier, & l.ob æs tantum, C.de præd.mino.ſine decret.iud.non alien.

Tertiò. Neceſſe eſt fundum cedere debere, vel hæredibus ab inteſtato, vel proprijs, vel vxori, vel ſubſtituto: ſed hæredibus non debetur, quia vxorem, & ſubſtitutos eis prætulit. non vxoris quoniam vidualem amplius vitam non viuit, ergo ſubſtituto debetur, per l.fundus detracto vſufructu, ff.ſi vſusfructus petatur, & l.ſi quis cum, in fine, de condit.& demonſtr. addo fieri extenſionem
12 de caſu ad caſum, l.vlt.C.de lib.præter. † & conditionem neceſſariam extendi ad neceſſariam ſimilem, [u] verum finitur viduitas neceſſariò tam per nuptias, quam per mortem, ergo, &c.

Sed contra communem egregiè reluctatur Romanus, cuius argumenta referuntur à Decio.[x]

Primo per l.vxori vſufructu, 2. de vſufructu legato; Teſtator legauit vſumfructum vxori per quinquennium poſt mortem ſuam, & expleto quinquenio vſumfructum cedere iuſſit libertis ſuis, vxor perijt ante quinquennium, attamen non poſſunt liberti niſi expleto quinquennio capere vſumfructum, ergo, &c.

13 At reſpondet Baldus, ibi adeſſe verba, tunc expleto quinquennio, † in quib. dictio (tunc) denotat extremitatem temporis; quod etiam ſentit Decius. Secundo reſpondet Aretinus, quod ibi tempus eſt limitatum, hic indefinitum, quæ reſponſio non ſatisfacit Decio, ſed mihi placet, ſi ita declaretur, quod ibi tempus eſt limitatiuum poteſtatis vt de vſufructu expleto quinquénio, ergo excluſionem potentiæ inducit vtendi vſufructu ante illud tempus. [z]

14 † Secundo, Teſtator in dubio præſumitur minus velle grauare hæredem quam ſit poſſibile, l.vnum ex familia, §.ſi rem, de legat.2.ergo legatum ante mortem, debet manere apud hæredem; Sed occurrit Decius, quod hic non verſamur in re dubia, ſed clara, nam teſtator prætulit vxorem, & ſubſtitutum hæredi, argumento l.ſi quis cum, in fine, de condit.& demonſtr.magis enim legatarium, quam hæredem haberi voluit.

Tertiò probatur, ex l.fideicommiſſa, §.ſi cui igitur, ff.de leg.3. nam filij teſtatoris emancipati & ſubſtituti ſub conditione, ſi ſui iuris fuerint, poſt mortem patris, non poſſunt ſuccedere niſi mortuo patre, vt hic poſt mortem vxoris iuſſit fundum dari Caio, ergo Caius non conſequetur legatum niſi mortua vxore.

At reſpondetur, teſtatorem fuiſſe extraneum, & odio habuiſſe patrẽ, & proinde inſtituit filios poſt mortem patris, ne quid perueniret ad patrem, ibi ergo enixa apparet voluntas teſtatoris poſt mortem, hic verò contraria conijcitur, quia non putauit vxorem iterum nupturam.

Quartò ex l.cum hæres, §. ſeruire Titio, ff.de ſtat.lib. Seruus iuſſus per annũ ſeruire Titio, & poſtea liber eſſe, obeunte Titio ante annum, non poteſt libertatem acquirere niſi elapſo anno.

Decius[a] in ſolutione laborat, tandem ait conditionem ibi fuiſſe poteſtatiuã, hic verò caſualem, quæ ſolutio mihi non placet, quare ego reſpondeo vnà cũ Iuriſconſulto in d.§.ſeruire Titio, in illis verbis, non poteſt eſſe liber, niſi expleto anno, quoniam videtur non tantum ſub conditione, ſed etiam ex tempore

data libertas,ſunt leges,verba clara,& aperta,ergo certa apparebat voluntas.

Quintò confirmatur per l.in illa ſtipulatione, de verb.oblig.in ſtipulatione, quæ habuerit diem & conditionem, deficiente conditione expectatur dies, at hic dies & tempus patet poſt mortē ſcilicèt vxoris,ergò à verbis & mente clariſſima non erit recedendum,l.non aliter,de legat.3.

Verum quoniam Decius iam obmutuit,ego ita reſpondeo, quod hic conijcitur voluntas contraria teſtatoris,qui non putauit vxorem legato honoratam ob vitam vidualem,non putauit inquam eam nupturā, & ideo huius caſus nullam fecit mentionem; Sed nihil refert,an quid ex æquipollēti fiat,& ne quadetur extenſio,l.commodiſſimè,de lib.& poſth.c.ſuſceptum,de reſcript.in 6.

Quamuis itaque Decius extollat opinionem Romani tanquam veriorem; Ego tamen communem magis amplectendam exiſtimauerim, tum rationibus
15 prædictis, † tum, quia ceſſante viduitate,& ſic cauſa dilationis,debet etiā ceſſare ipſa dilatio, l.à filia, §.alumna, ff.ad S.C.Trebell. Et quoniam hæredi fuerunt prælati vxor & ſubſtitutus,ergo, excluſa vxore, fundus debetur ſubſtitu-
16 to,l.ſi quis eum,de condit. & demon. † cum potiſſimum verbis mens ſit præferenda,l.vlt.C.de poſth.hæred.inſtit.l.in conditionibus, de condit.& demon. Sic inter Germanos non paruæ autoritatis Sichardus [b] ſemper ſpectandam admonebat voluntatem teſtantis,vt ſciamus,an idem ſit conditionem impleri,
17 per æquipollens, & rem egregio illuſtrabat exemplo. † Teſtator legauit annua dēna Titio, ſi,vel donec permāſerit in cœnobio monachorum Diui Franciſci. Verum Titius ab eo in alterum monaſteriū receſſit,quæritur,an huic debeantur annua dēna,porrò vnum alteri cœnobium quo ad religionem æquipollet;Verumenimuerò ſpectanda eſt mens teſtantis, an ſecundum eam idem ſit per alterum monaſterium æquipollens fieri: nam ſi in templo Diui Franciſci teſtator maiorum ſuorum habebat monumenta, ſtatuas, & alia ſtemmata, & ibi Sacramenta ſumebat,ac diuinas orationes audiebat, inde teſtantis mens confeſtim colligi poteſt,quod non erat aliàs relicturus,ſi in alio manſiſſet monaſterio,vt in l.2.in fine,de donat.& in l.ſi pater,C.de hæred.inſtit.

Satis etiam omnibus compertum eſt,teſtamētum à tempore ſumere uires, vt vltimum priori præferatur;ambulatoria eſt enim hominum voluntas vſque ad vitæ ſupremum exitum,l.quod ſi iterum,in fine,de ann.legat.& nihil eſt, quod magis hominibus debeatur, quàm vt eius voluntatis liber ſit ſtylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium,l.1.C.de ſacroſ.eccleſ. In contractibus verò locus eſt Regulæ,Qui prior in tempore, potior in iure,dummodo termini pares fuerint;nam ſi primus emptor ſolum emptionis titulum obtineret,non autem rem,ſecundus verò & titulum,& rem poſſideret,vtique ſecundus duplici vinculo munitus priori anteponendus eſſet,l.quoties, C.de rei vendicat. in pignore autem ſi non dominus eandem rem diuerſis temporibus pignori dederit prior potior eſt, at ſi à diuerſis non dominis duo pignus acceperint,nō qui prior,ſed qui poſſeſſor erit,meliorem conditionem habebit, l. ſi non dominus, ff.qui potior.in pign.hab. An quia,vt Angelus ibidem ingenioſè declarat ordo temporis,vt quis ſit prior cōſideratur in pluribus ſeruitutibus, habentibus cauſam ab eodem,non autem à diuerſis:quare,cum in duabus pignorationib. factis à non dominis deficiat ordo temporis,par erit cauſa vtriuſque accipientis;ergo poſſeſſor potior erit,l.in pari cauſa,ff.de reg.iur.

Ex hoc inquam temporis ordine,vſucapiones & præſcriptiones emanarūt,
20 quibus iura & actiones perſonales includuntur & finiuntur,† vſq; adeò,vt colonus etiam,ne dum emphytheuta,qui per annos 30.vel 40. vniformem ſoluerit penſionem Domino.præſcribat ius colonatus,vt ſaltem è fundo non poſſit deiici vel expelli per celebrem Imperatoris ſanctionem, in l.iubemus, C.de fund.

fund.patrimon.lib.11. quod poſtea inuentum Baldo, & Angelo fratribus potiſſimum aſcribitur, vt apud eoſdem legere eſt in l.male agitur, de præſcrip.30. vel 40.ann. & cap.conſtitutus, vbi gloſſ.in verbo, iuxta ratam, de religioſ.domib.[c]

21 Demum hoc prætereundum minimè eſt, Temporis incertitudinem omnes vitiare actus, tam ambiguas & terribiles reddere quæſtiones, vt mens humana in eis recto progredi iudicio non poſſit, quid enim agendum in quæſtiōne regni, vel maioratus, ſi vter eorum primogenitus ignoret? quid ſi duo ad brauiũ tendentes ſimul eodemq; temporis momento metum attigerint, vel ſimul haſtam aquilarem è manu hoſtium ſigniferi arripuerint? quid ſi fratres ambo è ſecto ventre materno pariter in lucem prodierint? in his & ſimilibus, quæ à [d] Tiraquello, Felino, & reliquis pertractantur, leges maluerunt, vt locus detur ſortibus, quæſtionem decedendam fortunæ arbitrio delegare & committere, l.vlt. C.comm.de legat.l.1. C.vti poſſ.vbi glo.l. in tribus iudic.l.ſed cum ambo, ff.de iud.& l.ſi quæ ſunt, ff.famil.hercif.quæ vera putantur, dummodò non agatur de alterius præiudicio, l. huiuſmodi, §.vlt.de leg.1.& §.ſin autem ipſi tutores, vbi gloſſa, de ſatiſd.tutor.& dummodo in ſortibus dolus nō incidat, qui omnia pōt in iure ciuili labefactate; Sic Darius fraudulo ſo primarij equi hinnitus auſpicio, auctore Iuſtino, ſibi Perſarum Regnum iniuſtè vendicauit, ſic Miſſeniorum Regnum ſortibus, ex hydria aquæ plena vtra prior exhibuiſſet, iniquius vni Alciato etiam parergon, c.22.referente delectum delarumq; fuit.

Verum quoniam aliqua & potiora quidem ad hæc prædicamenta pertinentia, ego quoque retuli, ac examinaui in libro ſecundo de via & ratione iuris, c.4.5.& 6. vt diutius in his immorari inane, ac ſuperuacaneum fore videatur, animum & oculos ad tempus etiam conuertere decreui, vidiq; ab eo vſucapiones, & præſcriptiones generatas, quibus in Iuriſprudentia omnia iura nobis acquiruntur ac extinguuntur, De quibus luculēter in poſterioribus aptius, ac rectiùs in capite de executione teſtamenti, & legatorum agendum exiſtimaui. Vidi inſuper omnia iura momentanea, temporalia, ac perpetua, ab eodē continuo manare, vtpotè, cum tempus ipſum ambiat omnia quæ in vniuerſo ſunt cœlo, & mundo.

22 † Et hactenus in hoc ſecundo libro perſonas declaraui, quæ teſtari, legare, & fideicommittere poſſunt, & quibus, item, à quibus legare fas eſt, & vtrum ab vno magis, quam ab altero, & vni potius, quam alteri, & quibuſnam, & quo vſq; tandem, cum ordine ſuccedendi per ſtirpes, vel per capita, ſimul ne, an verò ſucceſſiuè, per vulgarem ne tantum, an verò per vulgarem, & fideicommiſſariam, cum gradu extenſiuo, & intenſiuo, cum Prædicamentis deniq; legatorum, nempè, Subſtantia, Quantitate, Qualitate, Relatione, Loco, atq; Tēpore, quare timens ne tam parua Cymba mea in tam vaſto iuris Oceano, tot fluctibus, ac procellis agitata, naufragium faciat, ſi vlterius progredi nunc auſus fuerim, eandem glorioſo Deo fauente iam iam in portum appuli, & his Legatorum, ac Fideicommiſſorum Categoriis metam hic ſtatui, atq; firmaui.

AD CAP. XXV.

a Et notatur in l.qui concubinam, §.vxori, de leg.3. Socin.conſ.11.col. fin.lib.1. Papienſis in forma libelli pro legat.ſingul.gloſſ.magna, nu.104. Caſtr.conſ.16.lib.2. Crauet.conſ.119. Natta conſ.223. Iaſon conſ.95.nu.2.lib.1.

b Bart.in l.ſi cum præfinitione, ff.quando dies leg.ced. Grat.conſ.81.nu.21.& ſeq. & conſ.82. & 150.lib.2.

c Corn.conſ.213.lib.1.Dec.conſ.593.

d Cyn.Bart.& alij, in d. Auth. Hoc amplius, C.de fideicomm. Angel.conſ.64.Caſtr.conſil.292.

Gozad.conſ.34.Pariſ.conſ.19.nu.200.lib.2.Crauet.conſ.59.nu.7.& 193.nu.4. Tiraq. in l.ſi vnquam, ver.reuertatur,nu.268.C.de reuoc.donatio.

e Tobi.Peruſ.conſ.25.nu.5.Gab.Eugub.conſ.131.nu.6.Bart. & Io. Plat.in l.2.§.at filiorum, C. quando & quib.quar.pars.

f Bart.in l.ſi legatarius,§.1. de leg.3. & in l.ſi cui legatur, de leg.1.Bald.in l.1.num.5.C.quando dies leg.ced.Roman.Sing.384.Alberic.in l.quæſitum,§.prædia,de leg.3.

g Bart.conſ.216.

h Bart.in l.Lucius,§.1.de leg.2.Imola in l.quibus dieb.§.Termilius, vbi et Socin.de condit.& demonſtrat.Alberic.in l.nec ſemel,§.ſi in habitationem,ff.quand.dies leg.ced.

i Omnia probantur in l.vxori,§.1.l.vxorem,§.teſtamento,de leg.3. Bart.in l.vlt. de auro & arg. legat.Socin.in l.quæ conditio,§ fin.nu.5.de condit. & demonſtrat.l.ſi ita legatur, de auro & arg.leg.Alex.conſ.170.nu.3.lib.5.Bart.in l.ſi cognatus,col.vlt.de rebus dub. Corn.conſ.131. prope finem,lib.3.Socin.in d.l.ſi cognatis,nu.29.Caſtrenſ.conſ.132.lib.1. Alex.conſ.59. nu. 7.& conſ.171.nu.1.in 6.Corn.conſ.14.lib.1.Socin.iun.conſ.99.lib.3.

K Oldrad.conſ.31.& 156.Roman.Sing.513.Pinell.in Rubr.de reſcind.vendit. par.1.c.3. nu 25. Gabriel Roman.de ſolut.concluſ.4.Menoch.conſ.97.nu.28.Bart.Abb.Bald.& alij,in l.ſi ſeruus legatus,§.qui quinque,de leg.1.Cœphal.conſ.530.

l Bald.in l.fin. nu.59.C.de hæred.inſtit. Bart.in l.cum pater, §.pater filiæ,de leg.2.l.Mæuio, §.à me,de leg.2.Crot.conſ.14.nu.39.Dilect.de arte teſt.tit.6.de legat.Caut.10.

m Bart.Caſtr.& Imola,in l.non oportet,de leg.2.& in l.cum ita,§.in fideicom. de legat.2. Caſtr. conſ.301.lib.2.Bero.conſ.103.nu.6 lib.2.

n Gloſſ.Bart.& Socin.in l.cum ita, §.in fideicommiſſo,de leg.2. & in l.ſi cognatis, de rebus dub. Menoch.d.conſ.97.nu.139.Dilect.vt ſupra.

o Bald.conſ.485.in fine,lib.4.

p Bart.Bald.Caſtr.Imola,& Soc.in l.ſi in diem,de condit. & demonſtr. Bart.in l.vlt.§.1.nu.2. C. de iure deliber.Caſtr.conſ.292.lib.2. Alex.conſ.36.nu.9.in 4.Bald.in l.1.nu.49. C.de his quæ pœnæ nom.Corn.conſ.262.lib.1.

q Bald.in Auth.Contra rogatus,in princip.C.ad Trebel.Bart.l.ſi ita ſtipulatus,in princip.de verbor.obligat.

r A Decio & alijs,in l.ſi mater,C.de inſtit.& ſubſtit.

ſ Paul.Caſtr.in d.l.ſi mater.

t Alex.ibidem,nu.2.

u Bart.& omnes,in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,de liber.& poſthum.

x Roman.relatus à Decio ibidem.

z Simile Salic.in l.ſi pacto,nu.39.& 40.C.de pact.

a Decius in d.l.ſi mater.

b Sichardus in d.l.ſi mater.

c Et Berous deciſ.14.per totam.Iaſon in l.2.nu.155.& nu.160.C.de iure emphyt.Deci. cõſ.246. nu.2.Pariſ.conſ.77.nu.17.in 1.adde legem Venetã 1451.12.Decemb.quę optimè correſpõdet l.iubemus, C.de fund.patrimonial.lib.10.

d Tiraquell.de primogenit.quæſt.17.per totam.Felin.in c.Capitulum,de reſcript.

Finis Libri Secundi.

CAPITA QVAE IN HOC TERTIO LIBRO CONTINENTVR.

DE iure accreſcendi, & alijs varijs modis, quibus dominia rerum nobis acquiruntur. Cap. 1.

De accedentibus ac differentijs Iuris accreſcendi, & non decreſcendi. Cap. 2.

Vtrum ius accreſcendi proueniat à Lege, an à mente teſtatoris. Cap. 3.

Qua ratione introductum fuerit ius accreſcendi, & de intellectu l. vnica, C. quando non pet. part. Cap. 4.

De nomine hæredis, deq́; eius varia ſignificatione. Cap. 5.

Num portio quæ deficit accreſcat emptori, vel venditori. Cap. 6.

Num in contractibus, numque in legitima locum habeat ius accreſcendi. Cap. 7.

De iure tranſmittendi, & de Suitate. Cap. 8.

An exhæredatio tollat Suitatem. Cap. 9.

An filia excluſa à Statuto, ſit amplius ſua, & alie quæſtiones. Cap. 10.

De qualitatibus Legatorum, & Fideicommiſſorum, & an conditio debeat in forma ſpecifica adimpleri. Cap. 11.

De conditionibus diſiunctiuis & coniunctiuis, & de Statuto, ne mater filijs inteſtatis ſuccedat. Cap. 12.

De tacita conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. Cap. 13.

De expreſſa conditione ſi ſine liberis. Cap. 14.

An neceſſe ſit filium non modo naſci viuum, verum etiam diu viuere, vt ſuccedere poſſit. Cap. 15.

An ſufficiat vel minimo temporis momento conditionem adimpleri. Cap. 16.

De partu legitimo eiuſq; tempore. Cap. 17.

An cruentatum linteolum ex primo concubito, ſit certum ac ſufficiens indicium defloratæ virginitatis. Cap. 18.

An filij poſiti in conditione, ſi ſine liberis, cenſeantur vocati à teſtatore. Caput 19.

Vtrum in conditione, ſi ſine liberis, contineantur naturales tantum. Cap. 20.

An filij legitimati contineantur in conditione, (Si ſine liberis) & excludant ſubſtitutum. Cap. 21.

De Principis poteſtate ordinaria & abſoluta, & an legitimatus excludat ſubſtitutum non citatum. Cap. 22.

Num in conditione, (ſi ſine liberis) contineantur adoptiui, ac monaſteria; & an conditio, (ſi deceſſerit) verificetur in morte ciuili. Cap. 23.

An, ſi pater legauerit filiæ millenos aureos coronatos ſi nupſerit, & quingentos tantū, ſi monachauerit, & ipſa monacha facta fuerit, an inquam ſibi debeātur milleni aurei. Cap. 24.

Pater filio legauit quingentos, ſi Religionem Diui Franciſci lignipedis ingrederetur, filius ingreſſus ante profeſſionem receſſit à monaſterio; quæritur an poſſit conſequi legatum. Cap. 25.

EPITOMES LEGATORVM ET FIDEICOMMISSORVM METHODO AC RATIONE DIGESTÆ.

LIBER TERTIVS:

SVMMARIA.

1 Iuris accreſcendi deſcriptio.
2 Modi quibus omnia rerum dominia acquirantur. Et
Quibus modis directa linea, num. 3. Et
Quomodo obliqua, num. 4. Et
Quomodo reflexa ibid. num. ſeq.
6 Tranſmiſsione quomodo nobis acquiratur. Et
Quomodo per ſucceſsorium edictum. ibid. num. ſeq.
8 Differentia quænam ſit inter edictum ſucceſſorium & tranſmiſsionem.
9 Iure accreſcendi quomodo ſuccedatur. Et
Quomodo iure non decreſcendi, ibid. num. ſeq. Et
Quomodo per tranſlationem à Lege factam, ibid. nu. 11. Et
Quomodo iure Conſolidationis, ibid. num. 12.
13 Ius accreſcendi, & ius non decreſcendi differunt ob varias coniunctiones.
14 Coniuncti à Lege qui dicantur.
15 Coniunctio hominis quænam ſit.
Coniunctio item realis quæ, ibid. num. ſeq.
Quæ item verbalis, ibid. num. 17.
Quæ verò mixta, ibid. num. ſeq.
19 Commixtio re, & verbis, coniunctorum quomodo fiat cum his, qui re tantum coniunguntur.
Quomodo item commixtio fiat re coniunctorum & verbis coniunctorum, ibid. num. 20. Et
Quomodo fiat commixtio coniunctorum verbis tantum, & re, ac verbis coniunctorum, num. 21. Et
Quomodo commixtio triplicis generis coniunctorum, ibid. num. 22.

De

De iure accreſcendi, & alijs varijs modis, quibus dominia rerum nobis acquiruntur. Caput Primum.

SVPEREST iam poſt declaratas perſonas, quibus,& à quibus legari,fideique committi poteſt, & poſt decem legatorum Prædicamenta,vt ad alia propria eorundem accidentia explicanda transeamus, nempè,ad ius accreſcendi,iuſque tranſmittendi, & legatorum fideicommiſſorum,& hęreditatis conditiones;Par eſt igitur, vt de iure accreſcendi tractaturi, illud prius ita deſcribamus.

1 † Ius accreſcendi eſt ius accumulans portiones deficientium,vel non petentium,portionibus petentium,propter coniunctionem eorũ acceptantium,vel acceptantis contractum,vt Ripa,[a] & nouiſſimi quoque Bo-

2 nonienſes cenſerunt;† Icircò animaduertendum eſt,hęreditates,bonorũ poſſeſſiones,& legatorum,ac rerum omnium dominia, nobis per hos varios modos,& per varia iura deuolui & acquiri. Primum per ius inſtitutionis,ac ſubſtitutionis;ſecundo,per ius tranſmiſſionis;tertio,per legis trãslationem; quarto, per ſucceſſorium edictum;quinto,per ius accreſcendi,& ius non decreſcendi; ſexto, per ius conſolidandi; Quæ ſumma Capita iam à me declarabuntur.

3 † Quare propono duas eſſe lineas iuris,vel modos quibus per hæc Capita hęc nobis acquiruntur,vna eſt linea directa,quando hæres manu,& autoritate propria capit rem ſibi relictam à teſtatore,& hoc obſeruatur in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus directis,vulgari,pupillari,exemplari,& compendioſa has cõtinente,probatur in tit.Inſtit.de fideicommiſſ.hæred. & in l.in primis igitur, §.

4 ſed quia,& l.reſtituta,ff.ad S.C.Trebell.† Alia verò eſt linea obliqua,quã do quis capit de manu hæredis,talis eſt ſubſtitutio fideicommiſſaria, ſic legatarius,& fideicommiſſarius ab hærede capiunt,d.l.reſtituta, & l.1.ad leg.Falcid.

5 Alia eſt † linea reflexa, quæ etiam obliqua dici poteſt, qua quicquid acquirit filius,vel ſeruus,reflectitur ſtatim in patrem, vel dominum, non ex iudicio teſtatoris,ſed ex legis diſpoſitione,l. placet,de acquir.hęred.l.acquiritur, de acq. rer.domin.& §.item nobis,per quas perſonas nobis acquiritur,l.& Proculo,de leg.2.& ſucceſſio quæ fit per lineam rectam,duplex eſt, vna ex teſtamento,altera ab inteſtato,l.lege obuenire,de verbor.ſignif.[& hæc inteſtata ad nos non pertinet.

Quæ verò per lineam obliquam nobis parantur,per defectum, vel per repudiationem alicuius,duobus modis accidunt, vel per expreſſam teſtatoris volũtatem,vt per ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ſiue obliquã, vel per delationem quæ fit à lege vnius defectu vel repudiatione,non quidem directè,ſed vno ex illis modis,nempè,per legis tranſmiſſionem ex linea reflexa, quando hæreditas,vel bonorum poſſeſſio delata filio vel ſeruo,acquiritur patri vel domino,l.1.C.qui admitti,l.1.§.per ſeruum,de ſucceſſ.edic. Item per tranſmiſſionẽ, per ſucceſſorium edictum,per ius accreſcendi,per ius non decreſcendi,per cõſolidationem,& per tranſlationem à lege factam:quæ quidem omnia, quoniã valde utilia ſunt,& maximum lumen ſubiectę materiæ afferunt, diligẽter à nobis declarari debent.

6 Per † tranſmiſſionem igitur nobis acquiritur,vt ſi mihi fuerit à lege,vel à teſtatore delata hæreditas,& dum cogitarem de adeunda hæreditate, perierim, nam,ſi quæratur,ad quos deuoluatur hæreditas, hæc nondum adita, an ad hæredes teſtatoris venientes ab inteſtato, an ad meos hæredes ? dicendum utiq; eſt, hæreditatem transferri ad meos hæredes, quod trifariam contingit: quia

hære-

hæreditas non adita tribus modis tranſmittitur; Primo, iure ſuitatis ad ſuos hæredes, & etiam extraneos, l. apud hoſtes, C. de legit. lib. Secundo, iure ſanguinis inter aſcendentes, & deſcendentes, vt in l. 1. C. de his qui ante apert. tab. Tertio, iure deliberandi, ut in l. cum antiquioribus, C. de iure deliber. tranſmittique poteſt ius deliberandi infra annum, non poſt annum.

7 Per † ſucceſſorium edictum quæritur nobis, quando in locum vnius repudiantis, vel tempore excluſi, alter ſuccedit, quæ ſucceſſio fit triplici modo; vel de linea ad lineam, vel de capite ad capita, vel de linea ad lineam per capita; lineas intelligo parallellas, vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde vir & vxor, ecce, de linea ad lineam fit, quando de linea liberorum hæreditas deuoluitur ad lineam agnatorum, vel cognatorum, de capite ad caput, per eandem lineam, quando à perſona filij defertur ad agnatos, & à nepotibus ad pronepotes, & deinceps, ſemper in eadem linea; De linea ad lineam per capita, vel per idem caput, quando filius cui delata fuit, excluſus tempore à ſucceſſione vnde liberi, tentat ſuccedere vnde agnati, & inde vnde cognati; de linea ad lineam per idem caput ipſius filii, ipſemet ſibiipſi ſuccedere dicitur ab Vlpiano, in l.

8 1. §. ſed videndum, de ſucceſ. edic. & in §. largius; differtq; † ſucceſſorium edictum à tranſmiſſione, qui enim tranſmittit, habet ius in re, & poteſtatem adeūdi, l. ſi auia, l. ſi ignoranti, C. de iure deliber. ſed ille cui ſuccediturper ſucceſſorium edictum, non habet ius aliquod, imò eſt excluſus à iure ſuo, vel per repudiationem, vel per ſpatium temporis dierum centum, vel anni vtilis, l. 1. ff. de ſucceſſ. edicto.

9 Tertia † eſt ſucceſſio iuris accreſcendi, quæ exiſtimatur introducta, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, l. ius noſtrum, de reg. iur. quod contingit, quando pluribus hæredibus inſtitutis, alter repudiat, vndè, illa portio debet accreſcere æqualiter aliis portionibus, vt in l. triplici, de verb. ſignif. & l. re coniuncti, de legat. 3. quare, ſi pluribus eadē res fuerit legata, vno excluſo, vel repudiante, eius portio aliorum portionibus accreſcet.

10 Altera † eſt ſucceſſio iuris non decreſcendi, quando hæreditas filiorum pluribus in ſolidum eſt acquiſita, quoties enim bona non ſunt ſeparata, nec partes diuiſæ, ſed omnia inuicem confuſa, toties altero repudiante, eius portio non dícitur alteri accreſcere, ſed potius non decreſcere, quando quidem nulla vnquam fit diuiſio, l. planè, §. ſi coniunctim, de leg. 1. & l. 1. §. ſi verò, & §. ſin autē omnes, C. de cad. tollend. nam, ſi plures ſunt domini in ſolidum, portio non dicetur accreſcere, ſed potius non decreſcere; qui termini magiſtrales quibus Interpretes vtuntur, videntur exhauriri poſſe à l. Titio Seio, cum l. ſequēti, ff. ad l. Aquiliam, & ius hoc non decreſcendi intelligūt eſſe ius retinendi totam rem ſibi, & aliis unitim relictam, ob repudiationem, vel defectum ſocij acceptanti datum.

11 Per † tranſlationem a lege factam ſatis patent omnia ut ſupra diximus, quādo per ſeruum domino, vel per filium patri acquiritur, l. 1. C. qui admitti, l. 1.

12 §. per ſeruum, de ſucceſſor. edic. & † huc veniunt potius ex diſpoſitione legis, quam ex iudicio teſtatoris, l. qui liberis, §. hæc uerba, de vulgari & pupillari.

Per ius deniq; conſolidationis nobis acquiritur, quando iura utilia conſolidantur cum directis, & uſusfructus cum proprietate, quod ius conſolidationis uidetur potentius iure accreſcendi, l. ſi extraneo, ff. de uſufructu, l. mulieri,

13 de condit. & demonſtr. uerum quoniam hoc non pertinet ad nos, † animum conuertimus ad ius accreſcendi, & non decreſcendi, & dicemus utrumq; differre, & uarium eſſe ob uarias coniunctiones, ſine quibus coniunctionibus non poteſt dari ius accreſcendi.

14 Coniunctio † igitur duplex eſt, una legis altera hominis coniuncti, à lege dicuntur,

cuntur, quando plures uocati ſunt nomine collectiuo, puta lego deſcendentibus meis, agnatis meis, familiæ meæ, l. cum ita, §. in fideicommiſſ. de legat. 2. l. Gallus, §. inſtitutus, de liberis, & poſthumis, & hæc coniunctio legalis duplex eſt: vna, quando plures ſunt vocati nomine collectiuo, vt ſuprà, altera, quando ex perſona vnius reflectitur lucrum ad plures, vt putà, ad plures dominos vnius ſerui, l. & Proculo, de legat. 2. l. 1. §. idem ait, de vſufructu accreſc.

15 Altera † eſt coniunctio hominis, & hæc eſt triplex, l. triplici, de verb. ſignif. vna realis, qua re coniuncti dicuntur, altera verbalis, qua verbis coniuncti appellantur, tertia eſt mixta, qua re, & verbis ſunt coniuncti.

16 Realis † eſt, quando eadem res pluribus legatur, non tamen vna oratione, veluti, Fundum Titio lego, eundem fundum Caio lego.

17 Verbalis † eſt, quando plures ad eandem rem diuerſis tamen partibus eadem oratione coniunguntur, vt Fundum meũ Titio, & Sempronio lego æquis partibus, hi re ſunt diſiuncti, ſed verbis coniuncti.

18 Mixta † coniunctio ex vtraq; , verbali ſcilicèt & reali perficitur, quando teſtator plures in eadem re & perſona coniunctim honorauit, veluti, Titio, & Sẽpronio fundum lego; uel ſic, fundum Titio, & eundem fundum Sempronio lego. Hæc mixta dicitur: quoniam participat de vtraque, reali, & uerbali; Et hæc omnia exempla aliaq; ſimilia poſſunt colligi a l. triplici, de uerb. ſignif. & à l. re coniuncti, de legat. 3. poſſuntque hæc genera coniunctionum inuicem cõmiſceri, ueluti.

19 Commiſtio † re & uerbis coniunctorum cum his qui re tantum coniunguntur; Titio, & Seio fundum Mæuianum lego, Sempronio Mæuianũ lego; Titius, & Seius hæredes ſunto, Sempronius hæres eſto. Ecce in parte Titij Seius præfertur Sempronio, quia re uerbis coniunctus eſt.

Aliud exemplum eiuſdem commiſtionis, Titio & Seio Mæuianum lego, Caio Mæuianum lego, Sempronio Mæuianum lego. Titius & Seius hæredes ſunto, Caius hæres eſto, Sempronius hæres eſto. En, in parte Caij non præfertur Sempronius cęteris, qui re coniunctus eſt, ſed par eſt omnium cauſa, quia ij pariter re coniuncti ſunt.

20 Commiſtio † re coniunctorum, & uerbis coniunctorum. Titio fundum Mæuianum lego, Seio & Sempronio Mæuianum lego æquis partibus, Titius hæres eſto. Seius & Sempronius hæredes ſunto æquis partibus, deficiente Seio, Sempronius Titio præfertur, quia uerbis coniunctus potior eſt re coniũcto.

Aliud exemplum eiuſdem commiſtionis, Titio & Seio Mæuianum lego, Caio & Sempronio Mæuianum lego æquis partibus, Titius & Seius hæredes ſũto, Caius & Sempronius hæredes ſunto æquis partibus, deficiente Caio, Sempronius cæteris præfertur, quia coniunctus eſt uerbis Caio, cæteri re tantum ei coniuncti ſunt, quamuis inter ſe coniuncti ſint re & uerbis.

21 Commixtio † coniunctorum uerbis tantum, & re ac uerbis coniunctorum, Titio & Seio Mæuianum lego æquis partibus, quam partem legaui Titio eam Caio lego, Titius & Seius hæredes ſunto æquis partibus, ex qua Titium hæredem feci, ex eadem Caium hæredem facio, hic deficiente Titio, pars eius accreſcit Caio, qui re & verbis ei coniunctus eſt, non autem Seio, qui verbis tantum ei coniungitur.

Commixtio triplicis generis coniunctorum; Titio & Seio Mæuianum lego æquis partibus, quam partem legaui Titio, eandem Caio lego, Sempronio fundum Mæuianum lego, Titius & Seius hæredes ſunto æquis portionibus, ex qua parte Titium inſtitui, ex eadem Caium inſtituo, Sempronius hęres eſto. Ecce, Titio Seius eſt coniunctus uerbis tantum, Sempronius re tantum, Caius re & uerbis, ergo Titio deficiente, portio eius uni Caio accreſcet.

AD CAP. I.

a Ripa in l.re coniunđi.nu.3.de legat.3.Bologn.in Rubr.C.quando non petent.part.nu.25.

SVMMARIA.

1 Iuri accreſcendi vt locus ſit, quæ neceſſario requirantur. & nu.3.6.& 8.
2 Portio acquiſita tranſmittitur, nec poteſt amplius accreſcere, quod limitatur quadrupliciter.
4 Ius accreſcendi nullum erit nulla ſi adfuerit coniunctio.
5 Ius non decreſcendi inter diſiunctos locum habet.
7 Ius coniunctionis ex diuerſis teſtamentis non contingit.
9 Ius accreſcendi in quibus caſibus ceſſet. & nu.12.
10 Fundamentum iuris accreſcendi eſt coniunctio ipſa.
11 Paganus non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.
13 Differentia nonnulla inter ius accreſcendi, & ius non decreſcendi. & num.15. 17. & 19.
14 Re coniunctus ſolidum habet, verbis autem coniunctus partes obtinet expreſſas à teſtatore.
16 Re coniunctus capit iure proprio, verbis autem coniunctus iure alieno.
18 Portio ſi deficit coniuncti verbis, re coniunctus non capit, ſed verbis tantum coniunctus remiſſiuè.
20 Ius ſubſtituendi ſuperat ius accreſcendi, quod probatur nu.23. & limitatur ibidem & nu.26. & 28.
21 Ius tranſmiſſionis, ſuperat ius accreſcendi, & nu.25. vbi latè diſcutitur.
22 Ius accreſcendi vincit ſucceſſorium edictum, vel venientes ex eo. & nu.31.
24 Expreſſum regulariter ſuperat tacitum.
27 Portio non accreſcit niſi penitus deficiat.
29 Caſus fortuiti hæredi nocere non debent.
30 Ratio quare fiat tranſmiſſio iuris deliberandi intra annum, & non poſt annum.

De accidentibus, ac differentijs iuris accreſcendi & non decreſcendi, ac de viribus iuris ſubſtituendi, accreſcendi, tranſmittendi, & ſucceſſorij edicti. Caput II.

DIFFINITIONEM iuris accreſcendi, & uarios modos, quibus rerum dominia nobis acquiruntur, pateſecimus; verùm, quoniam accidentia magnam partem conferunt ad diffinitionem ipſam, nobis ſunt diligenter inueſtigandę propriæ differentiæ iuris accreſcendi, & non decreſcendi, & uires iuris ſubſtituendi, tranſmittendi, accreſcendi, ac ſucceſ-
1 ſorij edicti. Quare † ut locus ſit iuris accreſcendi, hæc neceſſario interuenire opus eſt.

2 Primò, † quod portio non ſit acquiſita, quia tunc tranſmitteretur, & non poſſet amplius accreſcere, l.1.C.quando non petent.part. & Inſtitut. eodem, §. penultimo, l.1.§.interdum, de uſufruct.accreſc. & l.ſi minor, de acquirend.hæredit.[a]

Limi-

Limitatur primo in vſufructu, in quo portio acquiſita accreſcit, ſi poſtea deficiat, l. 1. §. interdum, de vſufruc. accreſc.

Secundo in aſſignandis libertis, l. verum, de aſſign. libert. nam filio emancipato aſſignandus eſt vſusfructus, & vſusfructus quotidie conſtituitur, quotidie legatur.

Tertiò, in caſu l. ſi minor, ff. de acq. hæred. ob reſtitutionem in integrum.

Quartò, quando ius accreſcendi habet vnionem cum ſubſtitutione, vt in l. qui patri, ff. de acquiren. hæred.[b] & requiritur quod deficiat in totum, non autem per exceptionem, & in parte l. ſi duo patroni, vbi gloſſa, (iuraſſet,) ff. de iureiurand.

4 Secundo † loco principali requiritur, quod adſit coniunctio aliqua, vel vera,
5 vel ficta, qualis fingitur in hæreditate, † nam ſi nulla adeſt coniunctio, nullum erit ius accreſcendi, l. 1. de vſufruc. accreſ. l. & Proculo, de lega. 2. l. 1. §. idem ait, de vſufruc. accreſc. probatur etiam à contrario ſenſu, in l. 1. §. vbi autem legata rij, C. de cad. toll. ſecus in hæreditate, l. 1. §. his ita, C. de cad. toll. quare Decius[c] aiebat inter diſiunctos habere locum ius nou decreſcendi, declarando & probando ex l. 1. §. vbi autem, & §. ſin autem, C. de caduc. tollend.

6 Tertiò, † oportet eum cui portio deficit, eſſe de illis qui faciunt partē, quando non admittuntur ad partem, l. huiuſmodi, §. Titio, de legat. 1. l. 1. §. idem air, de vſufruc. accreſc.

Quartò, opus eſt, eum qui vult concurrere, ſuam habere portionem iure cō muni, non autem ſpeciali, l. mulieri & Titio, de cond. & demonſt.[d]

Quintò, quod ſuccedatur eodem iure, non autem diuerſo, l. ſed cum patrono, ff. de bonor. poſſeſſ.[e]

Sextò, quod ſuccedatur ex eodem teſtamento, non ex diuerſis tabulis diuer
7 ſorum teſtantium, l. ſi ſub conditione, in fine, † ex diuerſis enim teſtamentis ius coniunctionis non contingit.[f]

8 Septimò, † quod hoc ius accreſcendi non ſit prohibitum in caſibus quibus prohiberi poteſt.

Octauò, quod non ſit diſpoſitio militum, l. ſi duobus, de milit. teſtam.

Nonò, quod plures vocentur ad ſucceſſionem, vel legatum ſimul, ſecus autèm ſi vocarentur ordine ſucceſſorio, neque enim daretur concurſus, neque vnio, ſed vnuiſquiſque obtineret quod ad ſe ſpectaret, vel per ſubſtitutionem, vel per ſucceſſorium edictum, l. 1. de ſucceſſ. edicto, & §. ſed ſi filius, de hæred. inſtit.

9 Ceſſat † igitur ius accreſcendi in legatis, quæ non ſunt iterabilia, qualia ſunt alimenta [h] ipſa.

Præterea, deficit, quando adeſt ſubſtitutus, l. 2. §. ſi duo, de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabu. l. penult. de iniuſt. rupt. & irrit. teſt. & §. vlt. de hæred. inſtit.[i]

Item, quandò locus eſt trauſmiſſioni, l. 1. C. de his qui ante apert. tabul.[k] l. apud hoſtes, C. de ſuis & legit. lib.

10 Deinde, ceſſat etiam in diſiunctis: † nam fundamentum iuris accreſcendi eſt coniunctio ipſa, l. 1. de vſufruc. accreſc. l. & Proculo, de legat. 2. vna excepta hæ
11 reditate pagani, † qui non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, l. ius noſtrum, de regul. iur. l. 1. §. his ita, C. de caduc. tollen. l. ſi duobus, de milit. teſtam.[l]

12 Poſtremò, † in his qui non admittuntur ad partem, l. huiuſmodi, §. ſi Titio, l. idem, §. ſi coniuncti, ff. de leg. 1. & hæc accidentia impediunt ne iure accreſcendi ſit locus.

13 Sunt etiam † differentiæ nonnullæ valde vtiles iuris accreſcendi, & non decreſcendi, quarum

Prima eſt,quod ius accreſcendi viget in verbis tantum coniunctis, ius verò
14 non decreſcendi,in re & verbis.ratio eſt:† quia re coniunctus,ſolidum hẽt, ver
bis autem coniunctus,partes obtinet expreſſas à teſtatore,l.triplici, de verb.ſi-
gnif.l.re coniuncti,de leg.3.& quod ita ſint coniuncti,probant aliqui ex l.1.§.
vbi autem,& §.ſin autem,C.de caduc.toll.& l.ſi mihi & tibi,de leg.1.

15 Secunda† eſt,quod portio iuris accreſcendi debetur cum onere verbis con
iunctorum,ſed portio iuris non decreſcendi,debetur re coniunctis, vel re con-
16 iunctorum ſine onere,vt nonnulli exiſtimarũt,rationem eam reddentes:† quia
re coniunctus capit iure proprio,iure inquam ſuo,l.ſi mihi & tibi,de leg.1.ſed
17 verbis coniunctus capit iure alieno, propter partes expreſſas à teſtatore, † er-
gò,ius accreſcendi prouenit à iure alieno,quod non accidit iuri non decreſcen
di,cum re coniunctus concurrit tantum cum re coniuncto,& putant re cõiun-
ctum capere portionem re coniuncti deficientem ſimul cum verbis coniũctis,
& capere cum onere hæreditatis, d.§.his ita, & re coniunctum capere portio-
18 nem re coniuncti ſine onere,d.§.vbi autem,& §.his ita, C.de caduc.tollen.† at
ſi deficit portio coniuncti verbis,re coniunctus non capit, ſed verbis tantũ con
iunctus,quemadmodum in varijs exemplis in pręcedẽti Capite declarauimus;
Verùm enimuerò,non tã facilè hæc omnia recipienda ſunt,ſed arbitror prius
eſſe diligenter,ac maturè venanda ac examinanda ſenſa Iuſtiniani in l.vnica,C.
de caduc.tollen.& perpendenda in quanam coniunctione,& commixtione po
ſita fuerint à Iuſtiniano.

19 Tertia † eſt, quod inuitis hæredibus creſcit portio hæreditatis, non tamen
inuitis legatarijs,l.qui rem duobus,§.1.de acquir.hæred.l.vnica,§.his ita, C.de
caduc.toll.ratio eſt in hæreditate,ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus, l.ius noſtrum, de regul.iur. quæ ratio ceſſat in legatis, d.l.qui
ex duabus.

Quarta,re tantum cõiuncti,diſiuncti dicuntur à Iuſtiniano, verbis verò coniuncti,appellantur in vnum corpus coniuncti,l.vnica,C.de cad.tollen.ratio eſt: quia re coniunctus eſt ſolum re copulatus,quæ coniunctio rei eſt cæteris communis,verbis autem coniunctus,eſt coniunctus re & verbis; verbis,patet: quia vna oratione pura & expreſſa:re,quia ad eandẽ rem vocati ſunt,ita,vt vno non adeunte,alter totam partem, imò totum capiat aſſem, prout re coniunctus ſolidum capit,dummodò cæteri non concurrant. Præterea,in verbis coniunctis habetur expreſſa mens & cõiunctio teſtatoris,quare verbis coniunctus eſt magis coniunctus, quàm ſit re coniunctus, re coniunctus qui ſolidum tenet, iure proprio, non decreſcendi capit, verbis coniunctus, iure alieno partem verbis coniuncti; Verum hæc ſummo ſtudio conferẽda ſunt ad ſenſa iuris,& ingenioſè perpendenda, an agantur in vno genere tantum mixtionis, an verò de duplici & triplici,quemadmodum exemplis abundè in capite præcedenti declarauimus.

Quinta,portio iuris accreſcendi accreſcit portioni, non autem perſonæ, vt alluuio fundo,l. Titio vſusfructus, in fine, ff.de vſufruc.vſusfructus tamen perſonæ accreſcit,vt ſuprà diximus.

Poſtremò, vires eorum iurium ſubſtituendi, tranſmittendi, accreſcendi, & ſucceſſorij edicti,declaranda nobis offeruntur: iccircò has trinas ante omnia propoſitiones ſtatuemus,ac proponemus:[n] quarum

20 Prima† eſt;Ius ſubſtituendi ſuperat ius accreſcendi,ergo ſubſtitutus excludit venientem iure accreſcendi.

21 Secunda;† Ius tranſmiſſionis ſuperat ius accreſcendi.

22 Tertia;† Ius accreſcendi vincit ſucceſſorium edictum,vel venientes ex eo.

Ex his propoſitionibus cognoſcemus,num alterum ſit potentius altero,ita,

vt vni magis quàm alteri debeatur hæreditas,bonorum poſſeſſio, legatum, vel fideicommiſſum.

23 Primum † itaque aio, quod ius ſubſtitutionis vincit ius accreſcendi; probatur exemplo:Teſtator Titium & Mæuium fratres hæredes inſtituit,vel eis cõiunctim reliquit fundum,ſed Mæuio ſubſtituit Caium,quæritur,Mæuio repudiante,an eius portio deuoluatur ad Caium ſubſtitutum, & ſic iure ſubſtitutionis,an verò potius ad Titium coniunctum iure accreſcendi? & communiter ferunt,ius ſubſtitutionis vincere ius accreſcendi, proinde Caium admittendum excluſo Titio:probant,& forti ratione; quod ſubſtitutus veniat ex iudicio ex-

24 preſſo teſtatoris,coniunctus verò ex tacito, † ſed expreſſum regulariter ſuperat tacitum,l.vlt.C.de pact.l.filio,§.filio,de vulgar.& pupill. & l.cum quid,ff.ſi

25 cert.pet.† Vel quod ſubſtitutio ſit principalis diſpoſitio de illa portione,ius verò accreſcendi inducatur ex quadam diſpoſitione conſequenti pro conſeruatione vnionis,quamplures ſimul vocãdo feciſſe videtur ipſe teſtator,& ita ſubſtitutus excludit venientem ex iure accreſcendi, quemadmodum probatur in l.2.§.ſi duo,de bon.poſſeſſ.ſec.tabul.

Excipitur tamen caſus, quo ius accreſcendi copulatum reperiatur cum iure ſubſtituẽdi:nam cum huiuſmodi ſubſtitutus excludit ſimpliciter ſubſtitutum, ſpecies eſt in l.cohæredi,§.qui diſcretas,ff.de vulgar.& pupill.Hanc dimidiam Tuſculani Orientem verſus Titio & Mæuio legaui, & alteram dimidiam Sempronio,deinde ſubiunxi,omnes hæredes Mæuio inuicem ſubſtituo, in portione Mæuij ſuccedet Titius coniunctus & ſubſtitutus, & propelletur Sempronius,& ſubſtitutus tantum.

26 Secundò † dico, ius trãnſmiſſionis vincere ius accreſcendi; En,teſtator Titio & Mæuio fundum legauit, vel Titium & Mæuium hæredes inſtituit, Mæuius ante aditam hæreditatem deceſſit,quæſtionis eſt,an delata hæreditas Mæuio ad filios hæredes ſuos iure ſuitatis tranſmittatur; an verò potius accreſcat Titio re coniuncto;& concludunt Iuriſconſulti, ius tranſmiſſionis vincere ius accreſcendi,ergo debetur ſuis hæredibus,non autem Titio,l.1.C.de his qui ante apert.tabul.

Ratio,qua tranſmiſſio fit iure ſui hæredis,ea eſt,quia hæredi manenti eſt ius quæſitum ratione ſuitatis,& dicitur tranſmiſſio iuris quęſiti,vt colligunt DD. ex l.emancipata,C.qui admitti; Quare cum ea portio non deficiat, non poteſt

27 alteri portioni accreſcere,per regulam portio† non accreſcit niſi penitus deficiat,l.ſi ex pluribus, de ſuis & legitim.l.1.de ſucceſſ.edict.l.apud hoſtes, C.de ſuis & legit.lib.l.in ſuis,de lib.& poſth.hęc autem non poteſt penitus deficere, quia ſunt hæredes ſui & neceſſarij,§.1.de hæred.qualit.& differ.

28 Ratio† verò tranſmiſſionis quæ fit iure ſanguinis,de qua in l.vnica,C.de his qui ante apert.tab.potuit eſſe affectio,& votum parentum, qui æqualiter diligunt nepotes ac pronepotes , ac ipſos filios:nam filijs non exiſtentibus, nepotes ſemper ac pronepotes vocantur,§.cum filius, de hæredib.quæ ab inteſt. deferun.quæ ſanè tranſmiſſio,vt locum ſibi vindicet iure ſanguinis,neceſſariò exigit illum,qui tranſmittit,& eum,cui tranſmittitur,eſſe de liberis:quod Azoni & alijs ſummoperè placuit.

29 Ratio † itidem tranſmiſſionis,quæ fit iure deliberandi,ea eſt, quod caſus fortuiti non debent nocere hæredi, nec ei poteſt negligentia non adeundi imputari,quicunque ille fuerit,vel ſuus,vel ſanguinis,vel extraneus; quare tantiſper dum tempus deliberandi faciendiq; inuentarij viget,hæres quodammodo hæreditatem ſaltem reuocabiliter dicetur acceptare,ita, vt non dicatur portio de-

30 ficere in totum fictione legis,† & proinde fit tranſmiſſio iuris deliberandi intra annum,non poſt annum, quia portio non deficit ob mortẽ tranſmittentis,

qui

qui intra annum deliberandi vita deceſſit. Ius itaque ſuitatis & ſanguinis vendicat ſibi locum in ſuis hæredibus,& in his qui ſunt, deliberat,in remotioribus autem,& in extraneis viget po tius ius accreſcendi.

31 Tertio † pono,quod ius accreſcendi ſuperat ſucceſſorium edictum. Exemplum ; Teſtator extraneus Titium & Mæuium fratres hæredes inſtituit æquis portionibus,ſed Mæuio vt iure ſucceſſorij edicti ſuccedat, vocatur filius, Mæuius repudiauit,vel tempore fuit excluſus à bonorum poſſeſſione, quæritur,eius portio an accreſcat coniuncto Titio iure accreſcendi,an verò potius debeatur filio Mæuij per ſucceſſorium edictum, quo ſemper vocantur gradu & ſanguine proximiores?& communi ſentẽtia conficiunt & firmant,quod ius accreſcendi vincit ſucceſſorium edictum,ergo portio debetur Titio, nõ autem filio Mæuij. Ratio eſt:quoniam ratio quę introduxit ius accreſcendi, fuit illa eadem quæ voluit excludere ſucceſſorium edictum : nam ſi duos fratres vel extraneos coniunxerim,vt in eis ius accreſcendi locum ſibi vendicet, propter illam coniunctionem,porrò,ſimul excluſi alios venientes ex ſucceſſorio edicto, ergò Titius admittitur,& filius Mæuius expellitur,l. 1.de ſucceſſ.edict.l.triplici, de verbor.ſignif.l.re coniuncti,de legat. 3.

AD CAP. II.

a Dec.in Rubr.C.qnando non pet.part.nu.6.Bart.in l.re coniuncti,nu.49.de legat.3.
b Bart.in d.l.re coniuncti,num.49.
c Dec.in Rubr.C.quando non pet.par.num.5.
d Dec.ibidem,num.11.ſecus in iure non decreſcendi, Bart.in l.re coniuncti, verſ.tertio eſt conſiderandum,de leg.3.
e Dec.ibidem,num.14.
f Dec.num.14.vt ſupra.
g Ripa in d.l.re coniuncti,num.82.de legat.3.
h Ripa in d.l.re coniuncti,nu.141.de legat.3.
i Dec.in l.in teſtamento,C.de impub.& al.ſubſt.& in d.Rubr.num.8.
K Dec.d.Rubr.num.9.
l Bart.in d.l re coniuncti,in 4.princip.quæſt.de legat.3.Dec.vt ſupra.
n Dec.Bolognet.& omnes,in dicta Rubric.& l.1.C.quando non peten.part. has tractant propoſitinnes.
o Azo in Summa, & gloſ.in l.vnica,in verbo in libertis,C.de his,qui ante apert.tabul.

SVMMARIA.

1 Ius accreſcendi an proueniat à lege an verò potius à mente teſtatoris. & nu.3.5.7. & 9.cum ſeqq.
2 Inſtitutionis iure quiſquam ex maiori parte hæres factus ſit, an quod per legem alteram partem alicuius vendicet,nihil intereſt.
4 Legis diſpoſitione poteſt fieri aliquid mihi proprium.
6 Ius accreſcendi dupliciter à teſtatore prouenire poteſt.
8 Hæres ex aliqua parte ſimul exiſtens,is deficientium partes etiam inuitus accipit.
10 Portio cohæredis deficiens accreſcit filio cohæredis ſine onere præſtandi legati.
11 Teſtantis à voluntate non emanare dicitur quod nobis prouenit inuitis.
12 Argumentum à ſecundũ quid ad ſimpliciter ſe habere,non cõcludit vniuerſaliter.
13 Ius accreſcendi prouenit ex præſumptione extenſiua & fictitia,& quomodo hoc intelligatur.
14 Iuri accreſcendi vt locus ſit requiritur probatio voluntatis defuncti, & quando hoc procedat.
15 Miles poteſt pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus decedere.

16 Ius accreſcendi ſi prouenit ex tacita voluntate defuncti, dabitur probatio contra eius voluntatem, ſecùs ſi proueniat à lege.

17 Probatio non datur contra præſumptiones iuris & de iure.

18 Ius accreſcendi ſi prouenit à Lege, debet fieri interpretatio ſecundum legem; ſi verò à teſtatore, fieri debet interpretatio ſecundum eius mentem.

19 Naturales filij ex mente teſtantis vocati cenſentur.

20 Differentia inter ius accreſcendi ex legis diſpoſitione, & ex mente teſtatoris circa feudum.

21 Statuto ſtante quod exiſtentibus maſculis fœminæ à ſucceſſione ab inteſtato excludantur, ſi vnus maſculus repudiauit hæreditatem, an portio accreſcat cæteris maſculis excluſa ſorore, an etiam ipſi ſorori; Et quid ſi ſtatutum remittat fœminas ad tertiam vel quartam partem. nu. 22.

23 { Limitata cauſa limitatum producit effectum. Ciuitas poteſt ſibi ius condere ibidem. }

24 Reſolutio prædictæ Quæſtionis de qua ſupra nu. 1. ab auctore amplexa.

25 Succeſſiones teſtamentariæ à lege etiam proueniunt.

26 Ius accreſcendi habet etiam locum inter omninò diſiunctos.

Vtrum ius acceſcendi proueniat à Lege, an verò à mente teſtatoris. Caput III.

1 QVAESTIONIS † eſt apud Iuriſconſultos, nec ſine vtilitate, ius accreſcendi proueniat ne à Lege, an verò potius à mente teſtatoris? Quod itaque à mente teſtatoris emaneat, nonnulli his argumentis probare conantur.

2 Primò, † ex l. ſi in teſtamento, ff. de vulg. & pupill. per illa verba; neque intereſſe iure inſtitutionis quiſq; ex maiori parte hæres factus eſſet, an quod per legem alteram partẽ alicuius vendicaſſet, per legem interpretantur, per ius accreſcendi, quod prouenit à lege; Alii † verò ita inducunt, quod prius ex tacita mente teſtatoris colligatur ius accreſcendi, lege tamen etiam ſuggerente, ergo prius à mente teſtatoris, qui voluit adhærere legis nam imputat in portiones hæreditarias.
3

Sed poſſet quiſpiam retorquendo reſpondere: verbum illud, per legem, ſignificare ius accreſcendi prouenire à Lege, nõ à teſtatore, & in ea ſpecie adeſt ſubſtitutio expreſſa.

Secundò, probatur per l. ſi mihi & tibi, de leg. 1. Si mihi & tibi res eadem legata fuerit, te mortuo, tua portio mihi accreſcet, ſed quia dum cederet dies legati tu perijſti me hærede inſtituto, ego inquit poſſum vel vti legatarius, vel vti hæres, totam rem conſequi, vt ipſe maluerim, ergo iure proprio, non autem à
4 Lege conſequor. Cui † inductioni occurrit Purpuratus, ex Legis diſpoſitione poſſe fieri quid mihi proprium, & multa nobis propria, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, commercia, & contractus inſtituti, l. ex hoc iure gentium, de iuſt. & iure, & ibi agitur magis de iure non decreſcendi, quàm de iure inquit accreſcendi.

5 Tertiò, † per l. qui liberis, §. hæc verba, de vulga. & pupill. quam coniungunt cum d. l. ſi in teſtamento, & ingenioſè ita inducunt; Si quod nobis ex iure accreſcendi debetur, non proueniret ex mente teſtatoris, certè non imputaretur in hæreditaria portione, ad conſequendam pinguiorem partem deficientium, quando ſubſtitutio his verbis fuerit concepta; Quiſquis mihi hæres erit, ſi ille ex hæredibus meis non adierit hæreditatem, hæres eſto, vt in l. qui liberis, §.

hæc verba,de vulg.& pupill.ſed conſequens eſt falſum, vt in d.l.ſi in teſtamento,nam ibi ſubſtitutus per hæc verba: Quiſquis mihi hæres erit,ſi is hæres non erit,hæres eſto,ſuccedit pro hæreditarijs portionibus, & in ſua portione imputatur quod habet iure accreſcendi, ſed ille ſuccedit ex iudicio & voluntate teſtatoris,d.§.hæc verba,ergo & ius accreſcendi,ex mente teſtatoris,& huiuſmodi inductioni nititur maximè Cagnolus [a] qui eam extollit & magni facit.

Cui ſanè argumentationi deductæ à deſtructione conſequentis,hoc modo; Ius accreſcendi non prouenit à teſtatore, ergo non poterit imputari in portio-
6 nes hæreditarias,conſequens falſum.Reſpondetur,antecedens † (ſi ius accreſcendi non prouenit à teſtatore) poſſe intelligi dupliciter, vel quod non proueniat principaliter à teſtatore,& in hoc ſenſu negatur antecedens. vel quod nõ emanet ſecundariò à teſtatore,& principaliter à lege, quo caſu admittitur antecedẽs,ſed propterea nulla infertur neceſſaria concluſio, quamuis enim fateamur,ſi accreſcendi ius non deſcendit cõſecutiuè à teſtatore,non poterit in portiones hæreditarias imputari,non propterea ſequitur,quin id à lege principaliter promanet.

7 Quartò,† per l.Titio,& Mæuio,§.idem Iulianus,de leg.2.Alter ex legitimis hæredibus repudiauit portionem,iam eſſet ab eo fideicommiſſum relictum,hęc portio inquit ſine onere deuoluitur ad cohæredem, ſine onere fideicommiſſi; ſed poſt Reſcriptum Seueri,fideicommiſſa ab inſtitutis relicta, debentur à ſubſtitutis,proinde hic cohæres quaſi ſubſtitutus inquit, portionem cum ſuo onere conſequitur,ſi quaſi ſubſtitutus,ergo ex mente teſtatoris.

Sed retorquetur, dum ait poſt Reſcriptum, ideſt per Reſcriptum,ergò per legem,ergo non per teſtatorem. Præterea,loquitur reſpectu oneris,non reſpectu iuris vniuerſalis,& vtitur dictione (Quaſi) non ergò verè ſubſtitutus.

Quintò per l.cohæredes,§.qui diſcretas,de vulg.& pupil.qui diſcretas portiones fecit hæreditatis, nonnullos coniunxit, alios diſiunctos inſtituit, deinde omnes inuicem ſubſtituit, primo loco inquit, ad portionem coniuncti cæteri coniuncti vocantur,quibus coniunctis non agnoſcentibus, reliqui diſiuncti admittuntur,ergò ex reciproca ſubſtitutione,ergo ex mente teſtatoris.

Verùm,hoc argumentum de ſubſtitutione loquitur, nos verò de iure accreſcendi ſeparato ab expreſſa ſubſtitutione diſputamus.

Sextò per l.ſeruus communis,ab extraneo, & l.qui ex duobus,de acq.hæredit.Seruus communis ab extraneo hæres inſtitutus,ſi iuſſu vnius adierit hæreditatem,non pro maiore parte interim hæredem eum facit, quam pro dominica,deinde cæteris ſocijs non iubentibus,tacito iure partes ei accreſcunt,tacito iure,exponunt ipſi,tacita voluntate;addũt l.qui ex duabus partibus,ff.eodem,
8 §.1.† qui ſemel ex aliqua parte hæres extitit,is deficientium partes etiam inuitus accipit,ideſt, ei tacitè deficientium partes etiam inuito accreſcunt, & verbum (tacitè) interpretantur tacita mente defuncti.

At vnuſquiſque facilè retorquendo interpretabitur tacitè vel tacito iure, ideſt,tacita Lege,vt in l.ſi paterfamiliàs,ff.de adoptionib.

9 Contrariam ſententiam Iaſon,[b] Socinus,& alij ſecuti ſunt,quinimò ius accreſcendi prouenire à Lege,non à teſtatore,quæ huiuſmodi argumentis comprobari ſolet.

10 Primò,† ex l.Celſus,§.1.de leg.2.portio cohæredis deficiens accreſcit filio cohæredi,ſine onere præſtandi legati, neque enim reſtituit legatum quod iure antiquo capit, ſi iure antiquo, ergò à Lege 12.tabularum, vel alia ergò non à mente teſtatoris.

Sed reſponderi poteſt,quod capiet, cum onere fideicõmiſſi prouenit à Lege.Verùm,quod iure accreſcendi capiat,id prouenit à teſtatore.

Secun-

11 Secundò,† quod nobis inuitis prouenit, non emanat à volūtate teſtatoris, ſed ius accreſcendi nobis inuitis obuenit, ergo non à mente defuncti. Maior patet, & probatur per Regulam: Eius eſt nolle, cum l.ſeq.de reg.iur. Minor confirmatur in l.ſi quis hæres inſtitutus, de acquir.hæred.in l.vnica, §.his ita, C.de caduc.toll.

At reſponderi poteſt, argumentum non concludere ſimpliciter, ſed in caſu particulari, vel quia decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus cōtra re-
12 gulam iuris, Lius noſtrum, de reg.iur. † & non concludere vniuerſaliter argumentum à ſecundum quid, ad ſimpliciter ſe haberi.[c]

Tertiò, ſi ius accreſcendi veniret à voluntate teſtatoris, colligeretur vtique
13 ex præſumpta interpretatione, ex coniecturis ipſis,† ſed prouenit ex præſumptione extenſiua & fictitia, l.apud Iulianum, §.idem Iulianus, vbi gloſſ.ff.ad Trebell. quod etiam Baldo,[d] placuiſſe ferunt.

Sed reſpondetur, quod prouenit etiam ex cōiecturis à mente teſtatoris collectis, l.triplici, in fine, de verb.ſignif.in illo verbo, (veriſimilius eſt) & licèt concurrat interpretatio extenſiua, & fictitia, non propterea ſequitur, quin etiam à mente defuncti emanet, ac etiam principaliter.

14 Quartò,† ex l.ſi duobus, de milit.teſta. vt iuri accreſcēdi locus ſit, requiritur probatio voluntatis defuncti, ergò non ſufficit tacita mens reſtantis.

15 Reſpondent† id in milite requiri, quoniam poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere, & in re dubia præſumitur velle vti iure communi, l.quamquam, C.de teſtam.milit.

Quintò, per l.3.§.ſi cōiunctim, de legat.præſt. Prætor confirmat legata quæ veniunt ex iudicio teſtatoris, l.1.de legat.præſtan. Sed Prætor non firmat relictum ſeruo, quod accreſcit domino, d.§.ſed ſi coniunctim, ergò, quod manat ex iure accreſcendi, non prouenit ex iudicio teſtatoris.

Cui occurrit Decius,[e] inibi agi non de iure accreſcendi; verum de legatis præſtan.libertis, & parentibus tantum, rupto teſtamento.

Sextò, per l.ſi in teſtamento, ff.de vulgar.& pupill.in illis verbis (per legem) ideſt per legem inſtitutionis, ergo per mentem teſtatoris, cuius legis contraria inductio pro aduerſa opinione ſuperius appoſita fuit, vt alia non indigeat replicatione.

Verùm, quoniam Academicè diſputantes, tot argumentis hincinde deductis, aut nunquam, aut certè rarò poſſunt difficultatis attingere veritatem; Ego prius vtilitates ex hoc conflictu ſcatentes aperiam; deinde, ad quæſtionis reſolutionem deſcendam.

16 Prima † itaque vtilitas oritur: nam ſi id prouenit ex tacita voluntate defuncti, dabitur probatio contra eius voluntatem, l.cum auus, de condit.& demon. l.cum acutiſſimi, C.de fideicom. ſic datur contraria probatio voluntatis in teſtamento militis, vt ſupra diximus, & patet in l.ſi duobus, de milit.teſt. ſecùs, ſi
17 ius accreſcendi proueniat à lege,† neq; enim daretur probatio contraria propter præſumptiones iuris, & de iure.[f]

18 Secunda † eſt vtilitas; Si prouenit à lege, debet fieri interpretatio ſecundum legem, ergò in conditione ſi ſine liberis, intelliguntur legitimi, ſi verò à teſtatore fieret interpretatio ſecundum eius mentem, & intelligerentur filij naturales, l.penult.C.de natur.liber. l.generaliter, §.cum autem, C.de inſtitut.& ſub
19 ſtitut. † ex mente verò teſtantis, naturales vocati cenſerentur, l.ex facto, §.ſi quis rogatus, ff.ad S.C.Trebell.cum ſimilibus.

20 Tertia † vtilitas; plures habent feudum, vnus partem repudiauit, quæ aliis accreſcit, quæ inquam ſi ex legis diſpoſitione acquiritur, etiam alijs non peten-

tibus accreſcit:ſi verò à teſtatore, oportet intra annum petant, alioqui cadunt à iure ſuo, c. 1. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi [g] nec requiritur noua inueſtitura in portione quæ ipſo iure accreſcit.

21 Quarta † oritur à ſtatuto, quod ſtantibus maſculis fœminæ excludantur à ſucceſſione ab inteſtato, vnus maſculus repudiauit hæreditatem, quæritur, an portio accreſcat cæteris maſculis excluſa ſorore, an verò ipſi quoque ſorori? & concludunt Iuriſconſulti, non accreſcere ſorori, ſed ſolummodò maſculis; quia in his fit interpretatio ſecundum legem, quæ iubet portionem hæreditatis accreſcere portioni, vt alluuio fundo, l.ſi Titio vſusfructus, de vſufructu,& quia lex propellit fœminas ab hæreditate.

22 Hinc maior oritur controuerſia, quid ſi ſtatutum non propellat à ſucceſſione, ſed admittat fœminas ad tertiam vel quartam partem, an repudiata portio accreſcat fœminæ pro rata portione, nam ipſa habet portionem, ergo pro rata ſibi debet accreſcere, l.ſi in teſtamento, ff.de vulg.& pupill. Verum quoniam ſtatuta loquuntur taxatiuè,& admittunt fœminam duntaxat ad quartam par-
23 tem, ergò reijcitur ius accreſcendi,& omnis portio quæ augeret, † quia limitata cauſa, limitatum producit effectum, l.in agris, de acquir.rer.domin. & quia ciuitas potuit ſibi tale ius condere, l.omnes populi, de iuſt.& iur. Præterea, filij maſculi ſunt coniuncti, filiæ diſiunctæ, quare portio coniunctis, non autem diſiunctis accreſcet, l.ſi in teſtamento, de vulg.& pupill. l.vnica, C.de caduc.toll.l. re coniuncti, de legat. 3.[h]

Iam ad reſolutionem tranſeamus.

Prima itaque reſolutio habetur à Decio,[i] ius accreſcendi prouenire ex iudicio teſtatoris, id eſt, ab eius voluntate, tacita, non expreſſa: nec propriè & abſolutè à teſtatore prouenire, ſed ex Lege induci coniecturis exhauſtis à voluntate teſtantis. Præterea, non principaliter & immediatè attendendam eſſe mẽtem teſtatoris, ſed potius ipſam Legis diſpoſitionem, cui fauet l.ſi Titio & Mæuio, §.1.de legat.1.& videtur communiter recepta.[k] Sed hæc mihi pleuè ſatisfacere non poteſt, vt potè, quæ aliqua repugnantia laboret,& ad hanc multigenam materiam nequeat penitus applicari.

24 Secunda † igitur reſolutio Bononienſium magis mihi applaudet, vt ſcilicèt diſtinguamus: aut ſucceditur ab inteſtato, aut ex teſtamento, primo caſu ius accreſcendi emanat à ſola diſpoſitione legis: quia ſucceſſio defertur ab ipſa lege tantum, licèt aliquando in conſequentiam remotam concurrat voluntas teſtatoris, volentis præſumptione adhærere legis diſpoſitioni, quæ tamen voluntas in hoc non attenditur, ſicut non cõſideratur in ſucceſſione principali, l.ſi ex pluribus, ff.de legit.hæred. limitatur in Codicillis, quia proueniũt ex tacita voluntate teſtatoris, l.conficiuntur, l.ſi quis cum teſtamentum nullum, de iure codicil.l. Titio & Mæuio §.Iulianus, de lega.2.& vbi adeſt diſpoſitio teſtatoris, quare in ſucceſſione ab inteſtato ego puto recipiendam eſſe reſolutionem Decij, & communem ſententiam, non autem indiſtinctè.

Secundo caſu, quando ſucceditur ex teſtamento, ius accreſcendi deſcendit
25 à voluntate teſtatoris principaliter,& non à legis diſpoſitione, † niſi quatenus teſtamentariæ ſucceſſiones omnes à lege etiam proueniunt, l.lege obuenire, de verb.ſignif.& l.legis verbis, eod.tit.& §.deinceps, Auth.de Nupt.

Hęc tamen limitatur, quando veniens per ius accreſcendi, habet portionem ſuam contra voluntatem teſtatoris, nam tunc indiſtinctè venit ex legis diſpoſitione principali, vt vnicuique patet.

26 Secundò fallit † inter diſiunctos omninò, in quibus habet locum ius accreſcendi, per Regulam, Ius noſtrum, de reg.iur.l.ſi duobus, de milit.teſta. ex quibus patet, an ius acreſcendi procedat ex legis & hominis diſpoſitione ſimul,

nam

nam æqualiter ab vtroq; non poteſt prouenire, ſed bene ab vno principaliter, & ab alio in conſequentiam,cum omnes quaſi vltimæ diſpoſitiones,tam ex teſtamento,quam ab inteſtato, videātur habere vtrumque annexum; Et ita reſoluuntur omnia contrāria,reiecta Decij opinione.

A D C A P. I I I.

a Cagn.in l.vnica, C.quando non pet.part.nu.12.
b Iaſon in l.1.nu.5.C.de teſtam.milit. Socin.in l.ſi mihi,& tibi,de leg.1.
c L.hoc legatum,de leg.3.vbi Bart. Euerard.in Centur. Legal,
d Bald.in tit.de ſucceſſ.feud.§.fin.
e Dec.vt ſupra,num.16.
f Socin.in d.l.cum auus,nu.72.de condit.& demon.Euerard.in Cent.in loco à ſimili,in fine.
g Dec.conſ.144.Maturè in 3.dubio, verſ.præterea.
h Et Craſſ.in §.ius accreſcendi,q.18.& 19.
i Dec.vbi ſupra,num.15.& 16.
K Bolognet.in d.l.vnica,num.40.

S V M M A R I A.

1 Ius accreſcendi qua ratione fuerit introductum.
2 Decedere quis non poteſt pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.
3 Inſtitutus in tota hæreditate non poteſt partem accipere & partem repudiare.
4 Materialis, quæ item formalis cauſa ſit iuris accreſcendi.
5 Textus in l.vnica, C.quando non pet.part.magnoperè ſplendet in iure accreſcendi.
6 Varij intellectus d.l.vnica, C.quando non pet.part. ab Accurſio relati.
7 Auxilia iuris ciuilis perpetua videntur.
8 Mater filio,nec filius matri ex lege 12.tabul.ſuccedebat.
9 Intellectus oēs Accurſij ad d.l.vnicam, C.quan.non pet.par.reijciuntur,& nu.13. (& 15.
10 Lex generalis non eſt reſtringenda.
11 Bonorum poſſeſſio Vnde libert,datur etiam in bonis maternis.
12 Filius poteſt hæreditatem paternam renunciare,vel ab ea abſtinere;& an hoc procedat tam in filijs emancipatis quàm in poteſtate conſtitutis.& num.14.
14 Verba in potentiori ſignificatu ſunt accipienda.
Filiorum appellatione in potentiori ſignificatu veniunt filij in poteſtate,ibid.
15 Priuatio præſupponit habitum.
17 Excluſus vno iure,non eſt deiectus ab altero iure.
18 Cagnoli intellectus ad d.l.vnic.C.quando non pet.part.
19 Duplici vinculo coniuncti ſunt præferendi.
20 Portio non accreſcit perſonæ, ſed portioni.
21 Iaſonis & Bologneti intellectus ad d.l.vnic.C.quan.non pet.par.

Qua ratione introductum fuerit ius accreſcendi, & quanam ſit intelligentia l.vnica, C.quando non petentium partes petent accreſcant. Caput IIII.

1 EXPLICITA origine iuris accreſcendi, conſequens eſt vt videamus,qua † ratione non fuerit introductum; Quæ ſanè quæſtio multis argumentis ab interpretibus examinari conſueuit; Verùm, quoniam ea ſubtilis magis quam vtilis eſſe videtur,ego methodo reſolutiua procedens,ita diſtinguam; Aut teſtator de vna tantum parte hæreditatis diſponit,tunc
2 ius accreſcendi ea ratione introductum fuit , † ne quis pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus decederet,contra Regulas iuris commu

nis,l.lus noſtrum non patitur,de reg.iur. Aut de tota ſua hæreditate teſtamen-
3 tum fecit,vel vni tantum,vel pluribus relinquendo;ſi de tota † vni tantum relicta,ille non poteſt partem accipere,& partem repudiare;Proinde,nullum dabitur ius accreſcendi,l.1.l.ſi ſolus,ff.de acquir.hæred.Hæc ſiquidem omnia ius ſubſtitutionis quam maximè ſuadere videtur.Sin verò totam pluribus reliquerit hæreditatem,& vnus repudiauerit,res illa,& eius quæſtio reducitur ad tempus mortis teſtatoris,quo tempore,ſi repudians ſuperſtes minimè fuiſſet,cæteri ad hæreditatem admiſſi fuiſſent;quæ ratio tam cauſæ teſtati, quam inteſtati ſatisfacit, & probatur in l.1.§.1.Vtrum autem,ff.ſi quid in fraud.patr. & in l.ſi tibi homo,§.cum ſeruus,de leg.1.l.ſi dominus,in fine,& l.Titio,& Seio,cum l.ſeq.ff.ad l.Aquiliam. Et hæc eſt huiuſmodi: quoniam Lex vel teſtator plures ſimul vocando,oſtendit ſe voluiſſe eos primos conſeruare,& præferre reliquis ſequentib.§.penult.de bonorum poſſeſſ.l.ſi ex pluribus,de ſuis & legit.Quam-
4 obrem,† cauſa materialis iuris accreſcendi erit coniunctio Legis vel hominis, formalis autem lex ipſa legiſlatoris,vel teſtatoris.

5 Quoniam verò † in iure accreſcendi magnoperè ſplendet, & celeberrima habetur Sanctio Gordiani Imperatoris, in l.vnica, C.quando non petentium partes petent.accreſc.non ab re fore duxi , eius ſenſum germanum inueſtigare.

Verba legis hæc ſunt: Quoties pluribus liberis ceſſante legitima ſucceſſione bonorum poſſeſſio defertur,beneficium edicti perpetui quibuſdam omittentibus,his qui ſoli bonorum poſſeſſionem agnouerunt,portionem non petentium accreſcere in dubium non venit.

Tria potiſſimum habentur in hac lege.Primum,bonorum poſſeſſionem delatam fuiſſe pluribus liberis,ceſſante legitima ſucceſſione. Secũdum,quoſdam omiſiſſe beneficium edicti perpetui, ideo noluiſſe agnoſcere bonorum poſſeſſionem ſibi delatam. Tertium, quoſdam agnouiſſe, & eis portiones omittentium accreſcere hoc iure accreſcendi.

6 Quæritur à nobis vera huius legis intelligentia. † Quattuor hic relati ſunt intellectus ab Accurſio in gloſſa magna.Primus eſt,quod hæc lex debeat intelligi in ſucceſſione matris,non autem patris,in bonis inquam maternis,non autem paternis.Secundus eſt,vt intelligatur procedere in filijs emancipatis,non autem in filijs in poteſtate. Tertius eſt,vt illa verba ceſſante legitima ſucceſſione,intelligantur ita in facto vel in facti contingentia fuiſſe,quaſi idem iuris ſit ſi non ceſſaſſet legitima ſucceſſio. Quartus eſt intellectus, vt intelligantur ceſſante legitima ſucceſſione,hoc eſt reiecta legitima ſucceſſione,nempè, reiectis venientibus vnde agnati,quod liberi ipſi prius ſuccedant.

Examinandi ſunt hi quattuor, deinde alios adhibebo duos, quamuis non me lateat vndecim referri ab Interpretibus,ſed vt confuſio euitetur,reliquos conſulto prætereo.

Quod attinet ad primum, ait Accurſius, non poſſe hanc legem intelligi in bonis paternis,ſed in maternis; Primò,quia in paternis ſucceditur iure ciuili,
7 ex lege 12.tabul. & ideo liberi non eſſent excluſi: † quia auxilia iuris ciuilis videntur perpetua,Inſtit.de perpet. & tempor.action.& in bonis patris datur bonorum poſſeſſio,Vnde liberi,quare,non eſſent liberi excluſi,nec deficeret legitima ſucceſſio,nam excluſus ab vno capite vel linea, Vnde liberi, adhuc poſſet per alteram & per aliam,Vnde agnati,& cognati,ſuccedere,l.1.§.ſed videndũ, ff.de ſucceſſ.edict. Quare putat intelligendam eſſe legem in bonis maternis, in
8 quibus maximè alijs deficit legitima ſucceſſio: Vnde ſcire expedit † quod ex lege 12.tab. mater filio non ſuccedebat,nec filius matri, ideò poſtea lata fuerunt S.C.Tertullianum, & Orficianum, quin etiam gloſſ.vlterius declarat, ac

obijcit,

obijcit,non obſtare, quod etiam in ſucceſſione materna detur ſucceſſio de iure ciuili, ita, quod filius ex Orficiano matri ſuccedat ceſſante legitima ſucceſſione,ideſt,in quibus ceſſat legitima ſucceſſio. Hæc Accurſius, quaſi velit inferre, quod regulariter deficit legitima ſucceſſio, ideſt, de iure ciuili, niſi velit ſuccedere ex S.C.Orficiano.

9 Sed hic primus † intellectus non eſt recipiendus: nam primo diuinat de bo-
10 nis maternis,de quibus nullum verbum in lege, Secundo,† ſtringit legem generalem contra l.1.§.& generaliter,de leg.præſt.Tertio repugnat verbis & ſen ſui legis,dicentis; Quoties pluribus liberis deſertur bonorum poſſeſſio,ergo
11 loquitur de Vnde liberi,† quæ datur etiam in bonis maternis, l.1.totoq; titulo,ff & C.vnde lib.& l.1. de bonorum poſſeſs.cont.tabul. Quarto,qua ratione legitima ſucceſſio in bonis maternis, nempè S. C. Orficiano poteſt aliquibus deficere repudiatione,vel excluſione in bonis maternis, eadem ratione poterit
12 etiam ceſſare in paternis,cum † filius poſſit abſtinere vel renunciare,l.ſuum hæredem,C.de iure deliber.§.& ſui,de hæred.qualita.& different.

Secundus erat intellectus,hanc legem procedere in emancipatis, nō autem in his qui ſunt in poteſtate;nam filius in poteſtate non poteſt repudiare,nec tēpore excludi: non repudiare,quia vt ſuus & neceſſarius hæres,§.1.§.ſui,de hæred.qualit.& different.non tempore excludi,quoniā remedia iuris ciuilis ſunt perpetua,in tit.de perpet.& tempor.action.in princip.ſed emancipati vocati à Prætore,poſſunt repudiare,vel tempore excludi.

Hic intellectus eſt quidem communiter acceptus ab Oldrado, Alberico,Ca
13 ſtrenſe,Alexandro,& alijs,† cæteris tamen ſatisfacere non poteſt, nec iure ſuſtinere; primò, quia diuinat nullum etenim verbum de emancipatis in hac le-
14 ge.Secundo,† quoniam verba in potentiori ſignificatu ſunt ſumenda,ergo filij in poteſtate,l.in ſuis,de lib.& Poſthu. Tertiò,quia filius in poteſtate,poteſt auxilio Prætoris abſtinere, quemadmodum emancipatus poteſt repudiare,§. ſui,de hæred.qualit. & differ. Quartò,verba illa ceſſante legitima ſucceſſione,
15 non conueniunt emancipatis,quandoquidem † priuatio præſupponat habitū, l.manumiſſionis quoq;,de iuſtit.& iure,cum vulgar.

Tertia erat intelligentia,quod verba illa,ceſſante legitima ſucceſſione, ſigni
16 ficent quod in facti veritate ceſſabat ſucceſſio; Iſte intellectus reijcitur: nam primo diuinat:Secundo non conuenit illis verbis quoties pluribus liberis, ergo non ſunt verba facti, ſed reſponſi. Tertio verba illa ſunt priuatiuè non autem negatiuè ſumenda.

Quartus Accurſio aſcribitur intellectus, quod illa verba ceſſante legitima ſucceſſione,interpretari debeant reiecta legitima ſucceſſione, hoc eſt reiectis agnatis remotioribus; ſuccedunt liberi proximiores.

Hic etiam exploditur;quia deſtruit litteram & ſenſum,quoties inquit pluri
17 bus liberis, ceſſante legitima ſucceſſione bonorum poſſeſſio deſertur,† & excluſus vno iure,non eſt deiectus ab altero iure,l.tuum hæredem,C.de iure deliber.l.1.§.ſciendum,de ſucceſſ.edicto,ſecundo lex eſſet de caſu indubitabili.
18 Quintus † ſuccedit Cagnoli [a] intellectus, his omnib. reiectis, qui gloriatur ſe arcana & vera ſenſa huius legis inueniſſe,& hic eſt lepus inquit,quem Interpretes viderunt,ſed capere non potuerunt,ego ſolus inquit inueni, & cepi, & præ gaudio in hæc verba prærupit;Hæc Plato neſciuit,hæc Demoſteues ignorauit,Hic igitur ſuus intellectus eſt huiuſmodi, quod nulla res ſit conſtituenda in illis verbis ceſſante legitima ſucceſſione,ſed quod iſta dubitatio conſiſtat in hoc,quod plures omiſerunt petere bonorum poſſeſſionem,non vnus tantum, vtputà primus & ſecundus omiſerunt,alij agnouerunt,primus qui omiſit petit portionem ſecundi, qui pariter omiſit, & petit vnà cum illis qui agnouerunt; dubitan-

dubitandi ratio erat: quoniam iſte qui prius omiſit, eſt ſanguine coniunctus cæteris, & in pari gradu, ergo æqualiter vocatus & coniunctus, §.ſi plures, de legit.agnat.ſucceſſ.l.ſi vt pluribus, de ſuis & legit.ſed contrarium inquit Reſeri-
19 ptum eſt ab Imperatore ea ratione,† quod illi qui agnouerunt, duplici vinculo ſunt coniuncti, ergo præferendi, l.re coniuncti, de leg.3 Auth.Itaq; C.commu nia de ſucceſſ.nempè ſanguine & coniunctione legali, quia pares in gradu & iu
20 re accreſcendi: nam portio non accreſcit perſonæ, ſed portioni, vt alluuio fundo, l.ſi Titio vſusfructus, de vſufructu, ſed ille prius qui omiſit, nullam habet portionem, ergo cæteris eſt inferior; Et hic eſt lepus quem venaticus Caniculus mordicus quæſiuit, & cepit, qualis in Acteone.

Prima malanchetes à tergo vulnera fecit.

Succedit vltima Iaſonis,[b] & Bologneti intelligentia, qui Bolog. primum deſtruit intellectum Cagnoli; & reprehendit virum nimis petulanter, & inſolentius ſe iactantem, & obiicit caniculum venaticum cepiſſe pellem tantum leporis, & ora ac dentes madefactum pellem vndequaque excutere & quaſſare, ſolaque oſſa rodere.

Verùm leporis carnem aſſatam, & bene conditam deguſtatam fuiſſe ab alijs Interpretibus.

Quare opponit primo hanc intelligentiam fuiſſe omnibus notam: probat ex primo notabili Decij, portio portioni accreſcit, non perſonæ, ergò omnes ſciunt, quod ſi quis omiſerit, & poſtea petierit, non poterit conſequi iure accreſcendi, quoniam caret portione, ſed enim quiſpiam Cagnolum iure defendere poſſet, vtpotè qui rem alacriorem fecerit, cum luſitet ante pedes, & modicus leporem laceret.

Secundo obijcit, non quod intellectus Cagnoli, non ſit verus, ſed quod nõ impleat nec correſpondeat toti legi, cuius intentio eſt non ſolum oſtendere ius accreſcendi pluribus repudiantibus, ſed etiam ſingulis & vno tantum repudiante. Præterea quando ceſſet & non ceſſet ius accreſcendi, ponderat verba tituli, quando inquit non petentium partes, ergò, ceſſante vel non ceſſante legitima ſucceſſione, non implet, non correſpondet toti legi pluribus repudiantibus, aut ſingulis, vel vno tantum.

Vltimus igitur eſt intellectus, quod lex generaliter intelligitur in bonis paternis ac maternis; in emancipatis in poteſtate indiſtinctè, ceſſante inquit legitima ſucceſſione, vel iure Prætorio, vel omni capite, vel iure ciuili, ex teſtamento, vt ceſſet ſubſtitutio, & tranſmiſſio, l.1.§.ſed videndum, de ſucceſſ.edict.l.ſicut, C.de iure delib.

Fundamentum huius intelligentiæ eſt primo, quod nunquam poterit eſſe locus iuri accreſcendi, niſi portio penitus deficiat, l.1.§.ſed videndum, de ſucceſſ.edic.l.ſi duo patroni, vbi gloſ.(iuraſſet) ff.de iureiur.at ſi aliquo iure, iure ciuili vel prætorio ſuccedi poteſt, non poterit accreſcere portio iure accreſcendi, d.l.1.§.ſed videndum, de ſucceſſ.edic. Secundò, quia vt ait Iaſon,[c] ſi cui competit ſucceſſio iure ciuili, & Prætorio, quamuis uni renunciatum fuerit, non propterea dabitur ius accreſcendi, quandoquidem poſſet ex alio iure ſuccedere, proinde neceſſe eſt ceſſare omnem aliam legitimam ſucceſſionem, alioqui portio penitus non deficeret.

Quamobrem ſic interpretantur, ceſſante legitima ſucceſſione, id eſt, ſi penitus portio deficiat, vt non poſſit tranſmitti, ceſſante inquam legitima ſucceſſione, hoc eſt, ita vt non poſſit ex alio capite ſuccedere, & ceſſante legitima ſucceſſione aliorum, ne poſſint aliquo iure prius ſuccedere, nec ſubſtitui, nec tranſmitti, vt omnis inquam ſucceſſio excludatur.

AD CAP. I.

a Cagnol.in l.vnica,C.quando non pet.part. nu.35.
b Iaſon nu.31 Bologn.nu.46.
c Iaſon nu.33.

SVMMARIA.

1 *Nomen hæredis licèt ſit latiſſimum etiam ad extraneum ſucceſſorem extenſum, ſæpe tamen limitatur vt non poſſit niſi deſcendentes ſiue hæredes ſanguinis ſignificare.& num.3.*
2 *Hæres hæredis in infinitum licèt ſit hæres teſtatoris,attamen duobus modis reſtringitur,vt nu.7.& 8.*
3 *Hæredem nullus habere poteſt niſi poſt mortem.*
4 *Inſtitutus vt ſe habet ad ſubſtitutum. ita ſe habet hæres inſtituti ad hæredem ſubſtituti.*
5 *Subiecta talia ſunt qualia prædicata demonſtrant.*
6 *Teſtator ſi vocauit ſuos hæredes, cenſetur deſcendentes appellare in vltimis voluntatibus,ſecùs in contractibus.*
8 *Accuſatio ingratitudinis contra donatarium non tranſmittitur ad hæredes donatoris.*
9 *Hæres hæredis quamuis ſit hæres defuncti, non tamen dicitur eadem perſona cum defuncto ſicut primus hæres,nec prohibetur venire contra factum primi.*
In odioſis hæres hæredis non eſt hæres defuncti,ibid.nu.eod.
10 *Hæres nihil poteſt contra factum defuncti.*

De Nomine hæredis,deq́; eius varia ſignificatione. Caput V.

HACTENVS in Gordiani Imperatoris Reſcripto de ceſſante legitima ſucceſſione, ſiue de legitimis hæredib. deficientibus egimus,& nulla ferè eſt materia nullave ardua quæſtio,in qua de hærede non agatur: iccirco ob eius frequentiam, atque vtilitatem Hæredis ſignificationem ad capita duo breuiter referre ac ita declarare decreui.

1 Primam igitur ſtatuo Concluſionem,quod † licèt nomen hæredis ſit latiſſimum,etiam ad extraneum ſucceſſorem extenſum, ſæpè tamen limitatur,vt non poſſit niſi deſcendentes, ſiue hæredes ſanguinis ſignificare,[a] vt habetur in l.Gallus,§.etiam ſi,de lib.& poſthum. & l.ex facto, §.vlt. ad S.C.Trebellian.

2 Secũdam etiam firmo poſitionem, licèt † hęres hæredis in infinitum ſit hæres teſtatoris,l.in annal.C.de legat.attamen reſtringitur duobus modis, vt infra dicetur.

3 Prima itaq; Cõcluſio,vt ad ipſam reuertamur,limitatur,† quomodo diſpoſitio reſtringitur ad teſtantis vitam, nullus enim hæredem habere poteſt niſi poſt mortem,l.hæreditas,de reg.iur.l.hæredes, de verb.ſignific. l.2.de hæred. & act vend.l.in ſuis,de liber.& poſthum.l.ſi quæſtio,de vſufr.accreſcen.

Secundò, reſtringitur in emphytheuſi eccleſiaſtica, & feudo Neapolitano,

quia

quia non tranſeunt ad extraneos, ergò in ea materia intelligimus ſanguinis hæredes, l. ex facto, §. vlt. ad S. C. Velleian.[b]

Tertiò, ſi dixerit teſtator, ſiue hæredibus maſculis, adhuc ſanguinis ſucceſſorem intelligimus.[c]

Quartò, ſi poſita fuerit illa conditio, ſi ſine hęrede deceſſerit, neceſſariò deſcendentes ex ſanguine ſignificabuntur, propter naturam conditionis, quæ ſe habet ad vtrumque ſiue ad eſſe & non eſſe, l. 1. de condit. & dem. Nam ſi extranei quoque denotarentur, nemo vtique poſſet decedere ſine hærede, vltimo enim loco fiſcus neceſſariò ſuccederet, l. 1. C. vnde vir & vxor.[d]

Quintò, ſi mater dixerit, ſi filius meus deceſſerit ſine hærede legitimo, quauis non ſuperſint liberi, nec deſcendentes, attamen, hoc nomen hæredis, non ſignificabit patrem nec auum aſcendentes,[e] quaſi ſine hærede oporteat intelligere ſine filio, d. l. ex facto, in fine.[f]

Sextò, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, volo hæreditatem meam perueni re in Mæuium, & eius heredes, quæritur, quos hæredes Mæuij debeamus intelligere? & communiter receptum eſt, ſignificari ſolos hæredes ſanguinis, ratione l. Publius, de condit. & demon. quod à Baldo[g] probatur duabus pulcherrimis rationibus.

4 Prima ratio eſt huiuſmodi, vt † ſi habet inſtitutus ad ſubſtitutum, ita ſe habet hæres inſtituti ad hæredem ſubſtituti, d. l. Publius, in fine, ſed inſtitutus ita ſe habet ad ſubſtitutum, vt ei ſemper præferatur, l. 1. & 2. de vulgar. & patet in teſtamento, ergo ſicut hæredem inſtituti prætulit, & intellexit hæredem ſanguinis, ita etiam intellexit hæredem ſubſtituti Mæuij ſanguinis hæredem, non extraneum.

5 Secũda ratio ita probat: Talia † ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrãt, Sed prædicatum à teſtatore eſt huiuſmodi, vt hæres inſtituti ſit ſanguinis hæres, non extraneus, ergò ſubiectum, nempè hæres ſubſtituti, erit etiam ipſe hęres ſanguinis. Maior propoſitio probatur in l. ſi defenſor, §. 1. de interrog. actio. tu interrogatus à iudice, eſne hæres Titij pro dimidia parte, reſpondiſti, ego ſum, nullis alijs verbis vſus, intelligeris hæres pro dimidia; nam talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant.

Septimò reſtringitur, ſi teſtator dixerit, volo poſt hæredes inſtitutos hæreditatem meam deuolui de hærede in hæredem, l. in annalibus, C. de legat. nam hæc verba interpretamur de deſcendente in deſcendentem in infinitum,[h] nec oportet deſcen dentes eſſe hæredes actu vel effectu, ius etenim pertinens ad liberos, & ad deſcẽdentes vt liberos, dicitur ſeparatum ab aditione hæreditatis.[i]

6 Octauò, ſi teſtator † vocauerit ſuos hæredes, cenſetur deſcendentes appellaſſe, in vltimis voluntatibus, ſecùs in contractibus.[k]

Nonò, quando pater vel aſcendens de hæredibus fecit mentionem inuitari videntur hæredes ſanguinis, ratione l. cum auus, de condit. & demon.[l] quod regitur à qualitate perſonæ, loquentis: nam ſi quis hæredem fecerit ſacerdotem, & eius hæredes, eius vtique agnati hæredes intelliguntur, cum nequeat ſacerdos filios habere hæredes.[m]

Secunda ſtabilita erit Concluſio, de hærede extraneo, quòd, licèt hæres hæredis teſtatoris ſit hæres, & poſſit protrahi in infinitum, l. in annalibus, C. de le-
7 gat. attamen, reſtringitur † etiam nomen hęredis extranei, vt non extendatur vltrà primum gradum; quod ita probatur,

Primò, quãdo diſpoſitio reſpicit certam perſonam hæredis, vt ſi teſtator ita cauerit, Si quis hæredum meorum deceſſerit ſine liberis, Męuium ſubſtituo, hęredum inquit meorum, ergo eorum qui in teſtamento ſcripti ſunt.[n]

8 Secundò † reſtringitur, quando ſubiecta materia non eſt tranſitoria ad hęredes,

redes, quemadmodum accuſatio ingratitudinis contra donatarium, non tranſmittitur ad hæredes donatarij, l. vlt. C. de reuoc. donat. & vſusfructus hæredi acquiſitus, ne proprietas perpetuò ſit inutilis, non extenditur vltrà primum, vt ſi quis legauerit fundum Titio, & hæredi, l. antiquitas, C. de vſufruc.[o]

9 Animaduertendum præterea, quamuis hæres † hæredis ſit hæres defuncti, non tamen dicitur eadem perſona cum defuncto, ſicut primus hæres, nec prohibetur venire contra factum primi,[p] quinimò, in odioſis hæres hæredis non eſt hæres defuncti.[q]

Quinetiam, ſi hęres ſanguinis fuerit hæres effectu, non poterit euincere nec recuperare bona alienata per teſtatorem, quamuis ſibi fideicommiſſo ſubiecta
10 eſſent, l. cum à matre, C. de rei vendic. quia † hæres nihil poteſt contra factum defuncti; ſpecies eſt egregia in l. filiusfamiliàs, § cum pater, de legat. 1. & in l. vnum ex familia, § ſed ſi vno, de legat. 2.[r]

Et Baldus[ſ] ipſe notauit hæredem etiam caſu quo nititur iure proprio, non autem hæreditario, nô poſſe impugnare contractum defuncti, quod etiam Decius, Fulgoſius, ac Rolandus à Valle, cæterique ſecuti ſunt, quamuis enim nonnulli Iuriſconſulti tenuerint, filium patris hæredem poſſe bona feudi vel maioratus à patre alienata recuperare, vtpotè, qui iure proprio nitatur, vt poſt Afflictum, Tiraquellum, Baldum, Decium, Gratum, alioſque copioſè retulit Arius[u] Pinellus, id tamen verum intelligitur, quando actus in fraudem legis ac ſucceſſoris factus fuit, lege etiam reſiſtente, vt egregiè comprobat Pinellus,[x] alioqui minimè poteſt, l. venditrici, l. ſi fundum, C. de rebus alien non alienan. nam quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, l. vendicantem, ff. de euictionib. niſi tamen euictio vel natura rei euincibilis, vel ex facto emptoris ſiuę auctoris emanauerit, tunc enim euictio nullius eſt momenti, vt omnes in l. ſi familiæ, C. famil. herciſc. niſi tamen pepigerint, quod teneantur de euictione, vt ſentit gloſ. quam Bart. & cæteri communiter extollũt in d. l. ſi familiæ.

Hæres habitu vel potentia intelligitur, antequam adeat hæreditatem; Si Petrus hæres meus deceſſerit, ideſt, ante aditam hæreditatem, non poſt aditam[y] at ſi quiſpiam dixerit; Si filium meum hæredem ſine filijs mori contigerit, Caium ſubſtituo, non ſufficit quòd filius ſit hæres inſtitatus, ſed requiritur quod adierit, & ſe immiſcuerit hæreditati, vt in l. 3. §. ſi quis ita, de hæred. inſtit.[z]

AD CAP. V.

a Paul. Caſtr. in l. Gallus, §. etiam, num. 4. de lib. & poſth.
b Gloſſ. & Bart. in l. ex facto, §. vlt. ff. ad S.C. Trebell.
c Bald. in d. l. Gallus, §. etiam, nu. 3. de lib. & poſth. Guid. Pap. deciſ. 457.
d Bart. in d. l. ex facto, §. vlt.
e Guido Pap. deciſ. 457. & l. 2. & 3. C. de legit. hæred.
f d. l. ex facto, in fine, ad Trebell.
g Bald. in d. l. Gallus, §. etiam ſi parente, num. 3. de lib. & poſthum.
h Pariſ. conſ. 8. nu. 7. vol. 3. Dec. conſ. 38. num, 4. 5. & 6.
i Bald. in l. generaliter, §. in his autem, C. de ſecun. nupt.
K Guido Pap. deciſ. 306. Pariſ. conſ. 52. num. 22. vol. 2.
l Speculat. in tit. de teſtam. § in primis, in fine, Guid. Pap. deciſ. 306.
m Bart. in l. hæredibus, ad Trebell. Soc. conſ. 13. lib. 3.
n Oldrad. conſ. 21. & Bart. In l. Lucius, de leg. 3. & in l. ſub diuerſis, §. 1. de cond. & demon.
o Bart. Bald. & alij, in l. cum antiquitas, C. de vſufruct.
p Dec. in l. hæredem, num. 7. de reg. iur. Caſtrenſ. conſ. 197. lib. 2.
q L. qui Titij, l. poſt legatum, §. qui accuſarit, ff. de his quib. vt indign. Iaſ. & alij, in l. 1. §. veteres, num. 20. de acquiren. poſſeſſ. an quia hæreditas adita eſt factum proprium patrimonium adeuntis.
r Fulgent. conſil. 67. Dec. conſ. 79. num. 2. Caſtrenſ. conſ. 247. lib. 1. Menoch. conſ. 89. num. 34. volum. 1.

lum.1.per l.filiusfamiliâs, §.cum pater, de legat.1.& l.vnum ex familiâ, §. ſed ſi vno, ff. de legat.ſecundo.

ſ Bald.in l.cum à matre, in princ.C.de rei vendica.

t Dec.conſ.547.Fulgoſ.67.Roland.à Valle Reſp.30.nu.33.vol.4.

u Arius Pinell. in l.1.par.3.num.99.C.de bon.mater.

x Arius Pinellus in d.l.1.

y Bald.conſ.170.vol.5.Socin.conſ.12.lib.3.

z Alex.conſ.1.lib.1.

S V M M A R I A.

1 *Portio quæ deficit an accreſcat emptori vel venditori.*

2 *Portio portioni accreſcit, non perſonæ.*

3 *Hæreditate vendita non tranſeunt in emptorem actiones, quæ poſtea acquiruntur.*

4 *Ius accreſcendi & portio accreſcit hæredibus, vel habentibus ius vniuerſale, non autem particulare.*

5 *Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes iure diuerſo.*

6 *Reſolutiones variæ ad quæſtionem poſitam num.1.*

7 *Reſolutio auctoris.*

Num portio quæ defecit accreſcat emptori, vel venditori. Caput VI.

1 QVAESTIONEM hanc. Num † portio quę deficit accreſcat emptori vel venditori, Iaſon [a] amico dignam appellat; Bartolus [b] tenuit quod accreſcat emptori: Verum communis opinio contra Bartolum pro Saliceto, & aliis inoleuit, acquiri venditori, non emptori, vt etiam Cagnolus [c] atteſtatur, quamuis Decius [d] affirmet, ſuis temporibus opinionē Bartoli communiter receptam.

Quæſtionis exemplum tale ponitur; Plures erant hæredes, vnus vendidit ſibi partem ſuam, alter repudiauit, quæritur, portio repudiata an tibi emptori accreſcat, an verò venditori. Pro Bartoli opinione quod accreſcat emptori, probatur

2 Primò, quoniam † portio portioni accreſcit, non perſonæ, l.ſi totam, de acquir.hæred. cum vulgaribus, ſed emptor poſſidet portionem emptam, quam venditor à ſe alienauit, ergo ius accreſcendi pertinebit ad emptorem. Si totā inquit Vlpianus hæreditatem, aut partem ex qua quis hæres inſtitutus eſt, tacitè rogatus ſit reſtituere, apparet nihil ei deberi ac reſtare, quia rem non videtur habere.

Secundò, per alluuionem incrementum augetur emptori, ergo & per ius accreſcendi, l.ſi Titio vſufructus, in fine, ff.de vſufr. & §.præterea per alluuionē, de rerum diuiſion.

Tertiò vrget, l.2.§.non tantum, de hæred.& act.vend. quod argumentū claua Hęrculis dignum exiſtimatur, verba legis ita reſonant; Non tantum autem quod ad venditorem hæreditatis, ſed & quod ad hæredem eius ex hæreditate prouenit, emptori reſtituendum eſt, & non ſolum quod iam peruenit, ſed etiā quod quandocunque peruenerit, reſtituendum eſt, ergo omnia debentur emptori, fortiſſimum porro argumentum.

Quartò, venditor à Curtio æquiparatur hæredi reſtituenti, & emptor fideicommiſſario, ad quē etiam pertinet ius accreſcendi, l.vnica, C.de caduc.toll. ergo & ad emptorem ſpectat ius accreſcendi.

Pro

Pro communi verò opinione, quod acquiratur venditori, hæc ſuadent iura.

3 Primò, hæreditate vendita † non tranſeunt in emptorem actiones quæ poſtea acquiruntur, l. hæredem, ff. manda. Sed ius acquirendi poſtea, emergit, ergo non competit emptori.

Sed reſpondent, id non procedere in his quæ retrahuntur.

4 Secundò, ius † accreſcendi & portio accreſcit hæredibus, vel habentibus ius vniuerſale, non autem particulare, l. vnica, C. de caduc. toll.[e] ſed emptor non habet iura hæreditaria, nec eſt obligatus creditoribus hæreditarijs, ut obligatus remanet venditor.

5 Tertiò, ius † accreſcendi non vendicat ſibi locum inter ſuccedentes iure diuerſo, l. ſed cum patrono, de bonor. poſſeſſ. ſed emptor non nititur iure hæreditario, non iure teſtamenti, ergo iuris huius nihil ad ſe pertinet.

Qui tuentur has partes cõmunes, ad oppoſita argumenta ita reſpondent.

Ad primum,[f] id non procedit in his quæ retrahuntur. Præterea occurrit, id vendicare ſibi locum in portione hæreditaria, quæ accreſcit portioni hæreditariæ in homogeneis ſcilicet, non in heterogeneis, neq; enim inter ſuccedẽtes diuerſo iure, habet locum ius accreſcendi, l. ſed cum patrono, de bonor. poſſeſſ. l. mulieri & Titio, de condit. & demonſtr. d. l. ſi totam, ſed emptor non poſſidet iure hæreditario, proinde ei non accreſcit.

Non obſtat ſecundum, quod incrementum per alluuionem augeatur emptori: nam reſpondetur id euenire naturaliter, ſine aliqua teſtatoris coniunctione, quę neceſſario requiritur in iure accreſcendi, §. pręterea, per alluuionẽ, de rerum diuiſ. l. triplici, de verb. ſignific. l. re coniuncti, de leg. 3.

Ad tertium fortiſſimum illud argumentum, non deſunt qui ingenioſè reſpondeant, Iuriſconſultum inibi loqui de rebus hæreditarijs, quæ debẽtur emptori tempore venditionis, non autem de rebus futuris & eo tempore alienis ab hæreditate, ponderantes verba illa, quod ex hæreditate prouenit, quaſi à cauſa proxima & immediata, l. ex hoc iure, de iuſt. & iure, quare dicunt, quòd ſi emptor acquireret iure accreſcendi, non quæreret ex hæreditate, ſed propter hæreditatem.

Quarta non officit ratio Fulgoſij, quoniam in fideicommiſſarium tranſeunt actiones vtiles, non autem in emptorem, qui habet ſolum executionem earum, ſi quam tamen habet; & ideo longè differunt, vt ab vno ad alterum non poſſit inferri, d. §. reſtituta, l. planè, ff. famil. heriſc. & l. Papinianus exuli, de minor. Et quamuis eam partem amplius non habeat emptor, retinet tamen precium loco rei venditæ, & iura quæ non poſſunt ab eo ſeparari, l. 1. ff. ad S.C. Trebell.

Verùm, quoniam in hac quæſtione longè facilius reſolutione quam argumentis veritatem venari & attingere poſſumus, tranſeamus nunc ad eius reſolutionem, vt intellectus humanus omnino conquieſcat.

6 Prima itaq; † reſolutio Ripæ[g] aſcribitur, quod in venditione aut fuit adhibita Clauſula: fundum vendidit cum omnibus & quibuſcunq; iuribus ad eum ſpectantibus, & quæ in futurum ſpectare poſſent, & in hac ſpecie portio accreſcit emptori; aut non fuit poſita illa Clauſula, & ius accreſcendi ſpectabit ad venditorem.

Ripæ diſtinctio vera quidem mihi videtur, verum tunc ius accreſcendi accedet emptori, magis per expreſſam contrahentium conuentionem, quam per virtutem iuris accreſcendi, de quo quærimus, & illa ſua diſtinctio oſtendit nobis vendi quidem poſſe ius accreſcendi, & emptori acquiri, de qua re nulla eſt controuerſia, non autem patefacit vtri portio iure accreſcendi augeatur, quod nos porrò in profundo alueo quærimus quem Ripæ ſumma penetrare minimè potuit.

Secunda offertur reſolutio Bononienſium, [h] portionem emptori non accreſcere, quia emptor non eſt hæres, nec verè, nec fictè, nam totum ius vniuerſale remanet penes hæredem, quinetiam portio illa vendita, quandoquidem precium habeat quod ſuccedit loco rei, l.ſi rem & precium, de petit.hæreditat.in emptorem verò transferuntur ſolummodo res ſingulares, & iura ſingularia, quare non poſſumus dicere, portionem hæreditatis eſſe penes emptorem; ergo portio ei non accreſcet, quę portioni hæreditarię accedit, & coniungitur propter ſimile ius, & propter coniunctionem, l.ſi ita quis hæres, de hæred.inſt. l.triplici, de verb.ſignific.l.mulieri & Titio, de verbor.ſignific.l.ſed cum patrono, de bon.poſſeſſ.

Tertia eſt Michaelis [i] Craſſi reſolutio, accreſcere venditori, non emptori, quoniam ius vniuerſale reſidet in venditore, dein hęſitabundus quærit, an teneatur poſtea id reſtituere emptori iure emptionis, & in re dubia exiſtimat eū non teneri, niſi Clauſula adhibita fuerit latiſſima, cum omnibus iuribus pertinentibus ad illam rem vel occaſione eius; at non videt ipſe hæc non reſpicere metam quæſtionis, quemadmodum in reiectione reſolutionis Ripæ declaraui. Poſtea limitat hæc omnia in legatis, exiſtimans rei legatæ portionem emptori accreſcere, non vēditori, iuxta Bartoli, & aliorum communem opinionem, [k] vtpotè, cum ius vniuerſale deficiat in legatis particularibus, & vendita re legata tranſlatum ſit omne ius, neq; enim aliud ſeparatum à re inerat vniuerſaliter vel particulariter. A qua communi opinione non imprudenter, ſed pluri-
7 bus argumentis innixus receſſit Vaſquius, [l] cui ego † etiam aſſentior, nā ius accreſcendi in legatis, non competit niſi his, qui nuncupati ſunt in teſtamento, & coniuncti aliquo genere coniunctionis, realis, verbalis vel mixtæ, ſed extra omne genus coniunctionis, & extra omnem teſtamenti ſeriem, vel commodū reperitur emptor, qui non poſſidet portionem coniunctim, proinde, ab hoc iure deficit; vnde & iure optimo Raphael Fulgoſius hac de re valde hæſitabat, & altè cogitandum ſpeculandumque eſſe aiebat.

AD CAP. III.

a Iaſon in l.re coniuncti, nu.141.de leg.3.
b Bart.in d.l.re coniuncti, in quinta quæſt. primæ partis, nu.26. Dec.in l.1.nu.39.C.quando non petent.part.
c Cagnol.in d.l.1.nu.16.
d Dec.vt ſupra.
e Alciatus in l.re coniuncti, nu.35.
f Alciat.inibi.
g Ripa in l.re coniuncti, nu.99.de leg.3.
h Bologn.in l.1.C.quando non pet.part.nu.23.
i Michael Craſſ.in §.ius accreſcendi, q.12.
K Craſſ.vbi ſuprà, & Bart.in d.l.re coniuncti, quem omnes communiter ſecuti ſunt.
l Vaſquius, de ſucceſſionum progreſſu, §.21.nu.72.vbi latè diſputat.

SVMMARIA.

1 *Ius accreſcendi an ſibi locum vendicet in contractibus. & nu,3.*
2 *Seruitutis natura nullam patitur diuiſionem.*
4 *Leges iuris accreſcendi data ſunt ſolummodo vltimis voluntatibus, hereditatibus ſcilicet & legatis, quinetiam donationibus cauſa mortis.*
5 *Rerum dominia in contractibus nunquam transferuntur ſine traditione.*
6 *Ius non decreſcendi locum ſibi non vendicat niſi quando coniuncti faciunt ſimul partes concurſu.*

7 *Ius accreſcendi an habeat locum in legitima liberorum,*
8 *Iuſtè exheredatus deportatus, vel monachus pro mortuis habentur.*
9 *Filiæ à ſtatuto excluſæ an faciant partem, & quomodo computanda ſit filiorum legitima remiſſ.*
10 *Quouſque ſupereſt aliquis in primo gradu, ille admittitur reiectis his qui ſunt in ſecundo.*

Num in Contractibus, numque in Legitima locum obtineat ius accreſcendi. Cap. VII.

1 IN contractibus ſunt qui exiſtimant ius † accreſcendi regulariter ſibi locum non vendicare, quod colligitur à Pomponio in l.ſi mihi & Titio, de verb.oblig.& in §.quod ſi quis, de inutil.ſtipul.id tamen admittunt, ſi ſtipulatio ſolidū contineat, vt ſi ſtipulatus fuerim mihi decem, & eadem decem Titio, quod ius non decreſcendi potius appellant, idem etiam negare non audent, ſi concedentis interſit: vel ſi res
2 fuerit indiuidua, qualis eſt ſeruitus, cuius ‡ natura nullam patitur diuiſionem,
vt in l.fundus ille, de contrah.empt. & in l.proprium, ff.com.prædio. quæ omnia communiter eſſe recepta plures [a] atteſtantur.

3 Non deſunt tamen qui [b] audenter & indiſtinctè, † nullum ius accreſcendi in
contractibus poſſe inueniri aſſeuerant, & dubio procul omnes cogimur fateri le
4 ges iuris accreſcēdi datas fuiſſe ſolummodò † vltimis voluntatibus, hæreditati
bus ſcilicèt ac legatis, quin etiam donationibus cauſa mortis, l.vnica, C.de ca-
duc.toll.& iura Romana apertiſſima ſunt in vniuerſo iure ciuili. Ratio quoq;
reddi poteſt, tum quod in teſtamētis plenior fit interpretatio, l.in teſtamentis,
de regul.iur. tum quod in contractibus, vt Fernandus Vaſquius ingenioſè au-
tumat, pars incapaci promiſſa, quæ deficere videtur, nunquam verè deficit, ſed
5 ſemper pleno iure poſſeſſa reperitur à promiſſore: quoniam rerum † domi-
nia in contractibus nunquam transferuntur ſine traditione, l.traditionibus, C.
de pact.ergo non vacat, ergo nemini poterit accreſcere, l.ſi duo patroni, ff. de
iureiur. & in ſpecie l.fundus ille, negat ius non decreſcendi in caſu l.propriū,
6 ff.commu.prædior. Nam ius non † decreſcendi, locum inouit ſibi non vendi-
cat, niſi quando coniuncti faciunt ſimul partes cōcurſu, l.1.§.Titius, l.inde Ne
ratius, in verbo, in ſolidum, de vſufruc.accreſcendo, l.vnica, §.ſi verò non om-
nes, C.de caduc.toll.ſed id accidit ibi propter naturam rei indiuiduæ, quæ pro
parte acquiri non poteſt; quaſi velit innuere, quòd in contractibus dentur
ſpectra ſiue ſimulachra quædam, vel vmbræ, quæ omnia ſimilia videntur quo-
ad effectum iuri accreſcendi, ſed verè non induunt eius naturam.

7 Demūm celebris eſt multūq; agitata quæſtio, An ius accreſcendi vindicet ſibi locum in legitima liberorum, quæſtionis exemplum ſit huiuſmodi, Quinq; ſumus fratres, quorum vnus iam monachus euaſit, vel iuſtè exhæredatus fuit à patre, vel iuſſu principis deportatus, quæritur, an reliquis quatuor debeatur triens, an verò potius ſemis, iure accreſcendi.

Et communis [c] olim inoleuit opinio, iure accreſcendi deberi ſemiſſem; quæ nititur ea ratione, quod filij ſint coniuncti legali coniunctione, & collectiuè vocati ad Legitimam.

A qua communi ſententia iure optimo receſſerunt Duarenus [d] & Fernan-
dus Vaſquius, tum, quia legitima à Iuſtiniano taxata fuit pro numero liberorū,
8 qui ea alerentur, vt in Auth.De triente & ſemiſſe; tum, quia iuſtè † exhæreda-
tus, deportatus, vel monachus, pro mortuis habentur, l.1.§.ſi pater, de coniug.

cum

cum emancip.lib.nec faciunt partem, & qui non facit partem, non admittitur ad partem, ergo quatuor ſuccedent, perinde, ac ſi quintus nunquam natus fuiſſet, ergo trieus erit legitima, non ſemis; & his fauet mirum in modum lex Dio
8 cletiani & Maximiani, l.non pro numero, C.ad S.C.Orfician. Non pro numero ſuperſtitum mortis matris tempore, ſed ſuccedentium materna ſcinditur hæreditas. Accedat ratio, qua conſtitutum eſt, legitimam vnius filij, vel duorum, vel trium, vel quatuor, fore trientem, quinque verò liberorum ſemiſſem, Auth. Nouiſſima, C.de inoff.teſtam.& Auth. De triente & ſemiſſe, ne propter numerum pauperes remaneant, vt ibidem legitur, in §.frequenter, & in illis verbis (vel ſi decem fortè) Et in his terminis hæc opinio longè verior mihi videtur, quamuis aduerſari videatur, innumeræ propemodum turbę Iuriſconſultorum. At Duarenus [c] quod multo difficilius eſſe conſtat, exiſtimauit, etiam ſi quintus fuerit idoneus, & capax portionem ſuam repudiauerit, non eſſe locum iuri accreſcendi, ſed Legitimam fore trientem tantum: nam quatuor tantũ ſunt filij quibus legitima debetur, cum quatuor tantum velint ea potiri. Et lex eam iuxta numerũ liberorũ alendorũ moderari decreuit, ita, vt portio repudiata nõ debeat accreſcere, ſed potius extingui. Nec officit quòd filij ſint coniuncti cõiunctione legali: Reſpõdet enim Duarenus, eos non eſſe ſimpliciter coniunctos legali coniunctione, ſed data forma & numero liberorum, à qua recedere non licet, l.nemo poteſt, de legat. 1. & ideò non poſſe portionem vnius repudiantis aliorum portionibus accreſcere: quoniam, ſi quatuor ſunt tantum filij, inſpecto numero debetur triens, non autem ſemis, haud ſecùs ac ſi ſex eſſent, & ſextus repudiaſſet, eſſet ſemis, &c. In qua tamen Duareni ſententia calamum nõ ſiſto, ſed aliàs rem maturius examinandam arbitror, quamuis in via diſputati-
9 ua, quin hæc ſuſtineri poſſint minimè dubitem. Filiæ verò à Statuto † excluſæ an faciant partem, & quomodo computanda ſit filiorum legitima, abundè in libro 2.de Via iuris, cap.24. pertractaui; quod ſi duo fuerint filij maſculi, & ſoror à Statuto excluſa, & vnus maſculus repudiet portionem ſuam, eius pars non ſorori augebitur iure accreſcendi, ſed alteri maſculo, quia maſculi cenſen-
10 tur eſſe in primo gradu, & fœminæ in ſecundo, & quouſque ſupereſt† aliquis in primo gradu, ille admittitur, reiectis his qui ſunt in ſecundo, l.ſi ex pluribus, de ſuis & legit.& quia portio portioni accreſcit, l.ſi Titio, de vſufruc. Et hæc ab omnibus Iuriſprudentibus ob legalem coniunctionem communiter recepta ſunt.[f] Hactenus igitur de iure accreſcendi.

AD CAP. VII.

a Duarenus, de iure accreſc. lib.1.cap.15. Craſſ.in §.ius accreſcendi, q.14.

a Alciat.lib.4. Paradox.cap.7.& lib.6.cap.7. Vaſqnius, de ſucceſſ.creat. §.10.q.118. Bart.in l.propterea, ff.com.præd.& in l.re coniuncti, q.7.principali, & de ret. diuiduis ſi intereſt conceden tis. Bart. Iaſoo, & alij, in l.re cooiuncti, Iaſoo in l.ſi mihi & Titio, de verb.oblig. Alex.& Ripa, in d.l.re coniuncti.

b Vaſquſus, d.§.10.ou.117.& ſeq.& ou.127.

c Alex.& Iaſon in l.plenè, §.ſi duobus, de legat.1. Ripa in l.re coniuncti, nu.11. Bologn.conſ.392. congerit Craſſ.in §.ius accreſcendi, q.23.

d Duarenus, & Fernandus Vaſquius locis ſupra citatis.

e Duarenus ibidem.

f Hæc omnia probantur ex intentione Bartoli in l.re coniuncti, de legat.3. Iaſon, Cuman.Caſtr. & Socin.in l.mulieri, & Titio.de condi.& demonſt.Caſtr.& Bald.in l.vnica, C.quando non pet.part.Bart.in l.1.§.qui habebar, de contratabul.congerit Craſſ.in §.ius accreſcendi, q.18. num.4.& Fernand. Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.23. nu.74.

SVMMARIA.

1 *Hæredem tria ſunt genera.*

2 *Suus hæres dicitur ille, qui eſt in poteſtate patris, & qui inter liberos obtinet primum locum ſucceſsionis.*

3 *Suitatis nomen vnde fuerit introductum.*

4 *Suus hæres de iure ciuili erat etiam neceſſarius, ita vt non poterat non hæres eſſe, ſed de iure Prætorio introductum eſt abſtinendi beneficium quo ſuus hæres poſſit ab hæreditate abſtinere, ita vt nec adeat, nec ſe immiſceat, nec repudiet, ſed abſtineat tantum.*

4 *Ius ſuitatis vel ſui hæredis eſt triplex, & de eius effectu & vtilitate vide nu. 15.*

6 *Variæ definitiones ſuitatis.*

7 *Definitio auctoris.*

8 *Dignitas inducta ad fauorem alicuius, non debet ad eiuſdem incommodum reflecti.*

9 *Matrimonium non ſoluitur ſuperueniente furore.*

10 *Filij Gallorum an dicantur eſſe in propria poteſtate.*

11 *Suitatis ratio in matre non conſideratur.*

12 *Germaniæ conſuetudine filiusfamilias contracto matrimonio ipſo iure cenſetur emancipatus: & in Regno Hiſpaniæ filius coniugatus habetur pro emancipato, & num. 13.*

14 *Liberatus de patria poteſtate, an poſſit amplius ad eam reuerti.*

16 *Filius ſuus eſt deterioris conditionis quam extraneus, in eo qui pro hærede vſucapere non poteſt.*

Filius ſuus an poſſit vſucapere pro ſuo. ibid. nu. eod.

17 *Anima ſenſitiua denegata eſt Cælo propter eius ſupremam dignitatem, plantæ verò denegata eſt anima ſenſitiua propter eius ſummam craßitiem & ignobilitatem.*

18 *Suitas quot modis tollatur.*

De iure tranſmittendi, & de ſuitate.
Caput VIII.

SVPRA de iure accreſcendi abundè verba fecimus, & id ſuperari à iure tranſmittendi diximus, & tranſmiſſionem trifariam fieri perpendimus, iure nempè ſuitatis, iure ſanguinis, & iure deliberandi, vt in capite primo, & ſecundo de iure accreſcendi in ſuperioribus patet: Sequitur itaq;, vt congruenti ordine nunc de iure tranſmittendi, deq; ſuitate diligenter pertractemus; & quoniam hoc ius originem eius primam deduxit à ſuitate, par eſt, vt de hoc nomine ſermonem etiam habeamus.

1 Satis conſtat vnicuiq; hæredum tria † eſſe genera, alij enim ſunt ſui, & neceſſarij, quales habentur primi filii in poteſtate, qui ſui hæredes dicuntur, alij neceſſarij tantum, vt ſerui, alii extranei, §. 1. de hæred. qualit. & differ. nam ſui hæredes propriè ſe immiſcere dicuntur, alii adire: hinc memorabilis & celeber in gymnaſiis publicis factus fuit error ille Angeli Politiani, viri alioqui doctiſſimi, qui cum iactaret ſe vel Accurſium in gloſſematis ſuperare poſſe, interrogatus à Mariano Socino hoc in Licæo, quiſnam eſſet ſuus hæres, ſatis infœliciter

obnu-

obmutuit, vt doctiſſimus etiam Coraſius in Miſcellaneis ſcriptum reliquit; Di
2 camus igitur, illum eſſe ſuum † hæredem, qui eſt in poteſtate patris, & qui inter liberos obtinet primum locum ſucceſſionis, l.in ſuis, & l.Gallus, de liber. & poſthum. & §.1. de hæred. qualit. & different.

3 Hinc nomen Suitatis introductum † fuit apud Iuriſconſultos, Suitatemq; intelligunt ius ſui hæredis; Quare Coraſius Miſcellaneorum tertio ſubdit, hãc vocem (Suitatem) ab aliquibus vti inſolentem, & minus Latinam, quin etiam Barbaram, damnari, ſed cum Cicero Appietatem, Lentulitatemq; dixerit ab Appio à Lentulo, & Pollio Titum Liuium Patauinitatem quãdam ſonare ſcripſerit, & Vlpianus peregrinitatem, in l.ſed ſi hoc, §.ſi liberos, de in ius vocan. pronunciauerit, potuerunt vtiq; & ipſi Iuriſconſulti Suitate, vel Suitatis vocabulo Latinè vti: non quæ, à ſue vel ſuibus, ſed quæ à ſuo hærede, vel à ſuis hæredibus deducta fuerit, quoniam vocabula paulatim vſu recepta, & in Iuriſprudentia ad docendum apta, non debent Grammaticorum ſuperſtitioſæ religioni ſubijci. Suitatem itaq; intelligimus ius ſui hæredis; & dicamus iure ciuili
4 ſuum † hæredem eſſe, etiam neceſſarium, vt non poſſit non eſſe hæres, donec tandem iure Prætorio introductum fuerit abſtinendi beneficium, quo ſuus hæres poſſit ſe ab hæreditate abſtinere, ita, vt nec adeat, nec ſe immiſceat, nec repudiet, ſed abſtineat tantum, §.ſui autem, & §.ſed ijs Prætor permittit, de hæred. qualit. & differ. l.Gallus, l.in ſuis, de liber. & poſthum.

5 Hinc ius † ſui hæredis vel ſuitas ipſa, triplex facta fuit, vna maximè plena, altera plena, tertia ſemiplena, de quibus inferius agendum erit.

6 Suitatis definitiones † variæ traditæ ſunt à Baldo, [a] ab Angelo, à Decio, & ab alijs, qui ſine vlla vtilitate eas ſubtiliter examinant; mihi verò ſatis fore du-
7 xi eam ita deſcribere: Suitas † eſt ius filiis familias proximioribus in bonis patris familias dominium viuentis, & dominium rerum ſucceſſione morientis ipſo iure transferens.

Huius ſuitatis potiſſimum fundamentum eſſe videtur, vt filij ſint in patria poteſtate, quare dixi filijs familias in bonis patrisfamilias, ſunt enim qui obijciunt dari ſuitatem ſine patria poteſtate: verum Decius [b] audacter ſuſtinet, hanc eſſe optimam conſequentiam, hic non eſt in poteſtate, igitur nõ eſt ſuus, l.lex Cornelia, de teſtam. §.emancipati, de hæred. quæ ab inteſt.

Contra obijciunt, filium exhæredatum qui non eſt in poteſtate, eſſe tamen ſuum, l.qui in aliena, §.interdum, de acquir. hæred. l.1. §.interdum, de ſuis & legit. ſed de hoc in proprio articulo videbimus.

Item obiiciunt, poſthumum qui non eſt in poteſtate, ſuum tamen dici, l.1. §.ſciendum, de ſuis & legit. cui Decius occurrit, quod Poſthumus ſi non eſt ſuus, eſt futurus ſuus, l.poſthumum, C.de collat. l.1. §.toties, de vent. in poſſeſ. mitten. Præterea, ſi ſuus diceretur, id eſſet per fictionem, quia fingitur natus, cum nondum natus ſit, l.qui in vtero, de ſtatu homin. l.poſthumo, de bonor. poſſeſ. cont. tabul.

Obiiciunt etiam, Epiſcopum, Abbatem, & Monachum, & ſimiles, qui ſunt ſui hæredes, non tamen ſunt in patria poteſtate, propter eorum dignitatem, quæ eos eximit ab huiuſmodi poteſtate, §.filiusfamilias, quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

8 Sed in his reſpondet Decius, ius fore ſpeciale, ne dignitas † in eorum fauorem inducta ad eorum incommodum reflectatur, ita, vt quatenus ad damnum, non ſint in poteſtate, ſed quatenus ad commodum, vtiq; ab ea non cenſentur exempti; Reſpondet etiam, quod reſpectu patriæ poteſtatis, in eis fuit ſemel generata ſuitas, quæ poſtea continuari poteſt abſq; patria poteſtate, quemad-
9 modum matrimonium non † ſoluitur ſuperueniente furore, l.patre furioſo, &

de

de his qui ſunt ſui vel alieni iur.

10 Ex quibus inferunt ad vtilia, nempè, ad filios Gallorum, † qui non dicũtur eſſe in patris poteſtate, vt aſſerit gloſ. Inſtit. de patr. poteſt. quod ſi verum eſſet, filii Gallorum teſtari poſſent de bonis aduentitiis, quia non eſſent in patria po teſtate, l. penultima, C. qui teſtam. facer. poſſ. l. nemo, C. qui teſtam. facere poſ.[c] Decius [d] verò putat gloſſam errare, & filios Gallorum eſſe in patria poteſtate, Guidi [e] Papæ auctoritate motus.

11 Vndè, † ex prædicta ratione inferunt ad matrem, quod in ea non conſideratur ratio ſuitatis, quia filios non habet in poteſtate, ergo nec ſuos hæredes, §. mater, de adopt. l. illud, §. ad teſtamenta matrum, ff. de bonor. poſſeſ. cont. tabul. l. nullas, de ſuis & legit.

12 Michael Craſſus [f] & ipſe infert ad conſuetudinem Germaniæ, † qua filiusfamilias ſi contraxerit matrimonium, ipſo iure cenſetur emancipatus.

13 Quinetiam Antonius [g] Gomezius Hiſpanus, in noſtro inquit Regno † filius coniugatus habetur pro emancipato, per legem Tauri, ergo non poteſt tranſmittere hæreditatem ex potentia ſuitatis, ſed iure ſanguinis in deſcendentes tantum, vel iure deliberandi, inter quas tranſmittendi ſpecies, magna eſt differentia, & proinde vtilitas, vt inferius declarabimus.

14 An verò ſemel liberatus † à patria poteſtate, poſſit ad eam amplius reuerti necne, celebre olim fuit & adhuc eſt diſſidium inter Caſſaneũ, & Tiraquellũ, vt ipſemet Tiraquellus [h] in legibus connubialibus atteſtatur.

15 Suitatis tres † eſſe ſpecies antea dicebam, nunc declarandæ ſunt, & quinam effectus ac vtilitates ex eis proueniant; triplicem eam eſſe dicebam, maximè plenam, plenam ac ſemiplenam.

Eſt igitur prima ſuitatis ſpecies, quando ſuus hæres ſe immiſcuit hæreditati, quo caſu nihil operatur beneficium abſtinendi, proindè, nullos parit effectus, de quibus infrà dicturi ſumus, & ea probatur in l. conditionibus pupillus, de condit. & demonſtr. l. omnium, C. de teſtam. & hanc Interpretes pleniſſimã ſuitatem appellarunt.

Secunda ſpecies eſt, ſemiplena ſuitas, quando quis ſe abſtinuit ab hæreditate patris, l. filius qui ſe paterna, ff. de acq. hæred.

Primus effectus huius ſemiplenæ ſuitatis eſt, quod per eam confirmantur tabulæ pupillares, quæ aliàs corruerent, cũ non valeat teſtamentum filij, niſi quis ſit hæres in teſtamento patris, & hic non repudiauit, ſed abſtinuit, l. 2. § quiſquis, de vulgar. & pupillar. l. filius qui ſe paterna, de acquir. hæred. & §. liberis, de pupill. ſubſtitut.

Secundus ex ea oritur effectus, quod exiſtentia ſui hæredis confirmat vniuerſale fideicommiſſum, etiam extraneo relictum à filio abſtinente; ſpecies eſt huiuſmodi in l. ita tamen, §. ſi pater, ff. ad Trebell. [h] ratio ea eſt, quoniam filius qui abſtinuit, poteſt cogi, vt quilibet extraneus hæres cogitur adire, & reſtituere, l. recuſare, §. meminiſſe, ff. ad Trebell. & ita confirmatur fideicommiſſum vniuerſale.

Tertius eſt effectus, vt exiſtentia ſui hæredis confirmet dationem tutoris, quæ tutoris datio in teſtamento nõ valet, niſi adeatur hæreditas: nam ſi nemo adierit hæreditatem, nihil valet ex his quæ teſtamento ſcripta ſunt, l. ſi nemo, ff. de teſtam. tutel. l. 2. C. de teſt. tutel.[i] Attamen, quia data hac ſuitate, non dicitur teſtator carere hærede, abſtinuit enim, non autem repudiauit; hinc factum eſt, vt abſque alia immixtione vel aditione confirmata ſit tutoris datio, d. l. 2. C. de teſtam. tutel.[k]

Tertia ſpecies eſt ſuitas ipſa plena, quando ſcilicèt quis nec abſtinuit, nec ſe immiſcuit, de qua paſſim Interpretes.[l]

Hh Effectus

Effectus huius ſuitatis ſunt etiam illi, qui ſupra connumerati fuerunt, tabularum confirmatio, fideicommiſſi vniuerſalis, & dationis tutorum.

Quartus eſt effectus, hanc non valere conſequentiam pro creditoribus: tu es filius, ergo tu es hæres, quę tamen iure antiquiſſimo tenebat, l. in ſuis, de lib. & poſth. l. cum dotem, §. tranſgrediamur, vbi gloſ. ſoluto matrimonio.[m]

Quintus erit, quod etiam tranſactis annis triginta, poterit hic plenus hæres ſe immiſcere in hæreditate, quod quidem negauit gloſ. in l. licet, C. de iure deliber. ſed probatur à gloſ. in l. vnica, C. quando non peten. par. & ratio vrgens adducitur, quod cum ſemper adhuc ſit hæres, nec per beneficium abſtinendi deſierit eſſe hæres, quoniam hucuſque nec abſtinuit, nec ſe immiſcuit, vtique poterit quandocunque ſe immiſcere, & pro hærede gerere, non obſtante aliqua temporis præſcriptione, quod ego verum putarem, niſi alius res illas hæreditarias poſſederit, & ſpatio triginta annorum præſcripſerit, iuxta gloſ. in d. l. licèt, quamuis in ſuis nulla detur hæreditas iacens, l. cum hæreditas, C. de poſiti.

Sextus, vt filius non poſſit inſtitui hæres ſub cõditione caſuali, quæ caſu poſſit eſſe, & non eſſe; enimuerò, tunc iura ſuitatis infringerentur, quibus filius ſemper eſt ſuus, & ſemper neceſſarius in iure ciuili; poteſt autem inſtitui ſub conditione poteſtatiua, quæ facilè adimpleri poſſit à filio, hæc ſiquidē pũra habetur; probantur hæc omnia in l. ſi pater, l. vlt. de condit. inſtit.[n]

Septimus, vt in ſuis nunquam detur titulus pro hærede; ergo qui nec abſtinuit, nec ſe immiſcuit, non poterit quid vſucapere pro hęrede, ſuis etenim non acquiri poteſt recens hæreditas aliqua, ſed continuatur in eis poſt mortem patris, quo tempore vnuſquiſque filius eſt ſuus hæres, ergò non prohæres, quemadmodum Rex non eſt prorex, nec Conſul proconſul, l. nihil, C. de vſucap. pro

16 hęred. l. 2. §. vlt. de vſucap. & in hoc filius eſt longè † deterioris conditionis quã extraneus. An verò pro ſuo vſucapiet, conſule l. 1. §. 1. de vſucap. pro ſuo.

17 Sicut igitur † Cœlo vt Simplicius ait, denegata eſt anima ſenſitiua, propter eius ſupremam dignitatem, plantę verò denegata eſt anima ſenſitiua, propter eius ſummam craſſitiem, & ignobilitatem, ſic ſuis hæredibus denegatur titulus pro hærede, propter ſummam eorum nobilitatem, ac iuris præſtantiam, alijs verò vel legatarijs, vel furibus, vel malæ fidei poſſeſſoribus, denegatur titulus pro hærede, & cæteris extraneis conceditur, propter eorum limitatam in is anguſtiam & ignobilitatem.

Octauus & vltimus erit effectus, quòd virtute huius ſuitatis, hæreditas non adita, vel non agnita tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos, l. apud hoſtes, vbi gloſ. C. de ſuis & legit. hæred. l. 3. l. ſi infanti, C. de iure delib. l. 1. C. de his, qui ante apert. tab. quod non accidit in alio genere tranſmiſſionis, quandoquidē, trãſmiſſio quæ fit iure ſanguinis inter affines, nõ poſſit celebrari, niſi ab hoc qui tranſmittit, & illo cui trãſfertur, cũ vterq; ſit de liberis; nec ad agnatos vel conſanguineos collaterales, nec ad aſcendentes fieri poteſt, vt in ſuperioribus diximus, & ab omnibus[o] communiter in Iuriſprudentia receptum eſt; & hic effectus non oritur ex ſuitate illa qua filius abſtinuit.

18 Denique † referunt Iuriſprudentes,[p] ſuitatem tolli varijs modis.

Primò, tollitur ſuitas morte filij obeuntis viuente patre, l. Gallus, de liber. & poſthum.

Secundò, ſi filius viuente patre depòrtetur, l. Gallus, §. & quid ſi tantum, de liber. & poſthum.

Tertiò, ſi filius viuente patre, ab hoſtibus capiatur, d. l. Gallus, §. & ſi is, quãuis ſuitas ſtet ſuſpẽſa propter iura poſtliminij, l. ſi poſthumus, §. ſi quis filium, de lib. & poſthum. interim tamen ſublata dicitur.

Quartò tollitur, quoties filio quiſpiam ſubſtitutus fuerit vulgariter, quia in

expreſſa vulgari intelligitur ineſſe conditio, ſi noluerit, vel ſi non potuerit eſſe hæres, ergò teſtator videtur filium hæredem neceſſarium inuertere, & facere voluntarium,& proinde frangere iura ſuitatis, qui ſanè error communis Bartolo [q] potiſſimum adſcribitur,gloſſam ſecuto, in l.Papinianus, §. quarta, de inoffic.teſt.& egregiè reijcitur à Paulo Caſtrenſe, [r] à Coraſio, vtroque Raphaële,& reliquis,nā pater ſubſtituendo,ſi filius hæres non erit, in eum caſum ſubtuiſſe putatur, quo filius ſuus beneficio Prætoris abſtinuerit, nec præſumitur nouam ipſe dediſſe licētiam abſtinendi,& his fauet l.vlt. de cond,inſtir.quoniā ſi ſublata fuiſſet ſuitas,fruſtra ibi expectaretur vltimus vitę ſpiritus,& pater dū vulgariter ſubſtituit,voluit filio conſulere & prodeſſe,non autem quicquam in eius perniciem moliri.

Quintò,tollitur ſuitas exhæredatione,l.qui in aliena, §. interdum, de acqu. hæred.l.§.ſciendum,de ſuis & legit.hæred. Sed hic articulus eſt valdè controuerſus,& dignus legitimò certamine.

AD CAP. VIII.

a Bald.in l.apud hoſtes, C.de ſuis & legit. Ang.in l.in ſuis,de lib.& poſt. Dec.& nos in l.qui ſe patris, C.vnde lib.
b Dec.in d.l.qui ſe patris, num. 2.
c Bald.in cap.ſi duo fratres, in fine,de fratr.de nouo beneſ.inueſtiendi, Alex.in l.penult. C.qui teſtam.fac.poſſ.
d Dec. in d.l.qui ſe patris.
e Guido Papæ,deciſ.54.
f Michael Craſſ.in §.ſuitas,q.4.
g Anton.Gomeſ.de tranſmiſſione hæreditatis, num.24.
h Tiraq.in legibus Connubialibus,gloſ.3.
h Bart.in l.ſi filius qui patri,de vulg.& pupill.
i d.l.ſi nemo,de teſtam.tut. Bart.in d.l.ſi filius qui patri,de vulg.& pupill.
K Cyn.& alij,in l.2. C.de teſtam.tut.
l Bart.in d.l.ſi filius qui patri,& l.3. C.de iure deliber.
m L.neceſſarijs,de acq.hæred. Cyn.in l. n C.de repud.& abſtin.hæredit.
n Bart.in l.fin.de condit.inſtitut.& in l.ſi pater, C.de condit.& ſubſtit.ſub hæredit.
o Gloſſ.& omnes,in l.apud hoſtes,per illum text. C.de ſuis & legit.l.3. l.ſi infanti, C.de iure delib.l.1. C.de his,qui ante apert.tab. Bart.in l.ex militari,in fine,de teſt.mil. & in d.l.ſi filius qui patri, firmat Gomez.egregiè in tract.de tranſmiſſione hæredit.nu.18,verſ.octauò. & nu.48. Sic legatarius tranſmittit,l.cum pater,§.ſurdo,de leg. 2.
p Dec.& alij,in d.l.qui ſe patris, C.vnde liber. Ang. de Perigl.in tract.de ſuitate.
q Bart.in l.ſi filius hæres,de lib.& poſth.& in l.Papinianus,§.quartam, de inoffi.teſt.& in l.1.nu.4.& 5. de vulg.& pupill.
r Paul.Caſtrenſ.in l.ſi filius hæres,num.5.& 6.de lib.& poſth. Coraſius poſt vtrumque Raphaelem,& alios, Miſcellaneorum lib.1.cap.2.

SVMMARIA.

1 *Exhæredatio an tollat ſuitatem,ſiue iura ſui hæredis.& nu.3.*
2 *Exhæredatus pro mortuo habetur.*
4 *Argumentum à contrario ſenſu non valet,quando reſultat legum contrarietas vel correctio.*
5 *Reſolutiones variæ ad præcedentem quæſtionem poſitam ſub numer. 1. & vide num. 8.*
6 *Reſolutio auctoris ad prædictam quæſtionem.*
7 *Suitas inuenta eſt de Iure Ciuili.*

An exhæredatio tollat ſuitatem. Cap. IX.

1 SEQVITVR ex ordine videamus, vtrū exhæredatio † tollat ſuitatem, ſiue iura ſui hæredis. In quo ſanè articulo ſatis controuerſo, Curtius [a] & Bolognetus putarunt eam ſuſpendi tantum, alij tolli, nonnulli permanere, non autem auferri ſuitatem.

Quod itaque exhæredatio tollat ſuitatem, probare conantur his medijs.

Primò deducunt argumentationem à l. 1. §. interdum, de acqu. hæred. & à l. filius, in princip. de bon. liber. Nepos exhæredato filio etiam ſi non adeat hæreditatem, facit patrem ſuū hæredem & neceſſariū, at ſi exhæredatus eſſet ſuus, nulli dubium, quod nepos nō admitteretur, ſed admittitur, ergo ſublata eſt ſuitas ipſi exhæredato; idem etiam deducunt in filio patroni.

Cui occurrunt alij, dicentes, ibi Iuriſconſultum affirmare, quod nepos facit patrem neceſſarium hæredem, ſed aliud eſt, quod quis fiat ſuus iure eodem ſuitatis, aliud verò, quod fiat neceſſarius non per ius ſuitatis, ſed per alium; & quamuis nepos admittatur excluſo pàtre exhæredato, non propterea probatū eſt ſublatam fuiſſe ſuitatem.

Secundò, ex l. 1. §. poſt ſuos, de ſuis & legit. poſt ſuos ſtatim cōſanguinei vocantur, & verum eſt inquit, eos eſſe conſanguineos, etiam ſi ſui hæredes non extiterint patri, puta exhæredatos, ergo exhæredati non ſunt ſui, ergo exhæredatio perimit ſuitatem.

Reſpondetur, negando conſequentiam, Enimuerò non ſequitur, non extitit hæres ſuus patri, ergo non eſt ſuus, quia Iuriſconſultus inibi negat exiſtentiam actualem, non ſimplicem ſuitatem, denegat inquā exiſtentiam, non autem eſſentiam ſuitatis, vel negat ſucceſſionem, non autem ius.

2 Tertiò probant, exhæredatus pro mortuo habetur, l. 1. §. ſi pater, de cōiun. cum emancip. lib. ſed mortui non ſunt ſui, ergo exhæredatus non eſt ſuus, ſed ibi filius emancipatus erat etiam exhæredatus, & ideo pro mortuo habebatur propter emancipationem, & exhæredationem.

Quartò ſi extraneus repudiat hæreditatē, tunc ſuus adipiſcitur nomen ſuitatis, l. filium, §. penult. ff. de bonor. poſſeſ. ſec. tab. ergo antea non erat ſuus; ſed reſpondent, id non prouenire ex teſtamētò, ſed quia res deducta fuerat ad cauſam inteſtati, quo caſu licèt filius ſit exhæredatus, admittitur tamen ab inteſtato tanquam ſuus.

Quintò deducitur argumentum à l. ſi filius, §. qui patri, ff. de vulg. & l. ſed ſi plures, §. ſi ex aſſe, ff. eod. ſuitas tranſmittit ad pupillariter ſubſtitutum ſine vlla aditione, ſed filius exhæredatus cui pater pupillariter ſubſtituit, non tranſmittit ad ſubſtitutum ſine aditione, ergo exhæredatio tollit ſuitatem.

Sed reſpondendo negàtur conſequentia, quamuis enim exhæredatio poſſit aliquem ſuitatis effectū impedire, non propterea poterit eam penitus illidere.

Econuersò, alij contrarias partes ſecuti, ſuſtinuerunt per exhæredationem

3 † nullo modo tolli ſuitatem.

Primò, per l. ſi quis filio exhæredato, de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam. filio exhæredato, ita demum nepos rumpit teſtamentum, ſi tempore mortis aui, pater exhæredatus, vel filius eum non præcedit verè vel fictè, ergo filius etiam exhæredatus impedit nepotem, ergo exhæredatus habet iura ſuitatis, ſed id accidit, quia nepos ab inteſtato ſuccedit vti legitimus.

Secundò, per l. 1. §. ſciendum, de ſuis & legit. exhæredatus ibi tanquam ſuus ſuccedit,

ſuccedit, & confirmatur in l.ſi quis filio exhæredato, de iniuſt.rupt.& irrit.teſtam.nam quando filius exhæredatus moritur, admittitur nepos,non tamen ante eius mortem,ergo iura ſuitatis remanent in exhæredato vſque ad mortem,
4 ſed ibi verè erat mortuus; Nec valet† argumentatio à contrario ſenſu,quando reſultat legum contrarietas,vel correctio,vt in l. 1.ff.de offic.eius.

Tertio per l.Papinianus,§.ſi ex cauſa,ff.de inoffic.teſtam.nam lata ſententia contra teſtamentum,admittitur exhæredatus, & erit inquit ſuus hæres, ergo exhæredatio non tollit ſuitatem; ſed reſponderi poteſt,retorquendo argumentum,dum inquit,quod erit ſuus poſt ſententiam, & poſt reuocatum teſtamentum,ergo ante dum erat exhæredatus,non erat ſuus.

Quartò per l.filium, §.ſed cum exhæredatio,de bon.poſſeſſ.cont.tabul.ſed cum exhæredatio inquit non adita hæreditate ex teſtamento nullius ſit momenti,ſi filius eſt exhæredatus,emancipatus,præteritus, & extraneus hæres inſtitutus,ſiue adeatur hæreditas ſiue non , vterq; filius exhæredatus ſcilicet, & emancipatus,dimidiam aduocabit,emancipatus per contratabulas,alter ab inteſtatò,ergo exhæredatus ſuccedit vt ſuus.

Reſpondetur,hoc euenire ab inteſtato, non autem in cauſa teſtati, quod ſi exhæredatio nullius eſt momenti,niſi adita fuerit hæreditas ab alio,ergo exhęredatio non tollit ſuitatem.

Talia ſunt quæ hinc inde poſſunt deduci ; & reflecti, ſed animus propterea non acquieſcet niſi ad intimam reſolutionem tranſeamus.

5 Prima igitur reſolutio † huius quæſtionis eſt,quod exhæredatio non habet locum in vita patris,nec ante aditionẽ,immò ſi inſtitutus repudiaret,admitteretur exhæredatus,ergò ante mortẽ exhęredatus dicitur ſuus,& poſſet adhuc à patre inſtitui,nec locum habet exhæredatio ante aditionẽ,l.vltima, §.ſi quis exhæredato,de bonor. poſſeſ.cont.tabul. quare Curtius exiſtimauit, ſuitatem ſuſpendi quidem per exhæredationem,non autem tolli, & in l. 1.§. ſciendum, de ſuis & legit.pater exhæredatus mortis tempore nepotem præcedebat,& ſic perſeuerabat exhæredatio,ergo non erat ſublata ſuitas,quæ conſiſtit in primo gradu:ſed enim,id ante ſententiam,& in vita patris exhæredati procedit,quare exhæredatio nullius eſt momenti,niſi adita fuerit hęreditas ab alio, ergo exhæredatio non tollit ſuitatem;quamobrem Decius[b] dicebat,quod ſi per exhæredationem tolleretur ſuitas, non eſſet vis ulla ponenda in inſtitutione nepotis,vel alterius,quæ tamen principaliter perpenditur in d.§.interdum, ergo inquit exhæredatio ſola non impedit ſuitatem, niſi etiam facta fuerit inſtitutio nepotis,& hæc potiſſimum eſt conſideranda, quia ſola exhæredatio nullius eſt momenti,niſi adita ſit hæreditas.

6 Ego verò in hac quæſtione † ſentio,quod per exhæredationem tollatur ſuitas,per l. 1.§.poſt ſuos,de ſuis & legit.dum ait,poſt ſuos vocantur conſanguinei,conſanguinei autem illi vocantur,qui ſanguine coniuncti ſunt,etiam ſi ſui hæredes non extiterint patri,vtputà exhæredati; ergò patet quod exhæredati excipiuntur à ſuis.

7 Secundò dico,† ſuitatem iure ciuili fuiſſe inuentam,l.ſcripto,de bon.damnat.& eam duo potiſſimum operari ſiue producere,primum, quaſi dominium viuente patre,ſecundum,ſucceſſionem poſt mortem; quo ad primum, ſemper filius habet quaſi dominium in bonis paternis,l.in ſuis,de lib.& poſthum.quo ad ſecundum iuſſit lex filium à patre inſtitui,& ſic conſtituit ſuitatem, limitauit autem poſtea,niſi extiterit legitima cauſa exhæredãdi, Auth.Vt cum de appellatione cognoſcitur,§.aliud quoq; capitulum, ecce igitur,quod eodem iure quo pater eſt coactus filium inſtituere ex iure ſuitatis, ſic etiam legitima exiſtente cauſa tollitur hęc ſuitas,& poteſt filius exhæredari, vt à Iuſtiniano Imperatore

peratore ſancitum fuit; Quare concludo, quod aut quęrimus, an viuentè patrẽ filius exhæredatus dicatur ſuus, & reſpondeo, quod eſt ſuus, quia Lex non cõſiderat exhęredationem niſi poſt mortem, vt ſupra expoſitum fuit; Aut quærimus, an poſt mortem filius exhæredatus dicatur ſuus, tunc dico, filium non eſſe ſuum, ſed amiſiſſe omnia iura ſui hæredis, quia Lex quæ illi indulſerat ſuitatem, eandem ei abſtulit poſtea, aliqua iuſta exhæredandi cauſa vrgente, vt in d. Auth. Vt cum de appellat. cognoſc. §. aliud quoq; capitulum, & in §. exhæredatos, Auth. de hæred. & Falcid.

6 Altera ſuccedit † reſolutio Michaelis Craſſi,[c] diſtinguentis; Aut probata eſt inquit cauſa exhęredationis, lataq; ſententia, tunc Suitas eſt omninò ſublata; Aut nondum lata eſt ſententia contra exhęredatum, tunc ſuſpenſa manet ſuitas; Qua diſtinctione putat varias Iuriſconſultorum conciliari opiniones; Sed hęc reſolutio noſtræ etiam quam maximè adhęrere videtur.

AD CAP. VII.

a Curtius in l. qui ſe patris, C. vnde liberi. & Bologn. nu. 14.
b Dec. in d. l. qui ſe patris.
c Michael Craſſ. in §. ſuitas, quæſt. 11.

SVMMARIA.

1 *Filia excluſa à ſtatuto ſtantibus maſculis, an ſit amplius ſua, an verò potius amiſerit iura ſui hæredis; Et opinionem auctoris vide. nu. 4. Et huius quæſtionis effectus & vtilitates vide nu. 5.*
2 *Qualitas verbi debet intelligi ſecundum tempus verbi.*
3 *Admittendus cum admittitur, tunc excludendus excluditur.*
6 *Oculos & mentem dirigerę oportet ad varias formulas verborum quæ in ſtatutis vel teſtamentis habentur.*
7 *Legata omnia pura, fideicommiſſa, & alia poſſunt tranſmitti iure ſuitatis, iure ſanguinis, & iure deliberandi; ſecùs eſt in conditionalibus legatis, fideicommiſſis & id genus multis. nu. 8.*
9 *Teſtator poteſt intranſmiſſibilia facere tranſmiſſibilia, & econtra.*
10 *Spes vulgaris ſubſtitutionis non poteſt tranſmitti quando veram continet conditionem; idem in pupillari excepto vno caſu ſingulari, idemque in reciproca & fideicommiſſaria.*
11 *Statutum excludens fœminas per maſculos, ſi iuſſerit eas dotari vſque ad Legitimam, an moriente filia antequam dotetur, tranſmittat ad hæredes hanc legitimam vel hanc dotem.*
12 *Filia ſi inſtituta fuerit in fundo aliquo pro dote, & ſic ſit hæres in re certa, an poſſit hanc portionem ſuam non agnitam tranſmittere ad hæredes.*
13 *Cohærede dato vniuerſali, puta filio, & hac filia inſtituta in dote in fundo Maniano, vti hærede in re certa, vtrum ſi hæc filia deceſſerit, & ea mortua cohæres vniuerſalis repudiet hæreditatem, an inquam teſtamentum efficiatur irritum.*
14 *Inſtitutus in re certa participat naturam Legatarij, & etiam hæredis, & ſic eſt anomalus ſucceſſor.*
15 *Filia ſi per ſtatutum excluſa ab inteſtato fuerit à patre pupillariter impuberi fratri ſubſtituta, vtrum poſſit hæreditatem non aditam fratris ſui iure ſuitatis ad hæredem transferre; Et opinionem auctoris vide nu. 10.*
16 *Dos an ſuccedat loco legitimæ. & nu. 17.*
18 *Legitima non eſt quota hæreditatis ſed quota bonorum.*

20 Fi-

20 Filius an tranſmittat non ſolum portionem ſuam, ſed etiam portionem ſororis ſibi acquiſitam ex ſtatuto excludente ſororem nondum aditam, ſicuti transferre poteſt omnem ſuam portionem hæreditatis nondum aditam.

21 Priuilegium quo filius lucratur portionem ſororis, habet locum ſi apparet à filio acceptum fuiſſe.

22 Legis verba cui non conueniunt, nec conuenit legis diſpoſitio.

Priuilegia ſtrictè ſunt interpretanda. ibid.

23 Priuilegium datum à Lege, tranſit ad hæredes quamuis acceptum minimè fuerit

24 Legatum pro dote an ſit tranſmiſſibile.

An filia excluſa à Statuto, ſit amplius ſua. Et aliæ vtiliſſimæ quæſtiones inde emergentes. Caput X.

CVM agatur de iure tranſmittendi, non ab re quæritur, an
1 † filia excluſa à Statuto ſtantibus maſculis, ſit amplius ſua;
an verò potius amiſerit iura ſui hæredis.

In hac quæſtione Decius[a] huiuſmodi poſuit Concluſionem, filiam nõ eſſe amplius ſuam hæredem, ſed à Statuto exhæredatam; Quæ ab Alexandro,[b] & à Bartolo confirmata legitur; Hæc tamen filia à Statuto excluſa, differt à Filio à patre exhæredato, quoniam ille propter ſui culpam & peccatũ fuit exhæredatus; hæc verò ſine peccato arcetur ab hæreditate, Auth. Vt cum de appellat. cognoſc. §. aliud quoque capitulum.

Alij verò dicebant, Prætorem non tollere ſuitatem, ergo nec Statutum, &
referebant Ruinum[c] tenuiſſe huiuſmodi Statutum non tollere ſuitatem, ea ra
2 tione, quod † qualitas verbi debeat intelligi ſecundum tempus verbi, l. in delictis, §. ſi extraneus, de noxal. action. l. Titius, de teſtam. milit. ſed Statutum excludit à ſucceſſione, ergo tẽpus ſucceſſionis ſpectatur: verùm eo tempore mortuus eſt pater, ergo filia viuente patre ſemper eſt ſua; Confirmatur per Regulã
3 Bartoli,[d] nam † tũc demum excludendus excluditur cum admittendus admittitur tempore ſcilicèt ſucceſſionis, quare antea erat ſua. Sed huic rationi reſpõdere poſſumus, quod licèt viuente patre ſit ſua, non propterea ſequitur, quin mortuo patre facta ſit extranea, quemadmodum de filio exhæredato in præce
4 denti concluſimus. Quare † firmãda eſt propoſitio, filiam à Statuto excluſam, non fore amplius ſuam, ſed extraneam; & verba Statutorum diligenter ſunt conſideranda, an ſcilicèt eam penitus propellant à ſucceſſione paterna, necnè.
5 Verùm enimuerò, ex hac Concluſione multi prodeunt egregij effectus, † & magnæ vtilitates: nam, ſi eſt ſua, poteſt tranſmittere portionem ſuam, ac etiam aliorum, quæ ſibi obuenerit: ſi verò non eſt ſua, non poteſt quicquam trãſmittere iure ſuitatis, quamuis poſſit aliquando iura dotalia transferre iure legati,
6 ſiue vti legataria; oportet igitur † oculos, & mentem dirigere ad varias formulas verborum, quæ in Statutis, vel in teſtamentis habeantur, an ſcilicèt filiæ ſint penitus excluſæ, an verò dos ipſis fuerit pro portione hæreditatis relicta; præterea, an inſtitutę fuerint in fundo pro dote, veluti hæredes in re certa, & in his firmandæ ſunt hæ Concluſiones.
7 Prima, quod omnia † pura legata, fideicommiſſa, & alia, poſſunt tranſmitti iure ſuitatis, iure ſanguinis, & iure deliberandi, vt latè in ſuperiorib. diximus.
8 Secunda, quod † conditionalia legata, fideicommiſſa, & id genus multa, nunquam poſſunt tranſmitti, nec iure ſuitatis, cum poſſint fieri caduca, omnia probãtur ab oĩbus, in l. vnica, C. qui ante aper. tab. & in l. vnica, C. de caduc. toll. in §. ſin aũt aliquid, in l. ſi infanti, C. de iure delib. & in l. emãcipata, C. qui admitt.

9 Accedente, quod † teſtator poteſt intranſmiſſibilia conuertere in tranſmiſſibilia,& è cōuerſò,tranſmiſſibile facere intranſmiſſibile; pendent enim omnia ab eius nutu,& voluntate; probantur hæc in l. 1.C.vt act.ab hæred.& cont.hæred.Dilectus,de arte teſtand.Baldus,Socinus,Decius,& omnes [e] communiter conſentiunt.

10 Cum itaque conditionalia minimè tranſmittantur,ſequitur, † ſpem vulgaris ſubſtitutionis non poſſe tranſmitti,quando ſcilicet veram cōtinet conditionem,ſi ille hæres non erit,ſi noluerit, vel non potuerit, quod Bartolo, [f] quoq; cæteriſque Iuriſprudentibus placuit;Idem iuris in pupillari ſubſtitutione propter conditionem , ſi filius mĕus in pupillari ætate deceſſerit , vno excepto tamen caſu ſingulari l.qui patri, ff.de acquir.hæred. quam non intelligi putabat Baldus,[g] niſi à Iuriſconſultis anteſignanis & c ōſūmatiſſimis; Sic reciproca ſubſtitutio eiuſque ſpes intranſmiſſibilis eſt, quia non differt à vulgari & pupillari,l.iam hoc iure,de vulg.& pupill. Sic fideicommiſſaria ſubſtitutio, ſi ſub conditione facta fuerit, quoniam conditionalia vt dicebamus minimè tranſmitti poſſunt,fiunt enim caduca,vel quaſi,d.l. vnica, C.de cad.tol len.l.legata ſub cō ditione,de condit.& demonſtr.

Verùm enimuerò , à quæſtione illa filię excluſę à Statuto ſtantibus maſculis, plures & egregiè quidem oriuntur facti ſpecies, vel quæſtiones vtiliſſimę, quarum.

11 Prima eſt, ſi Statutum † excludens fœminas propter maſculos, iuſſerit eas dotari vſq; ad legitimam, an moriente filia antequam dotetur, tranſmittat ad hæredes hanc dotem,hanc legitimam? & concludendum eſt,hanc filiam ſi fuerit exhæredata à ſtatuto non eſſe amplius ſuam , ſed tractandam eſſe haud ſecùs ac extraneam,ſecundum Bartolum,[h] quem omnes cōmuniter ſecuti ſunt: proindè,eam non poſſe tranſmittere dotem illam iure ſuitatis,ſed ſolummodo iure legati,tanquam legatariam,quemadmodum cętera omnia legata & fideicommiſſa pura tranſmitti ſolent, l.vnica . C.de his qui ante apert.tab.l.vnica,C.de caduc.tollend.

12 Secūda eſt;† ſi filia inſtituta fuerit in fundo aliquo pro dote, & ſic ſit hæres in re certa, vtrum poſſit hanc portionem ſuam non agnitam tranſmittere ad hęredes,nec ne? & concludendum eſt,eam vtiq; tranſmittere poſſe uti legatariam,non vti ſuam,nec iure ſuitatis;& effectus ac vtilitas maxima patet ex ſequenti.

13 Tertia igitur ſit; An dato cohęrede † vniuerſali,puta filio,& hac filia inſtituta in dote in fundo Męuiano,vti hærede in re çerta, vtrum ſi hęc filia deceſſerit,& ea mortua cohęres vniuerſalis repudiet hæreditatem, vtrum inquam teſtamentum efficiatur irritum? & concludunt,quod irritum fieret,quoniam hęreditas nequiret accreſcere nec legatariæ mortuę, nec eius hęredi; Econtrà, ſi filia dotem pro portione hęreditatis, vel filius rem certam quaſi ſuus hęres tranſmiſiſſe intelligeretur,eueniret, vt hęreditas repudiata ab vniuerſali cohęrede, non minus poſſet accreſcere hęredi ipſius filii, uel filię, quam accreſcere potuiſſet ipſi filio vel filię;quia portio hęreditatis, portioni hęreditarię accreſcit,non emptori , non cuilibet titulum ſingularem pręſeferenti,l.vnica, C.de cad.toll.l.ſi Titio,de vſufruct.[i] & hęc porrò magna eſt vtilitas, ex qua vniuerſę hęreditatis lucrum ſiue emolumentum pendere poteſt ; Scire autem expe-
14 dit,inſtitutum in re † certa,participare naturam legatarij, & etiam hęredis,& ſic eſſe anomalum ſucceſſorem : Enimuerò,nec eſt plenè ſiue perfectè legatarius,nec plenè ſiue perfectè hęres:uti legatarius non tenetur hęreditariis actionibus,nec eis vti poteſt,l.quoties,C.de hęred.inſtit.& tranſmittit rē illam certam;vt legatarius autem,transfert rem legatam,l.vnica, C.qui ante apert.tab.

in

in ſecunda parte, & in l.vnica. C.de caduc.tollend. eſt nihilominus vti hæres: quia habet ius accreſcendi ab inſtitutione vti vniuerſali, ſed illud non agnitū non tranſmittit, quia non eſt ſibi ius aliquod hæreditarium, & ipſe non eſt hæres, ſed inſtar hæredis, l.quoniam ſororem, C.de iure deliber. quare hæreditatem fratris non aditam tranſmittere non poteſt, quia non habet ius vniuerſale perfectum, nec iura ſuitatis, quemadmodum luculenter diſtinxit & declarauit Bartolus.[k]

15 Quarta erit ſpecies, ſi filia † per ſtatutum excluſa ab inteſtato, fuerit à patre pupillariter impuberi fratri ſubſtituta, vtrum poſſit hæreditatem non aditam fratris ſui iure ſuitatis ad hæredem transferre, eſt enim quæſtionis ſpecies huiuſmodi; Pater filium, & filiam impuberes habebat, & Statutum excludebat fœminas à ſucceſſione ab inteſtato, pater eos ſibi inſtituit hæredes, deinde filiam ſubſtituit filio, ſi in pupillari ætate deceſſerit, filia prius moritur, deinde pupillus, quæritur, an hæreditas pupilli nempè fratris, an ſaltem ſpes conditionalis ſubſtitutionis pupillaris tranſmiſſa ſit à filia iure ſuitatis ad hæredes ipſius filiæ. In qua anteſignani Iuriſprudentes, & inter eos Baldus Coripheus audacter ſuſtinent, eam vtique tranſmittere poſſe, ſatis eſt enim inquiunt, quod pupillariter impuberi filio vel fratri eius ſubſtituerit, l. ſed ſi plures, §. quos poſſum mihi, & l.2.§.pater, de vulgar.& pupillar. licèt effectu non fuerit hæres patri,[l] quos poſſum hæredes mihi facere neceſſarios, poſſum & filio, ſed filiam excluſam à Statuto, non poſſum mihi facere hæredem, ergo non poſſum ſubſtituere pupillariter; ergò ipſa non poterit transferre ſpem pupillaris ſubſtitutionis, de qua in l.qui patri hæres, de acquirend.hæred. ſi verò poſſum hæredem eam mihi facere, vt ſi Statuta arceant eam ſolummodo à ſucceſſione ab inteſtato, potero vtiq; eandem & filio facere hæredem, ergo pupillariter ſubſtituta, poterit ſpem pupillaris tranſmittere, etiam ſi perierit antequam filius deceſſerit in pupillari ætate.

Quam opinionem Alexander,[m] & Alciatus confirmarunt: Nam conſultus reſpondebat Alexander, eam potuiſſe tranſmittere hæreditatem non aditam, quia fuit ſua hæres fratri, licèt non fuerit hæres patri, d.§.quos poſſum, nec obſtare ait ſtatutum excludens filiam à ſucceſſione paterna: quia non ſequitur propterea, quin ſit ſua & neceſſaria hæres fratri impuberi, & quin poſſit iure ſuitatis transferre: nam quos poſſum mihi facere hæredes, poſſum & filio meo; Rationem reddebat Alexander, quoniam licèt per ſtatutum ſit excluſa à ſuc-

16 ceſſione, ſi tamen filiæ debetur dos, quæ † ſuccedit loco legitimæ, l.quoniam nouella, C.de inoff.teſtam. ergo hanc potuit iure ſuitatis tranſmittere, quam Alexandri ſententiam ſecutus eſt Alciatus,[n] ita demum inquiens, Si conſtaret filiam inſtitutam fuiſſe in dote ab ipſo patre, aliàs ſecùs.

Quæ non placuit Emanueli Coſtę[o] reluctanti, in hunc modum; Nam ſi nō habet portionem hæreditatis, certè non tranſmittet vt ſua hæres, ſed enim alij reſpondent, ſatis eſſe, quod filia ſi fuiſſet à patre in dote inſtituta, fuiſſet futura ſua & neceſſaria hæres patri in ea dote, quare etiam ſi eam ſibi hæredem non ſcripſerit in aliqua dote, ſufficit profectò quod potuiſſet eam inſtituere: quamuis ergo nō inſtituerit, ſed eam inſtituere potuerit; ſed ſi ſolum pupillariter ſubſtituerit, erit ſua hæres fratri, vndè, fraternam hæreditatem non agnitam tranſmittere poterit, & poteſt, d.§.quos poſſum; At ſi ex ſtatuto dos ſibi non potuiſſet iure hęreditatis relinqui, filia non eſſet ſua, ſed extranea,[p] ergo nec eſſet ſua hæres fratri, quoniam nec patri potuiſſet eſſe ſua; verum dos ſuccedit locò legitimæ, reſpōdebit Emanuel Coſta, ſuccedat, ſed eſt quota bonorum, ergo qui habet hanc dotem, non poterit tranſmittere fraternam hæreditatem iure ſuitatis, quia caret iure hæreditario.

Sed legitima tranſmittitur,ergò. Reſpondeo,quod legitima quæ datur exhæredato, qualis eſt hæc quæ datur filiæ exhæredatę à Statuto,non tranſmittitur vt ab hærede,& ſic nō iure ſuitatis vel hæreditatis, verum vt à legatario, ſiue ad inſtar legatarij,ad differentiam legitimæ quæ deducitur à fideicommiſſo vniuerſali.

17 Nec obſtat quod dos ſuccedat loco legitimæ: quia † articulus eſt valdè dubius,& ſpectanda ſunt verba ſtatuti, an excludant filiã ab omni ſucceſſione hę-

18 reditatis,& aſſignet ei dotem pro alimentis tantum; Præterea,legitima † non eſt quota hæreditatis,ſed quota bonorum,l. Papinianus,§.quarta,ff.de inoffic. teſtam.& de hoc magna eſt quæſtio:quare verba ſtatuti diligenter ſunt conſideranda.

Demum concludit ipſe Emanuel,[q] ꝙ filia inſtituta in re certa,dato cohære de vniuerſali in ſpecie,d.c.ſi pater, de teſtam.in 6.non potuit eſſe hæres patri, ergo eadem ratione ſtant͞e eo ſtatuto excludente filiam a ſucceſſione, non poteſt intelligi qđ filia ſit futura hæres ſua & neceſſaria in dote ſibi debita, & proinde,neq; fratri impuberi ex pupillari ſubſtitutione, argumento d.§. quos poſſum,& d.l.2.§.pater,ff.de vulg.& pupillar.

19 Ex his igitur cum Iuriſprudentibus firmanda † eſt Concluſio, filiam a ſtatuto excluſam,poſſe tranſmittere pupillarem hæreditatem fraternam, & ſpem pupillaris ſubſtitutionis,ſi a patre fuerit inſtituta in dote, vel in fundo pro dote vt hæres in re certa.

20 Quinta erit egregia illa ſpecies ſiue quæſtio, vtrum † filius tranſmittat non ſolum portionem ſuam, ſed etiam portionem ſororis ſibi acquiſitam ex ſtatuto excludente ſororem nondum aditam,quemadmodum trãſferre poteſt omnem ſuam portionem paternæ hæreditatis non aditam.Exemplum; Pater deceſſit relicto filio & filia,ſed filius poſt mortem patris moritur, qui excluſit ſororem, & diem obijt nondum adita hæreditate patris, & ſuperſtitem reliquit filiam,quæ vigore ſtatuti cum nō ſit maſculus, non poteſt excludere amitam; quæritur itaque,an neptis per tranſmiſſionem patris excludat in hac portione amitam,nec ne.

In hac quæſtione gloriatur Calcaneus [r] ſe millenos aureos lucratum in cauſa Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Mediolani, & Clariſſimi Marſilij Gambarã,quē conſtat ſecutum fuiſſe argumenta Saliceti,[s] qui poſt Iacobum de Arena ita argumentabatur.

21 Primò,priuilegium,quo filius lucratur portionem ſororis,vendicat † ſibi locum ſi appareat à filio acceptum fuiſſe,argumento l.1. C. qui admitti ad bon. poſſ.pot.& l.emancipata, C.eod.ſed non conſtat filium uoluiſſe conſequi hoc priuilegium vel hoc lucrum agnoſcere, quoniam nec ſe immiſcuit nec adiuit hęreditatem,antea ſiquidem vitam cum morte commutauit, ergo filius,nec acquirere,nec tranſmittere potuit.

Secundò,facultas vel priuilegium conceſſum filijs,vt poſſint transferre paternam hæreditatem,fuit indultum à iure communi,pro eorum portione,non autem aliorum,ne ea ſiquidem a natura ſibi debita defraudentur,vt in l.unica, C.de his qui ante apert.tabul.ſed partem ſororis non a natura,ſed a priuilegio ſtatuti frater conſequitur, ergo eam tranſmittere non poterit, nam cui non

22 conueniunt verba legis,non conuenit legis diſpoſitio, l.4.§.toties, ff.de dam. infecto,& priuilegia ſtrictè ſunt interpretanda,c.priuilegia,de reg.iur.in 6.

Tertiò,ſi tranſmittitur,certè non vt adita, ſed vt adeunda transfertur, vt in d.l.vnica,C.de his qui ante apert.tab.& in l. ſi quis filium,§.1.de acquir.hęred. Sed ſtatutum non vocat eum cui adeunda eſt hæreditas, ergo filius non lucratur a ſtatuto,ita, vt poſſit tranſmittere.

Quar-

Quarto addamus, portio ſororis acquiſita filio, non eſt eiuſdem naturæ ac eſt portio filii in paterna hæreditate, ſed ſunt heterogenea, ergo non tenet con ſequentia, filius poteſt portionem ſuam tranſmittere, ergo potuit etiam portionem ſororis transferre.

Quibus tamen argumentis ingenioſè occurrit Decius,[t] Crauetta, Iaſon, & alij.

Ad primum, ait Decius, quod propter ſuitatem portio ſororis intelligitur agnita fauore filij, perinde, ac ſi ſe immiſcuiſſet, l. ſi filius qui patri, ff. de vulg. &
23 pupill. † & priuilegium inquit datum à lege tranſit ad hæredes, quamuis acceptatum minimè fuerit, l. non ſolùm, de reſtit. in integr. l. apud hoſtes, C. de ſuis & legit.[u] & l. emancipata, loquitur in bonorum poſſeſſione quæ non acquiritur ſine facto hominis, l. vlt. C. qui admitti, ſecùs in ſuitate, quæ ipſo iure tranſmittit.

Ad ſecundum, filia deſijt eſſe ſua, & eius pater accreuit portioni ipſius fratris, l. ſi Titio, de vſufruc. ergo æqualiter poterit tranſmitti ab eo, cui tota hære ditas iure naturali ac ſuitatis debetur.

Non obſtat tertium, quòd hæreditas tranſmittatur vt adeunda, non vt adita: nam dicunt, imò tranſmitti in ſuos hæreditatem, vt acquiſitam cum beneficio tamen abſtinendi, d. l. ſi quis filium, enimuerò, cum de fauore filij agatur in tali tranſmiſſione hæreditas vel portio hæreditaria pro acquiſita habetur, l. ſi filius qui patri, ff. de vulgar. & pupill. ſic videmus filium tranſmittere etiam ad penitus extraneos, & excludere cæteros agnatos, d. l. apud hoſtes.

Non officit quartum, quandoquidem hæc potius ſunt homogenea quã hetero genea, patet: nam filia exhæredata à Statuto, eius portio hæreditatis accreuit portioni fratris hæreditariæ, & tota hæreditas iure ſuitatis debetur filio, ergo ſunt ſimillimæ, ergo ambæ poſſunt tranſmitti.

Cauendum itaque eſt à Reſponſo Calcanei millenis aureis indigno. Quamobrem Iuriſconſulti[x] & præcipuè Alexander, hæc & alia argumenta retulit, & latè examinando diſcuſſit, & demum concluſit, filium vtique tranſmittere etiã portionem ſororis ſibi beneficio Statuti acquiſitam; Et Iaſon cõſultus[y] diſtin guebat, aliud eſſe in bonis paternis, aliud in maternis; nam in paternis ab initio iure ſuitatis ipſis filijs ius eſt acquiſitum, quia continuum ineſt dominium, pro inde fit tranſmiſſio etiam ad extraneos; in maternis verò non datur tanta tranſ miſſio, & ſolùm pro ſuis portionibus, ne defraudentur. Aliud inquam iuris ſecernitur in tranſmiſſione, quæ fit iure ſuitatis, quia ius eſt ſtatim acquiſitum; Aliud verò in tranſmiſſione iure ſanguinis, in quo potius tranſmittitur vt adeũ da, quam vt adita & acquiſita; ſed hęreditas materna, & omnis alia pręter eam, quæ ab aſcendentib. paternis obuenit, non adita, deficientibus liberis non trãſ mittitur ad hæredes, etiam aſcendentes, probatur in l. non pro numero, C. ad S.C. Orſician.[z] niſi tamen hæres aſcendens ſit aſcendens vtriuſque, primi ſcili cèt deſcendentes, de cuius hæreditate agitur, & vltimi deſcendentes tranſmittere debentis qualis eſt auia ſuperſtes filiæ præmortuæ, de cuius hæreditate agitur, delata nepti poſtea defunctæ, de cuius trãſmiſſione quæritur, enimuerò, hæreditas per eam non adita tranſmitteretur.[a]

24 Sexta † erit ſpecies, quando agitur non de dote Statutaria, ſed de dote lega ta à teſtatore, quo caſu diſtinguunt Iuriſprudentes; Aut agitur de dote hęc dã da quibus debetur legitima; aut de dãda illis quibus non debetur legitima; primo caſu patet dotem eam imputari in legitimam, l. quoniam nouella, C. de inoffic. teſtam. ſed ex ea remouetur conditio, modus, dies, & omne onus, l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſt. ergo purum eſt legatum, ergo tranſmiſſibile, l. Titio centum, §. Titio genero, de condit. & demonſtr.[b] Secun-

do verò caſu,legatum pro dote,vel cauſa dotis, vtputà, ſi nupſerit, vel cum,ſiue quando nupſerit , in re dubia conditionale cenſetur legatum , & ideò non tranſmiſſibile,d.§.Titio genero; [c] Idem iuris ſi legatū purè factum fuerit,& poſtea ſolutioni aſſignata fuerit dies,purū ac tranſmiſſibile erit legatum,ſecùs autem,ſi tempus adiectum eſſet ſubſtantiæ legatæ , & non pręſtationi vel ſolutioni eius;ad notata in l.ex his,C.quando dies legato ced. alia quoq; vtilia exempla doctè accumulauit Simeon Preteus in ſuo luculento tractatu de Interpretatione Iuris,lib.3. Sed hæc nobis, vt quo tendimus peruenire poſſimus plenè ſufficiant,ac vniuerſum ius tranſmittendi vndecunque demonſtrauit.

AD CAP. V.

a Dec.in l.qui ſe patris,num.7.C.vnde liber.
b Alex.in l.apud Iulianum,§.idem Iulianus,ff.ad S.C.Trebell.Bart.in l.1.§.ſed videndum,de ſuis & legitim.
c Ruin.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſth.nu.97.
d Bart.in l.1.§.ſed videndum,de bonor.poſſeſſ.
e Bald.in l.1.C.vt action.ab hæred. Dilect.de art.teſtan.tit.de legar.Caut.54. & de ſubſtit.Caut.23.Bald.in l.1.nu.10.C.de his,qui ante apert.tab.Soc.in l.in conditionib.§.1. nu.4.de condit.& demonſt.& in l.hæredes mei,§.cum ita,ff.ad Trebell.Iaſ.conſ.183.lib.1.Dec.conſ.574.nu.4.Cęphal.conſ.114.num.10.Dec.conſ.465.
f Bart.in l.1.nu.4.& 5.de vulg.& pupill.
g Bald.in d.l.qui ſe patri, idem Bald.conſ.145.in 1.& conſ.9.in 2.
h Bart.in d.l.1.§.ſed videndum,de ſuis & legitim.
i Corn.in l.3.in fi.C.de iur.deliber.l.vnica,C.de caduc.toll.l.Titio,de vſufruc.
K Bart.in l.ex facto magna,nu.3.de hæred.inſtit.omnes,in l.quoties,C.de hæred.inſtit.
l Bart.in l.ſed ſi plures,§.quos poſſum,& in l.2.ff.de vulg.& pupil.l.qui patris hæres,de acq.hæred.Bald conſ.145.in princ.& conſ.9.in 2.
m Alex.conſ.13.lib.1.
n Alciat.in l.ventre,num.26.de acquir.hæred.
o Emanuel Coſta,in c.ſi pater,in verbo,ſubſequenter,nu.8.de teſtam.in 6.
p Bart.in d.l.1.§.ſciendum,de ſuis & legitim.
q Emanuel Coſta in d.l.ſi pater,ibidem,num.24.
r Calcanens conſ.82.Salicet.poſt Iacobum de Arena,in l.1.ad finem,C.ad leg.Iuliam de adulter.plures congerit Cęphal.conſ.318.num.28.
ſ Salicet.in d.l.1.ad finem, C.ad leg.Iuliam de adult. vt ſupra.
t Dec.conſ.331.nu.330.Alex.20.in 1.Crauet.conſ.185.Iaſon,conſ.202.lib.2.
u Dyn.in c.priuilegia,de reg.iur.in 6.
x Alexan.conſ.2.ſeu 20.lib.1.Soc.conſ.153.lib.2.pluries ita ait iudicatum , & conſ.296.lib.2. Alb.Brun.in ſtatuto ſtantibus maſculis,in 13.artic.in 6.quæſt.& Soc.conſ.67.lib.4.
y Iaſon conſ.201.per totum,lib.2.
z Bart.Bald.Salic.& alij,in l.non pro numero,C.ad Orfician.Bald.conſ.204. Viſo themate,lib.5.Alex.conſ.89.num.3.lib.2.& conſ.86.lib.3.Craue.conſ.222.ad finem, congerit Simeon Preteus dicto libro.
a Alex.conſ.118.num.11.& 12.lib.7.Ruinus conſ.39.nu.7.lib.3.Simeon Preteus vt ſupra.
b Bart.Caſtrenſ.Cuman.& Imola,in d.l.Titio centum,§.Titio genero, ff.de condit.& dem.Bal.in l.generaliter,colum.pen.C.de epiſc.& cleric.Angel.conſ.124.Soc.iun.conſ.134.nu.19.& 20.lib.1.
c Bart.& alij,in d.§.Titio genero,Roman.conſ.134.Bald.conſ.286.num.3.volum.3. Angel,conſil.124.Bartol.conſ.110.num.2.& 3.lib.4.Corn.conſ.229.col.1.vol.4. Simeon Preteus,ubi ſupra.

SVMMARIA.

1 *Definitio conditionis & demonſtrationis , vide etiam ibi declarationem cauſæ & modi,num.2.*
2 *Falſa demonſtratio non vitiat Legatum,dummodo conſtet de corpore.*
3 *Differentia & conuenientia inter ſe horum terminorum,conditionu,demonſtrationis,cauſæ,& modi.*

4 Condi-

4 Conditio duplex eſt, expreſſa & tacita, & expreſſa facit conditionale legatum.
5 Conditio tacita triplex eſt, tacita ſcilicet ex natura rei, diſpoſitione Legis, & diſpoſitione hominis.
6 Conditio tacita non facit conditionale Legatum, & ſic tranſmiſſibile eſt.
Expreſſio eorum, quæ tacite inſunt nihil operatur; ibid.
7 Conditio triplex eſt, neceſſaria & impoſſibilis, & poſſibilis; poſſibilis itidem triplex eſt, vt patet ibi.
8 Poteſtatiua & mixta conditio quæ indiget facto alterius pro impleta habetur.
9 Conditiones huiuſmodi poteſtatiuæ & mixtæ ſi non adimpletæ fuerint facto alterius contrahentis pro impletis habentur.
10 Conditio an in forma ſpecifica debeat adimpleri.
11 Reſolutiones variæ huius quæſtionis latiſſimè recenſentur.
12 Facti quæ ſunt non tranſeunt ad dominum.
13 Interpretatio plena fieri debet in contractibus, in teſtamentis plenior, in beneficijs pleniſſima.
14 Reſolutio authoris ad quæſtionem num. 10. poſitam.

De qualitatibus Legatorum & Fideicommiſſorum, & an conditio debeat in forma ſpecifica adimpleri.

Caput XI.

RELIQVVM eſt vt transſeamus ad internas Legatorum & Fideicommiſſorum qualitates, quas inter, eæ præcipuè in Iuriſprudentia conſiderari ſolent, Cõditio, Demonſtratio, Cauſa, & Modus, de quibus in titulo de Conditionibus, Demon-
1 ſtrationibus, Cauſis, & Modis. † Conditio eſt adiectio qua legatum, vel inſtitutio hæredis ſuſpẽditur in futurum euentũ; Demonſtratio demonſtrat rem nobis certam; exemplum, Stichum ſeruum,
2 quem emi à Sempronio tibi do, lego. † Hinc Regula falſa demonſtratio non viciat legatum, ſi de corpore conſtat; l. falſa demonſtratio, & l. demonſtratio, de cond. & demonſt. Cauſa, veluti; lego centum Titio quia negotia mea geſſit, l. Titio centum, ff. eod. & cauſa, vel eſt proxima, vel finalis, hæc viciat actum, illa minimè. l. ſi pater, l. nec apud, C. de hæred. inſtit. Modus eſt moderatio quædam, veluti; lego Titio centum vt ſtatuam meam erigat in foro, vel monumentum conſtruat, l. legata ſub conditione, l. quibus diebus, d. l. Titio centum, ff. eod.

3 Demonſtratio † a conditione differt: quia demonſtratio factam rem oſtendit, conditio futuram, vt ſi nauis ex Aſia venerit, l. ſi nominatim, l. 1. ff. eod. nã ſi conditio reſpiciat præſens, erit impropriè conditio, vel umbra ſiue ſimulachrum conditionis, veluti; lego decem Titio ſi rex Turcarum viuit. [a]

Cauſa difert à demõſtratione, quia cauſa præteritum reſpicit, vt puta, quia negotia mea geſſiſti; demonſtratio verò præſens tempus concernit, l. demonſtratio falſa, §. 1. ff. eod. cauſa à conditione differt, quia cauſa præteritum, conditio futurum reſpicit, l. ſi ita legatum ſit, & l. demonſtratio, & l. 1. ff. de condit. & demonſtratio.

Modus conuenit cum ipſa conditione in futuro tempore, at differt, quoniã legatarius non capit legatum ante adimpletam conditionem, l. legata ſub conditione, ff. eod. ſed legatarius capit ante modum adimpletum, l. certiorem præſtitit, l. Titio centum, l. quibus diebus, § vltimo, vt fundum emat, vt monumentum cuſtodiat.

A futu-

A futura die vel euentu conditionis orti ſunt termini illi, cedere diem, venire diem, nec ceſſiſſe, nec veniſſe diem., de quibus Vlpianus in l. cedere diem, ff. de verb. ſignific.

4 Conditio † prætere a neceſſariò diuiditur, in expreſſam & tacitam, expreſſa quæ venit extrinſecus, facit legatum conditionale, minimè tranſmiſſibile, l. conditiones quæ extrinſecus, ff. eod.

5 Conditio verò † tacita triplex eſt, vna ex natura rei, exemplum, lego Titio quod naſcetur ex ancilla, vel fructus qui naſcentur in fundo, intelliguntur ſi naſcentur, l. 1. de condit. & demonſt. Secunda, ex diſpoſitione legis, quiſquis mihi hæres erit, ideſt ſi mihi hæres erit, l. hæc verba, ff. de legat. 1. tertia ex diſpo-
6 ſitione hominis, vt ſi legauerim Stichũ, qui meus erit, ideſt ſi meus erit, † & animaduertendum eſt quod tacita conditio nõ facit conditionale legatũ, nec impedit tranſmiſſionem, ſi deceſſerit legatarius ante impletam conditionem, l. conditiones extrinſecus, ff. eod. Hinc Regula, Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur, d. l. 3. quia non veniunt ex iudicio teſtatoris, ſed ex natura rei.

7 Omittamus † conditionem diſtingui in neceſſariam, impoſſibilem, & poſſibilem, prætere a poſſibilem, aut poteſtatiuam, aut cauſalem, & mixtam leuiores
8 enim, ſed tamẽ neceſſarij ſunt hi termini; † Vnde aiunt conditionem poteſtatiuam ve mixtam, quæ ſcilicet indiget facto alterius, haberi pro impleta, ſi per illum ſteterit quo minus adimpleri potuerit; Exemplum; Teſtator legauit centum monachis D. Franciſci, vt eius corpus in Eccleſia ipſorum iuxta altare maius ſepelirent, verùm Epiſcopus hunc teſtatorem excommunicauit, vel aqua & igni interdixit, quare in Eccleſia ſepeliri non potuit, ea tamen centum dentur cœnobio Diui Franciſci, quoniam per monachos non ſtetit, ſed per ipſum teſtatorem vel Epiſcopum, quo minus poſſet ſepeliri; ergo pro impleta habetur huiuſmodi conditio, vt traditur in l. milites, §. vlt. ad leg. Iuliam de adult. idem ſi iuſſerit, vt eius ſtatua ab hærede in medio foro erigatur, & à Republica id fuerit hæredi vetitum, l. ſi Titius ſtatuas, l. quibus diebus, in fine, de cõdi. & demonſtr.

9 Pariter, † ſi per alterum ex contrahentibus ſteterit, ne poſſit conditioni parere, habebitur pro impleta, l. cum proponas, C. de naut. fœnõ. qui nauticum fœnus ea conditione dedit, vt nauis in Africam appelleretur, ſi tamen nauis culpa nautæ perierit, quòd alia tranauerit maria, & non in Africam, ſed alio tetenderit & nauigauerit, qui ſuſcepit in ſe periculum, intelligitur ſuſcepiſſe diſcrimẽ fortunæ, ac tempeſtatis, non autem culpæ debitoris.

10 Proindè, † oportunè quærunt Interpretes, an conditio debeat in forma ſpecifica adimpleri, necne.

Qui ſuſtinent conditionem neceſſariam, quæ reſpicit certum effectum, poſſe per æquipollens adimpleri, nec eſſe in forma ſpecifica obſeruandã probant

Primò, per ſpeciem l. ſi mater, C. de inſtitut. & ſubſtit.

Secundò, per l. mulier quæ, ff. ad S.C. Trebellian.

Tertiò, per l. Titium, §. Lucium, de liber. & poſthum. & l. vltimam, eod. tit. & l. ob æs, C. de pręd. min. ſine decret. &c.

Quartò, per l. quidam in teſtamento, de condit. inſtit. ſi reliquias meas in mare proieceris.

Quintò, per l. ſi ſeruus decem, de ſolutionib. & varijs modis ex his legibus inducunt argumenta ſua.

Quod verò conditio volũtaria debeat in forma ſpecifica adimpleri, alij probare conantur.

Primò, per l. Stichum aut Pamphilum, §. vſumfructum, de ſtat. liber.

Secun-

Secundò, per l. Mæuius cui fundus, de condit. & demonſtr.

Tertiò, per l. commodiſſimè, de liber. & poſthum.

Quartò, per l. qui hæredi ſeruo, de condit. & demonſtr.

Quintò, per l. cui fundus, de condit. & demonſtr.

Et ex his legibus varias inductiones, & varia ſenſa aperiunt.

Ego verò omnia ab ipſa reſolutione quæſtionis pendere arbitratus, reſolutiones ipſas referam, quarum

11 Prima † fuit, quod aut conditio eſt neceſſaria quæ reſpicit certum effectũ, & hæc poteſt per æquipollens adimpleri, quia nil refert filium fieri ſui iuris emancipatione magis, quam deportatione, vel morte patris, d. l. ſi mater, d. l. mulier. Aut conditio eſt voluntaria, ſi ſeruo decem dederit, & non poteſt domino dare, d. l. Stichum aut Pamphilum, de ſta. liber. & l. qui hæredi, de condit. & demonſtr. & l. ſi ſeruus decem, de ſolution.

Sed hæc reſolutio impugnatur; Primò, quoniam non eſt verum quod illa ſit neceſſaria: nam illa dicitur neceſſaria, quæ omnimodò exſtitura eſt, l. ſi pupillus, §. 1. ff. de nouat. Qui ſub conditione ſtipulatur inquit, quæ omnimodò exſtitura eſt, purè videtur ſtipulari, ſed emancipationis conditio eſt potius poteſtatiua, Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur, vt omnibus patet.

Secundò, deſtruitur, quia debet regi in effectu neceſſario conditio illa à voluntate teſtatoris, prout ipſe voluerat, vt in l. fideicommiſſa, §. ſi cui, de leg. 3. vbi per æquipollens non adimpletur, licèt ſequatur idem effectus per emancipationem, ſed neceſſario expectanda eſt mors teſtatoris.

Secunda fuit reſolutio, quæ Aretino adſcribitur, nempè, quod cõditio quæ in dando conſiſtit, debet in forma ſpecifica adimpleri, l. qui hæredi, de condi. & demon. quæ verò in faciendo, poteſt per æquipollens adimpleri, vt in emancipatione & ſolutione patriæ poteſtatis, conſideratur conditio in dando, in faciendo, in futuro euentu, vt in l. in fundo, de condit. & demon.

Non placet hæc conciliatio: primum, quia dare ſeruo, & dare domino, non ſunt æquipollentia, vt ipſi exiſtimant, immò valdè differunt, ſecundum Duarenum & alios, nam ſerui ſunt incapaces Iuris ciuilis, nihilominus capaces habentur iuris gentium, vt poſſint accipere pecuniam, & pro alimentis, ſaltem mortis capione, iuxta ſenſa l. maritus, & l. qui hæredi, de condi. & demon.

12 Secundò, † immò quæ ſunt facti, non tranſeunt in dominium, patet expreſsè in d. l. qui hæredem.

Tertiò, quia conditio faciendi, manumittendi, nõ adimpletur per æquipollens in ea cõditione, ſi ſui iuris fuerint poſt mortem patris, d. l. fideicommiſſa, §. ſi cui, de leg. 3.

Tertia poteſt afferri reſolutio de forma ſimplici, & de forma actus annullatiua, quando lex vlterius procedit actum annullando, ſi quid fiat contra formã traditam à lege, vt in l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. [b] Hæc ſemper vera eſt, ſi adeſt forma actus annullatiua, ſed in quæſtione noſtra talis non verſatur conditio, vel forma.

Quarta adſcribitur Petro Perticenſi, aliud in vltimis voluntatibus, nempè conditio per æquipollens adimpleri poteſt, aliud in contractibus, & nõ poteſt,

13 † per Regulam, In contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficijs pleniſſima debet recipi interpretatio, c. cum dilecti, in fine, de donat. & l. in teſtamento, de reg. iur.

Hæc etiam minimè placet, nam nos quærimus in vltimis voluntatibus, & in eis fluctuant iura contraria, quinimmò, clarè conſtat, in eis conditiones non adimpleri per æquipollens, d. l. fideicommiſſa, §. ſi cui, & d. l. qui hæredi, & l. Mæuius, de condit. & demonſtr.

Quam-

14 Quamobrem † cum Duareno exiſtimauerim, veram fore reſolutionem, omnia ad mentem teſtatoris, ſiue adimpleatur, ſiue non impleatur conditio eſſe conferenda, & prout huiuſmodi inuenta fuerit voluntas, ita ſit nobis interpretatio moderanda, ipſa enim teſtatoris voluntas maxima in conditionibus eſt regina, & in carpento, vel in trono reſidet, l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonſt. & probatur in d. l. fideicommiſſa, inibi, per æquipollens non adimpletur, quia talis eſt mens teſtatoris. Sic in d. l. qui heredi, & in d. l. Stichum aut Pamphilum, nil æquipollere poteſt, quoniam talis erat mens teſtantis, aliud enim eſt legare ſeruo, aliud legare domino, & ſic omnia à voluntate teſtatoris veniunt moderanda: nam, & in forma actus annullatiua concurrit talis voluntas, vel ſit neceſſaria conditio, vel voluntaria, vel in dãdo, vel in faciendo, vel in contractibus, vel in vltimis voluntatibus; Et hæc mihi cæteris longè verior videtur.

AD CAP. VI.

a Arg. l. Cornelius, ff. de hæred. inſtit.
b Dec. in l. hac conſultiſſima, num. 18. C. de teſtam.

SVMMARIA.

1 Diſiunctiua aliquando in coniunctas conuertuntur abſurdi vitandi gratia & econtra; Et quæ ſint diſiunctiuæ dictiones, & quæ copulatiuæ, ibi etiã vide, & exempla ponuntur ſub num. 2.

2 Gentiles qui dicantur.

3 Dictiones quandoque impropriè ſumuntur ne ſequatur abſurditas.

4 Diſiunctiua, quando debeat conuerti in coniunctiuam quomodo cognoſcatur.

5 Diſcuſsionem & examinationem egregia l. generaliter, C. de inſtitu. & ſubſtitu. vide hic.

6 Alternatiuis pluribus poſitis alteram adimpleri ſufficit.

7 Conditiones plures adimpleta, vincere debent vnam tantum non adimpletam.

8 Ius ſummum in ſummam iniuriam non eſt vertendum; & plura imperfecta non faciunt vnum perfectum.

9 Statuto ſtante, quod mater filijs inteſtatis ſuccedat, an etiam à ſucceſsione pupillorum qui de iure non poſſunt facere teſtamentum excludatur ipſa mater vigore illius ſtatuti.

10 Priuatio præſupponit habitum.

11 Vſus communis loquendi etiam in Statutis habet locum.

12 Statuta ſunt proprie & ſtrictè intelligenda, vt minus ius commune lædant quam fieri poſsit.

13 Statuta à Lege recipiunt interpretationem etiam impropriam & fictam.

14 Reſolutio authoris ad quæſtionem, num. 9. poſitam.

De Conditionibus diſiunctiuis & coniunctiuis, vt Statuto cauente ne filijs inteſtatis mater ſuccedat, an mater pupillis ſuccedere poſsit. Cap. X I I.

INTER qualitates legatorum ac fideicommiſſorum principalis etiã videtur eſſe conditio, & inter conditiones illa ſemper ab omnibus potiſſima habita fuit (Si ſine liberis deceſſe-
1 rit) † cuius occaſione Iuſtinianus[a] de coniunctiuis ac diſiunctiuis legem tulit diſiunctiuas dictiones conuerti & accipi in copulatiuas, diſiunctiuas intelligo, Aut, Vel; Copulatiuas, Et, Atque, Ac; Quæ impropriè ſumuntur pro diſiunctiuis, ne abſurdi quid oriatur, l. ſæpè, de verb. ſignif. Sępè, inquit Paulus, ita comparatum eſt, vt coniuncta, pro diſiunctis accipiantur, & diſiuncta pro coniunctis, & ſoluta pro ſeparatis, & coniunctis: nam dum dicitur apud veteres, agnatorum gentiliumque hæreditas eſto, lege 12. tabularum hęreditas prius eſt agnatorũ;
2 deinde gentilium. † Gentiles non ſunt agnati, nec ex eadem ſtirpe; Et cum dicitur ſuper pecunia, tutelave ſua, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt; At cum dicimus, quod dedi aut donaui, vtraque continemus: cum verò dicimus, quod eum facere oportet, quoduis eorũ ſufficit probari; At cum Prætor dicit: Si donũ, munus, opus redemerit, ſoluta oratione ſi omnia impoſita ſunt, certum eſt, omnia impoſita eſſe, Exemplum itidem in praxi, quo coniuncta pro diſiunctis accipiũtur tale eſt; Accipio hanc Emphyteuſim pro me, & pro meis filijs, & pro hæredibus meis, hæc copulatiua conuertuntur in diſiunctiua, vt is ſit ſenſus. Accipio Emphyteuſim pro me, & deinde me mortuo pro liberis meis, et ſi liberi non mihi erunt, pro hæredibus;[b] haud ſecus, ac ſi teſtator ſubſtituerit Titium, & eius liberos, ac hæredes; Vel filios, & nepotes; naturalis ordo poſtulat, vt dictio &, intelligatur pro vel, vt potiores ſint liberi in ſucceſſione, &
3 liberis non exiſtentib. per ordinem ſuccedũt nepotes: nam eę dictiones impropriè ſumuntur, ne ſequatur abſurditas; Et hic eſt ordo ille ſucceſſionis, de quo Bartolus[c] & alij ſequentes meminerunt.

4 At ſi quæratur † modus, aut ratio, quibus cognoſcamus quando diſiunctiua debeat accipi pro coniunctiua, reſpondent Interpretes, quando multæ conditiones alicui imponuntur diſiunctiuè, vt in hac ſpecie, & inter illas vna eſt, ſi ſine liberis deceſſerit, tunc propter illam quæ maximè poſita eſt propter fauorẽ
5 liberorum, cæteræ impropriè ſumuntur. † Quæ omnia, vt clariora fiant, ſubijcio verba l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſt. Generaliter ſancimus, ſi quis ita verba ſua compoſuerit, vt edicat: Si filius vel filia inteſtatus vel inteſtata, vel etiã ſine liberis, aut ſine teſtamento, vel ſine nuptijs deceſſerit, & ipſe vel ipſa liberos ſuſtulerit, ſiue nuptias contraxerit, ſiue teſtamentum fecerit; firmiter rès poſſidere, & nõ eſſe locum ſubſtitutioni eorum vel reſtitutioni; ſi enim nihil ex his fuerit conſecutum, tunc valere conditionem, & res ſecundum verba teſtamenti reſtitui, vt incertus ſucceſſionis morientis exitus videatur, certo ſubſtitutionis vel reſtitutionis fine concludi; cui enim ferendus eſt intellectus, ſi forſitan teſtamentum quidem non fecerit, poſteritatem autem habuerit, propter huiuſmodi verborum anguſtias liberos eius omni penè fructu paterno defraudari?

Ego igitur ſpecies huiuſmodi; Pater inſtituit hæredem filium ſuum, deinde ei ita ſubſtituit, ſi filius meus ſine filijs deceſſerit, vel ſi inteſtatus obierit, vel ſi ſine teſtamento, vel ſi ſine nuptijs, volo quod hæreditas mea poſt eius mortem reſtituatur Caio: filius generauit liberos, & perijt liberis relictis, quo caſu defi-

cit conditio illa fideicommiſſi,ſi ſine liberis deceſſiſſet; Verum diem cum mor
te commutauit inteſtatus,vel ſine teſtamento, vel ſine nuptijs,& iſtę conditio-
nes ſine teſtamento,& ſine nuptijs adimpletæ fuerunt , quæritur,an fideicom-
miſſum debeatur Caio ſubſtituto? Iuſtinianus reſpondet non deberi. Sed con-
tra obijcitur ,

6 Primò;† In alternatiuis pluribus conditionibus, ſufficit alteram adimple-
ri,l.in ea,§.vbi verba,de reg.iur.c.in alternatiuis,de reg.iur.in 6.§.vlt.de hæred.
inſtit.ſi hoc aut illud feceris , ſed hic plures aderant conditiones , & illæ, vel ſi
ſine teſtamento,aut ſi ſine nuptijs,ſunt adimpletæ, ergo fideicommiſſum Caio
debetur.

Secundò,quando plures adſunt conditiones, & vna deficiat,aliæ vigeant,o-
portet adimpletas cõditiones obſeruare,l. 1.l.legata ſub condit.de cõd.& dem.
7 † Præterea,plures conditiones adimpletæ debent vincere vnam tantum,nec a-
dimpletam,argumento Auth.Itaque,C.commun.de ſucceſſion.ſed in hoc ca-
ſu ſunt adimpletæ duæ,ſi ſine teſtamento, ſi ſine nuptijs, nec enim nuptias ite-
rauit,nec teſtamentum condidit.

Tertiò multiplicatæ fuerunt plures conditiones alternatiuæ fauore ſubſtitu
ti, ergo qualibet adimpleta,debet ſuccederi ſubſtitutus, grauauit enim filium
ſub quatuor alternatiuis cõditionibus reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis de
ceſſiſſet,vel ſi inteſtatus,vel ſi ſine teſtamento,vel ſi ſine nuptijs,ergo debet ſub
ſtitutus præferri vti magis dilectus,l.Publius,de cond.& demonſt.& pro eo ſuf
ficit alterum adimpleri,d.§.vlt.de hæred.inſtit.

Contrarium tamen ſancitum eſt à Iuſtiniano, has dictiones vel conditiones
diſiunctiuas accipiendas eſſe pro coniunctiuis. Ratio obumbratur ab Impera-
tore,fauore ſcilicèt liberorum,propter illam conditionem, ſi ſine liberis, vt ſit
ſenſus,quod Caius ſubſtitutus ſuccedat,ſi filius ſine filijs deceſſerit, & ſi ſine te-
ſtamento,ac etiam ſine nuptijs,ad quarum purificationē requiritur, quod om-
nes ſint veræ & purificatæ,l.ſi hæredi plures conditiones, de condi.& demon.
ſed in hac quæſtione non fuerunt omnes adimpletæ,quinimò,deficit illa prin-
cipalis,ſi ſine liberis, quoniam ſuperſtites reliquit filios, ergo Caio non debe-
tur fideicommiſſum,& ſic vertuntur diſiunctiuæ in coniunctiuas, quemadmo-
dum etiam reflectuntur pariter in l.Lucius,a.de hæred.inſtit.& in l.ſi is qui du-
centa,in fine,de reb.dub. Si mihi filius,aut filia nõ naſcatur,Titius hæres eſto,
intelligitur neque filius,neque filia naſcatur.

Nec obſtant oppoſita:non primum de alternatiuis:namque id procedit,quã
do non poſſunt impropriè ſumi:verum quoniam hic ſequeretur abſurdum, &
inquitas,ideò fauore filiorum vertuntur in copulatiuas, & dependent omninò
à conditione ſi ſine liberis,vt ſentit Iuſtinianus in lege ipſa.

Non officit ſecũdum,nam retorquetur ratio illa, vt ſecùs ſit quando plures
8 ſequuntur vnam principalem,& omninò reguntur ab ea, † ne ſummum ius in
ſummam iniuriam conuertatur : ſic acceſſorium ſequitur principale, & plura
imperfecta non æquipollent vni perfecto,l.quod per maius,de iure codicil.l. 1.
C.qui pro num.tutel.ſe excuſ.

Ad tertium patet reſponſio ex ſuperius adductis, & ſic tolluntur omnia ar-
gumenta contraria,& ſtabilita manet concluſio fauore liberorum, & conditio
nis ſi ſine liberis,diſtincta coniungi & connecti, quod maximè verum eſt,cum
fuerint negatiuè conceptæ,non autem affirmatiuè.

9 Sed arrepta † ſenſa ab illa conditione , vel ſi inteſtatus deceſſerit, non ab re
quærunt Interpretes,an Statuto cauente,ne filiis inteſtatis mater ſuccedat, cõ
tineantur ſolum filij puberes,qui cum potuerint facere teſtamentum,non fece
10 runt, & ſic dicuntur inteſtati priuatiuè,† quia priuatio præſupponit habitum,

vt in l. decem, de verb. obligat. & in l. manumiſſionis quoq;, de iuſt. & iure; an verò in eo ſtatuto contineantur etiam filii pupilli, qui nullo modo poſſunt facere teſtamentum, l. qua ætate, de teſtam. l. pater Seuerinam, de condit. & demonſtrat.

Decius [d] in hac quæſtione primo refert opinionem Bartoli, in l. 1. ff. de ſuis
& legit. quod etiam pupilli contineantur in eo ſtatuto, moueturq; ea ratione:
11 quoniam inſpecto communi vſu loquendi, pupilli inteſtati dicuntur. † & com
munis vſus loquendi recipitur in ſtatutis, l. Labeo, de ſupellec. leg. l. librorum;
§. quod tamen, de legat. 3.

Sed huic rationi egregiè occurrit Sichardus, inquiens, communis vſus loquendi emanauit, & creuit ab ignorantibus, & à vulgo; verùm ſtatuta fuerunt condita à doctis viris, adducit gloſ. in l. quoties, C. famil. erciſcun. & l. quod ſi nepotes, vbi gloſ. ff. qui petant tut. nam aliter filij, aliter nepotes appellantur, adde tu quod communis vſus loquendi eſſet probandus, l. ei qui, ff. de probat.

Deinde refert contrariam ſententiam Alberici. [e] & Alexādri, nempe quod
12 pupilli nō contineantur, † quoniā Statuta propriè & ſtrictè ſunt intelligenda,
vt minus quam poſſibile ſit ius commune lædatur, l. 1 § hæc verba, de negot.
geſt. l. 2. C. de noxalib. [f] ſed pupilli impropriè dicuntur inteſtati, l. inteſtatus,
de ſuis & legit. Secundò, quia vt Alexander inquit, alia ratio militat in filio pu
bere, alia in impubere, pupillus ſiquidem ſuos habet hæredes ab inteſtato tan-
tum, l. conficiuntur, l. ſi quis cū nullum, de iure codicil. at puberes poſſunt quos
ſibi maluerint hæredes ſcribere.

Dein conatur ſuſtinere opinionem Bartoli, & reſpondere argumentis oppoſitis; quare pro Bartolo duo ponit.

Primum, mentem ſtatuentium fuiſſe prouidere in omni caſu quo non fuerit conditum teſtamētum, quæ prouiſio erat magis neceſſaria pupillo, qui nullo modo poteſt ſibi facere teſtamentum.

Verum negari poteſt, hanc fuiſſe mentem ſtatuentium, vel de hoc diſputatur: quinimmò intellexerunt de eis, qui cum potuerint teſtari, nullum fecerunt teſtamentum: nam priuatio præſupponit habitum: Nec eſt verum quod hæc conſultatio, ſiue prouiſio ſit magis neceſſaria pupillis, quoniam pupilli habent ius commune pro eorum tutela.

Secundò ponit quòd æque militat ratio ſtatuti in pupillo, ac in adulto, fauor ſcilicet agnationis, l. 1. §. quamuis, de vent. inſpicien. l. filiusfamiliàs, §. diui, de legat. 1. [g]

Sed reſpōdetur, quod oporteret eam rationem eſſe ſolam, & vnicam ipſius ſtatuti, & nullam aliam potuiſſe afferri, iuxta tradita in §. affinitatis quoque, de nupt.

13 At ipſe reſpondet ad Alberici argumentum, quinimmò † ſtatuta recipere à lege interpretationem etiam impropriam & fictam, l. 1. §. lex Falcidia, ff ad l. Falcid nam lex Falcidia vendicat ſibi locum in teſtamento cōdito apud hoſtes, quod à lege fingitur factum in patria.

Sed reſpondetur, inibi legem aſſiſtere, hic verò nullam legem ita diſponere, quinimmò reſiſtere, ne pupillus dicatur propriè inteſtatus; d. l. 1. de ſuis & leg.

Ad ſecundum reſpondet, quod illa ratio tollitur à fortiori ratione, quod in pupillis magis eſt neceſſaria prouiſio.

Verum negari poteſt quod ſit potentior.

14 Quare ad reſolutionem inclinantes dicimus; Aut † conſtat de mente ſtatuē tium intellexiſſe inteſtatum, vel priuatiuè vel negatiuè, & ea erit æquè tenenda, l. legis virtus, de leg. Aut verſanur in re. dubia, tunc adhærendum eſt regulæ contra Decium, ſtatuta propriè & ſtrictè intelligenda

Præterea intentio ſtatuentium intelligitur ne mater ſuccedat filiis inteſtatis,ergo volunt filios poſſe in ſuis teſtamentis hæredem ſcribere matrem,vt iure communi,& S.C.Tertulliano,& Orficiano ſancitum eſt,ergò loquuntur de filijs puberibus,& maioribus,qui poſſunt condere teſtamentum,non autem de pupillis qui nō habent actiuam teſtamenti factionem,d.l.qua ætate, de teſtam. ergo pupilli non continentur in ſtatuto,& ſic filius pubes poteſt in teſtamento inſtituere matrem,vel ea excluſa alium ſcribere hæredem,ſed ab inteſtato morienti filio maiori, mater non poterit ſuccedere vt reſonat ſtatutum, ſecùs ergo in pupillo, qui teſtari minimè poteſt,nam huic ſuccedit mater ex diſpoſitione iuris communis.

Statuentes inquam voluerunt matrem non ſuccedere filijs inteſtatis, ergo voluerunt eam poſſe ſuccedere filiis teſtatis, ergo intellexerunt teſtatos & inteſtatos priuatiuè non negatiuè, ergo excludunt ipſos pupillos, quæ ſanè argumentatio mea mihi ſummoperè placet.

AD CAP. XII.

a Iuſtinianus in l.generaliter, C.de inſtitut.& ſubſtitut.
b Bart.& alij,in l.Gallus,§.etiam,nu.6.de lib.& poſthum.
c Ordo neceſſitatis de quo Bartol.in d.l.Gallus,§.quidam rectè,nu.7.de lib.& poſth.
d Dec.in l.generaliter nu.4.& 5.C.de inſti.& ſubſtit.
e Alber.in prima par.ſtatutorum,quæſt.44. Alex.in d.l.generaliter.
f Bart.& alij paſſim,in l.omnes populi,de iuſt.& iure.
g Brun.Aſtenſis,ſtantibus maſculis.

SVMMARIA.

1 Facti ſpecies & verba l.cum auus ff.de cond.& demonſtr.& eius declaratio, & aliarum legum concordantium.
2 Rationes ob quas conditio ſi ſine liberis deceſſerit à lege ſubintelligatur.
3 Ampliationes ad d.l.cum auus,latè digreditur per ipſas eaſdemq́ proſequitur vſque ad nu.15.
4 Diſpoſitio d.l.cum auus,habet locum etiam in donationibus.
Et an habeat locum d.diſpoſitio in matre.nu.ſeq.
6 Genus maſculinum concipit fœmininum in materia indifferenti.
Et quid iuris quando ſubſtituit teſtator alium filium ſuum.nu.ſeq.
Et an in filijs filiorum.nu.8.
9 Eccleſia ſi fuerit ſubſtituta filio, habeat locum diſpoſitio dictá l.cum auus.
10 Leges Cæſaris non poſſunt præiudicare legibus Pontificis, & an hoc ſit ſemper verum,ibi vide.
11 Limitationes ad prædictam legem cum auus; & an dicta lex procedat in aſcendentibus,vide ibidem.
12 Hereditas parentum magis debetur liberis quam liberorum parentibus.
13 Diſpoſitio d.l.cum auus procedat in filijs iam natis,vſq; ad num.16.
14 Interpretatio in dubio benignior eſt facienda.
15 Genus vniuocè de ſuis ſpeciebus prædicatur.
16 Lex, cum auus,an vendicet ſibi locum in filio grauato reſtituere ſtatim hæreditatem.
17 Teſtator quando non ponit tempus in reſtitutione facienda,an cenſeatur quòd ſtatim velit ipſam reſtitutionem fieri.
18 Lex ſupradicta,cum auus an procedat in adoptiuis filijs.

De

De tacita conditione ſi ſine liberis. Cap. XIII.

1 CELEBERRIMVM eſt, ac perpetuo memorabile Papiniani reſponſum illud, † cũ auus filium ac nepotem ex altero filio hæredes inſtituiſſet, à nepote petiit, vt ſi intra annum trigeſimum moreretur, hæreditatem patruo ſuo reſtitueret, nepos liberis relictis intra ætatem ſupra ſcriptam vita deceſſit, fideicommiſſi, cõditionem inquit Papinianus coniectura pietatis reſpondi defeciſſe, quod minus ſcriptum quam dictum fuerat inueniretur, l.cum auus, de condit.& demonſt.qua de re ſummis laudibus vſq; ad ſydera extollitur Papinianus, qui modo acutiſſimi, modo excelſi, modo prudentiſſimi ingenij vir ab Imperatore nuncupatur, in l.cum acutiſſimi, in l.generaliter, §.1.C.de inſtit. & ſubſtit.& in l.cum virum prudentiſſimum, C.de fideicom. in quo ſanè reſponſo agitur de tacita, ſiue à lege ſubaudira conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, quæ à teſtatore verbis minimè fuit expreſſa, ſed pietatis coniectura poſita, ſubintelligitur, ne teſtator videatur alienã ſobolem ſuo ſanguini præferre; ſtat itaq; egregium & memorabile Papiniani reſponſum, fideicommiſſum deficere etiam ob tacitam conditionem, ſi filius ſine liberis deceſ-
2 ſerit, nam enaſcentibus liberis, corruit ſubſtitutio;† Cuius quidem reſpõſi prudentiſſimi prima ratio eſt coniectura pietatis, qua piè reſpicimus deſcẽdentes ex ſanguine noſtro, l.3.C.de inoff.teſtam.l.cum auus, de condit.& demonſtrat. Secunda ratio viget, quoniam nemo vult alienam ſobolem proprijs filiis vel nepotibus præferri, l.cum acutiſſimi, C.de fideicom.l.generaliter, C.de inſtit.& ſubſtit.Tertia, quia plus fuit dictum, & minus ſcriptum, d.l.cum auus, plus inquam dictum ex abundantia ſanguinis & cordis, nam ſi de nepotibus cogitaſſet, vtiq; eos in portione patris ſui cæteris prætuliſſet omnibus, l.tale pactum,
3 de pact.l.3. C.de inoffic.teſtam.† Quamobrem utile fore duxi huius reſponſi ampliationes, ac limitationes perpendere, de quo in d.l.cum auus, in d.l.cum acutiſſimi, & in d.l.generaliter, §.1.

Primò itaq; ampliatur hoc reſponſum Papiniani, vel hæc Imperialis conſtitutio, vt procedat non ſolum in filiis legitimis & naturalibus grauatis reſtituere hæreditatem, verum etiam in naturalibus tantum grauatis, ſi ſine liberis deceſſerint, de qua ampliatione poſtea diſputabimus, & extenditur ab vniuerſalibus ad particularia,

Secundo ampliatur vt vendicet ſibi locum non ſolum inter filios primi gradus, ſed in omnes etiam deſcendentes nepotes & pronepotes, vt in l.cum acutiſſimi, C.de fideicom.ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere, ad totam ſtirpem totamque progeniem ſuam,

4 Tertiò, † vt non ſolum procedat in hæreditate, verum etiam in donatione, quæ inſtar hæreditatis uel fideicommiſſi, reuocatur enaſcẽtibus liberis, l.ſi vnquam, C.de reuocand.donat.nec nobis erit diſtinguendum, an donatio ſit facta omnium bonorum, an verò partis, vt nonnulli perperam mihi viſi ſunt diſtinguere; nam indiſtinctè fateri oportet, reuocari donationem, etiam ſi partẽ aliquam paulò maiorem quiſpiam donauerit, propter d.l. ſi unquam, C.de donat.in illis verbis, bona omnia, vel partem aliquam donauerit, nã dictio aliqua verificatur etiam in minori parte, Clement.vnica, de foro compet.vbi gloſſ.in ver.aut earum parte aliqua.

Quartò, in omni caſu ſimili, in quo interrogatus teſtator veriſimiliter ita reſpondiſſet, l.tale pactum, in fine, vbi gloſ.ff.de pact.

5 Quintò, † vt idem iuris ſit in matre inſtituente & grauante liberos, quod eſt in ipſo

in ipſo patre;ſic extēditur in gloſſematis ſecundis,in d.l.generaliter, §.1.quan doquidē, ſpectanda eſt hic non patria poteſtas, ſed coniectura pietatis & ſanguinis etiam materni, l.3.C.de inoffic.teſtamen.in illis verbis, maternæ pieta-
6 tis coniectura;† Accedat,quod in materia indifferenti,maſculinum genus concipit fœmininum.[a]

7 Sextò,† vt idem iuris ſit,quamuis ſubſtitutus fuerit alter filius teſtatoris,nā reſpectu partis alterius filij,ad cuius hæreditatem filii eius debent admitti, cęteri ſunt excludendi,nam cum alter filius teſtatoris ſubſtitutus portionem hæreditatis ſuam conſecutus fuerit,ſi ad partem alterius fratris exclusis filijs admitteretur,ſatis videretur venire non ad ſuam,quinimmò ad alienam ſucceſſionem,[b] quod etiam confirmatum legitur à Papiniano,in d.l.cum auus.

8 Septimò,† extenditur ad filios filiorum,dico ad caſum etiam quo inſtitutus & grauatus habuerit liberos,ſed illi ſine liberis perierunt, quando teſtator iuſſit bona in agnatione conſeruati,nam ſi voluit grauari filios ea conditione, ſi ſine liberis,voluit multò magis grauare nepotes,ſi ſine liberis deceſſiſſent, l.Publius,de cond.& demon.ſufficit voluntas ex tacitis coniecturis,l.hæredes mei, §.cum ita,ad Trebel.[c]

9 Octauò,† in Eccleſia ampliatur ſubſtituta filio, vt excludatur enaſcentibus liberis filio grauato reſtituere fideicommiſſum, rationem reddit Decius, quia magis eſt fauendum filijs,quam Eccleſiæ,iuxta Auguſtini ſententiam,qui vult Deum inſtituere hæredē,& proprios filios exhæredare, alium quærat non Auguſtinum,c.vlt.17.q.4.

Et audacter ſuſtinet Decius [d] aduerſus alios,hæc vera eſſe, non ſolum quoad legitimam,uerumetiam quoad totam hæreditatem, quoniam leges loquuntur de hæreditate ſimpliciter,non autem de legitima,l.vltima, in princ.de bon. damnat.l.ſcripto hæredi,in fine,ff.unde lib. quæ ſtatuunt liberis & parentibus deberi hæreditatem.

10 Nec † obſtat inquit quod leges Cæſaris non poſſint Eccleſiæ præiudicare, nam quando inquit præiudicium agitur in conſequentia, tunc Cæſaris leges iure optimo poſſunt nocere Eccleſiæ,probatur: quoniam leges de contractib. ac teſtamentis uendicant ſibi locum in locis pijs ac Diuinis, ea.cum Eccleſia, de conſtit.Auth.Hoc amplius,C.de fideicom.nam & Clericus priuatur hęreditate,ſi non executus fuerit voluntatem teſtatoris. Præterea,ſi ædes ſacra vult vti beneficio ſtatutorum Laicorum, debet vti cum omnibus qualitatibus illius ſtatuti,[e] qui tamen Decius in vno tantum caſu putat aduerſam ſententiam recipiendam eſſe,quando nempè teſtator reliquit Eccleſiæ pro malè ablatis, & pro redimenda ſalute animæ ſuæ, ſed iam calamos conuertamus ad limitationes valde vtiles,quarum

11 Prima † eſt limitatio, ne Papiniani reſponſum, neue conſtitutio, Imperialis d.l.generaliter,§.cum autem,procedat in aſcendentibus,& collateralibus,vt ſi quis inſtituat aſcendentem,& grauet cum onere fideicommiſſi,[f] quoniam non ſubintelligitur,ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, quia non eſt tanta nec eadem ratio,quanta & quæ viget in deſcendentibus.[g]

Hæc Concluſio duobus modis intelligi poteſt, Primò, quando aſcendens inſtitutus à deſcendente,deceſſit cum liberis;Secundò,quando deceſſit ſine liberis,& cum parentibus;Circa primum communis eſt & vera illa limitatio, ea ratione,quod filij aſcendentes ſunt tranſuerſales reſpectu teſtatoris, & in huiuſmodi collateralibus non vendicat ſibi locum Papiniani reſponſum, quia nō eſt ita debita hæreditas filiorum parentibus,ſicut parentum filijs,l.ſcripto,§.vltimo,ff.unde liberi,l.nam & ſi parentibus,de inoffic.teſtam.& quia in hac quæſtione conſideratur ſoboles generata à filio teſtatoris,in quem cadit pietas, id

circo,

circo, Iuſtinianus Papiniani reſponſum extendit ad deſcendentes, ergò excluſit aſcendentes, & prima extenſio fuit à filijs ad nepotes pronepotes, & liberos; Secunda, ad naturales tantum grauatos, dummodò generent filios legitimos & naturales, tertia, de hæreditate ad legata, & fideicommiſſa particularia, vt in d.l. generaliter.

Aduerſus quæ pluribus cauillationionibus inſurgit Decius, quæ mihi leuiſſimæ videntur, quod ita debeatur liberorum hæreditas parentibus ac parentũ liberis, & quod reſpectu aſcendentis inſtituti ſic agatur in linea recta, quaſi nõ differant ſurſum ac deorſum in ſcholis, ſed differũt; nam facilis deſcenſus auer

12 ni, † & magis debetur hæreditas parentum liberis, quam liberorum parentibus, & hic agitur de hæreditate aui, & reſpectu filij ab aſcendẽte generati, res agitur inter collaterales.

Sed enim huius ſuæ opinionis Angelum & Cinum vocat authores, & eam in puncto iuris profitetur veriorem, ego verò eam longè magis ſubtilem quã veram arbitratus ſum, intelligendo eam ſtrictè in filiis aſcendentis, natis ex eo dem matrimonio, ex quo ortus eſt teſtator, ſecùs ſi ex alio matrimonio, & ita intelligunt ipſi, ſed adhuc res agitur in linea collaterali, quare non placet, nec in ea cadit pietas, immò vnus frater in portione alterius fratris habetur vti extraneus, vt ſupra diximus. Præterea, ſi hæc vera eſſent, Iuſtinianus Papiniani reſponſum extendiſſet etiam ad aſcendentes.

Circa ſecundum verò caſum, quando aſcendens deceſſit relictis aſcendentibus, non videtur poſſe limitari, quia iam nati erant, et de eis cogitauerat teſtator: garriat igitur Decius & cauilletur quantum ei libet.

13 Secundò † limitatur in filiis iam natis, aliis tamen reſiſtentibus, quorum argumentis occurrere nititur Decius, [h] quare Iaſon [i] putauit quæſtionem hanc indigere deciſione Imperiali, ſed eorum primum erat huiuſmodi argumentum.

Primò benignior videtur hæc ſententia, iam natos & cognitos à teſtatore, præferendos eſſe ſubſtituto: nam teſtator non addidit hanc conditionem iam natorum, haud inſcius, eam ipſo iure ſubintelligi, quæ eſt ratio ingenioſi Fulgoſij, relata hic etiam à Iaſone.

14 Cui Decius † occurrit, benigniorem interpretationem recipi in caſu dubio, l. benignius, de leg. l. ſemper in dubiis, de reg. iur. ſecùs in caſu claro, tunc enim ſecundum proprietatem verborum eſt iudicandum, l. non aliter, de leg. 3. Nec obſtat quod teſtator, vel legiſlator ſciat hanc conditionem de iure ſubintelligi: nam ſciebat ſubintelligi in naſcituris, non autem in iam natis, de naſcituris enim minimè cogitauit, ſed vtique quidem de iam natis.

Secunda eorum ratio affertur ex d. l. generaliter, §. 1. in illis verbis, ſine iu-
15 ſta ſobole deceſſerint, quæ verba videntur etiam iam natis competere, † vt genus vniuocè de ſuis ſpeciebus prædicetur.

Reſpondet Decius, intelligi de ſobole de qua teſtator non cogitauit: nam à præcedentibus declarantur ſequentia, l. ſi ſeruus plurium, §. vlt. de lega. 1. l. regula, §. & licèt, de iur. & fac. ignorant. addam præter Decium, quæ argumentã do deduci poſſunt l. ſi quis in ſuo teſtamento, §. vlt. C. de inoffic. teſtam. nondum natus enim vel poſthumus, nullam potuit vnquam ingratitudinis cauſam committere, quare non poteſt excludi ab hæreditate, pondera rationem legis, nam ſi de eis cogitaſſet, inquit.

Tertiam rationem a Papiniani reſponſo deducunt, pietatis ſcilicèt & amoris, quæ ſanè pietas & amor, æquè afficit iam natos, ac naſcituros, immò, multo magis, vt in l. qui filiabus, in principio, de leg. 1. & in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de leg. 2. & hæc pariter fuit ratio ingenioſi Fulgoſij.

Reſpon-

Reſpondet Decius, hoc eſſe verum cæteris paribus, ſed hic adeſt ratio diuerſitatis, quoniam in iam natis lex acquieſcit tacitæ excluſioni, cum teſtator tacitè videatur eos excluſiſſe, nam de illis vtiq; cogitauerat, nec quicquam diſpoſuerat, at de nondum natis, minimè cogitauerat.

Quartò, inducunt verba l. cum auus, plus inquit dictum, & minus ſcriptum, at ſi plus dictum, ergo cogitatum.

Reſpondetur, id eſſe verum, quando expreſsè dictum fuiſſet à teſtatore de liberis, ſed dictum videtur per interpretationē iuris, ex eo, quod dicere voluiſſet, ſed à teſtatore verè non fuit cogitatum, quare Papiniani reſponſum in naſcituris reſtringitur.

Quamobrem oēs cōiter limitarunt Papiniani reſponſum in naſcituris, quia in iam natis, ceſſat ratio Papiniani, quia non cogitauit teſtator de naſcituris liberis, qui ſi animo & memoria naſcituros reputaſſet ac reuoluiſſet, ita nō fuiſſet vtiq; teſtatus, l. tale pactum, in fine, de pact. & d. l. generaliter. Secundò, huic rationi Papiniani conuenit l. ſicut certi, C. de teſtam. milit. nam miles haud inſcius præterijſſe filium, intelligitur exhæredaſſe, nā de illo cogitauit, at ſi ignarus præterijt, non videtur exhæredaſſe, & rumpitur teſtamētum. Idem iuris in caſu noſtro, teſtator de iam natis vtique cogitauit, quos ſemper vidit, vel quibus cum familiariter vtebatur, vel potuit cogitare & non cogitauit, & ſic eſt in culpa, at de nondum natis nullo modo potuit cogitare. Hæc itaque longè verior mihi videtur opinio, in quam etiam Decius denique inclinat.

16 Tertiò limitatur, † quādo teſtator grauaſſet filium ſtatim reſtituere hæreditatem Titio, nam Papiniani reſponſum procedit, quando filius grauatus eſt poſt mortem reſtituere, l. cum acutiſſimi, vbi gloſ. in verbo, ſuam, C. de fideicommiſſ.

Ratio diuerſitatis eſt: nam cum teſtator iubet filium ſtatim reſtituere hæreditatem Caio, certè magis vult Caium habere hęreditatē quam ipſum filium, ergo Caium prætulit etiam natis natorum, & qui naſcentur ab eis, l. ſi viuā matre, C. de bon. matern.

17 In dubio † verò, quādo nec tempus mortis, nec aliud poſitum fuerit, & teſtator grauauerit filium reſtituere, in re dubia inquam filius intelligitur grauatus ſtatim reſtituere, niſi contrariæ aduerſarentur coniecturæ, l. 1. de cond. & dem. l. talis ſcriptura, de legat. 1. legata ſiquidem die præſenti legata, in dubio intelliguntur pura & præſentia. Quod quidem verum fore ego exiſtimauerim in ſingularibus, ſed in hæreditate ac fideicommiſſo vniuerſali, propter eorum naturam, non tam facilè recipiendum puto.

18 Quartò † limitatur in adoptiuis: nam filij adoptiui non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi, l. ſi ita quis in teſtamento, de cond. & demō. nec ſuccedunt in feudo, nec in emphyteuſi, accepta pro ſe, & filiis.[k]

In hac inquam quæſtione, non veniunt adoptiui, propter rationem diuerſitatis: nam leges conſiderare videntur naturalem pietatem paternam erga liberos, quæ naturalis, iure ſanguinis non adeſt in adoptiuis; Secundò, quia ſemper eſſet in poteſtate inſtituti filij & grauati adoptare aliquem, & excludere ſubſtitutum, contra mentem teſtatoris, vt in l. vlt. §. ex bonis, de bon. damna. ex bonis inquit damnatorum portiones adoptiuis liberis ſi non fraudis cauſa facta eſt adoptio, non minus quam naturalibus concedi æquum eſt.

Sed Raphael Fulgoſius exiſtimauit adoptiuos excludere ſubſtitutum, ea ratione, quod adoptiui liberi perinde ac naturales, & legitimi excludunt aſcendentes, ergo multo magis ſubſtitutum, tum, quia adoptiui ſuccedunt patri adoptanti vnà cum reliquis naturalibus & legitimis, l. ſi te parēs, C. de ſuis & legit. hæred. tum, quia hæc ſententia humanior videtur.

Verùm

Verùm Cynus,& alii, contrariam ſecuti ſunt,per l.fideicommiſſum,de condit.& demon.fideicommiſſum à filijs relictum], ſi quis ex his ſine liberis deceſſerit,adoptantis commento non excluditur,& per l.ſi quis,§.vlt.de legat.2.

Ad argumenta Fulgoſii reſpondetur, ea procedere in ſucceſſione legali, & ab inteſtato,tunc enim æqualiter adoptiui ſuccedunt,& naturales ac legitiui, ſed in ſucceſſione ex teſtamento,contrarium obſeruatur:nam legitimus & naturalis præteritus,poteſt inuertere tabulas,& admitti ad bonorum poſſeſſiones contra tabulas,adoptiuus verò minimè,& ſic differũt l.cum in adoptiuis, C.de adoption.d.l.fideicommiſſum,vbi gloſſa egregia,ſecundo filius legitimus & naturalis enaſcens rumpit donationem paternam, ſed adoptiuus non poteſt eam infringere, l.ſi vnquam,C.de reuoc.donat. [l] quia adoptiui non ſunt propriè filii,l.filium meum definimus,ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.

Quod ſi filius adoptiuus grauatus fuerit reſtituere,in eo etiam ex communi Interpretum ſententia, [m] ſubintelligitur tacita conditio, ſi ſine liberis deceſſerit.Probatur,nam ſi voluit teſtator adoptatum potius habere bona, quam ſubſtitutum, vtiq; intelligitur etiam voluiſſe potius adoptiui filios retinere bona, quæ eſt ratio d.l.generaliter,d.l.cum auus,d.l.cum acutiſſimi.

Quintò,limitatur in filiis naturalibus, vt naturales non contineantur in tacita illa cõditione,ſi ſine liberis.Probatur in illis verbis d.l.generaliter, §.cum autem,niſi iuſta ſoboles affuerit,ideſt,naturalis & legitima.

Sed contra vrget l.ex facto,§ ſi quis rogatus,ad Trebel. quia naturalis filius facit deficere conditionem, ſed Vlpiano uidetur uoluntatis eſſe quæſtionem, pro dignitate & conditione perſonæ.

Secundò, quia nemo debet inuitari ad delinquendum;at ſi naturales continerentur in iſta conditione,utiq;,inuitarentur inſtituti ad peccandum,contra l. conuenire,de pact.dotal. Sed hæc ratio uidetur firmare limitationem. Quare dicamus,nec teſtatoris,nec legiſlatoris intentionem eſſe ad hoc ordinatam,ergo pœnam non meretur,l.ſi uehenda,§.idem iuris,ff.ad l.Rhodiam, Auth.Bona damnatorum,C.de bon.proſcript.& ſufficiunt aliæ pœnæ,toto titu.C.de natural.lib. [n]

Quare ad l.ex facto, reſpondetur, quod eſt quæſtio uoluntatis, & nobis ſequenda eſt diſtinctio Vlpiani; Aut perſona eſt nobilis, cui dedecus eſt habere filios naturales, aut eſt ignobilis, cui non inconuenit nec pudor eſt generaſſe naturalem tantum.

Secunda etiam circunfertur reſponſio gloſ.in d.§.cum autem,in ver.ſobolé, diſtinguentis; Aut agitur de expreſſa conditione teſtatoris,ſi ſine liberis deceſſerit; Aut de tacita & præſumpta à lege;Primo caſu procedet Vlpiani reſponſum,in d.§.ſi quis rogatus:ſecundo autem,recipietur Papiniani reſponſum: nã alia eſt ratio expreſſi,alia taciti ; primo caſu naturalis tantum potuit excludere ſubſtitutum,ſecundò minimè.

Ratio diuerſitatis eſt:quia leges amant caſtitatem & nuptias; quare,cùm loquuntur de liberis, maximè ſi de honore & commodo agatur, nomine filiorũ in materia legali non continentur naturales tãtum, l.filium eum definimus,de his,qui ſunt ſui, uel alien.iur.l.lege Iulia, §.nec diſtinguitur, de ritu nupt.quo uerò ad onera & obſequia,ſæpè naturales appellatione liberorum continẽtur, utputa,ne liberi uocent in ius parentes ſuos,l.parentes, ubi gloſ.de in ius uoc. quare Decius [o] notabat,quod filius naturalis tantum, non excludit ſubſtitutũ, licèt pater uel ipſe filius inſtitutus ſit naturalis tantum [p], & ita ampliata eſt d.l. generaliter,uel ipſum Papiniani reſponſum ad filios naturales tantum grauatos ea conditione,ſi ſine liberis deceſſerint. Verùm, ſi liberi illi poſiti in conditione fuerint naturales tantum , non excludent utique ſubſtitutum, quamuis

eorum pater inſtitutus hæres fuerit naturalis, & ſic limitatur Papiniani reſponſum, & Conſtitutio illa Imperialis, limitatur denique in contractibus gratia utriuſque, & ampliatur in contractibus gratia alterius tantum. Sed iam in tacitis conditionibus, ſi ſine liberis, mihi receptui canere liceat.[p]

AD CAP. XIII.

a Decius in l. generaliter, num. 8. C. de inſtitut. & ſubſtitut. per l. ſi quis id quod, de iuriſdiction. omn. iudic.
b Probat Decius, num. 6. in d. l. generaliter.
c Marzarius de fideicommiſſ. conſ. 6.
d Decius vt ſupra, num. 6.
e Bald. in l. omni nouatione, C. de ſacroſan. eccleſ. Dec. vt ſupra, nu. 7. & 8.
f Dec. vt ſupra, num. 15.
g Bart. & Socin. in l. cum auus.
h Dec. ibidem, num. 11.
i Iaſ. in d. l. generaliter, num. 2. in quinta ampliatione.
K Seculator de locato, §. nunc aliqua.
l Alexand. conſil. 4. vol. 4.
m Sichardus in d. l. generaliter, §. cum autem.
n Alex. conſ. 21. nu. 55. vol. 1. Aret. in l. filiusfamiliàs, de liber. & poſthum.
o Dec. in d. l. generaliter, num. 18.
p Socin. ſen. in d. l. cum auus, num. 97.

SVMMARIA.

1 Caſus huius quæſtionis proponitur.
2 Poſthumus vt rumpat teſtamentum quænam requirantur.
3 Poſthumus ſuccedere non poteſt niſi viuus naſcatur, & ſit corpus animatum, & numer. 8. & 20.
4 Partus monſtruoſus diſsimilis formæ humanæ ab hæreditate excluditur.
5 Monſtri appellatione quid veniat.
6 Hermaphroditi qui dicantur.
7 Harpocratiaci ſiue fatui qui dicantur, & qui diuinandi ſpiritu vexantur, & vide exempla, & an tales ad hæreditatem admittendi ſint.
9 Qualitas verbi debet intelligi ſecundum tempus verbi.
10 Differentia quænam ſit inter illa verba, ſi ſine liberis &c. & ſi liberos habuerit.
11 Sabinianorum opinio qualis fuerit de poſthumo rumpente teſtamentum.
Et quænam Proculianorum fuerit, num. ſeq.
Et de hoc ſententiam Imperatoris, vide num. 13.
14 Incertitudo an poſthumus viuus natus fuerit viciat teſtamentum.
15 Thamar Hebrea pulchra ſpecies.
Item Iacob & Eſau fratrum, ibid. num. ſeq.
17 Lex imitatur naturam.
18 Mares vtrum in dubio prius fœminis in lucem editi præſumantur.
19 Incertitudo quando naturaliter veritas haberi non poteſt viciat actum.

De

De expreſſa conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. Caput XIIII.

POST explicitam conditionem tacitam ſubauditam a lege, ſupereſt vt aggrediamur expreſſam conditionem à teſtato
1 re, † (ſi filius meus ſine liberis deceſſerit) eſto igitur ſpecies vel caſus huiuſmodi; Pater filium hæredem inſtituit, & ei ſi ſine liberis deceſſiſſet Titium ſubſtituit, at filio nati ſunt filij ſiue liberi, quæſtionis eſt, quinam ſint iſti filij, qui nati faciant deficere fideicommiſſi conditionem, & excludãt ſubſtitutum; Et certiſſimi quidem iuris eſt, hos eſſe filios legitimos & naturales, ſed quinam, poſthumi ne, an iam nati? & quales ſunt iſti poſthumi? Præterea, an idem iuris ſit in filijs naturalibus tantum, in adoptiuis, in legitimatis, in fictis, & huiuſmodi, an etiam, hi impedimento ſint ſubſtituto, ne poſſit capere fideicommiſſum.

In qua egregia ſanè, ac vtili quęſtione, tria opus eſſe Iuriſconſultis viſa ſunt, vt filii contenti in hac conditione, frangant fideicommiſſum.

2 Primò † enim opus eſt poſthumum ſi de poſthumo agitur, natum eſſe viuum & perfectum, dico corpus animatum,

Secundò, quod natus ſit viuus, & potens diu viuere.

Tertiò, quod ortus ſit in tempore legitimo, & menſe approbato à lege.

3 Iam † reuertor ad primum, & dico, poſthumum non poſſe ſuccedere, niſi viuus naſcatur, l.vxoris abortu, C.de poſth.hæred.inſtit. exigitur itaq; vt viuus naſcatur, dico corpus animatum, ita, vt inter monſtra non ſit connumerandũ:
4 † nam talia monſtra non admittuntur ad hæreditates; quod probatur a Paulo, in l.non ſunt liberi, ff.de ſtatu homin. Non ſunt liberi, qui contra formam humani generis conuerſo more procreantur, veluti, ſi mulier mõſtroſum aliquid, aut prodigioſum enixa ſit, partus autem qui membrorum humanorum officia ampliauit, alicuius videtur effectus, & ideo inter liberos cõnumerabitur; quæ monſtroſa accidentia non ſolum poſthumis, verum etiam iam natis viuente patre contingere poſſunt. De monſtris autem egregiè connumerauit Claudius
5 Ptolomeus lib.3.de aſtror.iudic.c.8.† & inter monſtra ab eodem connumeran
6 tur Androgini, & Harpocrathiaci, Androgini Latinè, & † Hermaphroditi Gręcè appellantur, qui vt Cardanus inibi refert, mari lege Aruſpicum Romana mergebantur, poſt cæpere in delitijs haberi, quod vtroq; ſexu nefariorum ſimul potiri viderentur; Sed hi capaces ſunt iuris ciuilis, iuxta ea quæ feruntur ad l.quæritur Hermaphroditum; ff. de ſtatu hom. Quæritur Hermaphroditum cui comparemus, & magis puto eius ſexum exiſtimandum qui in eo præualet.

7 Harpocrathiaci † verò ſunt fatui ſiue mente capti, qui diuinandi quodam ſpiritu vexantur, quoniam Solis & Lunæ vim extingui neceſſe eſt, cum luminaria decedant ab angulis, & infortunè eis prædominentur, à Venere tamen, Ioue, & Mercurio fouentur, quare futurorum diuinatores ſunt; quinetiam pręſentium, nam rerum ſpectra & ſimulachra animo concipiunt, rerum magnarũ mutationem ſentiunt, & hæc poſſunt enunciare, ſic refert Haly de quodam Aegyptio, cui in mentem venerat Regem Cocin mortuum eſſe, & inuentum fuit Regem obiiſſe eadem hora qua fatuus mortem prędixerat.

Ego etiam audiui à nonnullis Germanis auditoribus meis in aula Incliti & Sereniſſimi Ducis Saxoniæ fatuo in mentem veniſſe, Caſtrum Ducis quod lõgè procul aberat, ab igne incendi; & principi hoc enunciauit, ac demum inuen

tum fuiſſe caſtrum crematum qua nocte ipſe id fieri edixerat.

Quinetiam, memini me aliàs legiſſe, Apollonio Thianeo Epheſi diſputanti
in menteu veniſſe ſpeciem necis Diocletiani Imperatoris Romani, dum à Ste
phano ſororis liberto, & à cuſtodibus interficeretu r: quare Apollonius animo
perculſus obſtupuit, & dein acclamauit, percute tyrannum, percute, & omnib.
admirantibus prædixit eadem hora, eodemq; temporis momento Diocletianũ
Romæ in Regia interfectum eſſe; quamuis igitur huiuſmodi dæmoniaco furo
re diuinandi agitentur fatui, vt inter monſtra animi connumerentur, attamen
legiſlatores (vt diuinæ prouidentiæ placuit) crearunt ius, quo fatuis &
mente captis tutores decreuerunt, & facultatem dederunt parentibus eorum,
vt pro eis teſtamenta facere poſſint, & exemplariter ſubſtituere, quemadmodũ
8 ſuperius de exemplari ſubſtitutione abundè pertractauimus. † Quamobrem
vt filius faciat deficere conditionem fideicommiſſi, opus eſt vt naſcatur viuus,
corpus inquã animatũ, humanæ figuræ, & ſi poſthumus fuerit ꝙ oriatur mor-
tuo patre, & in eius poteſtate; ſi verò non fuerit poſthumus, exigitur quod de
functo patri ſuperſit, ſi mortis tempore filios ſuperſtites reliquerit; neq; enim
9 dicitur pater deceſſiſſe ſine liberis † quia qualitas verbi, debet intelligi ſecun-
dum tempus verbi, ſi deceſſerit ſine liberis, ſcilicèt tempore obitus, ſed ſi eo tẽ
pore non habuerit liberos, quia mortui fuerint ante paternum obitum vigèbit
conditio ſi ſine liberis, & ſic requiritur, quod nati filii viuente patre contenti
in hac conditione, ſuperſtites ſint defuncto parenti; Probatur Regula in l. in de
10 lictis, §. ſi extraneus, de noxalib. & in l. ex facto, §. ſi quis autem, ad Trebel. † &
hæc differt ab illa conditione, ſi liberos habuerit, quia tunc qualitas verbi refer
tur ad præteritum, & ſic ſufficit vel quocunq; temporis momento habuiſſe li-
beros, hinc quæſtio illa apud Venetos deciditur à Paulo Caſtrenſe de qua in
poſterioribus agemus.

Oportet igitur filium viuum prodijſſe in hunc mundum; alioqui ſi res eſſet
incerta non poſſet in hęreditatibus ſuccedere; hinc diſſidium illud Proculiano
rum, & Sabinianorum relatum à Iuſtiniano in l. 3. C. de poſth. hæred. inſtit. vbi
11 egregia illa ſpecies coruſcat, Sabinianis exiſtimantibus † ſufficere naſci viuũ,
12 licèt vocem non emiſerit, quinetiam ſi mutus eſſet † Proculianis verò è con-
13 tra arbitrantibus, neceſſe eſſe vt vocem, vagitumvè etiam emittat. † Vnde Im-
perator tulit legem ſatis fore ſi viuus perfectè manibus obſtretricis tractatus
ad orbem natus proceſſerit; ergò, ſi non conſtaret, ſed incertum eſſet, an viuus
14 totus natus fuiſſet, † incertitudo viciaret eius ſucceſſionem, quemadmodum
aliàs in multis incertitudinem viciare actum perpendimus: ecce enim in l. ſi ita
fuerit legatum, de reb. dub. ſi ancilla prius marem pepererit, libera eſto; at ipſa
peperit intempeſta nocte marem & fœminam, nec obſtretrices vllæ fœtus ob-
ſeruarunt; quare incertum eſt omnibus, vter prius in lucem prodierit, maſcu-
lus an fœmella.

15 Talia † erant exempla Thamar Hebreæ, Geneſis cap. 38. nam dum pareret,
infans brachium porrexit è vulua, cui obſtetrix manum linea ſericea colligauit
& præ gaudio dixit, tu mihi eris primogenitus, vt dum mater anxia partus do
lore cruciaretur infans brachium retraxit, totumq; ſe ipſum ad vlteriora em-
brionis loca abdidit, quare alter eius frater primus exiuit in lucẽ, & eum poſt
ſecutus eſt ille, qui prior tentauerat exire, & iterum pugnum manumue filio
colligatam oſtendebat obſtetrici: quæritur, vter primogenitus? agitur quæſtio
longo examine apud Tiraquellum. [a]

16 Talià † ſunt etiã exempla illa memorabilia natiuitatis Iacob & Eſau Gene-
ſis cap. 25. Eſau primus exibat in lucem, ſed Iacob plantas pedum fratris ſui
manibus complexus, tenebat, & ita enixus vno partu exiuit, quæritur de incer
titudi-

titudine actus, vter prior?

Ego tentabã alias philoſophiam cum Iuriſprudentia coniungere, ſcriptum
17 eſt enim in iure ciuili † legem imitari naturam, l. adoptio, de adopt. l. ſecundũ naturam, de reg. iur. §. ſed naturalia, de iure natur. gent. & ciuil. nam vt natura regitur ab intelligentia in errante, ita lex à mente legiſlatoris irradiata ab intellectu agente; Iam verò, prius & poſterius duobus modis ſumuntur, vel enim ſecundum viam generationis, ſecũdum quam puer eſt prior ipſo viro, vel ouum prius gallina; Vel ſumitur prius ſecundum ſpeciem vel naturam, vt vir tanquam perfectior, per naturam & per ſpeciem eſt prior ipſo puero, & gallina prior ouo, hæc eſt diſtinctio philoſophi 5. Metaphiſ. cap. de prior. & tradit latè Zimaram in ſuis Theorematibus, & Metaphiſ. 9. tex. 15. ait Philoſophus, quæ generatione poſteriora, forma & ſubſtantia priora ſunt, vt vir puero, homo ſemine, illud verò iam habet formam, hoc verò non, & in cap. de prior. quæ ſecũdum naturam & ſubſtantiam contingunt, poſſunt ſine alijs eſſe, vt ſublata ſpecie non aufertur genus, vel ſublatis ouis non tollitur gallina.

18 Cum itaq; † Iuriſconſulti nequeant in ſpecie d. l. ſi fuerit, inuenire prius in via generationis, an ſcilicet prior fœmina, an verò prior maſculus editus fuerit, quæ res cũ in facto conſiſtat, nec ab obſtetricibus, nec ab alijs obſeruata, ita vt probari nequeat, parit incertitudinem, idcirco Iuriſconſulti aut legiſlatores naturam imitati, & philoſophos, ſumpſerunt perfectiorem fœtum ſecundum naturam, nempè maſculum: quare inferunt, marem prius editum. Idem in l. cũ duo impuberes, §. cum in bello, pater & filius, filium tãquam fortiorem poſt pa
19 trem ſuum in acie occubuiſſe arbitrantur; † Quod ſi per naturam quam Leges imitantur, actus non potuerit certus fieri, tunc omninò extinguitur, vt nec legatum debeatur, vt in l. duo ſunt Titij, de teſtam. tutel. & in d. l. ſi fuerit; Ve
20 rum, quoniam hæc etiam tetigimus in libris de Via iuris, concludentes † dicimus, filium contentum in conditione, Si ſine liberis, non poſſe impedire ſubſtitutum, niſi conſtet eum natum corpus animatum humanæ figuræ, totumq; viuum ex vtero materno prodijſſe in hanc lucem.

AD CAP. XIV.

a Tiraq. de iure primigeniorum, quæſt. 17.

SVMMARIA.

1 Conditio, ſi ſine liberis vt deficiat, requiritur partum in qualibet eius parte perfectè viuum fuiſſe.

Et quid ſi aliquid habuerit monſtruoſi vt dixit Accurſius nu. 2.

3 Sexto menſe natus filius an rumpat teſtamentum, & num. 11.

4 Paria ſunt non naſci, vel naſci & viuere non poſſe.

5 Natus poſt decem menſes à die mortis patris non admittitur ad hæreditatem.

6 Natus vndecimo menſe an ſit legitimè natus.

7 Natus aliquando in ſeptimo & nono menſe propter ſtellarum oppoſitionem & indiſpoſitionem viuere non poteſt.

8 Exceptio firmat regulam in non exceptis.

9 Natus licèt diu viuere non poſſit, rumpit tamen teſtamentum.

10 Poſthumum ſolo temporis momento viuum fuiſſe ſufficit ad hoc vt rumpatur teſtamentum.

11 *Natus legitimus licèt impotens ad vitam diuturnam admittitur tamen ad ſucceſsionem hæreditatis.*

An neceſſe ſit filium non modo naſci viuum, verum etiam diu viuere, vt poßit euertere conditionem fideicommißi.

Caput XV.

DICEBAM opus eſſe filios non modo naſci viuos, ſed vitales etiam, vt diu ſcilicèt vitam viuere poſſint, alioqui nec præteriti rumperent teſtamentum, nec poſiti in conditione (ſi ſine liberis) poſſent facere vt conditio deficiat; Hæc ego ex aliorum ſententia accumulabam, quæ potiſſimum Paulo Caſtrenſi adſcribitur, vt apud eum in lege ſecunda, C. de
1 Poſth. hæred. inſtit. & à me ita declaratur, nempè, requiri à lege † vt is filius naſcatur totus viuus & perfectus, iuxta egregiam illam, & memorabilem ſpeciem Iuſtiniani à me in ſuperioribus relatam, de qua in l. 3. C. de poſth. hæred. & intelligo totum viuum ac perfectum, ſi naſcatur corpus animatum, humanæ
2 figuræ, † etiam ſi non integrum naſceretur, ſed ex parte corporis aliqua monſtroſum, quod probatur ab Vlpiano, in l. quod dicitur, ff. de lib. & poſth. Quod dicitur inquit filium natum rumpere teſtamentum, natum accipe etſi exſecto ventre editus ſit: nam & hic rumpit teſtamentum, ſcilicèt ſi naſcatur in poteſtate, quid tamen ſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen, an adhuc teſtamentum rumpat, hic tamen rumpit; ſecùs autem eſſet ſi naſceretur corpus animatum præter humanam figuram, inſtar ferarum, puta felis, ſimiæ, aut ſerpentis, quemadmodum apud Ptolomeum, Halim, & alios, in cap. de monſtris. Quare Accurſius ingenioſè diſtinguebat, in l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu homin. Aut mulier habuit rem cum bruto animali, vel cogitauit habere, tunc eſt in culpa & fœtus illi non connumerantur inter liberos; aut rem nõ habuit, nec cogitauit habere cum brutis, tunc proſint ij monſtroſi filii ſaltem matri, quę peperit, vt antinomiam ſolueret Vlpiani, in l. quæret aliquis, ff. de verb. ſignif. Quæret aliquis, ſi portentoſum, vel monſtroſum vel debile mulier ediderit, vel inæqualem viſu vel vagitu nocuum non humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis quam hominis partum, an quia enixa eſt, prodeſſe ei debeat, & magis eſt, vt hæc quoq; parentibus proſint, nec enim eſt quod eis imputetur, qui qualiter potuerunt ſtatutis obtemperauerũt, neq; id, quod acceſſit matri damnum iniungere debet.

3 Idcircò, † Paulus Caſtrenſis [a] egregiam propoſuit quæſtionem. Mulier inquit Patauij peperit infantem in ſexto menſe, quæro inquit, an filius ſi ſtatim pereat poſſit ſuccedere vel rumpere teſtamentum? & primo loco refert Angeli ſententiam, exiſtimantis hunc poſthumum poſſe ſuccedere, etiam ſi diu viuere nequeat, vtpotè, natus in ſexto; quem ipſe coarguit, & reprehendit; ſtat igitur Caſtrenſis opinio hunc poſthumum incapacem eſſe hæreditatis.

4 Prima † Pauli ratio ea eſt: nam paria ſunt, inquit, non naſci, vel naſci, & non poſſe viuere, argum. l. quoties, ff. qui ſatiſdare cog. confirmatur: quoniã is æquiparatur abortui, qui mortuus naſcitur, quique ſuccedere vel tranſmittere non poteſt, l. 2. C. de poſth. hæred. inſtit.

Secundò, nititur argumento à contrario ſenſu, ex l. ſeptimo menſe, de ſtat. hom. ſeptimo menſe naſci partum perfectum receptum eſt, & credendum eſt iuſtum eſſe filium, ergò à contrario ſenſu, natus in ſexto, non in ſeptimo, non eſt partus perfectus, non eſt iuſtus filius, ergò, ab hæreditate excluditur, maxi-

mè, quoniam Iuſtinianus in d.l.3. C. de poſthum.hæred.inſtit. exigit partum perfectum.

5 Tertiò † nititur legi inteſtato,§.vlt.de ſuis & legit. Poſt decem menſes mortis,natus non admittitur ad legitimam hæreditatem,de eo verò qui centeſimo octuageſimo ſecundo die natus eſt Hipocrates ſcripſit, & Diuus Pius Pontificibus reſcripſit,iuſto tempore videri natum, nec videri in ſeruitute cõceptum, cum mater ipſius ante centeſimum octogeſimum ſecũdum eſſet manumiſſa; in qua ſanè ſpecie, ſi menſes Lunares fuerint computandi, cum natum dicerent aliqui vltrà,vel ſuprà ſextum menſem diebus octo: ſi verò Solares menſes imputandi fuerint, duobus tantum diebus vltra ſextum menſem editum affirmarent.

6 Quartò † addunt,natum in vndecimo menſe non eſſe legitimum, Auth.De reſtit.& ea quę parit,& d.l.inteſtato,§.vltimo,de ſuis & legit.& l.Gallus,de lib.& poſth.hinc exoritur Regium illud,ſiue Imperiale diſſidium Adriani Imperatoris,affirmantis,partum legitimum,& Iuſtiniani Imperatoris eum non fore legitimum,vt plerique ſibi perſuadere conati ſunt.

Contrariam verò ſententiã Alexander [b] defendere videtur,pro cuius comprobatione

Primò adducitur egregia illa ſpecies d.l.3.& d.l.2.C.de poſth.hæred.inſtit. in quibus legiſlator non diſtinxit ſextum à ſeptimo menſe in partu legitimo, ſed generaliter,& indiſtinctè ab eo ſancitum eſt,& enaſcentem poſthumum uiuum totum,nec vocẽ, nec vagitum emittentẽ, ergo corruit Caſtrenſis opinio.

Secundò,per l.infantis nomine,C.qui admitti; infantis nomine agnitam bonorum poſſeſſionem,& antequam loqueretur diem defuncti,rectè competere nulla dubitatio eſt.

Tertiò,per l.quod dicitur,de lib.& poſth.cuius ſpecies ſupra relata fuit,ex qua conſequitur, quod etiam non integrum animal & ideo in vitæ diſcrimine conſtitutum,legitimus eſt partus;conſequituretiam quod extractus ex ventre matris exciſo,& ſic matre mortua ob immaturum partum,ergo ante ſeptimum menſem legitimus partus;editus dicitur,& ſufficit cum ſpiritu naſci.

7 Quartò,† nulla poteſt reddi ratio differentiæ, inquit Alexander, inter eum qui naſcitur ſexto menſe, & illos qui naſcuntur in ſeptimo vel nono, ſed uiuere nequeunt;addo ego, quod etiam nati in ſeptimo & nono diu viuere non poſſunt,propter influentias graues & interimentia ſidera, & moriuntur aliqui prius quam lac ſurgere poſſint, vt nullo modo nutriri valeant, quamuis tamen nati ſint in ſeptimo vel nono,vt apud Claudium Ptolomeum de aſtrorum iudicijs.[c]

8 Quintò † inquit,ſola monſtra uidentur excepta, d l.3 in fine, & l.non ſunt liberi,de ſtatu homin. ſed exceptio firmat Regulam in caſibus non exceptis, l. nam quod liquidè,de penu legat.& l.1.de reg.iur.

Addo ego Baldum [d] conſuluiſſe, natum octauo menſe, qui eadem ratione viuere non poteſt qua natus in ſexto,vel quia ſidera nõ ſunt diſpoſita,vel quia tempus ſiue dies natiuitatis,vt Cẽſorinus exiſtimat,quem Alciatus ſecutus eſt non reſpicit aſcendens.

Quare in examine huius quæſtionis valde admiratus ſum Alexandrum inibi referentem Cumanum & Baldum ſibi ipſi contrarios,ſecutos fuiſſe opinionem Pauli Caſtrenſis,ipſe verò contra nititur,& acerrimè diſputat,& fortiſſima adducit argumenta, attamen neſcio quo iure, quoue ſpiritu ductus cedat autoritati horum virorum, vt tum denique in eorum ſententiam & malè inclinet.

9 Ego itaq; † veritatis amore ductus,amicus Plato,amicus Socrates, ſed magis

gis amica veritas, hanc amplector vti veriorem ſententiam aduerſus Paulum Caſtrenſem eiuſq; ſectatores, quamuis natus totus viuus ac perfectus diu viuere nequeat, ac ſtatim moriatur, attamen rumpere teſtamentum & capacem eſſe iuris ciuilis nixus argumentis ſuperius allatis.

Non obſtant igitur rationes Pauli Caſtrenſis.

Non prima, quod paria ſint naſci, & non poſſe viuere, ac non naſci, nã propoſitio hæc falſa oſtenditur, ex l. 2. & l. 3. de poſth. hæred. nec obſtat confirmatio: quia nullo modo poteſt æquiparari abortiuo, & prout moriuntur nati in ſexto, ſic etiam moriuntur nati in ſeptimo & nono, quemadmodum in ſequentibus abundè pertractabimus.

Secundò reſpondeo, quod natus in ſexto & octauo, qui ſecundum aliquos viuere nequit, rumpit teſtamentum & tranſinittit hæreditatem autore Baldo
10 ſuperius adducto, & alijs: † ſufficit enim vel minimo temporis momento vixiſſe, vt ea conditio defeciſſe videatur, (ſi ſine liberis deceſſiſſet) denique latæ ſunt leges ſufficere totum viuum enaſci poſthumum & integrum, vt ſupra declaraui, quamuis ſtatim moriatur.

Ad ſecundum reſpondetur, non eſt natus ſeptimo menſe, ergo non eſt partus perfectus, ergo viuere non poteſt, reſpondeo inquam diſputandi gratia, & concedo has conſequentias, ergo non poterit eſſe hæres, & capere legata vel fideicommiſſa, hæreditates, vel bonorum poſſeſſiones, negatur. Secundò, non eſt natus ſeptimo menſe, ergo non eſt partus perfectus, negatur conſequentia, ergo viuere non poteſt, hoc etiam falſum, oſtendam namque in quæſtione de legitimo partu, natum etiam in ſexto poſſe diu viuere, vt nullus angulus defenſionis remaneat Paulo Caſtrenſi.

11 Tertiò, † reſpondet Alexander, quod d. l. ſeptimo menſe, loquitur ad cognoſcendum partum legitimum, nam ſi naſcatur inquit aliquis in ſexto menſe, & viuat, non præſumitur natus ex eo marito ſed alieno, & illegitimus cenſetur; ſed ego infero, ergo natus in ſexto menſe, qui viuere non poteſt, erit partus legitimus, ſed illegitimi reijciuntur ab hæreditate, & legitimi admittuntur, Authent. licèt, C. de lib. præter. ergo natus in ſexto qui diu viuere poteſt, & viuit, excludetur ab hæreditate, & natus eodem menſe qui viuere non poteſt, erit admittendus vti legitimus ad omnia munera iuris ciuilis capeſcenda, etiam ad tranſinittendam hæreditatem.

Non officit tertium argumentum; quamuis enim ex ſententia Hippocratis natus in ſeptimo menſe ſit partus perfectus & legitimus, propterea non excluſit Hippocrates nec legiſlatores ipſi natum in ſexto mẽſe, & vbi nam Paulus in toto iure ciuili inuenit partum editum ſexto menſe fore illegitimum, hoc nulla lege profecto ſancitum eſt, nec licet in his à contrario ſenſu argumentari, dum abſurda & iniqua oriuntur. Præterea, leges nunquam ſpectarunt lõgam aut breuem hæredis vitam, ſed in partu legitimo examinãdo ad ſolum proſpexerunt, an ſit legitimus, vel adulterinus partus, vt ſucceſſio deferri, denegariue poſſit. Verum de his exactius ſuo proprio loco diſputabimus.

Ad quartum & vltimum reſpondetur, natum in vndecimo menſe non eſſe legitimum, vt pleriq; arbitrantur, propter maximas iuris præſumptiones, ſuſpiciones, & naturales rationes, de quibus infra ſuo proprio loco agemus, ſed propterea non rectè infertur, ergo etiam natus in ſexto menſe non erit legitimus. Quamobrem, hæc omnia à me copioſius diſputanda hic conſulto committuntur, referenda tamen ad propriam partus legitimi quæſtionẽ, & aduerſus Pau-
12 lum concludimus † natum legitimum viuere diu impotentem, admittendum eſſe ad hæreditates, proinde, ac admittuntur ij qui nati ſunt in ſeptimo vel nono menſe, quamuis viuere nequeant, quin immò, nec lac ſuggere, nec alio qui

dem

dem modo nutriri valeant; & qui contrarium ſectantur nimium ſibi attribuentis, vim ac poteſtatem legiſlatoriam Imperatore inconſulto ſibi temerè attribuunt, contra præcepta legis, & Aſcriptum Iuſtiniani in l. 2. §. ſed quia humanæ quidem res, C, de veteri iure enuclean.

AD CAP. XV.

a Paul. Caſtr. in l. 2. nu. 3. C. de poſth. hæred, inſtit,
b Alex. in l. 3. C. de poſth. hæred, inſtit.
c Ptolomeus de aſtrorum iudic. lib. 3. cap. 21.
d Bald. conſ. 128. vol. 1.

SVMMARIA.

1 Conditionem ſolo temporis momento adimpleri vtrum ſufficiat.
2 Turpi conditioni nequaquam eſt parendum.
3 Vxor breui temporis ſpatio reuerſa nequaquam dicitur diuertiſſe.
4 Momento ſolum temporis quæ conſiſtunt, ita, vt durare non poſſint, facta nequaquam dicuntur.
5 Liberos habere non dicitur qui licèt generauerit, mortis tamen eius tempore his orbatus nullos habeat amplius ſuperſtites.
6 Donatio vel teſtamentum filij ruptum natiuitate, ſi is filius patre adhuc ſuperſtite decedat, reintegrantur & reconualeſcunt.
7 Termini agrorum indicés demonſtratiui dominiorum poſiti & non multo poſt ſublati nequaquam poſiti videntur.
8 Momentanea temporis qualitas ſola non ſufficit ad conditionem implendam.
Et quod temporis momentum ſufficiat num. ſeq. vſq. ad num. 14. excluſiuè.
14 Viduitatis futura cauſa teſtamento relictum ſtatim eſt ex debito præſtandum cũ vidua fuerit quamuis poſtmodum ad ſecunda matrimonij vota mulier conuolarit.
18 Conditiones quædam ſunt quæ viuo teſtatore adimpleri poſſunt, quædã verò quæ morte iam ſubſequuta in effectum deduci queunt.
19 Cauſales conditiones ſufficit ipſo ſuperſtite teſtante adimpleri per grauatum.
20 Defuncto teſtatore quænam requirantur vt poteſtatiua conditio in exitum deducatur.
21 Differentia quænam ſit rem tantum eſſe ſub conditione, vel quod attendatur, & conditio & obligatio.
22 Conditio aut ſucceſſiuum temporis tractum continet aut momentaneum.
23 Differentia quænam ſit inter conditionem ſi ſine liberis affirmatiuè conceptam vel negatiuè.
24 Peccans in vno omnium factus eſt reus.
25 Affectus punitur licet non ſecuto effectu in atrocioribus.
26 Differentia notabilis inter conditionem ſi ſine liberis, poſitam à parentibus & affinibus, ab ea quæ poſita fuit ab extraneis.
27 Lex 12. tabularum reſpicit tempus conceptionis.

An ſufficiat vel minimo temporis momento conditionem adimpleri. Caput XVI.

1 QVAESTIONIS † erat an filius viuus natus ac paulo poſt mortuus faceret conditionem fideicommiſſi deficere, (ſi filius meus ſine liberis deceſſerit) proinde an caperet ac tranſmitteret hæreditatem ? apertè igitur quærimus, au ſufficiat conditionem vel minimo temporis momēto adimpleri. quod itaque non ſatis ſit probatur.

Primò inductione l.reprehendenda, C.de inſtit.& ſubſtitut. Mater inſtituit filiam vt à viro diuerteret, filia diuertir, an caperet legatū, dein reuerſa eſt ad thorum viri. Quare Imperator male feciſſe matrem, peiuſque filiam perſcripſit, vtpotè, quæ non debebat parere turpi conditioni, argumentantur à contrario ſenſu, tu filia legatum es conſecuta, quoniam conditio erat turpis, ſed ſi turpis non fuiſſet, legatum nō cępiſſes, nec diccreris adimpleſſe conditionem, nam ſtatim ad virum rediiſti.

3 Secundò, † Breui reuerſa vxor diuertiſſe non videtur, l.quicquid calore iracundiæ, de regul.iur.

4 Tertiò, † non videntur facta quæ ſolo momento temporis conſiſtunt, ita vt durare nequeant, l.ſi pro parte, §.verſum, ff.de in rem verſo. In rem verſum accepimus, quod diu verſum eſt,

5 Quartò, † non videtur habuiſſe liberos, qui eos generauit, ſed eo viuo mortui ſunt, l.ex facto, §.ſi quis auum, ff.ad Trebell.vt in conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, nam qualitas verbi deber intelligi ſecundum tempus verbi, l.in dilectis, §.ſi quis extraneus, de noxal.action.

6 Quintò, † donatio vel teſtamentum ruptum natiuitate filij, ſi viuo patre pereat, reconualeſcit, l.ſi vnquam, C.de reuoc.donation. an quia ſuperuixit parens & potuit reuocare, & non reuocauir, De teſtamento probatur per egregiam ſpeciem l.poſthumo, de iniuſto rupt.& irrir.fact.teſtamen. quod quamuis nimia ſcrupuloſitate Iuris Ciuilis corruerit, tamen æquitate Prætoria ſuſtinetur: nam poſthumus viuo teſtatore deceſſit.

7 † Sexto per l.inter caſtellianum, de arbitris termini agris poſiti à Caſtelliano iuſſu arbitrorum, & paulo poſt remoti, non dicuntur poſiti, ergo opus eſt quod non vno temporis momento ſed diu arbitris paritum ſit.

8 Septimò, † per l.ſi quis ita legauerit, de condit. & demonſtr. ſi quis ita legauerit, ſi vxor mea cum filio erit, hæres meus ei centum dato, non omne inquit momentum exigendum eſt vt cum filio ſit, ſed ſi cum mentem, & id propoſitū habeat, ne filium à ſemet dimittat, neue per eam ſtet, quo minus filius, & mater ſimul cohabitent, ergo non momentum, ſed diuturnum attenditur, addunt l.quod ergo, de his qui not. infam.& alias inſuper.

Quod verò ſufficiat vel minimo temporis momento impleri conditionem, etiam viuo teſtatore, probatur

9 Primò, † per ſpeciem, l.ſi quis hæredē, C.de inſtit.& ſubſtit. in illis pulcherrimis exemplis; Titium hæredem facio, ſi Cæſar fuerit in Caſtris, Cæſar vix caſtrametatus abiuir à tentorijs, ſi Seius Prætor vel Conſul factus fuerit, Seius Prætura vel Conſulatum adeptus, ſtatim magiſtratum depoſuit, ſi Titij filia nupſerit, hæres eſto, nupſit, ſed confeſtim diuertit à viro, hæc omnia adimpleta fuerunt viuo teſtatore, tamen valet hæredis inſtitutio, vel legatum, ergo ſufficit vel minimo momento adimpleri conditionem.

10 Secundò † per l.cum vxori, C.quando dies legat.ced. vxori legatus fuit vſuf

fructus,

fructus,deinde proprietas ſi liberos ſuſcepiſſet,ſuſcepit liberos,quare ei debetur proprietas,quamuis hi liberi ſtatim vitam cum morte commutauerint.

11 Tertiò,† per l.vxoris abortu,& l.3.C.de poſth.hæred.inſtit vbi poſthumus vel filius viuus natus rumpit teſtamentum, ac ſuccedit, etiam ſi ſtatim moriatur.

12 Quartò,† per l.hæredibus, C.ad S.C.Trebel,ſi quis liberos procreauerit, quamuis ſuperſtites non reliquerit,fideicommiſſi onere liberatur.

13 Quintò,† hinc excitatur,quæſtio, in qua ferunt Venetos Paulum Caſtrenſem [a] conſuluiſſe; Quidam legauerat ſenſum annuum quem habebat a Senatu Veneto,ſi Mæuius filios ſuſcepiſſet,Mæuius generauit filios,qui mox periere viuente adhuc teſtatore quærebatur,an legatum deberetur Mæuio,putabāt Veneti non deberi legatum,eo quod amplius non eſſent filij,at Caſtrenſis contrarium verius conſuluit, ſatis eſt enim hanc conditionem adimpletam fuiſſe, vel minimo temporis momento, vt probatur etiam in l.vltima, C.de indic.vi-
14 duit.tollen.qua corrigitur lex Miſcella,† & relictum in caſu viduitatis futuræ, ſtatim debetur cum fuerit vidua,nec reuocabitur,etiam ſi iterum nubat; vnde refert Caſtrenſis,Venetos viſo eius reſponſo opinionem ſuam mutaſſe, longè ergo differt conditio,ſi ſine liberis deceſſerit, negatiuè concepta, à conditione ſi liberos ſuſceperit,affirmatiuè prolata,in una ſiquidem reſpicitur qualitas verbi & tempus mortis,in altera ſufficit quocunq; momento adimpleri,etiam teſtatore viuente.

15 Sextò,† affertur exemplum Decij [b], & Caſtrenſis; Legaui Titio ducenta, ſi ingreſſus fuerit Religionē,Titius ingreſſus eſt,ſed ante profeſſionē inde abiuit.

16 Septimò,† cōditio ſi nauis ex Aſia venerit,ſi nupſerit, cum pubes factus fuerit,& ſimiles,poſſunt viuo teſtatore,ſolo momento impleri,l.conditionum quędam,l.hæc conditio,prima,l.ſi iam facta,ff.de cond.& demon.

17 Octauò † qui in vno deliquit,factus eſt omnium reus,vt Iacobi epiſt.2.

Facilè eſt argumentis hincinde adductis reſpondere,ſed propterea non cōquieſcet animus,iccircò ſatius eſſe duxi, Regulas aliquas ad reſolutionem huius quæſtionis afferre.

18 Prima † erit;Conditionum quædam ſunt quæ viuo etiam teſtatore adimpleri poſſunt,quędam verò,quę non niſi poſt mortem,d.l.conditionum quædam,
19 l.hæc conditio,l.iam facta,de condit.& demonſtr. † vel caſualis, ſi nauis ex A-
20 ſia venerit,ſi Titius Cōſul factus fuerit,† ſed poteſtatiua debet adimpleri poſt mortem, ſi Capitolium aſcenderis, ſi decem dederis,vt inibi, & in l.1.eod.tit. triaque requiruntur,vt poteſtatiua conditio impleatur.Primum,vt mortuo teſtatore impleatur. Secundò,vt conſulto,non autem caſu. Tertiò,vt quam primum impleri potuerit,l.2.l.hæc conditio,prima,de cond.& demon.l.boues, §. hoc ſermone,de verb.ſignif.quin etiam requiritur,vt continuo non vt momento in aliquibus impleatur.

21 Secunda † eſt reſolutio;aut ſola conditio ſpectatur, quia res eſt ſub conditione tantum,aut attenditur conditio & obligatio, quia ſcilicèt res eſt in conditione & obligatione. Primo caſu ſufficit vel minimo momento adimpleri, vt in exemplis ſuperius allatis, maximè d.l.ſi quis hæredem, ſecundo caſu minimè;ſuadet l.j.§.cum ita,de penu legata,& l.1.§.ſi quis ita legauerit,ad legem Falcidiam.

22 Tertia,† erit reſolutio,quando res eſt in conditione, & in obligatione,nam tunc Decius diſtinguit; Aut conditio continet tractum temporis ſucceſſiuum, aut momentaneum:primo caſu non ſufficit momento adimpleri, d.l.inter Caſtellianum,d.l.3.§.dari,de vſufruc.& l.ſi quis ita legauerit,de condi.& demon. Secundò verò caſu ſufficit momento adimpleri,vt in d.l.ſi quis hæredem,ſi Cæ

 ſar

ſar fuerit in caſtris, ſi Helena nupſerit, ſi Titius Conſul factus fuerit.

Quarta eſt regula; Conditio ſi ſine liberis negatiuè concepta, cum qualitate verbi, ſi deceſſerit, vt deficiat ipſa cōditio, exigit filios ſuperſtites poſt mortem patris: nam ſi decederent eo viuo, non poſſent elidere conditionem fideicōmiſ
23 ſi: quia † qualitas verbi intelligitur ſecundum tēpus verbi, l. ex facto, §. ſi quis autem, ad Trebell. l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalib. verùm conditio affirmatiuè concepta; ſi liberos habuerit, intelligitur deficere ſolo momento, vt ſi quis ſuſceperit filios, qui mox eo viuente fuerint extincti, hinc egregia illa quæſtio Pauli Caſtrenſis, de qua in l. vltima, C. de indic. viduit. tollen. & de qua ſupra.

24 Quinta † apud Theologos in peccatis capitalibus, qui peccauit in vno, factus eſt oīum reus, nam in peccatis venialib. quiſq; tenetur quatenus peccauerit, qm̄ ſepties in die cadit Iuſtus, declarat Accurſius in gloſſematis Inſtit. de iuſti. & iur. in definitione iuſtitiæ, ſic apud Iuriſconſultos in atrociorib. locus eſt
25 Regulæ, † punitur affectus, etiamſi non ſequatur effectus, l. ſi quis non dicā rapere, C. de epiſcop. & cleric. l. his qui cum telo, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. ſed in delictis leuioribus locus erit Regulæ, non punitur affectus, niſi ſequatur effectus, l. cogitationes, ff. de pœn. nam magis intereſt Reipublicæ, ne grauiora cōmittantur delicta, l. capitalium, §. graſſatores, & §. famoſos latrones, de pœn.

Sexta erit, in conditione tacita legislatores ſumma nixi æquitate, fingunt aliquem prius mortem cum vita commutaſſe, vt ſi pater & filius in prælio ceciderint, vel mater cum filio pubere naufragium fecerit, l. qui duos impuberes, §. cum in bello, & l. cū pubere, ff. de reb. dub. dum agitur ab inteſtato, ſed in expreſſa conditione ſi ſine liberis, leges noluerunt fingere aliquid, omnia cōmittentes iuſſui & ordinationi teſtatoris, l. ex facto, §. ſi quis autem ſuſceperit, ff. ad Trebell. reſpondit Vlpianus, extitiſſe conditionem fideicommiſſi magis dicendum eſſe; qua diſtinctione Bartolum [c] vſum fuiſſe legimus.

26 Animaduertendum † inſuper eſt, magnam eſſe differentiam inter conditionem, ſi ſine liberis, poſitam à parentibus, vel ab affinibus, & eandem conditionem, ſi ſine liberis, inter extraneos poſitam, eſto exemplum Baldi [d] ſingulare notatuque dignum, ſi Rex Parthorum deceſſerit ſine filijs ex ſe legitimè natis, ego inſtituo hæredem Sanctam Iuſtinam Patauinam; in quo Baldus ipſe reſpondit extitiſſe conditionem inſtitutionis, ſi Rex Parthorum deceſſerit nullo ex ſe nato filio; nec referre putauit, quod prægnantem vxorem reliquiſſet, ex qua poſtea natus eſſet filius, quod porro omni admiratione dignum eſſe videtur, cum
27 filij viuo patre concepti pro natis habeantur, & lex duodecim tabularum † proſpiciat tempus conceptionis, vt conceptus poſſit vti agnatus alicui ſuccedere, l. Gallus, de lib. & poſth. l. inteſtati, §. ſciendum, l. inteſtato, in fine, & l. Titius, cū l. ſeq. ff. de ſuis & legit. & hoc accidit in hac ſpecie, quia inter extraneos ſpectāda eſt proprietas verborum, & quoniam non agitur de commodo vel vtilitate aliqua Poſthumi; Et hæc ab omnibus [e] communiter recepta eſſe videntur, diuerſum in ſuis, nam poſthumus, vt diximus, excluderet ſubſtitutum, vtpotè, deficiente conditione, quandoquidem præteritus rumpat etiam teſtamentum.

AD CAP. XVI.

a Paul. Caſtr. in l. vlt. §. ſed quia, C. de indict. viduit. toll. & in l. hæredibus, ad Trebell.
b Dec. in l. ſi quis hæredem, nu. 5. C. de inſtit. & ſubſtitut.
c Bart. in l. quod de pariter mortuis, ff. de reb. dub.
d Bald. in l. penult. ff. de ſtatu homin.
e Emanuel Coſta ad l. 4. §. 1. de cond. & demon. Aretin. in §. cum autem, de tutel. Alciat. in l. quod dicimus, de verb. ſignif. Aret. in l. qui filiabus, §. 1. de legat. 1.

SVM.

S V M M A R I A.

1 *Nati ſeptimo, nono, & vndecimo menſe ſunt legitimi.*
Et quid de natis ſexto, vel octauo menſe, num. ſeq.
3 *Partus, vt legitimus eſſe dicatur, tria veniunt nobis tempora penitus conſideranda conceptionis, fœtus animati, ac natiuitatis, & quæ tempora commodum poſthumi aliquando reſpiciant.*
4 *Poſthumis bona minimè conferuntur, ſed eorum geneſis expectatur.*
5 *Conceptionis dies in hæreditate inſpicitur vel fideicommiſſi.*
6 *Fœtus animati dies in homicidijs veniunt conſiderandi.*
7 *Anima humana, an ſit ante formam.*
8 *Natiuitatis tempus attenditur in collatione bonorum, & in diuidenda hæreditate.*
9 *Genitus ſextimeſtris licèt diu non viuat, ſuccedere poteſt.*
10 *Et quam diu viuere poſſit.*
11 *Et quid de partu dierum 162.168.& 174.cum autoritate Philoſophorum & Medicorum.*
12 *Diſtinctio authoris cum autoritate Theologorum, Philoſophorũ, & Aſtrologorum, vſque in finem.*
13 *Sextimeſtris partus in aliquibus regionibus viuit.*
14 *Sidera influere poſſunt in hæc inferiora, non cogere.*
15 *Filiorum diſſimilitudo coloris vel membrorum vnde cauſetur.*
16 *Animantia cætera habent certum pariendi tempus ac determinatum, vna excepta muliere.*
17 *Poſthumus, vndecimo menſe natus, an ſit legitimus ad tranſmittendam hæreditatem.*
18 *Duareni conciliatio.*
19 *Auctoris opinio.*
20 *Mulier nubens infra annum luctus, amittit ea quæ à priori marito conſequuta eſt, & num. 22.*
21 *Alciati error.*

De Partu legitimo, eiuſque tempore.
Cap. XVII.

CVM ad hæreditates naturales & legitimi filij à legibus vocentur, & in conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, contineãtur: è re eſt, vt de partu eorum legitimo ac tempore diſſeramus.
1 Ab omnibus receptum eſt, † natos in ſeptimo, in nono, & in
2 decimo menſe, eſſe legitimos, ortos autem † in ſexto, vel octauo, nõ eſſe tales, quinimmò adulterinæ maculæ ſuſpectos haberi; quæ quidem omnia an vera ſint, & quomodo ſeſe habeant, à nobis conſideranda ſunt.

3 Sed prius † tria ſunt nobis tempora partus conſideranda, conceptionis ſcilicèt, animati fœtus, ac natiuitatis; dignum eſt autẽ cognoſcere, quando poſthumus in vtero recipiat animã & ſpiritum à Deo Optimo Maximo; Nec ceſſant partes ſpermatis corrumpi donec generetur homo, prius enim mola vel caro informis, poſtea animal; Accurſius gloſſematarius noſter, exiſtimauit Poſthu-

mum

mum animari diebus quadraginta poſt emiſſum ſemen, vt in l. Diuus, ff. de ex-
traordi. crimin. in vlt. gloſ. Auicenna verò id fieri putauit diebus 45. ait enim
concipi filium diebus quindecim poſt emiſſum ſemen, dein animari infantem
diebus 45. naſci verò ſeptimo menſe, nono, decimo, & vndecimo. hæc Auicen-
na lib. 4. ſectione 21. cap. de anothomia matricis, in quibus ſanè particularibus
temporibus, quamuis & Medici inter ſe diſcrepare poſſint, attamen & Medici
ac Philoſophi, & Iuriſprudentes in hoc vno conueniunt, dari ſcilicèt in gene-
ratione hominis tempus conceptionis, tempus animati fœtus, ac diem natiui-
tatis, per quæ tria tempora Iuriſconſultum ambulare decet: nam ſi de lucro &
commodo agatur, poſthumus habebitur pro nato, etiã à die ſuſcepti ſeminis,
l. quę in vtero, & l. Imperator, de ſtatu homin. & l. quod dicimus, de verb. ſignif.
maximè ad obtinendam libertatem, vtputà, ſi mater manumiſſa fuerit diebus
centum & octuaginta duobus ante natiuitatem, iuxta ſpeciem l. inteſtato, §. vl-
timo, de ſuis & legit. l. ſeptimo menſe, de ſtatu homin. quod ſanè principium
ſpectatur etiam in formula ea memorabili Galli Aquilij, ſi filius meus me vi-
uo morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ neptis, poſt mortem meã
in decem mẽſibus proximis, quibus filius meus morietur natus, nataue erit, hę-
redes ſunto, vt in l. Gallus Aquilius, ff. de liber. & poſth. quæ ſanè vera ſunt,
dummodò abortiuus non naſcetur, l. vxoris ab ortu, C. de poſthu. hæred. l. qui
mortui, de verb. ſignif. & quando tamen natus non poteſt poſtea illud commo-
4 dum ſibi acquirere, tunc enim non haberetur pro nato; † Hinc ſequitur, quod
poſthumis non conferuntur bona, ſed expectatur eorum geneſis, l. vlt. de colla.
bon. nec hæreditas diuiditur, niſi poſtquam orti fuerint, vt in ſpecie l. antiqui,
ff ſi pars hæred. pet. in illis verbis, tergeminos cinctos Horatios vidimus, quar-
tam partem filio nato dedere, & in l. inteſtato, §. eſt autem tractatum, de ſuis &
legitim.
5 Dies † verò cõcepti filij inſpicitur in hæreditatibus & fideicommiſſis, l. 1. §.
ſi quis proximior, ff. vnde cogn. in illis verbis; quia nõ fuit proximus cognatus
ei qui nondum animal fuerit, quo loco Vlpianus conceptum filium videtur in
telligere iam animatum; & in l. 1. §. ſciendum, & in l. Titius, de ſuis & legit. & ſic
in hæreditatibus ac in fideicommiſſis inſpicitur tempus animati fœtus, ſiue cõ
ceptionis, oportet enim eos eſſe conceptos tempore mortis teſtatoris, qui vo-
lunt ei ſuccedere, alioqui ſanguine cognati ei non ſunt: proinde, nec admitten
di ad hæreditatem, d. l. 1 §. ſi quis proximior, d. l. 1. §. ſciẽdum, & d. l. Titius, quæ
veriſſima ſunt in hæreditatibus ab inteſtato deferendis, nam in legatis & fidei-
commiſſis ſiue hæreditatibus, quæ deferuntur ex teſtamento, vtique potuit te-
ſtator vocare nondũ natos tempore ſuæ mortis: probatur ex cõmuni omnium
ſententia, in l. eum ita, §. in fideicommiſſo, de legat. 2. maximè, in ſubſtitutioni-
bus habentibus tractum temporis, quemadmodum ſupta in primo libro decla-
rauimus.
6 Dies inquam † animati fœtus ſpectanda eſt, etiam in homicidijs; probatur
per l. Romuli, per l. negat Rex, ff. de mor. inferen. negat lex regia mulierẽ, ſi præ
gnans ſit, mortuam humari, antequam partus excidatur, qui contra fecerit, ſpẽ
animantis cum grauida peremiſſe videtur; Probatur à Moyſe, in c. quod verò,
& in c Moyſes, 32. q. 2. Moyſes tradidit, ſi quis percuſſerit mulierem in vtero
habentem, & abortiuum fecerit, ſi formatum fuerit, animam pro anima; ſin autẽ
7 informatum fuerit, mulctatur pecunia, vt probaret inquit † animam non nõ eſ-
ſe ante formam; probatur etiam in l. ſi mulierem, ad l. Cornel. de ſicar, & in l. Ci
cero, ff. de pœn.
8 Demum, † tempus etiam natiuitatis attenditur à Iureconſultis, tum in colla
tione bonorũ, tũ in hæreditate diuidẽda, vt ſuprà diximus, per l. vlt. de collat.
bonor.

bonor.per l.antiqui,ſi li pars hæred.petat. Præterea,inſpicitur tempus geneſis
& cõceptionis ſimul,vt agnoſcatur vtrius ſit filius,& an legitimus,cuius inquã
parentis filius,vt in Auth.De reſtitutione,& ea quæ parit,in fine, & in formula
Galli Aquilij,& inſuper,tempus etiam ſeminis emiſſi ſpectandum eſt,vt in quę
ſtione illa,quando mulier poſt coitum cum primo viro expletum,& eo interfe
cto,die ſecunda nouas celebrauit nuptias,& hæc è ſecundo viro peperit filium
in nono menſe,quæritur vtrius ſit filius? contorquent ſeſe mirum in modum
Interpretes,Bartolus,Iaſon,& alij,in formula Galli Aquilij, vtpotè,cùm digna
ſit hæc quæſtio magis trutina Hermetis & Aſtrologiæ, quam Iuriſprudentiæ
conſultis.

Verum,quoniam conueniunt omnes,eos eſſe legitimos partus, qui ſeptimo
& decimo editi fuerint mẽſe, quaſi ij Iunoni Lucinæ ab antiquis dicati fuerint,
diſſentiũt autem in ſexto ac vndecimo, proinde aliqua de his referre oportet.

9 Dicebam in ſuperioribus,genitum ſextimeſtrem etſi diu non viuat, poſſe ſuc-
cedere,poſſe tranſmittere,ac pariter octimeſtrem,quoniam hæc mihi videban
tur germana ſenſa l.ſecundæ,& l.tertiæ, C.de poſthumis hæredibus inſtit. At
mihi obijciebatur ratio Pauli,paria eſſe,non naſci,vel naſci, & nón poſſe viue-
10 re;cui nunc ego reſpondeo ex ſententia grauiſſimorum Medicorum: † natum
in ſexto menſe vtiq; diu viuere poſſe,quemadmodum poſt Auicennam, Nico
laum Florentinum,Ferdinandum Menam,& Franciſcum Valeſium, Horatius
Augenius in hoc Patauino Gymnaſio è prima ſede Theoricam Medicinæ in
ſignis interpres,egregiè ſuſtinuit, libro ſexto Conſultationum Medicinalium,
c.vltimo , quamuis enim inquit, partus ſextimeſtris aliquando abortiuus ſit;
nempè,ſi nono menſe aut decimo in lucem editurus,ſexto prodierit,vel etiam
ſi ſeptimo menſe perficiendus,acceleret exitum in ſexto,attamen,concurrere
poſſunt cauſæ quibus editus in ſexto,ſit fortis,ac robuſtus,vt diu viuere poſ-
ſit;Ecquid enim inquit, ſi puella decimum quartum annum nata coniungatur
robuſto iuueni trigeſimum agenti annum, hęc poſtulat nutrimẽtum triplici de
cauſa,tum vt nutriatur, tum vt augeatur, item vt alat augeatq; fętum, at non
poteſt tam tenera puella pro tribus his neceſſitatibus capere nutrimentũ,ideo
puer in vtero contentus,accelerat exitum,hic calcitrans manibuſq; agitatis rũ
pendo pelliculas in hunc mundum exire feſtinat.

11 Præterea, ſi Hippocrate autore partus eſt iuſtus & legitimus, 182.die edi-
tus,cur quæſo nõ erit iuſtus ac legitimus,qui 162.die natus fuerit?cur itidem
168.cur 174.die miſſus in hunc mundum non erit iuſtus,perfectus,ac vitalis,
quaſi nullæ adſint naturales cauſæ,quæ poſſent partum accelerare?minimè ve
rò,& quæ de ſexto menſe diſſerimus, eadem etiam de octauo diſputata intelli
gamus,addentes quæ philoſophus in ſeptimo de hiſtoria Animalium,capit.4.
ſcripſit,qui menſe octauo naſcuntur viuere ac adoleſcere in terra Aegypti poſ
ſunt,& quibuſdam aliis in locis,in quibus mulieres fertiliores ſunt,multoſque
ſimul facilè ferunt & pariunt ; addentes Plutarchũ 5. de placitis Philoſopho-
rum,in octauo menſe perfectum partum licèt imbecilliorem naſci poſſe, & Pe
trum Aerodium,de ſtatu hominum ca. de octauo menſe, cum eo ventum ſit, vt
editus ſeptimo mẽſe pro iuſto habeatur, qui item altero mẽſe prouectior erit,
is vt pro non nato habeatur? quid igitur intereſſe menſe feliciori aut infelicio
ri natus ſit, quo plus minuſue potuerit viuere?

12 Ego vero in tam arduo certamine via diſputatiua procedens,ita diſtingue-
rem; Aut ſuſtinere volumus natum ſextimeſtrem poſſe ſuccedere, ac tranſmit
tere hæreditatem,aut nõ poſſe;In prima ſpecie ego ipſe pręter omnes finem le
giſlatoris atq; Iuriſconſulti ſtatuerim, non an diu viuere poſſit infans, quod
magis ad Philoſophum ac Medicũ ſpectat,ſed an viuus prodierit in hunc mun

dum;

dum; quare etiam ſi ſola die, vel meridie, vel minus vixerit, eum vtiq; vt magnus etiam recens cenſuit Iuſtinianus, ad hæreditatem capeſcendam ac tranſmittendam admittendum putarem; quod non leui ratione cũ Theologis, Philoſophis, ac Iuriſprudẽtibus à me probari poteſt. Deus & natura nihil agit fruſtra, at Deus eum voluit viuum enaſci, ac prima ſui generis emori die, baptiſmate quidem ac Regni Dei pollicitatione cohoneſtatum. (Venite, poſſidete regnum paratum vobis ante mundi conſtitutionem) ergo multò magis eum dignum exiſtimabimus, vt ipſo iure naturali, quod ſemper à Deo emanat, iura adeundæ ac tranſmittendæ hæreditatis poſſit adipiſci.

Nec obijciat aliquis huiuſmodi partum non poſſe ſecundum naturam viuere; Nam ei occurram, hoc non pertinere ad edictum Prætoris; non ad vniuerſam Iuriſprudentiam, ſed Philoſophiæ potius ac Medicinæ principia reſpicere; proinde, à limine iuris reijciendũ; enimuerò, quæ extra nos, nihil ad nos; Dein ſi fas eſſet Iuriſconſultum de his quoque diſputare, ego omnium primus
13 † negarem Paulo Caſtrenſi, ſextimeſtrem partum ſecundum naturam vitam viuere non poſſe, obijcerem, natum huiuſmodi in Aegypto, ac in Hiſpania felici quidem aura frui, nedum viuere, ergo ei non reſiſtit natura, quamuis in Italia vitam ducere nequeat, obijcit naturam generationis contra ipſum in his regionibus reluctari, ſed hoc vtique negabitur à me, enimuerò, vt Philoſophus libro 4. De generatione animalium, c. 10. ait. Natus & generationis & corruptionis ſui numeris opus interdum perficere nequit, propter materiæ inquit indefinitionem, & quod multa principia incidant, quę generationes deſtinaras ſecundum naturam, & corruptiones ſæpè impediant, atque ita cauſa ſint earum quæ veniunt contra naturam, ſed non propterea ſequitur, quin partus hic obtineat entelechiam corporis organici, phiſici potentia vitam habentes; Quare Macrobius in Somnio Scipionis ſatis prudenter ſcriptum reliquit: Si partus editus vixerit vltrà ſeptem horas, non eſt abortiuus, ſed ad vitam creatus, & porrò vixiſſet, niſi caſus fortior eum arripuiſſet; Verum enimuerò, in limine Iuriſprudentiæ non quantitas vel diuturnitas vitæ, ſed vita etiam momentanea conſideranda venit, vt infinitis propemodum exemplis in ſuperioribus declaraui, Cenſorinus autem de die natali arbitratur, ortum ſexto vel octauo menſe, vitam ducere minimè poſſe, vtpotè, ortum menſibus ac cœli manſionibus quæ nullo vnquam aſpectu ſextili, quadrato, trigono, vel oppoſito proſpiciunt aſcẽdens, cæteros immaturos & alijs cœli domibus generatos viuere quidem, eo quod enaſcentis horoſcopum intuerentur.

In ſecunda verò ſpecie, ſi tenere maluerimus, ſemeſtrem partum non ſuccedere, vtpotè, qui ſecundum naturam viuere nequeat, oportebit nos rationem numeri ſeptenarij maieſtate Hippocratis dignam ſpeculari ac proſequi, qui libro De natura pueri, & de ſemeſtri partu, hæc ſcripta reliquit: Puer ſeptimeſtri partu natus, pro ratione natus eſt, & viuit, quaſi dicat, ſemeſtrem ante diem, & præter rationem ortum eſſe, vt viuere nequeat; ſubdit hæc verba; & rationem talem habet ac numerum ad hebdomadas, ac ſeptenarium exactum: Ducit enim Hippocrates numerum ſeptenarium in decadem, ſiue x. vt augeatur ad lxx. ac tres huiuſmodi Decades pariunt numerum ccx. ſeptimeſtri partui optimè congruum, & eundem in quatuor decadas hebdomadum extendit, vt profiliant dies cclxxx. qui natos menſe nono reſpiciunt; Dein, magnus Hippocrates, ab initio libri De Septimeſtri partu, ita fatur: Septimeſtres autem naſcuntur diebus cẽtum & octuaginta duobus ac dimidio, & inſuper accedente diei particula; Hac de re meminit Paulus in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu homin. quinetiam Hippocratis verba, vel lege 12. tabul. vel ſaltem priſco illo iure ciuili ab Vlpiano relata leguntur, in l. inteſtato, in fine, de ſuis & legitim. Poſt

decem

decem inquit menſes mortis natus non admittitur ad legitimam hæreditatẽ. De eo verò, qui centeſimò octuageſimoſecundo die natus eſt, Hippocrates ſcripſit, & Diuus Pius Pontificibus reſcripſit, iuſto tempore videri natum, nec videri in ſeruitute conceptum, cum mater ipſius ante centeſimum octuageſimum ſecundum diem eſſet manumiſſa; quare ſemeſtris videtur ab hæreditate exclufus, cui nec ſeptenarius numerus conuenit; ſunt ergo ſeptimeſtres ac primi legitimi partus dies centum octuaginta duobus ac dimidio, quos ſi ad Solares menſes contuleris excedent ſextum menſem, & ſeptimum duobus tangent diebus, verum ſi ad menſes Lunares, (quales exigit ille numerus) collatio facta fuerit, 6. in 28. augebitur numerus ad dies 168. & horas 12. qui totum explent ſextum menſem; Dein duas confert hebdomadas Hippocrates, duoſve numeros ſeptenarios, nempè 14. qui cum alijs coniuncti offerunt dies centum octuaginta duos vt medio menſe ſeptimo, puer ortus conſpiciatur; Iam rationes & iura hincinde deduxi, nec alia reſolutio à me expetenda, quandoquidem, tam ardua quæſtio, nec Pauli Caſtrenſis, nec aliorum Iuriſconſultorum reſponſo, ſed ſuprema Principis legiſlatoria facultate ac ſanctione peritus indigeat, Hunc verò ſeptenarium numerum, non modo ad ortum, verum etiam ad occaſum vel interitum hominis ipſe protrahit Hippocratis: Hinc anni illi Climaterici, tum hebdomatici, tum Enneatici, quos magno pere ſenes perhorreſcunt, de quibus etiam inibi Macrobius, & Iulius Firmicus Mattheſeos tertio meminerunt, quos quidem numeros quaſi hominis arbitrio inuentos, ego ſpernere ſolebam, vſque adeò, vt qui eos ſequerentur, mihi illudibrio eſſent omnes, & à me acriter reprehenderentur; Huius erroris cauſa fuit Claudij Ptolomei ſententia non bene mihi percepta, dum lib. 3. de aſtror. iudic. cap. 3. inquit. Quæ verò natura deprehendi poſſunt, non per ſortes & numeros, quibus à natura rationes nullæ inditæ ſunt, ſed ad ipſam figurationum cum familiaribus locis inſpectionem, collimantes deprehẽdemus. Quibus verbis Ptolomeus non omnem prorſus deteſtari numerum intelligendus eſt, ſed eum duntaxat, qui naturæ ratione caret. Verum ſeptenarius de quo Hippocrates atque Plotinus, eſt coæuus primæ materiæ, ac naturæ ipſi, & cum eo oriuntur atque intereunt homines: ſed ego mihi ſemper facilè perſuaſerim, & audacter crediderim, & firmiter credo, in manibus Dei Omnipotentis eſſe vi-
14 tam ac mortem hominum, cæterorumque omnium entium † poſſe tamen ſydera eo permittente, & cœli ac temporis motus atq; ſucceſſionis, aliqua nobis leuiter influere & inclinare, ſed neutiquam cogere, potiſſimum, ſi anima noſtra rationalis ac immortalis, eis pro arbitrio ſuo reſtiterit. Quamobrem euitanda pericula, vt ſapiens anima Deo duce aſtris dominari valeat, ob oculos poſita hæc indicat tabella.

N n Anni

Anni Climaterici

	Hebdomatici 7.				
	1	7		☍ 7	Domus
	2	14		2	Domus
	3	21		△ 9	Domus
	4	28		□ 4	Domus
	5	35		✶ 11	Domus
	6	42		ad 6.	Domus
†	7	49		☍ 1	Domus
	8	56		8	Domus
†	9	63		✶ 3	Domus
	10	70		□ x	Domus
	11	77		△ 5	Domus
	12	84		12	Domus
	13	91		☍ 7	Domus
	Septeni				
	Domorũ & ſignorũ profectio.				

Enneatici 9.					
1	9		△ 9	Domus	
2	18		6	Domus	
3	27		✶ 3	Domus	
4	36		12	Domus	
5	45		△ 9	Domus	
6	54		6	Domus	
7	63		✶ 3	Domus	†
8	72		12	Domus	
9	81		△ 9	Domus	†
10	90		6	Domus	
Noueni					
Domorum & ſignorũ profectio.					

Dicat inſuper mihi Paulus, quibus obſtetricibus, peritis ne,an imperitis, quarum oculus & manus ſæpè fallunt,& ſæpius falluntur; & quibus Medicis conſultis, rem ita determinet,vt nec ad aures Principis quæſtionem retulerit, quæ non poterat inconſulto Principe,ita Iuſtiniano iubente à priuato Iuriſcõſulto conſuli, ac expediri. Sciſcitarer iterum à Paulo, quos ipſe obſeruauerit menſes huius partus, Lunares ne,an Solares,& vtri horum præferendi,vereor enim ne non grauiter in conſulendo errauerit.

15 Similes † quoq; interdum generantur filij, aliquando verò diſſimiles, hinc Iaſ.in l.Gallus,de liber.& poſthum.poſt Decium,Hieronimum,Quintilianum, & Iacob.Butrig.refert,mulierẽ albã filium nigerrimũ Aethiopis inſtar, ob vehementẽ fortaſſe imaginationẽ peperiſſe, eò quod à latere cubilis huiuſmodi imago parieti picta ſpectaretur,& Iacobũ Patriarcham Gen.c.30. varijs virgis in aqua poſitis diſcolores oues generari curaſſe. ſic à mixtione, ac prædominio ſpermatis, & menſtrui, fœtus modo patri,modò matri, quandoq; animo aliquando corpore ſimiles procreantur , quinetiam parentibus diſſimiles, ſed auis,& auũculis ſimillimi; Quare Plutarchus in corpore filiarũ Pithonis haſtę ſignum apparuiſſe, Spartanis maximè conueniens,quod natura poſt multa ſæcula renouauerat egregiè recenſuit ; & Philoſophus mulierem Siculam puel-

lam

lam ex Aethiope albam genuiſſe quidem, ſed pronepotem Aethiopi ſimilem ortam fuiſſe. Nos quoq; agnouimus viros nobiliſſimæ familiæ, qui filios ſuos ſemper genuerunt, & adhuc generant, ſex digitos pede ſiniſtro gerentes, alios magno Aquilinariq; naſo, nonnullos cruce humeris, alios itidem alio ſigno à natura donatos, ac honeſtatos, vt non modo colores, & imagines, verum etiam membri ſimilitudo de vno in alium deferatur.

16 † Nunc de partu menſis vndecimi agẽdum. Ariſtoteles ſeptimo de hiſtoria Animalium, c. quarto refert, cætera animalia omnia certum ac ſtatutum ſibi tẽpus pariendi nacta eſſe, vna excepta muliere, quæ & ſeptimo menſe, & octauo, ac nono parere poteſt, & vt plurimum decimo, nonnullæ etiam vndecimũ tangunt, quod etiam à Medicis receptum eſt.

17 † Sed legiſlatores videntur legis condidiſſe ſuas, ne poſt decem menſes mortis paternæ natus, admittatur ad legitimam hæreditatem, ergo partus menſe vndecimo editus nõ erit legitimus, l. inteſtato, in fine, de ſuis & legit. l. Gallus, de lib. & poſth. & Auth. de reſtit. & ea quæ parit.

Quare aduerſus leges 12. tabul. ac vniuerſam Iuriſprudentiam, nonnulli obijciunt, Adrianum Imperatorem, cum matrona Romana 11. mẽſe peperiſſet, acerſitis Philoſophis ac Medicis, & mulieris pudicitia cognita, decreuiſſe partum fore legitimum, & natum admittendum ad legitimam hæreditatem, quẽadmodum ab Aulo Gellio relatum eſt Noctium Attic. li. 3. c. 16. vnde Alciatũ non puduit quaſi iniuſtitiæ ac iniquitatis, vel nimij rigoris arguere Iuſtinianũ, qui in Nouella de reſtitutione & ea quæ parit, mulierem damnauerit ob huiuſmodi partum, nec erubuit Alciatus à Caſtris Iuſtiniani deficere, Paradoxorũ lib. 3. cap. 7. quemadmodum de eo apud Gallum Aquilium conqueritur Duarenus.

18 † Quare occurrit Duarenus, inquiens, cum ſtatuendum eſſet legitimum pariendi tempus à legiſlatore, & mulieres frequentius pariant in decimo quam vndecimo menſe, proinde legiſlator frequentiores amplexus ad legitimũ partum decimum ſtatuit mẽſem, quemadmodum pubertatem etiam anno 14. definiuit, quamuis alij citius, alii ſerius pubeſcant, ne Adulterinis pateſiat aditus; eoq; magis, ſi confeſtim infra tempora luctus nupſerit mulier, tunc enim erit dubium cuius fuerit partus, primi ne, an ſecundi viri. Quæ ſanè Duareni conciliatio, ſi tibi ſatisfacere non poteſt,

19 † Cogita quæſo, an dicere poſſimus, tum ex Medicorum ac Philoſophorũ, tum etiam ex legiſlatoris ſententia, vndecimum menſem admitti ad partum legitimum: nec mirum hoc cuiquam videri debet, me ita legem 12. tabul. interpretari: nam quamuis communis mihi aduerſetur opinio, conſidero tamẽ Ariſtotelem, ac cæteros Philoſophos aſſeuerare, nonnullos etiam vndecimum in partu tangere menſem; applico ad verba legis 12. tabul. l. inteſtato, in fine, de ſuis & legitimis. Poſt decem menſes mortis ſcilicèt patris, natus non admittitur ad legitimam hæreditatem; Applico ad verba Galli Aquilij, ſi filius meus inquit viuo me morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis quibus filius meus morietur, natus, nataue erit, hæredes ſunto; Ecce legem, Gallumq; Aquilium eius interpretem, exigere menſes decem poſt mortem patris, & etiã exactos non cœptos tantum ad legitimam hæreditatem ac ſucceſſionem; Tum deniq;, ego auidè quæro, an pater ea die qua moritur rem habuerit cum vxore, an verò paucis pluribuſue diebus ante? quod ſi diebus aliquot præceſſit emiſſio ſeminis, vel initium huius partus, quod fateri neceſſe eſt, dubio procul connumerando menſes decem poſt mortem patris, etiam vndecimum tetigiſti amplexuſq; fuiſti, quare

Imperator Gratianus,Valentinianus, & Theodoſ.in c.1. de ſecundis nuptijs,
20 in C.Theodoſ.aiunt. † Si qua ex fœminis perdito marito intra anni ſpatium,
alteri feſtinauerit nubere,parum enim temporis poſt 10.menſes ſeruandū adie
cimus, tametſi idipſum exiguum putemus,omnia quæ de prioris mariti bonis
conſequuta eſt,amittet. Addo materiam eſſe difficilioris trutinæ, ac difficillimi
examinis. Hinc Marci Varronis Prouerbium, idem Accij,quod Titij, ita pari
eodemq; iure eſſe in decē menſibus natos,ac in vndecim vt apud Gellium lib.
3.cap.16.

21 Quod † verò attinet ad nouellam Iuſtiniani, de reſtitutione & ea quæ pa-
rit,mirum eſt quemadmodum tam leuiter in ſuis Paradoxis lapſus fuerit Al-
ciatus,qui non viderit Iuſtinianum in hac ſententia minimè differre ab Adria
no,qui ſanè error cæteris etiam omnibus aſcribitur,qui inania potius hominū
commentaria,quam verba & ſenſa legis deguſtare maluerunt; Ego igitur ter-
que quaterq; & pluries legi ac relegi eam Iuſtiniani Nearam, qua ipſe legem
tulit in caſu longe diuerſo ab illo, Adrianus ſiquidem & Philoſophi ipſi,ſuam
protulerunt ſententiam in cauſa,qua non conſtabat natum filium non eſſe pri-
mi viri,nec fortaſſe renupſerat matrona illa; Verum Iuſtinianus de ea muliere
locutus eſt, quæ ante lapſa tempora luctus,quibus vxores viros lugere tenen-
tur,nō autem viri vxores,propter ſanguinis turbationem,l.vxores,l.liberorū,
§.1.de his qui not.infamia,aduerſus leges ad ſecundas accelerauit nuptias, &
de ea inquam muliere legem tulit, quæ nondum completo anno, vndecimo
menſe perfecto peperit, vt eſſet impoſſibile dictu,defuncti partum fuiſſe, neq;
enim in tantum tempus conceptionis extenſum eſt; Hæc ſunt eiuſdem verba,
quæ ibidem leguntur in §.vnum ſiquidem hoc. Vndè his minimè contentus,
22 in calce Nouellæ hæc repetit. Vndè ſancimus † ſi quid tale contigerit, & ante
luctus tempus pepererit mulier,circa terminum anni,vt indubitatum ſit ſobo-
lem non ex priori conſiſtere matrimonio. modis omnibus eam priuari antenu
ptiali donatione. En Adrianus de pudica matrona,& de partu qui exiuit in
lucem menſe vndecimo.Iuſtinianus verò de muliere impudica & quæ pepere
rat iam expleto menſe vndecimo à morte primi viri, Dic igitur Alciate, quo
iure potuerit Iuſtinianum de Iuriſprudentia optimè meritum,religioſumque
Imperatorem tam nimii & iniuſti rigoris accuſare? tu ne admitteres huiuſmo
di partū iā expleto vndecimo mēſe editū,ad hæreditatē primi viri? an nō con-
ueniunt Medici, Philoſophi, Iuriſconſulti? & vniuerſa hominum gens mulie-
rum ſęturam vltra vndecimum menſem minimè protendi,niſi & Plinio & ma
tri illi crediderimus,ſe 13.menſibus vterum geſtaſſe affirmantis,ſed rara omit
tenda & frequentiora amplectenda.Ergo ęquiſſimam legem tulit Iuſtinianus,
ſed age dum candide lector, hæc alta ſunt Iuris ciuilis ſenſa, hæc magna
Iuriſprudentiæ arcana,in quibus liberè ex animo meditari opinariq; placuit.

S V M M A R I A.

1 Caſus huius quæſiti.
*2 Linteolum cruentum quod ſit ſignum deflorata virginitatis ex verbis Moyſi aſ-
ſumitur ratio;contrarium videatur num.6.*
3 Probatur & id ab authoritate Hebræorum Suida Hiſtorico atteſtante Græco.
4 Vt & Canonum Pontificiorum ſanctione confirmatum legimus.
5 Doctorum authoritate virginitatem ſignis competit comprobare.
*6 Linteolum ſanguine conſperſum non eſſe vrgens, & probabile ſignum virginita-
tis viciatæ.*

7 Ho-

7 *Horatij idprobatur Augenij primi Theorices apud Patauinos Cathedratici authoritate.*
8 *Cruoris ſignum non oſtenſum apud nonullas gentes Barbaria infames ſignum dedecoris non exiguum relinquebat.*
9 *Quod & Ambroſij authoritate comprobatur.*
10 *Canonum item & Diui Auguſtini.*
11 *Inſpectionem huiuſmodi & genitalium virginis perſcrutationem non licere Caſarea autoritate eſt ſancitum.*
12 *Cruorem in linteo apparentem vel non apparentem inditium non eſſe virginitatis, vel violatæ, vel integræ.*
13 *Probationum ſpecies in iure ciuili tres ſunt numero, & quænam illæ.*

An cruentatum linteolum ex primo concubitu, ſit certum ac ſufficiens ſignum deſloratæ virginitatis. Caput XVIII.

1 HACTENVS de partu legitimo: ſed enim accidit aliquando, vt tenera virgo forti viro nupta coniunctione facta membranula ac interſeptū illud virginale à primo etiam concubitu ſanguinem emittat, quo linteolum coinquinetur; Hinc oritur quæſtio apud Iuriſconſultos, num ſudarium hoc ſanguinolentum ſit certum ac ſufficiens indicium violatæ virginitatis, necnē; Hinc viri vxores exoſas habentes, vt diuortium vel thori ſeparationē obtineant, obijciunt, nec primo congreſſu inueniſſe eas virgines. Hinc Patauij memorabile illud nimiſque rigoroſum capitis iudicium in perilluſtris Abbatis Arc. comites fieri vidimus, quod ab Antonio Riccobono Græcæ, Latinæq; linguæ Interprete eruditiſſimo, atque eloquentiſſimo, libro ſexto De gymnaſio Patauino elegāter relatū eſt, ſtupri delator obiiciebat virginem ab eis ſtupratam: fama erat obſtetrices à magiſtratu miſſas fuiſſe virginitatem puellæ exploratum: Rei ſuam etiam tuebantur innocentiam, hoc non eſſe inditium certum vitiatæ virginitatis, & peritiſſimos quoſque, atque Collegium inſignium Medicorum, ac Philoſophorum conſulebant, quin etiam Fel. in c. cauſam matrimonii, de probat. exiſtimauit ſtupri accuſatum abſolui debere, ſi virginitatis ſigna appareant in puella. Vnde huiuſmodi quæſtio in re admodum dubia verſatur. Quod itaque hoc ſit ſignum certum ac ſufficiens delibatæ virginitatis, probatur.

2 Primò, † quoniam vrget lex Moyſis, Deuteronom. cap. 22. iubentis: Si duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eam, quæſieritq; occaſiones, quibus dimittat eam obiiciens ei nomen peſſimum, & dixerit, vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam non inueni uirginem, tollent eam pater & mater eius, & ferent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis, qui in porta ſunt, & dicet pater filiam meam dedi huic vxorem, quam quia odit imponit ei nomen peſſimum, vt dicat, non inueni filiam tuam virginem; & ecce hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ, & expandent veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis; ecquid apertius deſiderari poteſt, nonne probatum lege Moyſis? certum hoc & indubitatum corruptæ virginitatis indicium; an non linteolum hoc cruentatum hac de cauſa ſumma diligentia cuſtodiebatur.

3 Secundò † vellem ego præter omnes, quos in hac materia viderim autores, addere me interdum apud Suidā Græcum Doctorem legiſſe in eius hiſtoria, vbi de IESV CHRISTO pium, ac ſanctum ſermonem habet, (ſi tamen mihi di-

hi diuina humanis comparare fas eſt) Rumor erat in populo Hebræorũ, MARIAM VIRGINEM peperiſſe filium, qui verè eſt filius Dei; His inquit Sacerdotes auditis, obſtetrices acerſiuere, eiſque mandarunt, vt accuratè perquirerent, & explorarent, an adhuc verè virgo eſſet MARIA, illæ verò ipſis rebus certè edoctæ Virginem eã eſſe affirmarunt, quare Sacerdotes Mariæ dixerunt: Dic nobis apertè & fidenter, vt ex ori ſuo audiamus cuius ſit, & cuius filius ſit, ita vt eum inſcribamus, Tum illa reſpõdit: Verè ego illum peperi, patrem eius in terra neſciens, Sed audiui ab Angelo, Dei filium eum eſſe, & ſic conſcriptus fuit IESVS in cathalogum Sacerdotum, IESVS FILIVS DEI Viuentis, & MARIAE Virginis, Erat igitur lege ſancitum, & religiosè obſeruatum apud Hebræos, vt puellarum virginitas exploraretur.

4 † Tertio occurrunt ſacri Canones huius rei manifeſtam fidem facientes, vt in cap. cauſa matrimonij, de probationibus: Mandamus inquit, quatenus eandem puellam ponatis interim in illo Monaſterio quod intrauit, vt ibi ſecurè valeat commorari, donec iudiciali ſententia quid agi debeat decernatis, recepturi poſtmodum non ſolum probationes viri, quas inducere voluerit contra mulieres illas, quæ ad inueſtiganda ſigna virginitatis ex parte puellæ fuerint introductæ: verum etiam probationes alias hoc negocium contingentes, quas pars vtralibet duxerit producendas; ergo iure Pontificio explorãtur ſigna virginitatis, quamuis fateatur Diuus Cyprianus, quod etiam manus obſtetricum & oculus ſæpè fallantur, vt in c. nec aliqua putet, 26. quæſt. 2.

5 † Quatto addamus Baldum, Abbatem, Felinum, Decium, & reliquos in eo Canone connotaſſe, virginitatem probari per ſigna: nam ſtigmata inquiunt militem, habitus clericum, ſtola ſacerdotem, cuculla Monachum, & Diadema Regem oſtendit, & alias ineptias id genus multas, magna putantes hi miſerrimi ſe præſtitiſſe in iure, ſi ſonoro quodam verborum apparatu, ſignum variabile, rarum, ac minimè conuertibile, cum perpetuis & conuertibilibus ſignis comparauerint, ô rude hominum genus, ô barbaram leguleorum farraginem, (ſed hęc ſalua eorum pace dicta putentur,) cum alioqui viri clariſſimi, & vtriuſque Iuriſprudentiæ decus, & ornamentum ab omnibus habeantur.

6 † Contrariæ nunc ſe offerunt acies vti veriores, nempè ſanguinolentum ſudarium non eſſe certum nec potens indicium ad arguendum viciatam virginitatem, & quoniam res agitur Medica, ego prius ad Philoſophos & Medicos, dein ad Legiſlatores confugiam.

7 † Primò itaq; Horatius Augenius vir inſignis inter Philoſophos ac Medicos magni nominis, & ĩ hoc Lycæo Patauino è prima Cathedra Theoricæ Medicinæ interpres, quæſtionem hanc ſummo ſtudio agitauit, ac examinauit, ſuſtinuitq; Philoſophiæ ac Medicinæ argumentis, hoc non eſſe ſignum certũ nec ſufficiens defloratæ virginitatis.

8 Præterea † Barbaros nõnullarum gentium mores ex libro tertio hiſtoriarũ Leonis Apher. retulit, dum nuptiale inquit paratur conuiuium, pro hymenei celebratione thalamo incluſi congrediuntur ſpõſus & ſponſa, an verò dixerim vir & vxor. Vetula in limine ianuæ ſedens expectat, vt ſibi à viro porrectum ſanguinolentum ſudarium quaſi precioſa defloratæ virginitatis ſpolia in mediam conuiuatorum turbam geſtiens & exultans deferat, vt tum honorificè, & letè diſcumbere conuiuari que liceret, quod ſi fortuna aliaue cauſa feſelliſſet, & cruoris nihil virgo per genitalia effudiſſet, magnũ inde accedebat dedecus, ac inuitatorum turba triſtis męſta ac impranſa domum redibat,

Dein oſtendit membranulam illam, nymphamve, non omnibus virginibus enaſci: quin etiam puellis ea carentibus, primo in concubitu adapertis venis, & arterijs munere inſultantis ſponſi abruptis, quas in oſtio vteri gerunt ſangui

nem

ne effundere, ac linteolū cruentare; Præterea, inquit hoc non eſſe ſignū inſeparabile, & côuertibile, vt Logici aiunt, qđ côpetat omni & ſemper; proinde nô valere argumentationem deductam negatiuè hoc modo: Huic non effluxit ſanguis ex vtero, ergo hæc ante primum conflictum non fuit virgo: multæ ſiquidem virgines ſanguinem non eijciunt, corruptæ verò, ac etiam proſtitutę dolo malo coeuntes emittunt, aut veſicis felleis, aut vtriculis piſcium ſanguine plenis in pudenda intus accommodatis. Tale eſt etiam ſignum illud emiſſionis ſanguinis è vulneribus interfecti, de quo egi in lib. 1. de Via iuris, cap. 31. Ex quo affirmatiuè argumentari licet; Titius interfectus emittit ſanguinem, te eum vocante & aſpiciente, ergo eum occidiſti; at nunquam valebit argumentum negatiuè, non emittit ſanguinem te acclamante, ergo eum non occidiſti, cum poſſibile ſit te eum interemiſſe, quoniam hæc ſunt ſigna huiuſmodi, vt non conueniant omni, & ſemper.

9 Secundò,† id etiam comprobat Diuus Ambroſius lib. Epiſtolarum 8. epiſtola 44. dum mirum in modum increpat Sinargium Veroneſem Epiſcopum, qui virginis accuſatæ de ſtupro ſecreta genitalia inſpici iuſſerat, idque nulla ratione legibus Pontificijs permitti retulit Tiraquellus in quartam legem Connubialem, gloſſ. 1. par. 4. num. 22.

10 Tertiò,† offero latitâtia ſēſa Canônis; Nec aliquis putet, 26. q. 2. Nec aliqua putet inquit ſe hac excuſatione defendi, quod inſpici & probari poſſit an virgo ſit, cum etiam manus obſtetricum, & oculus ſæpè fallâtur, & ſi incorrupta inuenta fuerit virgo ea parte, qua mulier poteſt eſſe, poterit tamen ex alia parte corporis peccaſſe, quæ corrumpi poteſt, & tamen inſpici non poteſt; En verba Diui Cypriani, & Sacri Canonis ad Pomponium de virginitate; in quibus qualia latitent ſenſa percipere non erit inutile; quæ inibi ab Hugo. & à Turrecremata aperta detectaque ſunt. Virgines ſiquidem nonnullæ turpia committebant cum aliquibus viris, nec propterea ſibi in concubitu membranulam illā vel membrum, in quo fœmina à viro ſecernitur, corrumpi permittebant; quinimò, ſi libidinis accuſarentur, obijciebant ad earum tutelam inſpici poſſe an virgines eſſent. Addam ego, poſſe vtiq; virginitatem corrumpi, etiam non fracta, nec penitus illiſa nympha, vel membranula illa; Diuus autem Auguſtin. lib. 1. de Ciuit. Dei, cap. 18. Si obſtetrix inquit virginis cuiuſdam integritatem manu velut explorans, ſiue malevolentia, ſiue inſcitia, ſiue caſu dum inſpicit, perdidit, non opinor inquit tam ſtultè quemquam ſapere, vt huic perijſſe aliquid exiſtimet, quamuis membri illius integritate iam perdita; ergo apparet, obſtetricum miniſterium prorſus inane.

11 Quartò,† nuſquam reperitur toto luſtrato iure ciuili, quod leges Cæſaris iubeant, vel permittant obſtetricibus viſere ſepta illa voluæ pudenda, vel clauſtra ea virginalia ad explorandam virginitatem: ſed ſolum edictum Prętoris habetur, De ventre inſpiciendo, cuſtodiendoque partu, ne partus adulterini ſubijcerentur; vel quia leuioris eſſet ſuperſtitionis, nedum probationis hoc ſignum; vel quia hæc inter eos oriri quæſtio non poſſet, cum facilè pateret aditus ad diuortium, quo ipſa finiri poterat.

12 Ex his itaque firma ac ſtabilita manebit Concluſio, cruentatum linteolum non eſſe certum ac potens indicium ad arguendum viriatam virginitatem, tum quia plures etiam puellæ primo in concubitu, quamuis à valido inſultante agitatæque viro, nec minimam quidem cruoris ſanguiniſve guttam ſtillare queūt, tamen virgines non ſunt; tum quia vetularum obſeruatio ſuſpecta, & obſtetricum miniſterium valdè periculoſum eſt, quandoquidem earum manus & oculus, vt inquiunt Sacri Canones ſæpè falluntur; accedat poſſe vtique virginitatē corrumpi nulla fracta membrana, nulliſque venis aut arterijs abruptis, quas

puella

puella fouet in oſtio vteri, vt antea probatum fuit, quod ſi mihi Rabula in foro obiiciat, nimium ſubtilis eſt hæc tua argumentatio, hoc accidens non conuenit omni puellæ, nec ſemper: ſatis eſt quod conueniat huic, quam ego tueor, & cuius ſanguinolentum ſudarium tibi oſtendo; ei reſpondebo tres nempè dari
13 in iure ciuili probationum ſpecies, † plenam, ſemiplenam, & minus quam ſemiplenā, iuxta ea quæ adnotat l. admonēdi, ff. de iureiur. Sed n. hoc tuum cruentatum linteolum non poteſt facere plenam probationem, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, vt in l. neque natales, C. de probationib. & quia patitur omnia incommoda ſuperius adducta; Nec etiam poteſt facere ſemiplenam probationem, patet: quoniam ſemiplena probatio fit per vnicum teſtem omni exceptione maiorem, vt Accurſius, cæterique communiter in d. l. admonendi, autumant. ſed hoc tuum ſanguinolentum linteolum, & omnia obſtetricum experimenta, recipiunt contrarias probationes ad eorum confuſionem, vel reprobationem, d. cap. cauſam matrimonii, de probation. quales contrarias probationes non recipit vnicus teſtis omni exceptione maior, & iuribus ſuperius adductis: ergo ſi quam producet probationem, ea erit minus quam ſemiplena, indigens aliis adminiculis & probationibus, alioqui ſola frigeſcet, & nihil probabit.

Nec obſtat igitur primum argumentum deductum à lege Moſaica; nā omiſſis ingenioſis reſpōſionibus à Theologis relatis, ſatis eſt mihi reſpondere Moyſem referre quęſtionem cum ſignis virginitatis ad ſeniores vrbis, ergo non ſufficiunt ſola ſigna, ſed oportet iudices cuncta rimari, & plenas proſpicere probationes: alioqui ſi quæſtio tota in eis ſolis notis, vel ſiue maculis conſiſteret, ut nullo alio ſeniorū iudicio opus eſſet, adhuc apponerem leges Moyſis nimium rigoroſas, & eum oportuiſſe legislatorem Hebræorum populo tam duræ ceruicis in aliquibus indulgere, quemadmodum in vſuris, in talione, in diuortio, in Zelothopia & exorciſmo adulterę, ac in ſimilibus quę exulant à lege pia & æquiſſima Chriſti, qui venit non vt eam deſtrueret legē, ſed vt ipſam adimpleret, ac perficeret.

Non officit ſecundum: nam omnia de Beata Virgine Maria, cum Catholica Romana Eccleſia credimus, & nefas eſſe putamus myſteria Diuina cum profanis, & cœleſtia cum terreſtribus comparari ac miſceri.

Ad tertium, quam egregiè retorquetur argumentum pro ſententia noſtra. Sacri etenim Canones, huiuſmodi indicium ſatis leuè eſſe exiſtimarunt, & contra illud probationes permiſerunt, & ſancti illi Patres, vt prædiximus, hanc virginitatis explorationem ſummoperè abhorruerunt.

Quartum denique non officit, & fallax illud iuris Interpretum argumētum: neque enim conuertibile eſt, quia nō conuenit omni & ſemper, affirmatiuè & negatiuè, qualis conuenit hæc argumentatio; Mulier cum viro concubuit, ergo non eſt virgo. Mulier cum viro non concubuit, ergo eſt virgo. E conuersò, Mulier in primo concubitu cum viro emiſit ſanguinem, ergo nō eſt virgo. Mulier in primo conflictu cum viro non emiſit ſanguinem, ergo nō eſt virgo. Negatur hæc conſequentia.

Sed iam abeant ex cruentati linteoli ſordes, & tam ambigua, tamque exigua violatæ virginitatis indicia.

S V M M A R I A.

1 Verba in modum conſilij prolata nulla neceſſitate conſtringunt.
Quod autem neceſſitatem afferunt, num. ſeq.

3 *Conſilium duplex eſt, & quando ipſum importet fideicommiſſum vel neceſſitatem.*
4 *Teſtatori ſucceditur in fideicommiſſis, mediante perſona hæredis.*
5 *Subſtitutio directa ex coniecturis induci non poteſt.*
6 *Sed fideicommiſſaria tamen poteſt.*
7 *Directæ inſtitutiones poſſunt fieri ſub vna, vel pluribus conditionibus.*
8 *Et quid iuris in caſu huius quæſtionis, ſi hæres ante aditam hæreditatem deceſſerit liberis relictis.*
9 *Dictio vt, & dictio, ve, diſiunctiuè ponuntur.*
10 *Caſus in ſpecie l. Lucius ponitur.*
11 *Poſiti in conditione, ſunt poſiti in diſpoſitione, & in teſtamento vocati.*
12 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*
13 *Teſtatoris ſola voluntas attenditur etiam ex tacitis coniecturis.*
14 *Argumentum à contrario ſenſu, eſt in ſtatutis validum, vt etiam à pacto ad ſtatutum, num. ſeq.*
16 *Adulterij damnata mulier non poteſt eſſe teſtis in criminali iudicio.*
17 *Conditionalia verba, an diſpoſitiuam vim habeant.*
18 *Legatis in particularibus poſitis in conditione, ſunt etiam in diſpoſitione.*
19 *Legata nutu etiam relinqui poſſunt.*
20 *Filios in conditione poſitos etiam in diſpoſitione eſſe apud Venetos moris eſt.*
21 *Autoris concluſio, & opinio in puncto huius quæſtionis.*

An filij poſiti in conditione (ſi ſine liberis) cenſeantur vocati à teſtatore. *Cap. XIX.*

PLVRES ſunt numero & autoritate viri clariſſimi, qui tenuerunt filios poſitos in cõditione eſſe vocatos ex teſtamento, & inde oriri vtilitatem, quia pater iure fideicommiſſi cogitur hæreditatem eis reſtituere; quod ſi bona alienauerit, ipſi poterunt ea recuperare, relati à Gabriele Romano,[a] & ego conſueui latiſſimè examinare hanc arduam quæſtionem in l. 1. C. de pact. nunc verò velim ſolummodò ſenſa nonnullarum legum aperire ſolidioribus nixus rationibus, & ex his oſtendere, an filij poſiti in conditione, ſint vocati ex teſtamento, an verò potius ab inteſtato.

Quare non deſunt nouiſſimi, qui ſecuti gloſſ. in l. Lucius, 2. de hæred. inſtit. profitentur eos non eſſe vocatos ex teſtamẽto, & hæc ab omnibus recepta fuit opinio, vt retulit etiam Simeon Prete[illegible]s.[b]

Primò itaque argumentantur ex inductione d. l. Lucius, 2. in illis verbis; nã prudens conſilium teſtantis animaduertitur; non enim fratrem ſolum hæredẽ prætulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos, tunc ſic argumentantur: Fideicommiſſum quo ad grauatum fideicommiſſario reſtituere, eſt ſub neceſſitate poſitũ, & obligatione reddendi fideicommiſſario, l. ille, §. tempeſtiuum, l. cogi, l. reſtituta, ad S. C. Trebell. l. pater filium, in fine, ad legem Falcid. & Inſtit. de fideicom. hæredit. at Scæuola, vt oſtenderet in l. Lucius, hoc non eſſe fideicõmiſſum, nec referre neceſſitatem vel obligationem aliquam, dixit, prudens conſilium teſtatoris animaduertitur, nõ enim ſolum fratrem prætulit ſubſtitutis, verum etiam eius liberos; ponderat verbum, (conſilium teſtantis) ergo nulla neceſſitas, nullaque obligatio, ergo ſucceſſio ab inteſtato defertur non ex teſtamento, iureve fideicommiſſi. Probat, quoniam dixit (conſilium) vt oſtenderet nullam ineſſe neceſſitatem, nullamque obligationem. Probat inquam, nam conſilium nullam re-
1 fert neceſſitatem, nullumque † fideicommiſſum, l. cum pater, §. mando filiæ, de legat. 2, l. fideicommiſſo, §. hæc verba, de legat. 3. conſilium enim nullam neceſſi-

tatem præſefert, l.cum olim, de arbitr.cap.quiſquis præceptis, 14.q.1. &c conſilium teſtatoris veſtitur in hoc, vt frater hæres ſi velit adire hæreditatem, præfe ratur libertis ſubſtitutis, vel ſi noluerit adire hæreditatē, & habuerit liberos ex ſe progenitos, filij ſuccedant ab inteſtato, vel iure trāſmiſſionis, & ſic præferen tur ſubſtitutis, ac talis eſt interpretatio gloſſæ.[c]

2 † Sed contra, immò etiam verbum (conſilium) ſecum affert neceſſitatem, & obligationem, vt ſentit gl. in §.in fraudem, in ver.conſilio, per illum textum, & in §.eodem, in verbo, apud conſilium, Inſtit.quibus ex cauſis manumittere non licet. Alij ponderant verba l.cum Pater, §.mando filię meæ, ff.de legat.2. mando filiæ meæ pro ſalute ipſius ſollicitus, vt quo ad liberos tollat, teſtamē tum faciat; ita enim poterit ſine periculo viuere, verbum (mando) obtentu con filij ibi accipitur, & in l.fideicommiſſa, §.hæc verba, de leg.3. te fili rogo, vt præ dia quæ ad te peruenerint, pro tua diligētia cures, vt ad filios tuos poſſint per uenire, licèt inquit magis cōnſilium, quam neceſſitatem loquendi exprimant, tamen ea prædia vigore fideicommiſſi debentur nepotibus, ergo conſilium de notat neceſſitatem, & verbum præcepti, vt (mando) vertitur in conſilium.

3 † Secundò conſilium duplex eſt, vnum nudum ac denudatum ratione vel cauſa, & hoc remanet in puris terminis conſultationis, vt ſi pater cōſulat filijs, ne bona alienent, & nullam parit obligationem vel fideicommiſſum; Alterum eſt conſilium concomitatum ratione, cauſa, vel obligatione iuris. & hoc induit naturam pręcepti, & obligationis, iuxta Dini exemplum, ne rurris alienetur, vt in l.filiusfamilias, §.diui, per illum textum, ff.de leg.1. ſed hic adeſt cauſa & ratio, quinimmo, clara diſpoſitio teſtatoris, non enim ſolum fratrē prætulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos, verum frater prælatus eſt in teſtamento, & ſic diſpoſitiuè, ergo pariter etiam eius liberi poſiti in conditione, propter energiam Clauſulę, non enim ſolum fratrem prætulit, & alterius illius dictionis, ſed etiā, & ita retorquentur ſuperiora exempla.

Secundò ſic argumentantur ex verbis l.generalit. C.de inſtit.& ſubſtir. ex illis inquam verbis, cui enim ferendus eſt intellectus propter huiuſmodi verborum anguſtias; eius liberos fructu paterno defraudari;

Ex quibus hic notat Aretinus, in tertio notabili, decidi quæſtionem hanc, quod filij poſiti in conditione, quoniam in fideicommiſſis ſuccedirur teſtatori, & in bonis eius, l.cohæredi, §.cum filiæ, de vulg. & pupill. ſed in textu dicitur ne filij defraudentur omni fructu paterno, ergo ſuccedunt patri, neq; enim di xit, ne defraudentur bonis aui.

4 † Sed reſpondetur, quod in fideicōmiſſis ſuccedituꝛ teſtatori mediante perſona hæredis, quare qui defraudatur fructu & ſucceſſione filij vel nepotis, defraudatur etiam fructu & ſucceſſione aui teſtatoris, d.l.cohæredi, §.cum filiæ, & l.vltima, C.de verb.ſignif.& l.in annalibus, C.de legat. Præterea, ſi non poſſunt priuari fructu paterno, nec per alienationem, nec per exhæredationem, ergo cenſentur vocati.

Tertiò nituntur verbis l.generaliter, §.vlt.C.de inſtit. & ſubſtit.iuris inquit intellectu non concedente ad eos eam partem venire, ſed filios, vel filias, nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes, morientis tranſmittente, ergo filij poſiti in conditione ſubintellecta à lege, non ſunt vocati per fideicommiſſum, ſed per ius tranſmiſſionis proueniens ex præſumpta voluntate patris, de cuius ſucceſſione agitur,[d] aliud enim eſt vocatio, & aliud tranſmiſſio, qua ſanè vrgentiſſima inductione vtebatur etiam Socinus.[e]

Reſpondetur, quod argumentum procederet, quando ageretur de ratione expreſſa à teſtatore, ſed in d.l.generaliter, agitur de tacita cōditione, quare ter mini non ſunt pares. Et reſpondetur, quod eis debetur fideicommiſſum vtroq;

modo

modo, iure ſcilicèt tranſmiſſionis, & etiam iure vocationis, ſiue ſubſtitutionis: nam fideicommiſſarius vniuerſalis tranſmittit ius fideicommiſſi vniuerſalis ad ſubſtitutum, l. vnica, §. ſin autem, C. de cad. toll.[f] ſed ſubſtitutus capit ex iure proprio, quia ſubſtitutus, ergo vbi filij poſiti in conditione cenſentur vocati, multo facilius admittuntur iure tranſmiſſionis, cum etiam iure proprio admittantur.

Quartò, Emanuel Coſta[g], ac itidem Socinus, vtuntur fortiſſimo Dilemmate Herculis claua vel Aiacis clypeo digno.

Aut dices ex ſpecie l. Lucius, liberos poſitos in conditione præferri ex teſtamento, aut per quaſi fideicommiſſariam ſubſtitutionem, aut per quaſi directam ſubſtitutionem, ſed per fideicommiſſariam hoc nõ potes aſſeuerare, quoniam hic non admittitur fideicommiſſum, nec ſubiecta materia, nec conditiones aliquæ in ea lege poſitæ patiuntur aliquod fideicommiſſum, maximè, quia vbi hęres inſtitutus decedit ante aditam hęreditatem, vt in textu, iam euaneſcit fideicommiſſum, l. ille à quo, §. 1. l. ita tamen, §. Marcellus, ff. ad Trebell. & ponderant verba illa Sęuolæ; ſi mihi Titius hæres eſſe noluerit, aut quod abominor, prius morietur quam meam hæreditatem adierit, aut filium filiamvè ex ſe natum natamvè non habebit, tunc liberti mei hæredes ſunto, ſi hæreditatem inquam non adierit.

Aut vis eos præferri per quaſi directam ſubſtitutionem, ex coniecturis, ex voluntate defuncti in teſtamento collectis, & hoc fieri non poteſt, quoniam
5 † directa ſubſtitutio ex coniecturis non poteſt induci, argumento l. iubemus, C. de teſtam. l. hæredes palam, de teſtam. l. ſi quis ita hæres inſtituatur, de hæred. inſtit.

6 Reſpõdetur † enim fratre adeunte hæreditatem, ac ſtante ſubſtitutione illa, quod ſi natum, natamvè non habuerit, ſerui hæredes ſint. Serui filij non poſſunt eſſe hæredes, ſed ipſi filij capiunt hæreditatem ex tacita voluntate teſtantis, per fideicommiſſum, ergo fideicommiſſaria ſubſtitutio colligitur, & admittitur ex tacitis coniecturis, l. cum proponebatur, de legat. 2. cum vulgaribus; & quod in ſpecie l. Lucius, ſi frater perierit ante aditam hæreditatem relictis liberis, liberi ſunt hæredes per vulgarem ſubſtitutionem, reſpectu patris, & per defectum conditionis ſub qua fuerunt inſtituti liberti, ſi frater filios non habuiſſet, & per implementum conditionis intuitu patris & filiorum, quia nõ eſt no
7 uum † inſtitutiones etiam directas fieri ſub conditione vna, vel pluribus, l. ſi hęredi plures conditiones, de condit. inſtitut. & l. 3. & l. ſuus quoque, de hæred. inſtit. conſtat autem, paſſim vulgarem fieri ſubſtitutionem ſub conditionibus inſtitutionis, vt nullis indigeamus coniecturis: ſed quando pater adijt hæreditatem, & filii ſunt poſiti in conditione, ſuſtinetur fideicommiſſum ſolis coniecturis, d. l. cum proponebatur, de leg. 2.

Quinto adducitur l. ſi ita quis hæres legitimus, ff. de hæred. inſtit. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus hæres nolit vindicare hæreditatem meam, puto deficere conditionem teſtamenti illo vindicante, & ſic poſitus in conditione à teſtatore, non eſt vocatus, ſed ſuccedit ab inteſtato; ergo idem in hac ſpecie, argumento l. ſi quis ſub conditione dandorum decem, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament.

Alijs tamen reclamantibus, hæc non eſſe germana, veraq; ſenſa l. ſi ita quis hęres, vbi euidẽs apparet voluntas teſtatoris, & Accurſius reſpondet in l. quãdiu, de regul. iur. legitimum hæredem ex teſtamẽto, & vti inſtitutum, hæreditatem vendicare, l. cum in teſtamento, de hæred. inſtit. alioquin perperam ſub illo titulo poſita fuiſſet illa lex, & violata eſſet Regula l. quãdiu, de acquir. hæ-

red. Præterea ibi vocatus eſt cum qualitate inteſtati.

Sexto loco placet etiam referre pro prima illa opinione, quod non ſunt diſpoſitiuè vocati, Indnctionem Vaſquij Hiſpani, [h] in l. Lucius, redditur ratio; nam prudens conſilium teſtantis animaduertitur, non enim fratrem ſolum prætulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos, ergo non ſolum in conditione ſunt poſiti, ſed etiam in diſpoſitione, id eſt ſubſtituti patris ſui ſcripto hæredi.

Sed contra inquit, patre repudiante excluduntur, ergo non ſunt ſubſtituti: ponderat verba: Si mihi frater hæres eſſe noluerit, aut prius moriatur quam adierit, aut filium, filiamve non habuerit, liberti mei hæredes ſunto, ergo patre repudiante, liberti ſunt hæredes: nam ſi eſſent filij ſubſtituti, patris repudiatio eos potius ad mitteret, quam excluderet, l. poſt aditam, C. de impub. & aliis ſubſtitut.

Reſpondit ipſemet, quod ipſi non erant ſubſtituti in caſu voluntatis, vel noluntatis, ſed liberti, in caſu autem impotentiæ, non liberti, ſed ipſi liberi fuerūt ſubſtituti. Ponderat verba, & tres illas cōditiones, ſi hæres eſſe noluerit, ſi prius morietur quam hæreditatem meam adierit, aut filium filiamue non habuerit, hi ſunt tres caſus, prout ſunt tres conditiones diſiunctiuæ.

In primo caſu ſi Titius hæres eſſe noluerit, filiis excluſis, admittuntur liberti tanquam vocati ac inſtituti purè, non autem ſub aliqua extrinſeca conditione, quæ faciat actum conditionalem, & hic caſus tanquam clarus non deciditur in textu.

Secundo verò caſu ſi adierit hæreditatem, & aditæ hæreditatis tempore liberos habuerit, tunc abſq; dubio liberti excluduntur, quia vulgaris ſpirat poſt aditam hæreditatem, & quia nulla ex conditionibus quibus vocati ſunt, extitit, & ipſe caſus vti expeditus non ponitur in textu, ergo hi filij ex teſtamento diſpoſitiuè ſuccedunt, hoc ipſe Vaſquius negat.

Tertio caſu, ſi adiuit, ſed aditionis tempore filios non habuit, non poſſunt liberti cohæredes admitti: quia teſtator vocauit fratrem hæredem ex aſſe, ſecùs ſi non fuiſſet ex aſſe inſtitutus.

In caſu voluntatis vel noluntatis liberti ſunt ſimpliciter vel vulgariter ſubſtituti, ſed in caſu impotentiæ teſtator duas poſuit coniunctiones diſiunctiuas, quæ tamen pro coniunctiuis fauore liberorū accipiendæ ſunt, l. ſæpè, de verb. ſignif. & d. l. generaliter, maximè, quia in d. l. Lucius, ad eſt fauor ſanguinis teſtatoris, & aliquando diſiunctiua liberorum fauore diſiungit.

8 Quartò † caſu quærit Vaſquius, [h] quid ſi frater inſtitutus ante aditam hæreditatem deceſſit relictis liberis, hic eſt quartus & magis dubius caſus, in quo videbatur quod ſerui liberti, ex vulgari admitterentur ſubſtitutione, quia illa conditio, aut filium filiamue non habebit, defecerat, extat tamen altera cōditio, ſi prius moriatur quam adierit, & in diſiunctiuis ſufficit alterum eſſe verum, d. l. qui hæredi plures, de hæred. inſtit.

Contrarium deciditur in illis verbis, quos eo amplius noluit eſſe hæredes, ſi frater prius quam hæreditatem adierit, deceſſerit ſine liberis, nam prudens cōſilium, &c.

Et ſequuntur diſiunctiuæ, quæ accipiuntur pro coniunctiuis, maximè quando oratio incipit à negatione, nec eſt domi, nec ruri, nec hilaris, nec triſtis.

9 In hoc † igitur quarto caſu, quo inſtitutus ante aditam hæreditatem relictis liberis deceſſit, ſubſtituti per illam diſiunctiuam aut filium, filiamue non habuerint, non videntur vocati, ſed potius excluſi, & filij inquit non admittūtur, quia ſi videantur à patre vocati, ſed ſubſtituti excludūtur ex defectu ſubſtitutionis, l. ſi ita quis hæres inſtituatur, ſi legitimus, de hæred. inſtit. ſi legitimus hæres nō erit, Titius hæres eſto, legitimus non vr̄ inſtitutus, licèt ſit hæres ab inteſtato.

Sed

Sed poſſumus reſpondere, quod ibi vocatus eſt legitimus, cum ea qualitate inteſtati, ſecus in caſu noſtro, in quo adſunt coniecturæ ex teſtamento, ergo diſpoſitiuè vocati, d.l. cum proponebatur,

Quinetiam ille legitimus ſuccedit ex teſtamento, & ab inteſtato, vt infra patebit, & ſic ſubſtituti non ſolum ſunt excluſi, ſed etiam filij poſiti in conditione ſunt vocati, ad excluſionem eorum, & ex teſtamento; Quare non obſtant argumenta & inductiones Vaſquij, quod poſitus in conditione, non ſit poſitus in diſpoſitione, nec deſtruunt hanc conſequentiam, quam inducunt egregiè verba & ſenſa Scæuolæ: nam ſi pater adierit hæreditatem, & filij ſint poſiti in ea conditione, ſi ſine liberis, dico, quod ſuſtinetur fideicommiſſum in perſona liberorum.

10 † Caſus ex ſpecie l.Lucius emergentes.

1 Si hæres eſſe noluerit.	1 Succedunt ſubſtituti per vulgarem.
2 Si adierit & tempore aditionis liberos habuerit.	2 Excluduntur liberti ſubſtituti, quia ſpirauit vulgaris.
	3 Excludūtur liberti, & frater ſuccedit vocatus ex caſſe.
3 Si adierit; & tempore aditionis liberos non habuerit.	4 Excluduntur ſubſtituti defectu conditionis.
4 Si ante hæreditatem deceſſerit relictis liberis.	Sed propterea filij poſiti in conditione non ſunt vocati, contendit Vaſquius, ego contra, cum Sçeuola aio, quod ſunt prçlati, & ſic vocati ex teſtamento, quos eo amplius, &c. nam prudēs conſilium, &c.

Si frater ante aditam hæreditatem deceſſerit, & filios non reliquerit, liberti erunt hæredes, ergo mutatis terminis, ſi frater ante aditam hæreditatem deceſſerit, relictis filijs, illi filij erunt hæredes ex teſtamento, excluſis libertis, per vulgarem reſpectu fratris, ſi noluerit, vel non potuerit eſſe hæres, & defectu conditionis vel conditionalis inſtitutionis libertorum; quia frater generauit filios.

Hæc ſunt Gigantæa illa tela, quæ aduerſus Iouem armati Gigantes eiaculati ſunt, dum aſtra & cœlum impetere molirentur.

Contrariam verò partem, quod imò poſiti in conditione ſint etiam poſiti in diſpoſitione, vt cenſeantur vocati ex teſtamento, plures anteſignani [d] Iuriſconſulti profeſſi ſunt, Ancharanus, Coraſius, Ripa, & reliqui, à Michaele Craſſo, & à Iulio Claro longo ordine relati.

Primo igitur Coraſius Miſcellaneorum ſecundò; [k] inſpecta ſpecie l.Lucius, nemo eſt inquit, qui non eam mentem defuncti intelligat vt inſtituti liberos vocare voluerit, & euidenter conſtat, cum qui teſtatus eſt, liberos inſtituti præ cæteris poſt inſtitutum vocaſſe, cum & eos ſubſtitutis antepoſuerit, quos tamen

12 ex teſtamento vocari nemini eſt incognitum; † nam cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati; Vel Logicè deducatur argumentatio in hunc modum: teſtator filios poſitos in conditione antepoſuit ſubſtitutis in teſtamento, ergo præſumitur eos vocaſſe & prætuliſſe ex teſtamento, non enim ſolum fratrem prçtulit ſubſtitutus, ſed etiam eius liberos.

13 Secundò, † ſola voluntas teſtatoris attenditur ex coniecturis, etiam tacita, in fideicommiſſis inducendis, l.in conditionibus, l. pater Seuerinam, §. conditionum verba, de condit. & demonſt. l. hæredes mei, §. cum ita, ad Trebell. d.l. cum proponebatur, de legat. 2. Sed in quæſtione propoſita adſunt manifeſſimæ coniecturæ hoc ſignificantes, ergo, &c.

Tertiò, ponderanda ſunt verba Scæuolæ: Nam prudens conſilium teſtantis animaduertetur: non enim fratrem ſolum hæredem prætulit, ſed etiam eius liberos;

beros; Quibus verbis quis negauerit inquit ex teſtamento vocatos? Quare ab ſurda & aliena videtur expoſitio gloſſæ (ab inteſtato) quia repugnat verbis legis, quæ hoc dicere voluit, quòd ſicut frater præfertur ſubſtitutis ex teſtamento, ita & eius liberi; & hoc probatur ex ea dictione (non ſolum) quæ eãdem orationem in ſingulis orationis partibus implicat, l.cum non ſolum, C.de bon. quæ liberis, & aduerſatiua illa, ſed etiam, reſpicit qualitates præcedentes.[l]

Quartò, hanc quæſtionem troncare & penitus definire videtur ſententia Papiniani, oſtendentis verba, ſi ſine lineris, diſpoſitionem facere, l.inter ſocerum, §.cum inter, ff.de pact.dotal. qui textus ſine cauillo euitari non poteſt, cum inter patrem puellæ & generum conuenit, vt in matrimonio ſine liberis defuncta filia dos patri reſtituatur, id actum inter contrahentes intelligi debet, vt liberis ſuperſtitibus filia defuncta dos reſtituatur. ergo poſiti in conditione, ſunt poſiti in diſpoſitione.

Addit verba etiam conditionalia diſponere, l.aula, §.fin. de condit. & demonſtrat. l.ſi ita ſtipulatio, de oper.libert. l. vnum ex familia, §.vlt.de legat. & in l.Proculus, de vſufructu, maximè fauore liberorum, & quando non diſponerent, verborum illorum expreſſio eſſet prorſus inanis, contra l.ſi quando, de legat. 1. nam etiam ſine illis verbis aliquo grauato ex deſcendentibus ſuperſtite, ſubſtitutus excluditur, vt in l.cum auus, de condit. & demonſtr. Et Bart.[m] met ipſe exiſtimauit verba ſtatuti, matrem non ſuccedere ſtantibus agnatis, habere non ſolum virtutem excluſiuam matris, ſed etiam diſpoſitiuam, vt agnati ſuc-
14 cedant; † & argumentum valet à contrario ſenſu etiam in ſtatutis,[n] exemplũ; Filia ſuccedet matri filijs non exiſtentibus, ergo ſi extiterint filij, excludetur fi-
15 lia ab hæreditate matris, quia † hoc valet in pacto, ergo etiam ualet in ſtatuto, l.inter ſocerum, §.cum inter, de pact.dotal. Idem probatur in l.qui in teſtamen-
16 to, §. mulier, de teſtam. & in l.ex eo, ff.de teſtib. † mulier damnata adulterii, nõ poteſt eſſe teſtis in criminali iudicio, ergo non damnata, poterit teſtimonium perhibere.

Quintò, eandem opinionem firmat Ancharanus,[o] inquiens, liberos venire ex iudicio teſtatoris, & increpat gloſſæ expoſitionem, ab inteſtato, vtpotè, quæ
17 ſubuertit Iuriſconſulti verba; nec ſemper veram putat Regulam, † verba conditionalia non diſponunt: nam prolata ab habente autoritatem diſponendi, interdum vtiq; diſponunt, vt in quæſtione noſtra: ſi frater natum, natamue non habuerit, ſerui hæredes ſunto, ergo ſi natum natamue habuerit, excluſis ſeruis, ille erit hæres. Præterea, plures fuerunt poſitæ conditiones à teſtatore, ſub quibus ſubſtituit ſeruos, vel libertos, & ſic patet voluiſſe eos non ſolum excludere, non adimpletis illis conditionibus, verum etiam voluiſſe filios poſitos in cõditione inſtituere.[p]

Sextò, eandem opinionem firmat etiam Ripa,[q] eiſdem ferè argumentis, &
18 execratur gloſſæ interpretationem vti peſſimam. Addo ego quod † in legatis particularibus poſiti in conditione, cenſentur etiam poſiti in diſpoſitione, notat Angel.Peruſ. in l.in legatis, C.de legat. Si Titius deceſſerit ſine liberis, lego fundum Caio. ergo ſi Titius deceſſerit relictis liberis, eis debebitur fundus, &
19 differentiæ rationem reddit: quia † nutu legata relinqui poſſunt, l.nutu, de legat. 3. quod non eſt in hæreditate, l.iubemus, C.de teſtament. ſed reſpondeo, quod in fideicommiſſis quælibet etiam minima prodeſt coniectura, vt latè cumulaui ſuprà, lib. 1. cap. de tacitis fideicommiſ. & ita congerit etiam Coraſius.[r]
20 † Addo etiam, apud Venetos conſuetudinem inoleuiſſe, filios poſitos in hac conditione, intelligi à teſtatore vocatos eſſe, & qui ſuſtinẽt contrariã opinionẽ, eam limitant vel frangunt, ſi vel minima reperta fuerit contraria præſumptio. Quare ſummo ſtudio innumeras propemodũ cõgerũt & examinãt cõiecturas.

Has

Has partes vti veriores ſequamur, & ad'argumenta pro communi adducta reſpondeamus rationibus ſuperius adductis, & ſic concludamus filios poſitos in conditione, cenſeri vocatos à teſtatore, nam verba illa conditionalia, aut ſi frater natum, natamve non habuerit, ſerui hæredes ſunto, probata à teſtatore, iam diſponente, habent vim non ſolum faciendi hæredes ſeruos, ſi filius vel filia non naſcatur, ſed etiam filios natos, ſi nati fuerint admittendi & faciendi hæredes ex teſtamento, vt in d. l. inter ſocerum, §. cum inter, de pact. dotalib. Nec concludendum eſt, quod ſint tantum excluſi ſerui, quoniam excluſi ſunt, etiam ſi expreſſa non fuerit conditio (ſi ſine liberis deceſſerit) ſed tacita tantum, vt in caſu l. cum auus, de condit. & demonſtr. Verborum etenim expreſſio debet aliquid amplius operari, l. ſi quando, de legat. 1. l. cum pater, §. filius matrem, de legat. 2.

AD CAP. XIX.

a Gabr. Roman. commuu. opin. lib. 6. de fideicom. Concluſ. 2.
b Simeon Pret. de interpret. lib. 3. pag. 295. & 297.
c Emannel Coſta in c. ſi pater, in verbo, abſque liberis, num. 54. de teſtam. in 6. & Vaſq. de progreſſ. ſubſtitut. lib. 1. §. 4. num. 6. 7. & 8.
d Iaſon, conſ. 201. col. 2. lib. 2. Zanch. in §. cum ita, num. 242. l. hæredes mei, ad Trebel. Cravet. conſil. 62. in fine.
e Zanch. & Crauet. vt ſupra.
f Et Ruin. conſ. 94. num. 10. lib. 2.
g Emanuel Coſta in d. c. ſi pater, in verbo abſque liberis, num. 54. Socin. in l. cum auus, num. 113. de condit. & demonſtr.
h Vaſq. d. §. 4. num. 6. & 7.
i Ancharan. conſ. 74. Coraſ. Miſcellan. lib. 2. cap. 19. Ripa, in l. Centurio, nu. 159. de vulg. & pup. Craſſus in §. fideicommiſſum, q. 13. æquiorem appellat, & pro ea fuiſſe iudicatũ, & Iul. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 77.
K Coraſ. vt ſupra, Miſcell. lib. 2. cap. 19.
l Bal. in l. omnes populi, col. 15. de iuſt. & iur. Ripa in d. l. Centurio, nu. 159.
m Bart. in l. 2. §. vivendum, ff. ad S. C. Trebell. & in l. conuenticulam, C. de epiſc. & cler.
n Bald. ibidem, & in l. in ratione, §. tametſi, ad leg. Falcid. & in d. l. conuenticulam.
o Anchar. d. conſ. 74.
p Bald. in d. l. conuenticulam, num. 4.
q Ripa, in l. Centurio, num. 159. de vulgar. & pupill.
r Coraſius, vbi ſupra.
ſ Curt. iun. conſil. 87. Portius Imolenſ. conſil. 46. Decian. conſ. 28. in 2. & 44. in 3.

SVMMARIA.

1 Filius naturalis continetur in illa conditione ſi ſine liberis deceſſerit.
Limitatur ne procedat in filijs natis ex damnato coitu. num. ſeq.
Item in filia grauata filio naturali, num. 3.
Et quid in muliere extranea, num. 4.
Et quid ſi teſtator fuerit naturalis, num. 5.
6 Verba & ſenſus interpretandi ſecundum conditionem & dignitatem proferentis.
Et quid in naturali grauato ſubſtituto, & in nepote pariter naturali, nu. 7.
8 Teſtatori ſucceditur non grauato in fideicommiſſo.
Limitatur quando hæres grauatus teſtamenti tempore filios habebat legitimos & naturales, num. 9.
Quæ limitatio ab Alexandro reijcitur, num. 10.
Item, ſi talis ſubſtitutio ab vxore viro ſuo facta fuerit, num. 11.
Item, ſi Eccleſia, vel pia cauſa fuerit ſubſtituta, quæ etiam ab Alexandro reijcitur. num. 12.

Item

Item limitatur, ſi grauatus nobilis filios habuerit naturales. num. 15.

13 Vinco vbi vincentem te, multò magis vincam te.

14 Qualitas verbi attendenda eſt.

16 Teſtatori non grauato, an in fideicommiſſo ſuccedatur, & qualiter, quid in hoc opinetur autor.

Et quod non ſuccedunt filij à clerico adoptati, nu. 17.

Item nec clericus vel monachus grauatus, num. 19.

18 Clerici an filios ſibi adoptare poſſint.

20 Conditio inhoneſta pro non ſcripta habetur.

21 Spurio filio pater nihil relinquere poteſt iure directo, ſecus per obliquum.

Vtrum in conditione ſi ſine liberis contineantur filij naturales tantum. Caput XX.

1 SVPRA † de poſthumis ac iam natis liberis legitimis & naturalibus expoſuimus, an ſcilicet contineantur in conditione, (ſi ſine liberis,) modo videamus de filiis naturalibus tantum, de legitimatis, adoptiuis, & fictis, an faciant eam conditionem deficere, necne? Quod attinet ad naturales tantum, & ad expreſſam conditionem, quandoquidem in ſuperioribus de tacita abundè egimus, ponenda eſt communiter recepta[a] concluſio, filium naturalem tantum efficere vt deficiat conditio, proinde excludere ſubſtitutum; niſi qualitas ſiue dignitas, & mens teſtatoris repugnet: quare Vlpianus hanc voluntatis quæſtionem appellabat, in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad S.C. Trebell.

2 † Quæ ſanè cõcluſio primo limitatur, ne procedat in filijs natis ex damnato coitu, quoniã eis à legibus interdicta eſt ſucceſſio, Auth. Ex complexu, Auth. Inceſtas, C. de inceſt. nupt.[b] nati verò ex concubina admittuntur, quoniam iura admittentia ſpurios ad hæreditatem, hodie ſunt incorrecta, c. per venerabilem, & c. tanta, qui fil. ſint legit.[c]

3 † Secundò limitatur concluſio in filia grauata, ſi filia mea deceſſerit ſine liberis, volo bona mea peruenire in Caium, nam ſi filius naturalis naſcatur, non excludet ſubſtitutum, neq; enim credendum eſt, patrem tam infamem ac tam inhoneſtum caſum potuiſſe vnquam animo reputare, quem ſi cogitaſſet, noluiſſet vtiq; huiuſmodi naturales ex filia nepotes ſuccedere, nemo enim æquo animo ferre poteſt honorem familiæ ſuæ violari, quem vitæ præferẽdũ exiſtimat, l. iſte quidem, ff. quod met. cauſa, c. nolo, 12. q. 1. l. palàm, §. quæ in adulterio,
4 cum l. ſeq. ff. de ritu nupt. Quæ rationes non ita vrgent † in muliere extranea, cui teſtator legando vel grauando conſuluit, at reſpexit potius ad amicitiam, quam ad honeſtatem familiæ ſuæ, l. cum auus, de condit. & demonſtr. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. Contrarium verò in filio grauato ſi ſine liberis: quoniam nepos naturalis tantum, ex hoc filio ortus, excluderet ſubſtitutum, ex ſola ratione ac differentia ſexus, ex qua fit, vt huiuſmodi macula maiori ſit dedecori fœminæ quam maſculo, vt ſentit Accurſius in d. l. palàm, §. quæ in adulterio, de ritu nuptiar. quæ quidem omnia ab Alexandro, Angelo, Imola, Paulo Caſtrenſe, Decio, Craſſo, Oddo, cæteriſq; confirmata leguntur.

5 † Tertiò excipitur: niſi etiam teſtator ipſe fuerit naturalis tãtum. enimuerò, de ſibi ſimilibus eum cogitaſſe & optaſſe credere oportet,[d] quod etiã Ancharani[e] reſponſo ſolent Interpretes comprobare, dum conſultus reſpondit, donationem Regni factam à matre filio, & poſteris, intelligi factam deſcendentibus etiam fœminis, motus à qualitate Reginæ donantis, nam & ipſa erat fœmi-

na.

6 na. Et Vlpianus met ipſe in d.§.ſi quis rogatus. † fideicommiſſum exiſtimauit moderandum ac interpretandum ex dignitate, voluntate, & conditione eius qui fideicommiſit; & hæc non obſtantibus Ripæ,[f] & Iaſonis cauillis ſuſtineri poſſunt.

7 † Quartò, ſi alius filius teſtatoris legitimus & naturalis ſubſtitutus ſit, eum ſiquidem non poſſet excludere naturalis tantum, l.generaliter, §.cum autem, C.de inſtit.& ſubſtit.[g]

Quamuis enim naturalis ſucceſſurus eſſet patri ſuo ab inteſtato, non extantibus legitimis ac naturalibus, Auth.licèt, C.de natural.lib. attamen, quoniam

8 † in fideicommiſſis ſucceditur teſtatori non autem grauato, l.cohæredi, §.cum filiæ, de vulgari & pupill. nepos naturalis non poterit ſuccedere, cum ſuperſint legitimi & naturales, eoq; magis, quod teſtator maiori amore proſequi videtur proprium filium legitimum ac naturalem, quam nepotem naturalem tantum.[h] Sed ab hac receſſit Alexander aliiq; communiter, quoniam vt filius naturalis excludat ſubſtitutum, non exigitur quod ſit heres grauati, ſed ſatis eſt, quod ei poſſit ſuccedere, l. filiusfamilias, §.cum quis, de leg. 1. filius autem naturalis poteſt ſuccedere non extantibus legitimis & naturalibus, d.Auth.Licet, & eis exiſtentibus non omninò repellitur, cum pater poſſit ei aliquid relinquere, l.2. C.de natur.liber. & cum legitimus & naturalis iam conſequutus fuerit portionem ad ſe ſpectantem, ad hanc non poteſt accedere niſi vti extraneus, & minus dilectus.

9 Quintò † limitatur[i] ſi hæres huiuſmodi conditione grauatus tempore teſtamenti habuerit filios legitimos & naturales ex viuente vxore, teſtator ſiquidē præſumitur de illis cogitaſſe, non autem de naturalibus tantum, vtpotè, cū caſus aduentitij & infauſti non exiſtimentur venire in mentē teſtatoris, argumento, l.inter ſtipulantem, §. ſacram, de verb.oblig. l.Iulianus, ff.qui, & à quibus.

10 † Sed hoc egregiè reijcitur ab Alexandro:[k] nam qualitas verbi debet intelligi ſecundum tempus verbi, l.Titius, de milit.teſt. l.in delictis, §.ſi extraneus, de noxal.action. ergo ſpectandum eſt tempus mortis hæredis grauati, non autem teſtamenti, maximè cum hęc ſubſtitutio habeat tractum temporis, quinetiam infauſti triſteſq; euentus ſpectandi ſunt, l.generaliter, §.ſi homini libero, de fideicommiſſ.hæredit. & turpe eſt dicere, non putabam.

11 † Sextò, ſi talis ſubſtitutio facta fuerit ab vxore ipſi viro, vt ſi deceſſerit ſine liberis, hæreditatem Caio reſtituat, naturalis non excludet ſubſtitutum: quoniam ſæpè ſępius vxores abhorrent filios naturales virorum ſuorum, Auth.de non elegend. ſecundo nub.§.ergo, verſ.niſi tamen ex alijs.[l]

12 † Septimò. Si Eccleſia vel pia cauſa fuerit ſubſtituta, non videbitur teſtator de naturalibus ſenſiſſe, quia in re dubia potior eſt cauſa Eccleſiæ, l.ſunt perſonæ, de religioſ.& ſumpt.fun.[m] propter dignitatem Eccleſiæ; à qua tamen limitatione Alexander[n] & reliqui cōmuniter receſſerunt, ſolidioribus profectò rationibus nixi, tum, quia dignitas vel indignitas quæ propellere debet naturalē ab hac ſucceſſione, ponderanda venit in relatione nepotis, ad auum teſtatorē, de cuius ſucceſſione agitur, non autem ad eum qui in defectum nepotis vocatus fuit: tum, quia filius legitimus & naturalis ſubſtitutus, qui iuxta D. Auguſtini ſententiam ſuperat Eccleſiam, c.vlt. 17.q.4. non excludit naturalem tantū ab hac ſucceſſione, vt cum Alexandro ſupra expoſuimus, ergo, multo minus

13 Eccleſia poterit ipſum expellere, per Regulam, † Si vinco vincentem te, multo magis vincam te, l.vindicantem, ff.de euictio. l.de acceſſionibus, ff.de diuerſ. & tempor. præſcription. l. aſſiduis, C. qui potior.in pignor. hab. vbi gloſſa magna.

14 † In his tamen diligentèr animaduertēdæ ſunt formulæ ſubſtitutionis vario

modo cõceptę: nam ſi teſtator dixerit: ſi filius meus deceſſerit ſine liberis legi
timis, aut de ſuo corpore natis, cenſetur vocaſſe non ſolum legitimos & natu-
rales, ſed etiam naturales tantum; ſecùs autem, ſi ita cauiſſet: Si ſine liberis le-
gitimis, vel de legitimo matrimonio natis.[o]

15 † Octauò, ſi teſtator nobilis habeat filios naturales tantum, tunc enim natu-
ralis excludet ſubſtitutum: quia teſtatoris conditio non abhorret naturales;
Nec obſtat ratio Imolæ, magis ſpectandum quod fieri debeat, quam quod fa-
ctum ſit, l. ſed & licet, ff. de off. pręſid. l. generaliter, §. cum autem, ad finem, C. de
16 inſtit. & ſubſtit. quæ Alexandro, Ripæ, & aliis placuit, † ego enim potius exiſti-
maui ſpectandum eſſe nõ quod fieri debeat, ſed potius, quod factum iuſſumue
fuerit à teſtatore, vt fieret, dummodo tamẽ aduerſus leges aliquid non ſtatuat,
l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. verbis legis, de verbor. ſignif. l. nemo poteſt, de leg. 1.
ita, vt tota quęſtio dependeat à voluntate ac iuſſu teſtatoris.

17 † Nonò, in filijs à clerico adoptatis, quamuis enim filius adoptiuus non poſ
ſit excludere ſubſtitutum, ne ſit in poteſtate hæredis inſtituti, illudere fideic.
ac mentem teſtatoris, l. fideicommiſſum, de condit. & demonſtr. l. ſi ita quis, §.
vlt. de leg. 2.[p] attamen in Monacho vel Clerico, cum ratione ducti aliter intel-
ligere non poſſimus, veniunt filij adoptati ab eo qui ſacris initiatus eſt, ſecun
18 dum eorum opinionem † qui putant clericum vtique poſſe filios ſibi adopta
re.[q]

19 Decimò † limitatur in Clerico vel Monacho grauato hęreditatem Caio re
20 ſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit: † Nã huiuſmodi cõditio ſi filios &c. ex fornica
tione intelligimus tanquam inhoneſta religioni, ergo pro non ſcripta habenda
eſt, l. conditiones, 1. & 2. ff. de condit. inſtit. l. obtinuit, de condit. & demonſtr.[r]
ergo fideicommiſſum remouet purum; Et quamuis ex Bartoli, Iaſonis, & alio-
rum ſententia id nullum videatur reſpectu ſubſtituti, attamẽ relictũ filio ſacer-
doti ſub ea conditione, non debet ei auferri, vt pulchrè Decius,[s] & alii conſu
luerunt, per ſpeciem l. pater filium, §. Tuſculanis, de leg. 3. Animaduertendum
21 que inſuper eſt, † patrem quidem non poſſe quicquam de bonis ſuis relinque
re filio ſpurio, poſſe tamen bona fratris eidem pupillariter relinquere; qui ſa-
nè ſpurius poteſt à quibuſcunq; agnatis vel extraneis iure ciuili capere, quo-
niam odium legis non egreditur perſonam patris qui peccauit, l. fin. vbi gloſ.
& DD. C. de natur. lib.[t] quinetiam auus ipſe poteſt nepoti ſpurio legare, & fi-
deicommittere.[u]

AD CAP. XX.

a Bart. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ad S.C. Trebell. nu. 2. Ripa nu. 10. Bald. & alij in l. genera liter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtit. Abb. Felin. & Dec. in c. in præſentia, de probation. Dec. conſ. 412. nu. 8. Capra. conſ. 132. nu. 5. Alex. 94. nu. 5. lib. 1. Odd. congerit de compendio ſa, parte 6. quæſt. an naturales.

b Bart. in d. l. ex facto, §. 1. nu. 4. vbi Ripa, nu. 49. Angel. in d. §. cum autem. Dilect. de arte teſtan. tit. 5. cap. 15. Bero. conſ. 73. nu. 14. lib. 2. Dec. in d. c. in præſentia, congerit Odd. vt ſuprà, & Craſſus in §. fideicommiſſum, quæſt. 37. nu. 2.

c Abb. Hoſtienſ. & alij, in d. c. per venerabilem, & in d. c. tanta, & Ripa, in d. l. ex facto, nu. 21.

d Dec. d. c. in præſentia, nu. 43.

e Ancharan. conſ. 339. Pro maiori intelligentia.

f Ripa in d. §. ſi quis rogatus, nu. 22. Iaſon in l. ſed ſi hoc, §. liberis, ff. de in ius vocan.

g Salic. in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtitut.

h Hanc ſequuntur Ripa, in d. §. ſi quis rogatus, nu. 24. Illuſtr. Card. Mant. de coniect. lib. 11, tit. 9. nu. 17.

i Paul. Caſtr. in d. §. ſi quis rogatus.

K Alexand. in d. §. ſi quis rogatus.

l Vt congerit Illuſt. Card. Mant. vt ſupra ſequutus Capram. conſ. 132. nu. 1.

m Bald.

m Bald.& Dec.in d.c.in præſentia,de probat.
n Alex.in d.§.ſi quis rogatus,nu.8.Ripa nu.25.
o Vt conſuluit Bald.conſ.463.vol.3.
p Dec.in d.c.in præſentia,nu.40.
q Cuman.in l.ſi quis poſthumus, vbi gloſſ.Caſtr.Alex.Aret.de lib.& poſth.Decius in d.c. in præſentia,nu.38.congerit Odd.de compend.parte 6.q.an legitimi tantum concluſ.1.
r Bart.in l.hæredibus,§.Titius,nu.4.ad Trebel. Salic.in d.l.generaliter,§.cum autem, Ripa in d.§.ſi quis rogatus, Oddo de compend.parte 6.an naturales tantum,concl.3.
ſ Dec.conſ.299.num.10. Pariſ.conſ.109.num.3.lib.3. Simeon Preteus,lib.3.de interpret.pagina 306.
t Et Bald.in l.eam quam,ad finem , C.de fideicommiſſ.congerit Illuſtr.Card.Paleotus de nothis & ſpuriis,cap.45.
u Gloſſ.Bart.& omnes,in l.fin.C.de natural.lib.idem Card.Paleot.de noth.& ſpuriis c.53.Alcia.reſponſo 42.nu.3.& 4.& conſ.24.nu.8.lib.9.& alij communiter ſequuntur.

S V M M A R I A.

1 *Filius legitimatus an deficere faciat fideicommiſſi conditionem.*
2 *Hæc verba: ſi filius meus ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit, vtrum legitimatum includant.*
3 *Legitimatus per reſcriptum Principis an ſubſtitutum excludat.*
4 *Filius is definitur qui ex viro & vxore natus eſt,& ſic non dicitur natus is qui legitimatus eſt.*
5 *Fictione quod tale eſt,non poteſt propriè dici & eſſe tale.*
6 *Verbum legitimatus,non poteſt naturaliter intelligi,cum & de naturali iure & gẽtium planè fuerit incognitum.*
7 *Principis Reſcripto legitimati an æquè legitimi ſint ac hi qui ex viro & vxore prognati ſunt.*
8 *Fictio locum ſibi vendicat in ſucceſſione ab inteſtato, & de hoc erit videnda authoris opinio.*
9 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit Doctorum omnium ſententia ſubſtitutum.*
Et quid in hac quæſtione ſi teſtator dixerit,ſine filijs legitimè ſiuè ex legitimo matrimonio natis.10.
11 *Legitimatus reſcripto principis differt à legitimato ſubſequenti matrimonio.*
12 *Tabulæ teſtamentariæ nulla poſſunt fictione reuocari.*
13 *Qualitas verbi intelligi debet ſecundum tempus verbi,cum declaratione Clariſſimi Oddi de Oddis,& reſponſione autoris,nu.14.*
15 *Repugnantia ſimul conſiſtere poſſunt nequaquam.*
16 *Legitimè natorum appellatione venire per ſubſequens matrimonium legitimatos cum reſponſione,videbis latè.*
17 *Auctoris opinio in hac quæſtione.*
18 *Legitimatus in articulo mortis,an excludat ſubſtitutum.*
19 *Salutis æternæ immemor nullus præſumitur in articulo mortis.*
20 *Iure ſuo vtens nemini poteſt dici eſſe iniurius.*
21 *Actus incipere non debet vbi finem eum nanciſci conuenit.*

An filij legitimati contineantur in conditione, ſi ſine liberis, ita vt excludant ſubſtitutum. Cap. XXI.

1 QV'AESTIONIS eſt, an filij legitimati faciãt deficere cõditionẽ fideicõmiſſi, in qua vtili & egregia quęſtione per varias verborum formulas, ſiue poſitiones Interpretes ambulare neceſſe fuit.

Primò igitur ponunt, quod ſi teſtator dixerit: Si filius meus ſine filijs deceſſerit, Caium ſubſtituo, & naturalis filius filio naſcatur, ac legitimetur, vtiq; non dicitur filius ſine filijs deceſſiſſe, ſed cum filio, qui etiam legitimatus facit deficere conditionem ac fideicommiſſum, proinde ſubſtitutum excludit; probatur, quoniam ſi naturalis tantum excludit ſubſtitutum, multo magis propellet eum legitimatus, cui naturalia & ciuilia iura congruunt, l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ad S.C. Trebell. § ſed hodie, de adoptio. Et hæc poſitio neminem habet contradicentem, ſed omnes ſibi fauentes.[a]

2 Secundò, † quærunt, quid iuris, ſi teſtator ita cauerit: Si filius meus ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit, an legitimati faciant deficere conditionem; & in hac poſitione conſueuerunt diſtinguere; Aut fuit, legitimatus per Reſcriptum principis, aut per ſubſequens matrimonium; primo caſu, quamplu-
3 res[b] tenuerunt, † legitimatum per Reſcriptum non excludere ſubſtitutum, mouenturque ea ratione.

Nam filius definitur, † qui ex viro & vxore natus eſt, l. filium eum defini-
4 mus, de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Sed legitimatus non eſt natus ex viro ac vxore.

5 Præterea, legitimatus non poteſt dici propriè legitimus, nam quod eſt † per fictionem tale, non eſt propriè tale, l. lex Cornelia, in fine, de teſtam. l. 2. §. 1. de vſufruc. earum rer. quę vſu conſ. & §. conſtituitur, de vſufructu. Verum legitimatus efficitur legitimus, per machinationem, vel fictionem quandam, §. generaliter, Authent. Quib. mod. natur. effic. ſui, ſed conditio & verba teſtamenti naturaliter ac ciuiliter ſunt intelligenda, l. vltim. C. de his qui ven. ætat. impetr. vbi Baldus.

Cui tamen obiectioni, non minus ingenioſè quàm doctè occurrit Oddus,[c]
6 ſi verba naturaliter intelligenda ſunt, nunquam † verbum iſtud, legitimatis, naturaliter intelligi poterit, quia iure naturæ, ſeu gentium cognitum non fuit, Sed ego negarem conſequentiam, negarem etiam rationem illam, quod legitimi filij iurę gentium incogniti fuerint, imò gentes naturali lumine ductæ, hęc iura legitimorum filiorum ſibi conſtituerunt; Dicerem etiam, plures dari gradus in natura, quemadmodum & ipſa magis ac minus perfecta reperitur, §. ſed naturalia quidem iura, de iure natur. gent. & ciuil. l. vt vim, de Iuſtit. & iure, l. 1. C. vnde vi.

Contrarium tamen vti verius communiter[d] à Iuriſconſultis receptum videtur, quorum argumenta eo tendunt,

7 Quod legitimatus nullo modo differat à legitimo, quin etiam ius ciuile ita legitimos eſſe vult legitimatos à Principe, vt legitimi habentur, qui ex viro & vxore nati ſunt, §. illud, Auth. Quib. mod. natur. effic. ſui: nam legitimati in omnibus æquiparati ſunt legitimis, nullaq; in re diſſimiles, vt nihil differant ab his, qui ex iuſtis nuptijs procreati ſunt.

Addunt etiam legitimum vel illegitimum pertinere ad ius Cæſareum, neq; enim à natura hoc fuit introductum, §. licet igitur, Authent. Vt natur. effic. legit. Sed lex diſponens de his quæ ſunt iuris, veritatem, nõ autem fictionem ſtatuit,

tuit, quinimò, ea quæ videtur fictio, vertetur in veritatem, l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. Sed princeps eſt lex animata in terris, proinde verè diſponit, non autem fictè, quo argumento ab alijs mutuato vtitur etiam Illuſtr. Cardin. Mantica.[e]

Sed hæc argumenta ab æquiparatis per modum Regulæ deducta, egregiè tollit ac ſubuertit Sfortia Oddus[f]: nam per talem æquiparationem inquit, induceretur, quod eſſet in poteſtate grauati excludere ſubſtitutum, & illudere voluntatem teſtatoris, quod admitti minimè debet, l. ſi ita quis, §. vlt. de leg. 2. l. fideicommiſſ. de condit. & demonſt.[g] Nam poſſet vtiq; grauatus legitimare, & non legitimare filium ſuum, & ſic excludere ſubſtitutum.

8 Ego † verò reſpondere, æquiparationē, ac fictionē, vel veritatē factā à lege, vindicare ſibi locū in legitimis ſucceſſionib. & hæreditatib. quæ ab inteſtato deferuntur à lege, nec propterea poſſe impedire liberam hominibus teſtandi facultatem, qui vocando legitimos, non cenſentur vocaſſe legitimatos, hi ſiquidem inſpecta natalium origine, non ſunt legitimi, vtpotè, qui nec ex viro & vxore nati, ſed poſtea legitimati ſiue legitimi facti: proindè impropriè, vel ſecundum quid, legitimi nuncupari poſſunt.

Nec obſtant Tiraquelli[h] ac nouiſſimorum replicationes illæ,

Quod legitimatus principis benignitate iura omnia legitimorum fuerit conſecutus, & fictionem in his quæ iuris ſunt, operari ſecundum veritatem.[i]

Et quod potentior ac fauorabilior ſit legitimatio, quàm adoptio, vtpotè, quæ vtroque vinculo naturali ac ciuili munita ſit; quare non ita facilè per legitimationem, ſicut per adoptionem præiudicari poterit ſubſtitutis.

Nam ſtatim reſponderem, ſi hæc argumenta ad mentem teſtatoris referātur, nihil releuare, & prorſus aliena videri: nam ſi teſtator intellexit legitimos & naturales, ex legitimo matrimonio natos, perinde eſt, ac ſi expreſſim dixiſſet, Si filius meus ſine filijs ex legitimo matrimonio natis deceſſerit, Caium ſubſtituo; in qua ſanè formula conceptæ ſubſtitutionis, ab omnibus receptum eſt, huiuſmodi legitimatum non excludere ſubſtitutū, eo quod factus ſit legitimus, non autem natus legitimus: at legitimatus conſecutus eſt iura omnia legitimorum, & fictio operatur ſecundum veritatem; Hæc vtiq; vera ab inteſtato, & alijs modis, non autē vt frangantur tabulæ teſtamentariæ, quas ipſemet Imperator profitetur ſe frangere non poſſe, l. ſi teſtamentum, C. de teſtam.

Quidque ſibi habet fauor ille maior legitimationis quā adoptionis; & quorſum tendunt vires illæ maiores huius, quam illius? an, quia non tàm facilè præiudicari poterit ſubſtitutis: at nocere vtique poterit? ergo in grauati poteſtate erit ſic excludere ſubſtitutum. Quare concludendum eſt, mentem teſtantis vti reginam, in omnibus præferendam, & ea inſpecta nō poſſe legitimatum à principe propellere ſubſtitutum.

Secundo verò caſu, ſi legitimatus fuerit per ſubſequens matrimonium, conueniunt omnes, huiuſmodi legitimatum excludere ſubſtitutum, eſt enim etiam legitimus virtute ſecuti matrimonij: verum hæc materia latius in ſequenti articulo iamiam examinabitur.

10 Tertiò † ponunt, ſi teſtator ita cauerit, Si filius meus ſine filijs legitimè natis, ſiue ex legitimo matrimonio natis deceſſerit, quæritur, an filius naturalis tantū natus, & poſtea legitimatus excludat ſubſtitutum; quo caſu ibidem diſtinguūt,

11 † aut legitimatus fuit per Principis Reſcriptū; aut per ſubſequens matrimoniū.

Primo caſu, omnes communiter[k] profitentur, non deficere conditionem, & hunc non expellere ab hæreditate ſubſtitutum: ea nempè ratione, quod nunquam verum erit, hunc à principe legitimatum eſſe natum legitimè qualem natum eſſe voluit teſtator.

Secundo caſu, quando legitimatus fuit per matrimonium ſequens, Ardua eſt quæſtio, vt vix ſecerni poſſit, vtra ſit magis communis opinio.[l]

Plures tenuerunt ab huiuſmodi legitimato non excludi ſubſtitutum, quod Antonius Roſellus, & Roland. à Valle præ cæteris accerrimè tuentur: horum fundamenta talia ſunt.

Primò, euidens & enixa apparet teſtatoris voluntas legitimè natis, de legitimo matrimonio procreatis, quales non ſunt legitimati, ergo ab ea minimè rece
12 dendum, l. non aliter, de legat. 3. l. ſi alij, de vſufruc. legat. † Et nulla fictio reuocare poteſt tabulas teſtamentarias; & quamuis legitimatio per matrimonium ſecutum retrahatur ad tempus natiuitatis, attamen ad ea quæ determinatum habent modum ab expreſſa, ſcilicèt teſtantis uoluntate, non reuocatur, nec fingitur retro.[m]

13 Secundò, fortiſſimo nituntur argumento; † Qualitas uerbi debet intelligi ſecundum tempus uerbi, l. Titius, de milit. teſtam. l. in delictis, §. ſi extraneus, de noxal. action. Sed tempus uerbi, ſi ſine filiis legitimè natis, uel de legitimo matrimonio procreatis, reſpicit præteritum ſtatum, generationis ſcilicèt, uel natiuitatis, quo tempore natus ex concubina non poteſt dici legitimè natus, ergò ex mente teſtatoris non continebitur in huiuſmodi conditione. Quæ ſanè ratio acrius vrgeret, ſi tempus conceptionis legibus eſſet ſpectandum, ut in l. Paulus, de ſtatu homin. quare matrimonii qualitas ſerius ac inutiliter poſtea accedere uidetur.

14 Cui ſolido † argumento lepidè occurrit Oddus, inquiens, qd' Regula, Qualitas adiecta verbo, non procedit, quando qualitas ipſa poſita reperitur ad determinandum tempus à quo diſpoſitio ſumit effectum, tunc enim ſufficit, ſi adſit eo tempore, quo diſpoſitio aſſumit vires & effectum.[n] Sed in hac quæſtione huiuſmodi qualitas eſt poſita ad determinandum verbum, deceſſerit, vt in l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. ergo ſufficit quod eo tempore legitimus reperiatur per matrimonium poſt natiuitatem filiorum celebratum.

Sed reſponderi poteſt, Regulam & declarationem illam à Bartolo mutuatã veram non fore, quando diuerſa apparet mens teſtantis, & aliqua oritur contrarietas; ſed hic maxima emergeret repugnantia, teſtatorem voluiſſe Caiũ ſubſtituere filio ſuo, ſi ſine liberis legitimè natis, vel de legitimo matrimonio procreatis deceſſiſſet, & admitti legitimatum per ſubſequens matrimonium, qui il
15 legitimè natus fuit ante matrimoniũ, † quare data repugnantia corruit argumentum, & omnis actus, l. vbi repugnantia, de regul. iur.

16 Contrariam † tamen opinionem quamplurimi[o] ſecuti ſunt, nempè à legitimato per ſubſequens matrimonium excludi ſubſtitutum, ea ratione.

Quod appellatione legitimè nati, vel ex legitimo matrimonio nati, venient etiam legitimati per ſubſequens matrimonium, etiam in materia odioſa ſtatutorum.[p]

Cui reſpondent omnes, id procedere in diſpoſitione legis, non aut hominis, & quando maximè contraria apparet euidens teſtatoris volũtas, vt in hac theſi. Quamobrem, ſi verba, ſi mens teſtatoris ſpectanda venit, legitimatus per matrimonium ſequens, neutiquam excludet ſubſtitutum.

17 Verum † quoniam aduerſus hanc opinionem æquitas valdè reluctare uidetur, non eſſet abſurdum, quæſtionem ita dirimere, vt de rigore iuris uni, de æquitate uerò alteri ſententiæ locus ſit dandus. Præterea, aut concubina ex qua nati ſunt filij, fuit alioquin honeſta, bonæ famæ, & non obſcuri ſanguinis, unde præſumi poſſet, quod teſtator interrogatus facilè reſpondiſſet, ſe utique uelle hos filios per matrimonium ſubſequẽs legitimatos præferri ſubſtituto, & hoc caſu uera ſit opinio, ſubſtitutum excludi; Aut uerò concubina illa erat mulier

turpis,

turpis, ac inhoneſta, nec frugi, nec boni nominis, cuius filios merito abhorruiſſet teſtator, tunc ea valeat ſententia, quæ habet ſubſtitutum ab huiuſmodi legitimato excludi: ſi tamen in re dubia fas eſt Iuriſconſultum quæſtiones ita componere.

18 Huic † congruè ſuccedit quæſtio illa; An legitimatus in articulo mortis excludat ſubſtitutum, & communiter ſentiunt ſubſtitutum ab eo excludi: quia ex eo ſolo non eſt præſumenda fraus, quæ in dubijs non præſumitur, c. 2. de reg.
19 iur. in antiquis, c. vlt. de renunciat. & † nemo cenſetur in mortis articulo imme
20 memor ſalutis æternæ, l. vlt. C. ad leg. Iul. repetun. Præterea, † qui ſuo iure vtitur, nemini iniuriam facit, quamuis alteri damnum inferat, alijs reclamantibus propter ſuſpicionem fraudis, quæ inde oritur, & quod eo tempore matrimo-
21 nium contrahi non debet, quia cum id morte ſoluatur, † actus non poteſt inde incipere vbi finiri debet, l. Titio cum morietur, de vſufruc. l. vſumfructum, cum moriar, ff. de vſu & vſufruc. legat. Verùm, quoniam hæc omninò dependet à præcedenti quæſtione legitimati per ſubſequens matrimonium, de qua abundè ſupra, eius examen hic omittendum duxi.

AD CAP. XV.

a Michael Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 38. in princ. Odd. de compendioſa, part. 6. tit. an legitimati, Imola, Alex. Dec. Emanuel Coſta, & alij relati à Craſſo.
b Bald. in l. ſi ita quis, §. is cui, de legat. 2. Salic. in l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſti. Paul. Caſtr. in l. vlt. C. de his qui ven. ætat. impetra. & alij plurimi relati ab Oddo ſupra.
c Oddus loco citato.
d Bald. in l. Gallus, §. ſi eius, in fine, de lib. & poſthu. Alber. & Alex. in d. l. generaliter, §. cum autem, Caſtrenſ. & Ripa, in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ad Trebellian. Socin. ſen. in l. ſi cognatis, num. 21. de rebus dub. Roland. à Valle, conſ. 83. nu. 19. in 3. & 67. in princ. in 3. & reliqui relati ab Oddo, vt ſupra.
e Illuſt. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 10.
f Oddus loco citato.
g Et Bart. in l. ſi cognatis, verſ. ſi verò aliquis efficitur, ff. de reb. dub.
h Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo, liberos ſuſceperit, nu. 86. & ſeq. & in verbo, donatione largitus, num. 286.
i Bart. in l. ſi maritus, §. leges, ff. ad leg. Iul. de adult. Iaſon in repetitio. l. ſi is qui pro emptore, num. 153. & 293. ff. de vſucapion.
K Bald. in l. Gallus, §. ſi eius, in fin. de lib. & poſth. Caſtrenſ. in l. vlti. num. 6. C. de his qui ven. ætat. impetr. Alex. in d. l. generaliter, §. cum autem, Aret. in l. ex facto, nu. 10. de vulg. & conſ. 172. nu. 2. lib. 7. Dilec. de arte teſtan. tit. 15. nu. 3. Grat. conſ. 65. nu. 6. lib. 1. Natt. conſ. 24. nu. 10. lib. 3. & alij relati ab Oddo loco citato.
l Roland. à Valle, conſ. 100. in princ. lib. 2.
m Bald. in l. in teſtamento, nu. 4. in fi. C. de teſt. milit. Alex. in l. Lucius, nu. 17. de vulgar. & pupill. Ruin. conſ. 92, nu. 16. vol. 3. Ripa, in l. ex facto, §. ſi quis autem, nu. 4. ad Trebell. Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 3. de liber. & poſthum.
n Bart. in l. ex facto, 1. in princ. de vulg. & pupill.
o Paul. Caſtrenſ. in d. l. vlt. C. de his qui ven. ætat. Aret. in l. Gallus, §. ſi eius, de lib. & poſth. Dec. Socin. Alex. Cephal. & alij, ab Oddo, & Craſſ. relati, vt ſupra.
p Butr. in c. innotuit, col. 2. vbi Abbas, de election. & Roland. à Valle, d. conſ. 100. in quo plurima congeſſit.

SVMMARIA.

1 Natiuitatis maculas omnes principis autoritas & reſcriptum gratioſè conceſſum legitimato eluere poteſt.

2 Legitimatus à non habente autoritatem legitimandi, nullo vnquam ſibi tempore legitimationem præſcribit.

3 Naturalis vel ſpurius quando bona paterna ſibiipſis præſcribant.

4 Ordo

4 *Ordo ſuccedendi qualis in feudalibus veniat obſeruandus.*
5 *Ordo ſcripturæ charitatem denotat, & index pariter eſt affectus paterni in teſtando.*
6 *Dictione:(vel)&(ſeu)alternatiuæ ordinem qualem demonſtrent.*
7 *Filij legitimati interdũ cum filijs legitimis, & naturalibus ad ſucceßionem admittuntur.*
8 *Legitimati propriè intelliguntur per reſcriptum Principis.*
9 *Reſtitutus per ſubſequens matrimonium ipſis natalibus, potius legitimus eſt quam legitimatus.*
10 *Legitimati quibus hodie in locis ad fideicommiſſa vniuerſalia non admittantur.*
11 *Ius vni quæſitũ an Principis Reſcripto tolli poßit, & an in eodem Reſcripto requiratur neceſſariò aliqua citatio in caſu propoſitæ quæſtionis.*
12 *Ius aut in ſpe, aut in re conſiſtit aliquorum opinione.*
13 *Iuris alia ſubdiuiſio vel diſtinctio.*
14 *Principis poteſtate abſoluta poße ius alteri quæſitum auferri erroneè affirmarunt multi, non autem ordinaria, & de hoc hic autoris videatur opinio, nu. ſeq.*
16 *Citatio nulla requiritur in beneficiorum conceßione.*
17 *Legitimatio quenam, & quibus pariat aliquando incommoda.*
18 *Natalium reſtitutionem princeps gratioſè alicui concedere non poteſt aliorum in præiudicium, quibus ius fuit antea quæſitum.*
19 *Reſcripto Principis teſtamentariæ reſcindi tabulæ non poßunt.*
20 *Legitimatus ſine patris teſtantis voluntate ſubſtitutum minimè excludit.*
21 *Verba, quæ ab initio aliquid non comprehendunt, nec etiam ex poſt facto operari poſſunt.*
22 *Princeps ea tollere non poteſt, quæ ſunt de iure gentium vel ciuili.*
23 *Vt & peccare dicitur princeps ſine cauſa iuri derogans poſitiuo, cum in eius nequaquam ſit poteſtate ius alicui delatæ hæreditatis auferre.*
24 *Angeli opinio putantis principem poteſtate ſuprema ſubditis ſuis dominiũ rerum ſuarum tollere poſſe reijcitur.*

De Principis poteſtate ordinaria & abſoluta. Et an legitimatus excludat ſubſtitutum non citatum.

Cap. XXII.

PRINCIPEM natalibus reſtituere poſſe illegitimos indubitati iuris eſt: ſed an id efficere poſſit in aliorũ præiudiciũ, valdè controuerſum eſt; † Princeps igitur omnem natiuitatis maculã abſtergere poteſt, & illegitimos in legitimos conuertere: & hoc ius natalibus reſtituendi, inter Regalia ac reſeruata principi cõnumerari ſolet, vſque adeò, vt † ſi quis à non habente reſtituendi autoritatem, legitimatus fuiſſet, nullo vnquam nec lõgiſſimo quidem temporis ſpacio iura natalium, ſiue legitimationis ſibi præſcribere poſſet, etiã ſi per mille annorum millia in poſſeſſione legitimitatis fuiſſet: attamen † naturalis vel ſpurius perperam legitimatus, qui annis 30. vel pluribus poſſederit paternam hæreditatem, eam vtiq; præſcribit, ac exceptione munitur, quemadmodum etiam vnuſquiſque alius, tot annos poſſidens ius acquireret huiuſmodi, nulla etiam accedente legitimatione; quæ quidem omnia à pluribus Iureconſultis [a] confirmata fuerunt; & à Peregrino in ſuo luculento de fideicommiſſis tractatu diligenter obſeruata. † Præterea, ſi princeps iure feudi donauerit vel inueſtiuerit Titium, & eius filios, nepotes, ac pronepotes, & quoſcun-

quoſcunque eius deſcẽdentes maſculos, legitimos ac naturales ſiue legitima-
tos,non deſunt qui ex ordine ſcripturæ colligant gradus ſuccedendi, vt prius
admittantur gradatim legitimi & naturales; dein legitimati; quod probare ſtu-
5 dent ex ordine ſcripturæ.†Nam ordo ſcripturæ denotat ſeriem charitatis,& di
lectionis per gradus,l.ſi quis ergo,ff.de fideicomm.libert.l.quoties, de vſufru.
l.vlt.§.ſi prius,de vulg.& pupill.omnes in l.Gallus, §.quidam rectè, de liber.&
6 poſthum.& quia † alternatiuę(ſeu)& (vel)talem ſignificãt ordinem,l.cum pa-
7 ter,§.à te,de legat.2.[b] Nam quamuis † filij legitimati interdum ſuccedant vnà
cum legitimis & naturalibus,l.ſi te parens; C.de legitim.[c] liber.ex filia: attamẽ
ſcripturæ ordine inſpecto vocantur prius legitimi & naturales, deinde legiti-
mati,maximè propter dictionem(ſeu). Sed hæc ſatis leuia mihi videntur, nec
admittenda niſi deficientibus omnibus alijs coniecturis. Putant inſuper legiti-
matos, ſi in Curia Romana agatur, intelligi oportere honeſtatis gratia reſtitu-
tos per ſubſequens matrimonium,non autem per Reſcriptum Principis, [d] qui
8 bus reſiſtit Iulius Clarus, [e] aſſeuerans,quod † legitimati propriè intelliguntur
per Reſcriptum Principis,& ita ſemper obſeruatum fuiſſe:tum quia nomen(le
9 gitimatus)exigit Regiam principis poteſtatem:tum,quia † reſtitutus per ſubſe
quens matrimonium,eſt potius legitimus, quam legitimatus.

10 Verùm † quoniam hæ natalium reſtitutiones ſoleat ſæpeſæpius aliquibus
nocere,inde factũ eſſe reor,quòd Principes non agnoſcentes in ſua ditione ſu-
periorem,his conſueuerunt interdicere, & à ſuo imperio fugare, quemadmo-
dum in terris Eccleſiæ per bullam Sanctiſs.Pij IIII.Anno Chriſti 1562.ſancitũ
fuit,vt retulit etiam Sfortia Oddus in ſuis reſponſis. [f] Et in Sereniſs.Dominio
Venetorum idem per Senatuſconſultum 1567.decretum fuit;idemque in Re
gno Neapolitano ſtatutũ perhibet Matthæus de Afflictis, [g] per quas leges cla-
rum eſt, hodie legitimatos non admitti ad fideicommiſſa vniuerſalia; nec eos
contineri in conditione ſi ſine filijs legitimis & naturalibus,& ideo non exclu-
dere ſubſtitutos. Sed an hæc iure optimo fieri poſſint non eſt præſentis ſpecu-
lationis.

Hinc dum aliorum agitur præiudicium,augetur in immenſum difficultas,&
11 hæc quæſtio vſque ad ſumma Iuriſprudentiæ faſtigia peruenit:an tunc† Prin-
ceps poſſit natalibus reſtituere: & an neceſſaria ſit citatio eorum quorum inte-
reſt;qua in re mirum eſt,quantum torqueantur, ſudent ac algeant Interpretes:
Durum ſiquidem eis prius videbatur,ius vni acquiſitum à principe tolli poſſe;
12 Quare nouas ac ineptas machinati ſunt diſtinctiones; nempè, † ius, vel in ſpe
conſiſtere,vel in re,in ſpe,vel à Iure approbata, vel minimè iuris auxilijs muni
ta,quales in hac vltima ſpecie habentur Agnati,cognati,hæredes,ac fideicom-
miſſarij viuente adhuc teſtatore, vtpotè cum huiuſmodi ius ſuum in ſpe non-
dum munita conſiſtens, eis auferri poſſit per teſtamentum, ergo multo magis
per Regiam Principis poteſtatem,vt nec eorum requiratur citatio, qui præſen
tes etiam ſi vellent actum impedire minimè poſſint; [h] In ſpe verò approbata
verſantur fideicõmiſſarij poſt mortẽ teſtatoris,vaſalli, primogeniti,emphytheu
tæ,ac huiuſmodi:hi omninò citãdi veniũt,vt vires hẽat legitimatio:[i] Diſtĩguũt
13 et † ius in re,ad rem,purum vel conditionale delatũ, reuocabile,vel nõ reuoca
bile;prætereà ius in deſcendentibus,& ius in collateralibus, tũ denique,aut ius
ciuile,aut ius gentium, [k] & varias inde eliciunt Concluſiones; quas veriſſimas
ipſi arbitrantur.Nec ipſos tamen antiquos Iuriſconſultos, nec itidem Nouiſſi-
14 mos puduit affirmare,† hæc vera eſſe de poteſtate Principis ordinaria, non au
tem de abſoluta,ſiue de plenitudine poteſtatis: [l] Nam princeps inquiunt ex ſu
prema eius poteſtate,poteſt æquare quadrata rotundis,[m] & legitimare natura-

les,ſpurios,inceſtuoſos,manzeres,ac adulterinos,extantibus etiam legitimis ac naturalibus, vt æqualiter cum eis ſuccedant in fideicommiſſis, in feudis, & in hæreditatibus,non citatis nec vocatis legitimis & naturalibus: quinetiã,eis con tradicentibus,ac inſuper excludere ſubſtitutos. [n]

Quibus ſi obijciamus Baldi [o] proloquium ab omnibus celebratum,Principem natalibus reſtituẽtem ſpurium exiſtẽtibus filijs legitimis ac naturalibus, induere formam pecudis,nec præ oculis habere iuſtitiam publicæ honeſtatis, ipſi reſpondebunt,id procedere de poteſtate ordinaria. Sed contra,ſi hoc ſibi libet de ſuprema illa poteſtate abſoluta, ſequitur, vt Baldi verba imitemur, quod eorum princeps eſſet nõ modo magnum, verum etiam inter omnia bru ta maximum pecus; Vnde diuus Ioãnes Apoſtolus ſæpius exclamat: Vidi magnam beſtiam.Caueant igitur ne Regem hac diſtinctione in Tyrannum omnia

15 ad animi libidinem reuocantem ac imperantem conuertant.† Quare diuiſionem hanc ordinariæ, & abſolutæ poteſtatis ego aliàs libro primo, capite 34. de Via Iuris argumentis multis refellendam duxi, & tanquam ſceleratam ac impiam; quinimo inſigne adulationis Regiæ commentum diris deuoui planeq; ſum deteſtatus,eamq; penitus explodendam & à liminibus vt Iuris Cęſa rei ita & Pontificij arcendam Reuerẽdiſſimus Didacus, Fernandus Vaſquius, Franciſcus Sarmientus, & alij inſignes Iuriſconſulti iure merito cenſuerunt. Ecquis tandem ignorat,intra ius & fas incluſam eſſe omnẽ Regum ſiue Principum Chriſtianorum poteſtatem, vt ſi quæ alia vis Imperiumve aliud reperia tur,quale primo Regum c.8.legitur. (Hoc erit ius Regis,agros veſtros,& vinea & olıueta optima tollet,& dabit ſeruis ſuis) ea quidem omnia ad abſolutam illam poteſtatem, nempè ad vſurpationem,& ad iniuſtitiam referẽda ſint, vt rectè Diodorus de libertate Eccleſiaſtica, & reliqui Theologi arbitrati interpretatiq; ſunt; Enimuerò,vt ait Seneca,ſub optimo Rege, omnia Rex Imperio poſſidet,ſinguli dominio.

Hac igitur diſtinctione potentiæ ordinariæ vel abſolutę reiecta, ac penitus ſublata,cum Principes ac Reges vltra ius ac fas nihil poſſint,operępretium fore duxi cum Sarmiento Selectarum Interpretationum has ſubijcere Concluſiones.

16 Prima.† In gratijs vel beneficijs indulgendis,nulla requiritur citatio, quoniam omnia firmantur in ſubaudita illa Clauſula (ſi preces veritate nitantur) & quia ille non eſt locus iudicij nec citationis. [p]

17 Secunda, † ſi pater petierit filium legitimari, legitimatio nocet omnibus illis,qui inuito eo ſuccedere non poſſunt,quare nocet etiam filijs vltra legitimã; nam pater dum vult naturalem filium admitti, cæteros agnatos exceptis filijs excludit.

18 Tertia, † Princeps non poteſt natalibus aliquem reſtituere, vt ſuccedat in hęreditate in qua alij nobis inuitis ſucceſſuri ſunt,quare efficere non poteſt vt

19 legitimatus ſuccedat in fideicommiſſo,† quoniam non poteſt defuncti voluntatem ſubuertere nec mutare,l.ſi teſtamentum,C.de teſtament.l.fideicommiſſum,de condit.& demonſtrat.

20 Quarta.† legitimatus filius ſine patris teſtatoris voluntate non poteſt de iure excludere ſubſtitutum,quandoquidem princeps efficere non poteſt, vt ille qui in teſtamento vocatus non ſit,admittatur ad ſucceſſionem,aliumq; vocatũ

21 expellat,l.fideicõmiſſum,de cõd.& dem.[q] & †diſpoſitio teſtõris quæ ab initio aliquid non comprehendit,non poteſt ex futuro euentu vel facto alicuius effici vt comprehendat,l.penult.§.vlt.de auro & arg.legato; ergo filius legitimatus non excludet fœminas,quę per ſtatuta à legitimis propellũtur,vt Baldus, Angelus,Imola,Raphael Fulgoſius,& pleriq; alij exiſtimarunt.[r]

22 Quin-

22 Quinta,† Princeps non poteſt tollere,nec quæ iuris gentium ſunt,nec quę iuris ciuilis,quare fatetur ſe nec teſtamentum mutare poſſe,d.l.ſi teſtamentū, C.de teſtam. & quia ius ciuile nunquam deſtitutum eſt iure gentium,vel natu
23 rali,l.inutiles,§.1.de accepti lation.l.ius autē ciuile,de iuſtit.& iure.† quinimmo peccaret, quando ſine cauſa derogaret iuri poſitiuo. [f] Nec obijciatur in Principe ſemper præſumi cauſam iuſtam,quia motu proprio ita decreuerit,[t] id enim verum eſt, ſi non agatur de alterius præiudicio,nam tali caſu,non pręſumitur cauſa; Sed conſtare debet.[u] quare non poterit Princeps legitimando auferre alicui ius delatæ hæreditatis, licèt res non apprehenderit, quin nec a-
24 dierit hæreditatem.[x] Ex his patet quam temeraria,& quam fatua ſit illa† Angeli iactatio,qui putauit Principem vi ſupremæ ſuæ poteſtatis poſſe ſubditis auferre dominium rerum ſuarum abſq; alia cauſa,quamuis iure gentium dominium ſibi fuerit acquiſitum. Quare in l.item ſi verberatum,§.1.ff.de rei vendicat.temerè ſcriptum reliquit,mentiri eos qui contrarium dicunt: quem ſecuti ſunt Baldus,[y] Iaſon,Curtius,Alexander, Decius,Andreas Siculus,Cęphalus,& oues, & boues,& vniuerſa pecora campi.Sed eximiis viris ignoſcendū, quandoq; enim & bonus dormitat Homerus. Nec propterea cū Regibus minus præclarè actum iri exiſtimandum eſt,ſi ſummam eis iuſtitiā attribuentes, omnem prorſus iniuſtitiam ipſis denigrauerimus.

AD CAP. XXII.

a Bald.in l.nulli,C.de rei vendic. Andr.Siculus conſ.27.in 1. Bald.de præſcript.io 1.parte, ſextæ partis,nu.53.ad c.per venerabilem,extra qui fil.ſint legit.ad Auth.Quibus modis natur.effic. legit.& quibus mod.effic.ſoi.Bart.conſ.119.D.Dominicus,Cępol.in l.nemo,nu.11.de vſucapinn.pro lega.Bald.de præſcript.in 4.parte,quartæ part.princip.nu.72.Alex.conſ.73.ad finem,vol.3.

b Bald.in c.1.col.1.de eo qui ſibi & hæred.ſuis maſcul.& in l.Caius,nu.3.ſoluto matrim.

c Bald.Fulgoſ.& alij,in l.ſi te parens, C.de ſuis &: legit.

d Mattheus Laudenſ.in §.naturales filij,nu.4.& 9.lib.3. Anchar.conſ.241.nu.4.Crauet.cōſ.138. col.2.& 176.in prinс.Ruin.conſ.161.ou.24.lib.1.

e Iulius Clarus in §.feudum,quæſt.82.nu.9.

f Oddus conſ.16.nu.14.

g Mattheus de afflictis Deciſ.128.

h Peregrinus de fideicommiſſis,art.23.nu.51.& ſeq. Cuman. conſ.92.Roland.à Valle, conſ.12. nu.53.in 4.Tiraq.in l.ſi unquam,in uerbo ſuſceperit liberos,nu.65.C.de reuocand.donatio. Dec.conſ.55.col.3.& 307.col.1.

i ca.ſi pro te,de Reſcript.in fine,& c.quamuis planè,Aret.conſ.7.col. 2.Dec.in c.1.nu.4. de Reſcript.Tiraq.de primo genit.q.34.

K Dec.reſp.698.col.1.Decian.conſ.19.nu.49.in 1.Bart.in Auth.Item ſi quis,C.de natural.liber. omnes in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,de lib.& poſthu.

l Peregrin.de fideicom.art.23.nu.60.57.& paſſim omnes in d.§.& quid ſi tantum.

m Ruin.conſ.68.in 2.& conſ.87.nu.17.in 3.Alex.conſ.187.nu.11.& conſ.188.nu.17.in 5.

n Alex.conſ.2.nu.43.in 1.& 67.& plures in d.§.& quid ſi tantum.

o Bald.io c.filij.Si de feud.fuer. controuerſ.ſequitur Felin,in c.1.nu.40.io 5.declaratione,de cōſtit.Paul.Caſtr.conſ.22.Viſis omnibus quæ narrantur vol.3.Alex.conſ.187.col.2.lib.5.congerit Boer.Deciſ.240.nu.1.

p Sarmient. Selectarum ſententiarum lib.1.c.8.c 2.de reſcript.l.ult.C.de diuerſ.reſcriptis.

q Dec.in l.generaliter,§.cum autem,C.de inſtit.& ſubſtit.& conſ.284.Iaſon in l.2.nu.204. C.de iure emphiteu.Tiraq.ut ſupra,nu.99.& 84.& l.ſi teſtamentum,C.de teſtam.

r Tiraq.in l.ſi unquam,in uerbo,ſuſceperit liberos,nu.98.C. de reuocand.donation. qui multos accumulat autores.

ſ Abb.& Deci.nu.29.in c.quæ in Eccleſiarum,de conſtit.

t Cyn.in l.ult.c.ſi contra ius uel util.public. Felin.in c.quæ in Eccleſiarum, num.60.de conſtitut.Didac.uar.reſol.in 2.par.c.6.io §.9.nu.9.

u Decius in d.c.quæ in Eccleſiarum,nu.27.Anto.Gabr.io tit.de iure quæſito,concl.3.

x Iuxta eorum ſententiam quos retulit Emanuel Coſta,in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,in 2.parte in 5.& 6.concl.de lib.& poſthu.

y Angel.in l.item ſi uerberatum,§.1.de rei uendic.Iaſon in l.ult.c.ſi contra ius.Curt.in l.unica,

C.de in ius uocan. Alex.conſ.216. nu.24.in 2. Dec.conſ. 191.498.& 585. Barbat.64.in 4.Cephal.12.nu.19.

Eſt autem reiecta illa diſtinctio poteſtatis ordinariæ & abſolutæ à Didaco lib.3.variarum reſolution.c.6.nu.8.à Fernando Vaſquio illuſtrium quæſtionum,c.26.in fine, & à Franciſco Sarmiento Selectarum interpretationum lib.1.c.8.

S V M M A R I A.

1 Monaſterium vtrum excludat ſubſtitutum ſi oneratus conditione hac ſi ſine liberis &c.idipſum fuerit ingreſſus.
2 Religionis fauore mens teſtantis latius interpretari ſolet.
3 Alciatus quid in hoc ſenſerit.
4 Monaſterium vices filiorum obtinet.
5 Quid iuris in hoc caſu huius capitis ſi teſtator dixerit: ſi ſine filijs legitimis & naturalib.ex ſuo corpore natis,an monaſterium ſubſtitutum excludatur, & qua verior ſit opinio.
6 Conditio hac in capite diminuto locum non habet, nec verificari poteſt,cum mors naturalis neceſſario requiratur.
Et mors ciuilis hoc caſu nequaquam morti naturali æquiparatur.nu.ſeq.
8 Subſtituto mortuo ante mortem naturalem,inſtituti ſubſtitutio fit caduca.

Num in conditione,ſi ſine liberis,contineantur adoptiui,& Monaſteria,et an conditio,ſi deceſſerit,verificetur in morte ciuili. Caput XXIII.

VT Coronidem imponamus conditioni,ſi ſine liberis; Supereſt videamus an adoptiui ac Monaſteria contineãtur in ea, & vtrum conditio (ſi deceſſerit) locum ſibi vendicet in morte ciuili; In quibus reſolutiua methodo vtentes breui dicimus,

Adoptiuos in hac conditione minimè contineri, nec poſſe fideicommiſſum impedire iam antea diximus, ne ſit in poteſtate hæredis grauati ſubuertere ac illudere fideicommiſſum ac mẽtem teſtatoris, l.fideicommiſſum, de condit. & demonſtr. [a] quod tamen ſupra limitauimus in Clerico, Capite, Vtrum naturales tantum, in nona limitatione.

1 † Monaſterium verò,ſi filius ea conditione onuſtus, & Cœnobium ingreſ-
ſus in eo perierit,an excludat ſubſtitutum ? communis [b] & receptior inoleuit
2 opinio,ſubſtitutũ excludi à Monaſterio. quæ † fauore potius religionis,quam
teſtatoris mente munita videtur,§.ſed & hoc præſenti,Auth.de Sanctiſs.epiſ.
Auth.Niſi rogati,C.ad S.C.Trebel.c.in præſentia,de probat.quæ ſanè Leges,
3 † Alciato [c] adeo duræ & rigoroſæ viſæ ſunt,vt ipſe putauerit,earum ſanctionẽ
locum ſibi non vendicare in foro conſcientiæ,vtpote, quæ aduerſus vel præter
mentem teſtantis latæ ſunt; Fulgent nihilo minus magna Eccleſiæ pietate, &
vrgenti ea ratione fulcitæ apparent,quod præſumatur teſtator non modo libe
ros inſtituti hæredis,verumetiam Religionis ergo Monaſterium ipſum prædile
xiſſe ac prætuliſſe ſubſtituto, [d] cum Cœnobium loco filii vel hæredis potius
habeatur,d.c.in præſentia, de probat. quare Interpretes quæſtionem hanc va-
riis coniecturis ac limitationibus exornant & agitant.
4 † Augetur quæſtio: Si ita pater cauerit; Si filius meus ſine filiis legitimis &
naturalibus ex ſuo corpore natis deceſſerit,Caium ſubſtituo.an Monaſterium
in quo filius monachus vitam cum morte commutauit arceat ab hæreditate

Caium?

Caium? Adeò perplexus & cōtrouerſus eſt hic articulus, vt vix ſecerni poſſit,
5 quænam ſit communior ſententia,[c] † æquior tamē & verior viſa eſt Hoſtiēſi,[f] Baldo, Boerio, Vaſquio, Grato, ac alijs, ſubſtitutum vtiq; ſuccedere, ea ratione: quod verba ſubſtiturionis non conueniant Monaſterio, & quod illud nunquā debet admitti aduerſus expreſſam teſtatoris voluntatem, quæ hic euidens, & enixa refulget, magis quam in ſimplici illa conditione, ſi ſine liberis deceſſerit.

6 Deniq; conditio illa, † ſi deceſſerit, non poteſt verificari in deportatione vel alia morte ciuili, itaq; ſi hæres grauatus reſtituere deportatus fuerit, aut ab hoſtibus captus, ſubſtitutus propterea nō poterit ſtatim ſuccedere, ſed tenebitur
7 expectare mortem naturalem hæredis, quia † mors ciuilis non poteſt in fideicommiſſis æquiparari obitui naturali; coruſcat egregia & clariſſima ſpecies in l. Statius Florius, §. Cornelio felici, ff. de iure fiſci, probatur vnica ratione: quo-
8 niam † obeūte ſubſtituto ante mortem naturalem inſtituti, ſubſtitutio fit caduca, l. vnica, §. ſin autem, C. de caduc. toll. quare nō ſufficit inſtitutum mortuum eſſe ciuiliter, ſed expectanda eſt mors naturalis, vt appareat, an ſubſtitutus ſit ſuperſtes; non poſſunt igitur obitus naturales & ciuiles in fideicommiſſis conditionalibus inuicem comparari, quamuis in alijs multis paſſim in iure ciuili æquiparentur.[g]

AD CAP. XXIII.

a Michael Craſſus in §. fideicommiſſum, q. 39. Odd. de compendioſ. parte 6. tit. An legitimi tantū, Illuſtr. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 8.
b Craſſus in d. §. fideicommiſſum, quæſt. 40. Odd. vt ſupra, Illuſtr. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 7.
c Alciat. conſ. 53. nu. 6. lib. 9.
d Paul. Caſt. & alij, in Auth. Niſi rogati, C. ad S. C. Trebell.
e Teſtatur Craſſus d. § fideicom. quæſt. 40.
f Ab Illuſtr. Card. Relati ſunt omnes à Mantica, & Craſſo locis ſupra adductis.
g Craſſus in §. fideicommiſſum, quæſt. 11. Sfortia Odd. de compend. parte 4. art. 3.

SVMMARIA.

1 Authores in hac quæſtione tenentes partem affirmatiuam recenſentur, & cōtrariā tenentes, eorundemque fundamenta vide nu. 7.
2 Conditio ſi Monaſterium ingrediatur, pro non ſcripta habetur, ita vt contra oneratos graua men omne reijciatur.
3 Matrimonium impediens conditio infirmatur, non tamen infirmat.
4 Voluntas teſtatoris in conditionibus illicitis nequaquam in exitum deduci debet.
5 Extenſio à temporali Matrimonio ad ſpirituale fit piæ cauſa fauore inſpecto, idq; etiam in pœnalibus locum habet.
6 Religioni ſemper in dubio fauoribus noſtris aſſiſtere conuenit.
8 Pater etiam in præiudicium filiæ vltrà Legitimam in vltima volūtate diſponere poteſt.
9 Teſtatoris vltimam voluntatem ſeruare diligenter & fide integra exequi; conueniens eſt & æquum.
10 Religionem approbatam amplectentes, eiuſdem ingreſſu & caſtitatis vota præſtāt, & paupertatis pariter profitentur obſeruationem.
11 Conſuetudine communi omnium penè Nationum obſeruatur maiori peculio filias mundanis deſtinatas nuptijs dotari, quā eas quæ ſacris ſpiritualis matrimonij

votis

votis Deo dicari ſolent.

Et vbi huius conſuetudinis ratio ipſo actu habetur, affirmantium ſententia authorum nullum ſibi locum vendicare poteſt. nu. 12.

13 *Eccleſia vtpotè pia fidelium mater, iuſtitia cultrix ſedula eſt & obſeruatrix, & ob id neque vltimis teſtantium derogare voluntatibus vel in minimo conſueuit.*

14 *Matrimonij fœdera nulla conditionum appoſitione tanquam in liberos contractus incidentia, grauari poſſunt.*

15 *Rationis paritas vel maioritas extenſionem admittit, ſecus ea non exiſtente.*

16 *Cautela in dotis legato vt ſecurè tutoq; ad mentē teſtantis præſtari poſſit Doctorum quorundam conſilio quaenam tradatur.*

17 *Filiam Monaſticam profitenti vitam concluſiuè authoris ſententia contra Vallenſem quingentos & non millenos attribui dotis nomine aureos debere deducitur.*

An ſi pater legauerit filiæ millenos aureos ſi nupſerit, & quingentos tantum, ſi monachauerit, & ipſa monacha facta fuerit, an ſibi debeantur milleni aurei, nec ne. Cap. XXIV.

POST explicitam conditionem, ſi ſine liberis, has etiam binas ac paruulas nobis tangere liceat; Filiam igitur quæ monacha euaſit, poſſe petere millenos aureos, non contentam
1 quingentis diſputantes tenuerunt.† Thomas,[a] & Richard. Malombra, Ioānes Andreas, Albericus, Bartolus, Socinus, & Matheſilaus, ac Rolandus à Valle, qui teſtatur tum Boloniæ, tum Mantuæ ita iudicatum fuiſſe, ac Rolandus omnes latebras Iuris ciuilis, & omnia prudentum ſe reſponſa luſtraſſe profitetur; & hæc viget apud eos communis ſententia, pro qua probanda huiuſmodi deducuntur argumenta.

Primò, ex §. ſed hoc præſenti, Auth. de ſanctiſ. epiſc. Sed hoc inquit præſenti addimus ſanctioni, ſi fortè quis ſub conditione nuptiarum, ſiue liberorum, ſiue dotis etiam, ſiue antenuptialis donationis, donauerit ſiue reliquerit ſuis liberis, ſiue alij cuicunque perſonæ, hæreditatem, vel legatum, aut ab initio purè reliquerit eis, onerans eos ſubſtitutione, aut reſtitutione, aut ſub vna prędictarum conditionum reliquerit, vel donauerit, ſubſtitutiones verò vel reſtitutiones eis
2 fecerit, adiectis conditionibus, quibuſcunque, ſancimus, † ſiue maſculi, ſiue fœminæ monaſteria ingrediantur, aut clerici fiant, tales conditiones inualidas & pro non ſcriptas eſſe, & omne grauamen contra profitentes religionē reijcitur.

Sed in hoc legato onus imponitur huic filiæ moniali, ne poſſit millenos conſequi, ſi Religioni & Deo ſeruiet, ergò huiuſmodi onus reiiciendum.

Secundò, probatur in l. Titio ſi nupſerit, & in l. cum tale, §. reſcriptum eſt,
3 de conditionib. & demonſtrat. † Titiæ ſi non nupſerit ducenta, ſi verò nupſerit, centum legauit, ſi mulier nupſerit ducenta, non etiam centum reſidua patet ait Papinianus: ridiculum eſt enim, eandem vt viduam, & vt nuptam admitti, ergo remota contrarietate, puella haberet & ducēta & centum; Sic in quæſtione noſtra, ſi nulla eſſet contrarietas, eueniret; quare vtuntur Inductione, hoc modo; Si ait legatum ducentorum ſub cōditione, ſi non nupſerit, conſequitur mulier etiam ſi nupſerit, quia conditio habetur pro non impleta, ita, quando plus relinquitur ſi non nupſerit, quam ſi nupſerit, conſequitur, vel conſequi debet id pluris etiam ſi nupſerit: idem igitur in conditione, ſi nō ingrediatur monaſterium,

ſed

ſed ſæculo nupſerit,relinquo mille,pro non ſcripta habenda eſt, & mulier debet capere millenos.

4 Tertiò, † voluntas teſtatoris in conditionibus illicitis non eſt obſeruanda, l.obtinuit,l.non dubitamus,de condit.& demonſt. ſed hæc eſt huiuſmodi,nempè illicita,d.§.ſed & hoc præſenti,ergo minimè obſeruanda.

5 Quartò, † fauore piæ cauſæ fit extenſio de temporali matrimonio ad ſpirituale,etiam in pœnalibus:nam ſi punitur cognoſcens mulierem nuptam, multò magis punietur ſtuprans monialem,l.ſi quis non dicam rapere, C.de epiſco.&
6 cler.& ff.& C.ad leg.Iul.de adult. Adde qđ † in dubio fauendũ eſt ſemper Religioni,l.ſunt perſonæ,de relig.& ſumpt.fun. ſic extenditur diſpoſitio conditionalis,ſi non nupſerit,ad hanc,ſi non ingredietur Monaſterium.

Contrariam verò ſententiam, quod immò contenta debeat eſſe quingentis,
7 & non poſſit petere millenos aureos coronatos,profeſſi ſunt.† Baldus,[b] Fulgoſius,Paulus Caſtrenſis,Didacus & plures alij à Michaele Craſſo relati,atteſtãte pro vtraq; opinione iudicia lata fuiſſe,& Decium ſibi contrarium extitiſſe. Probatur hæc opinio.

8 Primò,† pater poteſt vltra legitimam diſponere in præiudiciũ filiæ,& grauare ipſam,l.omnimodò,C.de inof.teſtam.l.Papinianus,§.ſed nec impuberis,
9 & §.quoniam quarta, de inoffic.teſtam. & † obſeruanda eſt vltima teſtantium voluntas,cap.vltima voluntas,13.q.2. & pater filiam honeſtè dotauit ſi ingrederetur Religionem, ergo de dote vltrà legitimam & de re ſua liberè diſponere potuit,l.in re mandata,C.mandati.

Secundò, ex omni æquitate maior debetur dos nubenti in ſæculo quã Re-
10 ligioſæ nubenti in ſpiritu,nam † ingredientes Religionem,profitentur caſtitatem,& paupertatem,& omnia ferè incommoda ſe paſſuros,vt magis mereantur erga Deum; Clementina Exiui de Paradiſo,de verb.ſignif.& maxima ſunt onera matrimonij ſæcularis pro alendis liberis,& vxore,l.pro oneribus,de iure dot.l.1.ſoluto matrimonio,propterea ſibi debentur maiores dotes.

11 Tertiò † probatur ex conſuetudine, ex qua apud oẽs gentes maior datur à parentibus dos filiæ nubenti,quã Monaſterium ingredienti,vt Paulus Caſtrenſis,[c] & alij atteſtantur. Quare Rolandus[d] à Valle, licèt contrarias partes ſecu-
12 tus fuerit; attamen exiſtimauit † hanc opinionem ſemper ſeruandam vbi adſit talis conſuetudo;Sed ego libenter ſciſcitarer ab ipſo, vbinam gentium talis non vigeat conſuetudo? quin etiam Caſtrenſis[e] acclamauit,huiuſmodi conditionem ſeruari per vniuerſum mundum.

Quartò probatur,tum,quia voluntas teſtatoris ſemper ſeruanda eſt,cap.vl-
13 tima voluntas, 13.q.2.laté l.1.C.de ſacroſ.Eccleſ.tum,quia † Eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ,nec poteſt inuertere pias voluntates defunctorum,cap.1.de alien. feud.§.dudum.Quare Paulus Caſtrenſis[f] & alij plures,concludunt,hanc eſſe æquiorem opinionem, quamuis Didacus[g] reuerendiſſimus alioquin Epiſcopus,arbitretur rem eſſe abſurdam,quod filia quæ ingreditur Monaſterium minorem habeat dotem quam quæ nubit in ſeculo.

Non obſtant modo oppoſita: nam ad primum, ſcilicet, ad §.ſed & hoc præſenti, reſpondetur, quod ibi teſtator expreſsè de hoc non eſt locutus demonſtratiuè,comparando inuicem nuptias ſæculares & religioſas maiori minoriq; doti,vt hic fecit, ſed præſumitur quod in illis cõditionibus ſi interrogatus fuiſſet teſtator de nuptijs ſpiritualibus, idem in eis ſtatuiſſet, quod in nuptiis humanis decreuerat: verum hic clarè & relatiuè locutus eſt, ſi nupſerit millenos, ſi ingreſſa fuerit Monaſterium, quingentos, & hic paragraphus fuit de vipula, ſiue lapſus Iuriſprudentum.

Non officit ſecundum,quoniam illa conditio ſi non nupſerit,fuit poſita cõ-

tra

ſione ad ſæculum remearit, vide varias de hoc Doctorum opiniones.

5 *Quæſtionem hanc cum in liberum voluntatis ref. rat arbitrium autor ex mente coniecturata teſtantis decidendam terminandamq́, arbitratur.*

6 *Et in ea vſum communem loquendi regionis vnicè attendendum admonet.*

7 *Conditio, ſi non nupſerit, appoſita legato in virgine inualida cenſetur, ſecùs in ea qua viro orbata vidua fuerit relicta,*

Et huiuſmodi quidem conditio in ſpecie facta valida eſt, ſecùs ſi generatim facta fuerit, ea namq; pro non adiecta ſemper habenda eſt. 8.

Pater filio legauit quingentos, ſi Religionem Diui Franciſci ligni-pedis ingrederetur, filius ingreſſus ante profeſſionem abiuit à Monaſterio; quæritur an poſſit conſequi legatum. Caput XXV.

1 FVLGOSIVS Alexand. & Paulus Caſtrenſis vt retulit
Decius [a] exiſtimarunt, filium non poſſe capere legatum ni-
ſi prius profeſſus fuerit Religionem, ea ratione, quod verba
propriè, & eum effectu ſunt intelligenda. l. 1. §. hæc verba,
ff. quod quiſque iur. cum vulgaribus, nam propriè ingreſ-
ſus dicitur poſtquam profeſſus fuerit, [b] tunc enim boni ac-
quiruntur Monaſterio, à quo ſemel acquiſita auferri non
poſſunt, etiam ſi à Monaſterio receſſerit.

2 † Contrariam ſententiam nouiſſimi ſequuntur: quinimò, filium poſſe cape-
re legatum, eo quod ſufficiat eum ingreſſum fuiſſe Religionem, quamuis ante
3 profeſſionem ex eo egreſſus fuerit, quoniã † ingreſſus & profeſſio ſunt actus ſe
parati, c. penult. e. beneficium, de regular. in illis verbis religionem ingredietur
4 & profitebitur: nam & † qui vouit, (inquiunt) ingredi religionem, ſi ingreſſus
abiuerit, haud profeſſus, votum nuncupaſſe, & impleuiſſe dicitur, [c] cui ſanè opi
nioni aſtipulatur Iaſon [d] maximè, cum res in dubio verſatur, quia teſtator nõ
eſt locutus niſi de ſolo ingreſſu, & poterat ſi voluiſſet profeſſionem quoq; ex-
primere, arg. l. vnicæ, §. ſin autem, C. de caduc. toll. quaſi voluerit filium inuitare
ad Religionem, non autem cogere.

Quare Decius [e] concludit, ingreſſum intelligi debere non ſimpliciter, ſed ſecundum iuris intellectum vel diſpoſitionem, quod ſcilicèt ingrediatur cum pio animo profitendi, vt iura diſponunt, ca. ad Apoſtolicam Sedem, de regular.

5 Ego vero eum Vlpiano reſpondebo, hanc eſſe † quæſtionem voluntatis,
proinde ex tali mẽte teſtatoris qualem coniecturæ in teſtamento oſtenderent,
decidendam, vt in l. ex facto, §. ſi quis rogatus fuerit, ff. ad S.C. Trebellian. & in
l. vltima, C. de inſtitut. & ſubſtitut. Sed in re dubia deficientibus coniecturis,
6 dicam, ſequendum nobis eſſe † communem vſum loquendi in ea Regione:
nam ſi ingreſſum plenè ac perfectè cum ipſa profeſſione ſignificaret, non po-
terit vtique capere Legatum, argumento l. Labeo, de ſupellect. legata, & l. li-
brorum, §. quod tamen Caſſius, de legat. 3. Eoque magis, quòd hic non eſt a-
ctus momentaneus, ſed ſucceſſiuus, quandoquidem non niſi elapſo anno pro-
fiteri oporteat ca. ad Apoſtolicam, capit. penult. de regular. & irregular. re-
lig.

Et huic conditioni ſatis conueniens & conſona videtur illa: Si non nupſe-
7 rit, lego cẽtum, quæ in virgine non valet, in † vidua autem vel in viduo tenet, §.

quia vero, Auth.de nupt.Auth. Cui relictum, C.de indicta viduita.toll.[f] Nam
8 † conditio ſi non nupſerit Titio, negatiua, valet: at ſi non nupſerit, ſimpliciter non valet, illa enim conditio quæ inducit viduitatem omni tempore, loco, & perſona, prohibita eſt, & pro non adiecta habetur, non autem alia, l.hoc modo, l.hoc genus legati, de condit.& demonſtrat.

Hactenus igitur legatorum & fideicommiſſorum accidentia, ius ſcilicet accreſcendi, ac tranſmittendi ſiue ſuitatis, & eorum iurium qualitates, præterea conditionem ſi ſine liberis tacitam ac expreſſam, eiuſq; proprietates vnà cum liberis poſthumis, cum iam natis legitimis, ac naturalibus ex legitimo partu, naturalibus tantum, legitimatis atque adoptiuis, aliaſque conditiones hoc tertio limine concluſimus.

AD CAP. XXV.

a Decius in l.ſi quis hæredem, nu.5.C.de inſtitut.& ſubſtitut.
b Bart.in Auth.Si qua mulier, C.de ſacroſ.Eccleſ.
c Archidiacon.in c.ſancimus, 12.q.2.
d Iaſon.in d.l.ſi quis hęredem, nu.12.& 13.
e Decius vbi ſupra, nu.7.
f Auth.Cui relictum, C.de indict.viduit.toll.ubi Iaſon & alij.

Finis Libri Tertij.

CAPITA QVAE IN HOC QVARTO LIBRO CONTINENTVR.

QVI mittendi ſint in bonorum poſſeſſionem oſtenſo teſtamento, & an præſcriptione acquiratur directum dominium, Cap. 1.
An legata & fideicommiſſa præſcribantur, & an pactum, quandocunque recuperandi extinguatur præſcriptione 30. vel 40. ann. Cap. 2.
Quæ diminuere poſſint fideicommiſſa. Cap. 3.
Ex quibus alijs cauſis, perſonis, genere prohibendi, & rebus quibus fideicommiſſa alienari poſſint. Cap. 4.
Quæ non veniant in fideicommiſſariam reſtitutionem, funeris impenſa, dotes, omneq; aliud æs alienum, fructus, & meliorationes, & quo tempore ineunda æſtimatio. Cap. 5.
De Falcidia. Cap. 6.
De Legitima, & eius proprijs accidentibus. Cap. 7.
De quantitate legitimæ, & eius augmento. Cap. 8.
Vtrum frater, cui minus legitima quid fuerit relictum, poſſit turpi inſtituto hærede, agere inofficioſi ad reſcindendum totum teſtamentum, an verò teneatur legitimæ ſupplementum petere. Cap. 9.
An legitima & dos augeantur aucto patrimonio. Cap. 10.
Num filia excluſa à ſtatuto, poſſit petere augmentum legitimæ. Cap. 11.
Num filia excluſa à ſtatuto faciat numerum pro augenda legitima maſculis, & dos quomodo computanda, & an legitima à ſtatuto tolli poſſit. Cap. 12.
Quæ in legitima ſint imputanda. Cap. 13.
De proprijs accidentibus alijs Legitimæ, Falcidiæ, ac Trebellianæ. Cap. 14.
Num filius grauatus fideicommiſſo poſſit ambas, Legitimam ſcilicèt ac Trebellianam detrahere, & an iuri Pontificio magis quam Cæſareo hac in re acquieſcendum ſit. Cap. 15.

EPITOMES LEGATORVM ET FIDEICOMMISSORVM METHODO AC RATIONE DIGESTÆ.

LIBER QVARTVS.

SVMMARIA.

1 Bonorum poſſeßione vt frui integrè poſsit hæres, & inſimul in eorum poſſeſsionem iuridicè mitti, quonam ordine veniat procedendum.

2 Poſſeßio nunquam acquiritur, vel hæredi, vel fideicommiſſario, licèt propria autho ritate, & res, & bona apprehendere poßit, niſi per ipſos res ipſa, ipſaque adeo bo na naturaliter actu ipſo apprehendantur. puta manu, pede, & ſimilibus.

3 Poſſeßio præoccupata etiam ab iniquo detentore bonorum non facit locum vero do mino, vt eam propria ingredi poſsit autoritate, vacuam tamen inire ſpontaneo actu nullo impediente poteſt.

4 Et quid ſi vigeat ſtatutum, quo hæredi fiat poteſtas, & proximiori propria authori tate bona occupare relicta, vide ad hoc Decij cautelam, nu. 6.

5 Interpretatio paſsiua ſtatutis attribuitur legum ciuilium vigore.

7 Hæredes & fideicommißarij cum Iudicum decretis in bonorum mitti ſoleant poſſeſ ſionem quid iuris ſit in re certa inſtituto quæſtionis eſt, & num ſtatim in bonorũ poſſeſsionem eum inmitti conueniat.

8 Cohærede nullo vniuerſali dato in re certa inſtituto, eum loco hæredis haberi in om nibus manifeſti iuris eſt.

Et quid in eo cui cohæres vniuerſalis fuerit adiunctus iure cautum ſit. nu. 9.

Quid item in vniuerſali cohærede hæreditatem repudiante, nu. 10.

Quid præterea ſi ab inſtituto non adita fuerit hæreditas nec repudiata, ſed deli berandi adhuc ſibi ſpacium reſeruauerit, num. 11.

12 Inſtitutus in re certa vt hæredis loco habeatur, quando ex futuro euentu pendere dicatur.

Non tamen loco hæredis eſt abſolutè, vt nec etiam legatarij, num. ſeq.

14 Legatarij, vt legata ab vniuerſali hærede hæreditatem relictam adeunte teneantur petere, ita & is qui in certa re inſtitutus eſt ad eundem, vt ſuum conſequatur recurrere debet.

15 Authoritate propria, & abſque iudicis permiſsione ac decreto omnia capere bona vniuerſalis hæres potis eſt, non item legatarij.

In legatario tamen limitatur, niſi huius ſibi actus propria ſcilicèt authoritate ca piendi legatum, poteſtatem fecerit ipſe teſtator.

16 Miſ-

16 *Miſsioni in paſſeſsionem impedimento eſt, & aliud à primo factum teſtamentum, & ipſa pariter præſcriptio.*

17 *Teſtamentis duobus vnica die celebratis non apparente vtrum prius fuerit confactum, vtrumque communi ſuffragante Doctorum opinione irritum eſt.*

Et quando hoc procedat, vide Regulam num. 25.

Quæ communis opinio exaggeratur etiam in cauſa ſtatus, ſiue libertatis relicta. num. 18.

Sed limitatur ne vera ſit altero hæredum poſsidente, cum is præferendus veniat ex hoc, quod vulgò fertur gaudeant poſsidentes, nu. 19.

Limitatur præterea in altera ſuccedente ab inteſtato, nu. 20.

Deinde in cauſa pia, cui iura fauent plurimum; & quid ſi duæ inſtituantur cauſæ piæ, num. 21.

22 *Inſtitutione facta loci alicuius pij & Titij pariter poſsidentis bona & tenentis, vtri veniat res adiudicanda.*

23 *Reis licèt fauorabiliter ſit aſsiſtendum, id tamen in nonnullis caſibus fallit, & quibus. num. ſeq.*

24 *Libertatis conceſsio, dotis contributio, matrimonij vinculum, & ipſa tandem pia cauſa præferri ſolent reo aliàs fauorabili.*

26 *Teſtamenti tabulæ primo celebratæ, quibus Clauſula inſerta fuit derogatoria, an irritentur ſuperuenientibus alijs teſtamenti alterius, & ſecundi tabulis huiuſmodi Clauſula deſtitutis.*

27 *Decennio à condito priori teſtamento iã elapſo, ſi ſecundi ſuperueniat celebratio teſtamenti, illud validum cenſebitur nulla licèt in eo mentione facta Clauſulæ derogatoriæ.*

28 *Teſtamentaria voluntas ſecundis enunciata conſcriptis per notarium tabulis reiectis prioribus robur accipit, iuramento teſtantis vbi fuerit conualidata.*

Iuſiurandum clauſulæ vicem ſubire dicitur derogatoriæ.

29 *Oppoſita præſcriptio hæredi ab aduerſario miſsionem poſſeſsionis impedire ſolet. Et quotuplex ſit præſcriptio.*

30 *Directi acquiſitio ſit dominij præſcriptione fauorabili orta ex ipſiuſmet præſcribentis fauore.*

31 *Odioſa præſcriptio negligentia inducta adio, vt nec directum, ita neque utile dominium acquirit, ſed ſolum producere exceptionem aſſolet.*

32 *Præſcriptionis tertia ſpecies mixta à Doctoribus appellata, an directi vel vtilis dominij producat acquiſitionem latiſsimè in finem vſque deducitur.*

Quæſtionis propoſitæ commoda multiplicia videre licebit, num. 33. & 34.

Qui mittendi ſint in bonorum poſſeſsionem oſtenſio teſtamento, & an præſcriptione acquiratur directum dominium. Cap. I.

SVPEREST, vt de executione teſtamenti, & de reſtitutione fideicommiſſi, & ideo de Aere alieno, Funeris impenſa, Melioramentis, Legatis, Falcidia, Legitima, Trebelliana, & de pluribus quæ his conueniunt, diſſeramus.
1 † Si hæres vel fideicommiſſarius [a] oſtenderit iudici teſtamentum non abolitum, non viciatum, non cancellatum, ſtatim in bonorum poſſeſſionem mittendum eſſe decreuit Iuſtinianus, ſi legitimus contradictor non reclamauerit, alioqui cauſa prius cognita admittendum, niſi tantum temporis efflu-

xerit

xerit inquit Iuſtinianus,quod poſſit vel poſſeſſori pleniſſimè ſecuritatem ſuper
dominio præſtare,vel ipſe qui miſſus fuerit,omnem intentionem excludere;ſi
enim vel ex vna parte , vel ex vtroque latere temporis prolixitas occurrerit,
manifeſtum eſt,non ſolum miſſionem,ſed etiam principalem cauſam eſſe ſopi-
tam,vt in l.vltima,C.de edic.Diui Adr.tollen.In executione itaque teſtamenti
diligenter conſideranda eſt miſſio in poſſeſſionem, & an obſtet præſcriptio ip-
2 ſa.† Et quamuis ipſe hæres vel fideicommiſſarius poſſit propria autoritate ap-
prehendere bona & res ipſas,l.cum hæredes, de acquir.poſſeſſ.[b] attamen poſ-
ſeſſio nunquam acquiritur niſi naturaliter res apprehendantur, puta manu,pe-
de,& ſimilibus,l. 1.l.qui vniuerſos, §.per colonum,de acquir.poſſeſ.d.l.cum hę
3 redes;Iccircò,† ſi poſſeſſio fuerit ab alio occupata , non poterit vtique propria
autoritate ingredi eam,etiam ſi iniuſtè fuerit ab aliquo detenta, c.licèt epiſco-
pus,de præbend.l.ſi quis in futurum,C.vnde vi,capit.litteris,de reſtitu. ſpoliat.
quamuis poſſet vacuam apprehendere.

4 Ex his inferunt † ad Statutum,quo cauetur, hæredem vel proximiorē poſ-
ſe propria autoritate occupare bona,& res hæreditarias,dicentes,vigore illius
5 Statuti non poſſe hæredem occupare res ab alijs poſſeſſas; † Nam Statuta reci
piunt interpretationem paſſiuam à lege.[c] Quare Decius [d] huiuſmodi afferebat
6 cautionem.† Si vterque, Actor ſcilicèt & Reus, prętenderent poſſidere,& vter
que probaſſet poſſeſſionem ſuam, ſuadebat inquam, quòd alter armata manu
ſi poteſt ingrediatur poſſeſſionem,& denunciet aduerſario quòd veniat ad poſ
ſeſſionem ſi audet : nam ſi non venerit quod ſuſpicetur ſe poſſe repelli,ſtatim
perdit poſſeſſionem, quæ in animo vt plurimum conſiſtit, l.ſi id quod,§.vlt.de
acquir.poſſeſ.[e]

Cui obijcit Aretinus,[f] cautionem eam eſſe viciosam, quia per vim occupa-
ta,contra l.ſi quis vi,de acquir.poſſeſ. Replicat tamen Decius, hunc non fuiſſe
ingreſſum alterius poſſeſſionem,ſed ſuam propriam,qua prius etiam vtebatur,
vt iam probauit,idque fecit ad conſeruandum poſſeſſionem, ac iura ſua,quod
poteſt facere & armatus,& inermis;ſecus autem, ſi ille qui occupauit poſſeſſio
nem,eſſet minus potens,& alter non ſuſpicaretur poſſe repelli ab eo:nam tunc
non priuaretur poſſeſſione,quæ in animo etiam non leuiter habetur, [g] Verum
conſultius erit,quod is poſſeſſionem accipiat autoritate Iudicis.

Quoniam igitur teſtamenta excutioni mandantur à Iudicibus, & hæredes
ac fideicommiſſarij mittuntur in bonorum poſſeſſionem , quæſtionis eſt , quid
7 iuris † in inſtituto in re certa,an & is ſtatim mittendus ſit in bonorum poſſeſſio
nem?Bartolus,Caſtrenſ.Alexand.& Curt.putant eum potiri eo beneficio. Sed
illi diſtinctè,Curtius verò indiſtinctè.

8 Aut † enim inſtituto alicui ī re certa nullus alius ſibi datus fuit cohæres vni
uerſalis,& clarum eſt hunc haberi loco hæredis in omnibus,l.1. §.ſi ex fundo,
de hæredib.inſtit.[h] eſt enim hæres ex Aſſe,ergo iure accreſcendi reliquæ por-
9 tiones ſibi creuerunt,ne teſtator pro parte inteſtatus remaneat; † Aut datus ſi-
10 bi fuit cohæres vniuerſalis,tunc ſubdiſtinguunt;Vel † cohæres uniuerſalis re-
11 pudiauit,& huic inſtituto in re certa portio accreſcet,vt ſuprà; Vel † cohæres
vniuerſalis non adiuit,nec repudiauit,ſed vult deliberare, tū̄ inſtitutus in re cer
ta, habetur loco hæredis ad excludendam querelam , ne quis agat inofficioſi,
& quo ad capiendam partem ſibi relictam propria autoritate , quo verò ad a-
lia,an ſit loco hæredis pendet ex futuro euentu, prout cohæres vniuerſalis adi
uerit vel repudiauerit:nam primo caſu erit loco legatarij , Secundo autem lo-
12 co hæredis, † attenditur enim futurus euentus, §.interdum, de vſufruct. & l.ſi
13 ſic,§.fin.de legat.1.† Verum quoniam inſtitutus in re certa nec eſt loco hære-
dis conſtitutus abſolutè,nec loco legatarij abſolutè,ſed quidam anomalus ſuc

ceſſor,

ceſſor, verior mihi & firmior videtur reſolutio Decii,[i] & Pauli Caſtr. nempè,
14 † vniuerſali hærede adeunte, inſtitutus in re certa debeat eā petere ab hære
de, quemadmodum alij legatarii; & punctus videtur eſſe difficultatis, quod ta-
15 li caſu in re certa inſtitutus, nō habet iura aliqua hæreditatis, vtpotè, cum † ip
ſe vniuerſalis hæres habeat omnia, & poſſit propria autoritate capere bona,
d.l.cum hæredes, de acquir.poſſeſſ.quod legatarii facere nequeunt, cum teneā
tur capere Legatum à manu hæredis, l.non eſt dubium, C.de legat.niſi tamen
hæc ſibi data fuerit poteſtas à teſtatore, l. Titia cum teſtamento, ff.de leg.2.quę
denegata potius videtur inſtituto in re certa, vtpotè, qui non eſt in quota hæ-
reditatis ſed in quota bonorum inſtitutus, & res adhuc pendet ex futuro euē-
tu. Quare ex his patet, an, & quando poſſit petere ſe mitti in bonorum poſſeſ-
16 ſionem; Cæterum, † tum aliud teſtamentum, tum præſcriptio impedimēto eſt
17 miſſioni in poſſeſſionem; quare † ſi duo teſtamenta reperiātur ſcripta eadem
die, nec elici poſſit vtrum prius fuerit conditum, an alterum ſuſtineri poſſit, an
verò vtrumq; irritum fiat, & vterq; hæres petat bonorum poſſeſſionem, com-
munis videtur recepta opinio, neutrum poſſe ſuſtineri, & neutri dandā bono-
rum poſſeſſionem, l.duo ſunt Titii, de teſtam.tutela.l.ſi fuerit, de reb.dub.l.cū
qui duobus, de acquir.hæred. & l.in tempus, §.1.de hæred.inſtit.[k] quæ ſanè o-
18 pinio ampliatur, vt † vera ſit, etiam in cauſa ſtatus, ſiue libertatis, d.l.ſi fuerit,
ac etiam in cauſa pia, l.ſunt perſonæ, de religioſ.& ſumpt.funer.
19 † Sed limitatur ne vera ſit, primo, quando alter hæres poſſideret, is enim eſ
ſet præferendus, nam beati poſſidentes, §.commodum, de interdict.l.qui peti-
torio, de rei vendicatione.
20 † Secundò, quoties alter eſſet ſucceſſurus ab inteſtato, l.hac conſultiſſima, §.
ſi quis, C.de teſtamentis.
21 † Tertiò, excipitur, niſi in alio teſtamento inſtituta eſſet pia cauſa, quoniā
eius gratia illud teſtamentum intelligeretur prius, quod ſi duæ pię cauſæ fuiſ
ſent inſtitutæ, maioris, & magis piæ vtique ſuſtineretur.[l]
22 † Quare pulchra affertur dubitatio à Decio,[m] Pius locus in teſtamento v-
no fuit inſtitutus, in altero Titius, qui tenet & poſſider, quæritur, vter præfe-
rendus? & breuiter inquit piam cauſam eſſe præferendam, quia pia cauſa poſ-
23 ſeſsorem facit reum, d.§.commodum, qua ratione † rei videntur magis fauora
biles, l.fauorabiliores, de reg.iur. Sed fauor pię cauſæ prępōderat & ſuperat rei
fauorem, c.vlt.de ſent.& re iudicat.nam in dubijs pro reo iudicandum eſt, niſi
24 cauſa ſit fauorabilis, puta † libertatis, dotis, matrimonij, & piæ cauſę, l.inter pa
res, de re iudicat.[n] Iaſon[o] itidem tradidit in præmiſſis ac ſimilibus pulcherri-
25 mam Regulam: † Quando apparent duo teſtamenta vel inſtrumenta eodem
tempore confecta, nec apparet vtrum prius, ſemper præſumendum eſt illud in
ſtrumentum præceſſiſſe, in quo continetur ille actus qui facit vtrumq; valere;
Exemplum; Vnum eſt inſtrumentum teſtamenti filij, alterum eſt emancipatio
nis eiuſdem filij, certè præſumitur emancipationis præceſſiſſe, quia aliter non
poſſet valere teſtamentum filij in patria poteſtate exiſtentis: quam regulam ſe-
cuti ſunt Cyn.Bald.& alij,[p] quid autem in duobus contractibus? quid itidem
in pignoribus à domino, vel à diuerſis non dominis ſit conſtituendum, retuli-
mus ſupra ad Prædicamentum temporis.
26 † Quæritur inſuper, an primum teſtamentum in quo adeſt Clauſula dero-
gatoria, tollatur per ſecundum, & ſic vtri hæredi danda ſit bonorum poſſeſſio?
quam ſanè quæſtionem examinat Iulius Clarus,[q] qui plures caſus pluresue
diſtinctiones refert, & eam deniq; concludere videtur, quod ſi Clauſula dero-
gatoria fuerit concepta ſub aliqua ſpeciali formula, vt puta, nolo quod aliud te

ſtamen-

ſtamentum valeat, quod à me poſtea fieret, niſi in eius principio ſit poſita oratio illa. Pater noſter qui es in cœlis, vel carmen aliquod Virgilij vel Homeri, hoc vſu procedat communis eorum opinio, valere vltimum teſtamentum, dūmodò in eo facta ſit mentio Clauſulæ derogatoriæ; Articulus inquit eſt valde dubius, & poterit, inquit Iudex varijs coniecturis aliquando in vnam, quando que in alteram, opinionem inclinare.[r]

27 Animaduertendum tamen eſt, quod ſi à primo teſtamento vſq; ad ſecundum effluxerint anni decem. Validum erit ſecundum, etiam ſi in eo nulla mentio facta reperiatur Clauſulæ derogatoriæ, quoniam præſumitur in ſecundis tabulis omiſſa, non ex voluntate, ſed potius obliuione, iam lapſu temporis deficiente memoria.[ſ]

28 † Idem iuris, ſi iurauerit velle illud vltimum tantum valere teſtamentum; quoniam iuſiurandum continet vim Clauſulæ derogatoriæ,[t] quare concludūt Iuriſprudentes, vltimam defunctorum voluntatem ſemper eſſe ſeruandam, dū modo iuſta & æqua, non autem malis moribus fuerit deprauata qualis fortaſſe noſtris temporibus videretur ea fuiſſe Nobilis Ludouici Cortuſij Patauini qui corpus ſuum feretro circumferri iuſſit ac ſepeliri præcinentibus fiſtulis ac tibijs, vt retulit Paulus Caſtrenſis, & Scardeonius de viris illuſtribus, in Ludouico Cortuſio ſcriptum reliquit.[u]

29 † Præſcriptio quoq; oppoſita ab aduerſario impedit ne hæres in poſſeſſionem mittatur, quare Bartolus,[x] Decius, Vbaldus, & reliqui triplicem eſſe præ-
30 ſcriptionem arbitrati ſunt; † Vnam fauorabilem, quæ oritur ex fauore pręſcribentis, qualis eſt vſucapio in bonis mobilibus, & per hanc acquiritur dominiū
31 directum, l. traditionibus, C. de pact. l. 1. de vſucap. † Altera eſt præſcriptio odioſa, quæ odio negligentes introducitur, triginta ſcilicet annorum, ex negligētia non petentis, in qua nec titulus, nec bona fides requiritur; hæc inquiūt, nec directum, nec vtile parit dominium, ſed ſolam exceptionem, vt in titulo de exceptionibns, & præſcriptionibus, & de diuerſis ac temporalibus exceptionibus, & in l. ſi quis emptionis, §. quod ſi quis, C. de præſcription. 30. annorum. Tertia verò eſt præſcriptio mixta, quæ oritur ex vtraq; parte fauore poſſidentis & negligentia non petentis, qualis habetur vſucapio decem, vel viginti annorum in rebus immobilibus, inter pręſentes Decennio, inter abſentes Vicennio, & ex ea vt ipſi putant, acquiritur ſolummodo dominium vtile, non autem directum,[y] quorum tamen diſtinctiones veluti inanes ac voluntarias Mynſingerius & alij irrident.[z]

32 † Hinc reſurgit magna illa quæſtio, An ex mixta præſcriptione oriatur dominium directum? Communis eſt Iuris Interpretum opinio, autore etiam Decio, non oriri: nec ex illa 80. annorum; ipſe[a] tamen gloriatur ſuſtinuiſſe Piſis ac Patauij, etiam ex ea oriri directum dominium.

Primò mouetur Inſtitutionum titulo, de vſucapionibus, in illis verbis, vt dominia rerum iuſta cauſa poſſeſſionis præcedente acquirantur, & tam mobilia quam immobilia vſucapiuntur.

Secundò mouetur ratione, vſucapio triennii propter titulum ac bonam fidem parit dominium directum, ergo vſucapio vel præſcriptio decem vel viginti annorum dabit rerum immobilium directum dominium, maximè quin mobilia ac immobilia inibi à Iuſtiniano æquiparentur.

Tertiò, per l. traditionibus, C. de pact. traditionibus, & vſucapionibus rerum dominia acquiruntur; Et hanc Petri Perticenſis opinionē fuiſſe atteſtatur, quā ipſe, quamuis eius fundamenta incaſſum deſtruere conetur, aridè ſecutus eſt.

Petrus igitur ita argumentabatur. Si ex præſcriptione non acquiritur directum dominium, ergo directum dominium præſcribi non poteſt: Conſequens

eſt

eſt falſum, ergo ex conſequentis deſtructione ſequitur deſtructio antecedentis, quo argumentandi genere faſtu tumens gloriabatur Igneus Iureconſultus, nec vniuerſum mundum euitare poſſe huiuſmodi argumentum, proinde acquiri poſſe directum dominium per ipſam præſcriptionem.

Probabat; Nam ſi quis tamquam emphyteuta diuturno tempore ſoluerit mihi centum, directum vtiq; dominium acquirit, l. locum, §. proprietatis, ff. de vſufructu, in illis verbis vſucapio proprietatis, quod etiam Bartolus & Baldus connotarunt.[b]

Decius[c] verò alienæ laudis æmulus, vt ſibi arrogét gloriam, palmamq; ferat; Ego inquit, qui minimus ſum in mundo, ita diſſoluo huiuſmodi argumentum. Dominium directum duplex eſt, vnum quod recognoſcitur ab vtili, quale eſt inter dominum & emphyteutam, ſiue inter locatorem & conductorem, & in hoc procedit conſequens Petri & Ignei, ſed Iuriſconſulti in hac quæſtione locuti ſunt de directo, quod minimè recognoſcitur ab vtili, ſed potius extinguitur ab eo, ita, vt bifariam ſumatur directum & vtile; quam differentiam tradiderunt Accurſius,[d] Bartolus, Alexander, & reliqui; Aſſerit præterea Iuriſconſultos quærere, quando acquiri poſſit directum ac vtile dominium mediante præſcriptione, argumentum verò procedere, quando ſolum directum acquiri poteſt, vt domini emphyteuſis & locutionis.

Nos autem indiſtinctè verum putamus ac ſuſtinemus argumentum & conſequens Petri & Ignei.

Primò præter authoritatem Cuiacij, Duareni, Conani, & aliorum probatur in l. ſi quis emptiones, C. de præſcript. 30. annor. Si quis emptiones, donationes, vel alterius cuiuſcunq; contractus titulo rem aliquam bona fide per decẽ vel viginti annos poſſederit, & fortuito caſu eam perdiderit, poterit rem vendicare actione rei vendicationis, ergo habet directum dominium; quid apertius? l. in rem actio, l. qui petitorio, ff. de rei vendicat. & hoc non recognoſcitur nec diſtinguitur ab vtili.

Secundò probatur in eadem l. ſi quis emptiones, in §. ſi quis eam rem deſierit poſſidere, cuius dominus exceptione 30. vel 40. annorum expulſus eſt, ſi ab initio habuerit bonam fidem, ius habebit vendicandi, ſin autem mala fide ſolum commodum detentionis ſibi acquiſiuit, ergo in præſcriptione etiam 30. vel 40. anno. accedente bona fide res vendicantur, ergo præbet dominium directum, & deficiente bona fide, elargitur detentionem tantum.

Tertiò in Auth. niſi tricennale, C. de bon. matern. filijs rem ſuam vendicantibus, nemo poteſt excipere, niſi tricennale tempus tranſeat, quo poſſeſſor dominus fit, & detentio accipientes dominos facit, ergo dominium directum acquiritur tricennali tempore, nempè 30. ann. preſcriptione, quare male notarũt inſurgere ſolum vtile dominium.

Quartò vrget l. 1. de vſucap. Bono publico fuit introducta vſucapio, ne dominia rerum incerta eſſent, ergo directa, l. 1. §. qui in perpetuũ, ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet.

Quintò, quoniam vt Modeſtinus ibidem in l. 3. inquit, vſucapio & acquiſitio vel adiectio dominij per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti acquiritur.

Sextò Vlpianus in fragmentis de rebus mancipi, nec mancipi, vſucapione inquit dominia adipiſcimur tam mancipi rerum, quam nec mancipi; Vſucapio autem eſt dominij adeptio per continuationem poſſeſſionis temporis à lege definiti, ergo directi dominij.

Quare Baldus[e] etiam profeſſus eſt ex præſcriptione acquiri directum dominium, ſi præſcribatur contra dominum ſcientem ac patientem: nam ex illo

conſenſu oritur directum dominium,& ità limitabat communem ſententiam, aduerſus quam nos quoq; huiuſmodi ſuſtinemus theorema.

Vnus autem ſtudioſus amicus meus obijciebat ſibi videri argumentum Petri petitione principij peccare,ſed neutiquam peccat: Ecce.

Quod non acquiritur per vſucapionem vel præſcriptionem, non poteſt vſucapi vel præſcribi,§.furtiuæ,quoq; res,& §.res fiſci,de vſucap.

Sed dominium directum acquiritur per vſucapionem vel præſcriptionem, vt ſuprà probatum fuit,

Ergo poteſt vſucapi vel præſcribi. Vel ſic.

Omnia dominia omniaq; iura poſſunt vſucapi,vel præſcribi,

Sed directum eſt ius,& eſt dominium,

Ergo directum poteſt vſucapi vel præſcribi.

Nec idē per idem prædicatur,ſed ſuperiora genera de inferioribus, & aliud eſt vſucapio vel præſcriptio,& aliud ius,vel dominium,quod per eas acquirimus, quemadmodum egregiè Modeſtinus,& Vlpianus eorum definitionibus declararunt.

33 †Hinc Iuriſconſulti , quos ſupra retuli , aliiq; nonnullos deduxerunt iuris effectus vel vtilitates. quorum

Primus eſt,quod vbi remanſerit dominium aliquod naturale directum, ſequitur,quod dominus ille primus,contra quem præſcribitur, poſſit contra tertios poſſeſſores rei vendicatione agere,tametſi non contra eum qui pręſcripſit, & id naturale dominium appellant directum,ergo inferunt quod præſcribenti acquiritur vtile dominium.

34 †Secundus eſt,quia vbi res poſſeſſa peruenit ad primum dominum, contra quem quis præſcripſerat, tunc ſi ille qui pręſcripſerat habuerit dominium vtile,quia 30.ann.ſine titulo cum bona fide poſſedit,hic qui præſcripſit,non poteſt rem vendicare ab ipſo domino , licèt ab alijs vendicet poſſeſſoribus quaſi innuāt,quod ille met vendicaret cōtra primū dominū,ſi haberet dominiū directū,& ſic variæ inductiones,& varia ſenſa leguntur in d.l.ſi quis emptionis, & in gloſſematis.Et hæc eſt vtilitas quæſtionis non ſpernenda; & Punctus eſt,an hoc dominium quod acquiritur per ipſam præſcriptionem ſit ſemper vtile,an verò directum etiam, vt nos ſupra aduerſus cōmunem ſententiā ſuſtinuimus. Vtilitas ergo ſecūdum eos eſt, quod cum poſſeſſio & dominium poſſit peruenire ad alienas manus,& etiam reuerti ad primum dominum,ille qui habuerit vtile dominium ſuperabitur ab illo qui tenet dominium directum,quia fortius ac potentius.

AD CAP. I.

a Dec.& alij in l.vlt.C.de edict.Diui Adrian.toll.
b L.ſi ſorori,C.de iure deliber.vbi Alexand.
c Bart.in l.omnes populi,nu.60.de iuſtit.& iure.Dec.in d.l.vlt.num.4.
d Dec.ibidem.num.7.
e Cautio tradita à Speculatore,in tit.de petit.& poſſeſſ.col.penult.nota tamen diligenter,& Abb. in c.licet cauſam,de probation.
f Aretin.in d.c.licet cauſam, de probation.
g Alex.in l.ſi de ea,de acquir.poſſeſſ.
h Alex.in l.quoties,C.de hæred.inſtit.num.45.
i Dec.ibidem,num.23.Caſtr.num.7.
K Gloſſ.& Dec in d.l.vlt.num.52.
l Roman.in Authen.Similiter,C.ad leg.Falcid.& ſingul.12. Abb.in c.ex parte,de cenſ.Bart.in l. quæ conditio,§.cum ita,de cond.& demon. & ſi duæ ſint piæ cauſæ, ſuſtinetur in maiori,§. ſi quis in nomine.§.ſi quis autem,Auth.de Eccleſiaſt.tit.Cyn.in l.cum multæ, q.vlt.C.de donat.ante nupt.

m Dec.

m Dec.in d.l. vltim.num.54.
n Roman.& alij,vt ſupra.
o Iaſon,num.32.in d.l. vlt.
p Bald.Cyn.& alij,in l.cum teſtamento,§.hæc verba,de hæred.inſtit. per illum text. Alex.in l.diuortio,col.4.ff.ſoluto matrimo.
q Clarus in §.teſtamentum,quæſt.119.
r Socin.in l.ſi mihi & tibi,§.in legatis,num.9.de legat.1.
ſ Bald.in l.ſancimus,num.6.C.de teſtam. Pariſ.conſ.10.num.17.lib.3. Didac.in 2.part.de teſtamen.num.19.
t Bald.in d.§.ſancimus,C.de teſtamen.
u Paul.Caſtrenſ.in l.quidam in ſuo,de condit.inſtitu.Simile in l.ſi quis inquilinos,cum l.ſequen.§.vlt.de legat.1.
x Bart.& Dec.in d.l.ult.num.1.& Vbaldus de præſcript.in 3.par.ult.in 4.quæſt.
y Tradunt omnes in Auth.Niſi tricenuale,C.de bon.mater. Dyn.in Regula poſſeſſor,de regul.iur.in 6.Bart.in l.3.de uſucapion.
z Mynſingerius & Eguinarius Baro,in tit. Inſtit.de uſucapion.
a Dec.in d.l.ult.C.de edict.diui Adrian.tollen.
b Bartol.in l.litibus,per illum text.C.de agricol.& cenſ.lib.11.Bald.in l.1.C.de fideicommiſ.nume.15.& ſeq.
c Dec.in d.l.ultim.
d Gloſſ.in l.3.§.ex pluribus,de acquir.poſſeſſ.ubi Alex.& alij, & in l.ſi quis ui,§.differentia,nu.5.6.de acquir.poſſeſſ.
e Bald.in d.Auth.niſi tricennale,in fine,C.de bonis matern.

S V M M A R I A.

1 Legata & fideicommiſſa, aut adhuc pendent in conditione, aut pura iam ſunt effecta.

2 Agere non valenti præſcriptio nulla præiudiciũ aliquod adferre poteſt, niſi per eum amotio impedimenti fieri poſſit.

3 Conditione fideicommiſſaria iam purificata an poſſit contra fideicommiſſarium currere præſcriptio.

4 Præſcriptione 30.vel 40.annorum actiones omnes auferri ſolent.

5 Grauatus legata reſtituere & fideicommiſſa, & non ea reſtituens ob id malæ fidei non dicitur eis antea nequaquam agnitis.

Et quid in eo qui teſtamentum occultarit, vel hæredem non monuerit, nu.7.

6 Iura multa nobis nequaquam acquiruntur niſi animi declaratio acceſſerit.

8 Poſſeſſor ab alio cauſam habens quam à grauato, nũ longi temporis ſpatio legata, ſeu purè, in diem, vel ſub conditione relicta ſibi præſcribat.

9 Tempus longiſſimum præſcriptionis 30. vel 40.annor. titulum ad ſui curſum nullum requirit.

10 Bonorum poſſeſſor habens cauſam ab alio quam grauato, longi temporis ſpacio aduerſus legatarium vel fideicommiſſarium præſcribit ſecundum communem opinionem.

11 Et in ſequente in gradu fideicommiſſi, prima præſcriptione expleta, alia longi temporis præſcriptio eſt neceſſaria.

12 Pactum recuperandi rem venditam quandocunque an tollatur præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum, & communi opinione affirmatiua comprobatur.

Sed contrarium tenuerunt multi non contemnendi nominis Doctores, hoc ſcilicet pactum non præſcribi, ſed pacto præſcriptionem elidi, nu.13.

Et authoris ſententiam, & rationes communis opinionis argumenta eneruantes, vide num.14.& 15.

An Legata & Fideicommiſſa præſcribantur; Et an pactum quandocunq; recuperandi extinguatur præſcriptione 30. vel 40. annor. *Cap. II.*

QVEMADMODVM Venatorem prȩda per ſaltus & per de
uia loca recto tramite derelicto tranſire, venarique cogit,
ſic ego vſucapionis vtilitate allectus, non poſſum, quin lega
ta & fideicommiſſa in præſcriptionibus quæram, & an pa-
ctum quandocunque redimendi tollatur annis 30. vel 40.
Et quamuis hæc à ſubiecta materia partim errabunda pri-
ma fronte videantur, non tamen omnino tota errant via, quandoquidem ius of
ferendi non modo cedi, verumetiam iure legati vel fideicōmiſſi à teſtatoribus
1 relinqui ſæpè videamus. † Legata igitur & fideicommiſſa, aut adhuc pendent
in conditione, aut pura iam facta ſunt. Primo caſu, ſi nondum ceſſit dies, clarè
2 patet, ea non poſſe præſcribi; quia † nequeunti agere nulla currit præſcriptio,
l. 1. C. de anna. præſcript. l. in rebus, §. omnes, C. de iure dot. quinimò, nec cen-
tenaria, nec millenaria, vt conſulebat Natta, [a] niſi tamen fuerit impedimētum
3 quod ab agente potuerit amoueri.[b] † Secundo verò caſu iam purificata con-
ditione, quamuis ab omni præſcriptione prorſus immunes ac liberi videātur
legatarij & fideicommiſſarij, propter Iuſtiniani ſanctionem in l. vlt. §. vlt. C. com
mu. de legat. & fideicom. in illis verbis, (vt nec vſucapio, nec longi tēporis præ
ſcriptio contra legatarium vel fideicommiſſarium procedat.) attamen Iuris In
terpretes communiter diſtinxerunt, aliud iuris eſſe in longi temporis, nempè
10. vel 20. ann. & aliud in longioris ſpacij 30. vel 40. præſcriptione; Diuerſum
præterea ſtatuunt in hærede vel in grauato, ſiue cauſam habente à grauato, &
aliud in his quæ præſeferunt titulum, & iura ab aliis quam ab hærede.

Quare ſtatuunt concluſionem, hæredem, aliumve grauatum, non quidē lon
go tempore decennali, vel vincennali. Verum longiori 30. vel 40. præſcribere
4 aduerſus legatarium & fideicōmiſſarium, ea ratione, quod † tanta præſcriptio
tollat omnes actiones cuiuſcunq; generis, l. omnes, C. de præſcrip. 30. ann. & l.
5 ſi quis emptionis, C. eod. Quinetiam addunt, † hæredem legata & fideicommiſ
ſa minimè dantem, vel reſtituentem, non verſari in mala fide, ſi nūquam agno-
6 uerit legata & fideicommiſſa; Enimuerò † quædam iura eſſe putant, quæ nobis
non acquiruntur, niſi facta animi declaratione, qualia in emphyteuſi, in legatis
& fideicommiſſis haberi exiſtimant,[c] quod etiam ab vltimis voluntatibus non-
nulli [d] audacter ad contractus, ad pactum ſcilicèt redimendi protrahere cona-
7 ti ſunt, de quibus inferius nobis erit agendum. † Niſi tamen hæres culpam oc-
cultando teſtamentum, nec legatarios admonendo commiſiſſet, neq; enim poſ
ſet præſcribere, vt rectè conſuluit Cumanus.[e]

8. Hinc etiam aiunt, † poſſeſſorem habentem cauſam ab hærede grauato, non
prȩſcribere rem legatā vel fideicōmiſſam, ſiue puræ, ſiue in diem, uel ſub condi
tione relicta fuerit, non præſcribere inquàm ſpacio longi temporis ſupra me
morati, quia in hoc requiritur titulus & bona fides,[f] l. lōgi temporis, C. de præ
ſcript. long. temp. ſed, titulus ille iam inanis & inualidus factus eſt ab ea lege Iu
9 ſtiniani, quare inferunt † quod poterit præſcribere longiſſimo tempore 30. vel
40. ann. quod ea præſcriptio titulo non indigeat, l. cum notiſſimi, l. omnes, C.
eod. quemadmodum teſtantur etiam Fulgoſius & Paulus in ipſa lege Iuſtinia-
ni. Sed Iuſtinianus indiſtinctè iuſſit, & omnem vſucapionem ac longi tempo-
ris præſcriptionem abſtulit; & hypothecam ac venditionem omnem pro non

ſcriptis,

ſcriptis, & infectis habere voluit;ecquam tandem longi temporis præſcriptionem vltrà vſucapionem potuit arcere & remouere,niſi 30.vel 40.annor.

10 Præterea † concludunt poſſeſſorem habentem titulum,ac ius ab alio quam ab hærede grauato,præſcribere aduerſus fideicommiſſarium ſpacio longi temporis,[g] quia titulus non eſt reiectus nec improbatus à lege, vt ibidem communiter omnes firmare videntur.Hæc etiam concluſio, quamuis communiter recepta,non omninò tuta,ſed periculoſa videtur, nimium recedens à clariſſimis verbis Iuſtiniani;(vt nec vſucapio, nec longi temporis præſcriptio contra legatarium vel fideicommiſſarium procedat,) accedat,quòd venditio,vel hypotheca inanis & irrita à Iuſtiniano facta eſt,dum ait,& ſic intelligenda eſt, quaſi nec ſcripta,nec penitus fuerit celebrata;quare id verum intelligendum eſt,quando poſſeſſor non habuit cauſam à grauato,nec ab eius vices gerẽte.[h] Animaduer-

11 tendum eſt† etiam,præſcriptionem fluere non incipere contra ſequentem in gradu fideicommiſſi, niſi cum prior in gradu expleta præſcriptione fuerit excluſus,vt Alciatus[i] cenſuit,& ratio ſuadet, quod nequeunti agere non currat præſcriptio. Verum enimuerò ſatis rigida ac dura videntur, hæc omnia,vt ſupra diſtincta, ſi ad germana legis ſenſa referantur: ſunt tamen à ſummis viris communiter tradita,recepta,ac celebrata.

12 Supereſt† modo ab itinere etiam trito aliquantulum diſcedentes, & præſcriptionum latebras haud ſecùs, ac ferarum ſaltus aſſidua indagine cingentes videamus, An pactum quandocunque recuperãdi tollatur præſcriptione triginta vel quadraginta annorum.Species proponitur:Titius vendidit fundum Mæuio aureis quingentis pacto incontinenti adhibito,quod ipſe venditor eiuſque hæredes,poſſint ſemper,quandocunq;,vel in perpetuum recuperare fundum, reſtituto ac numerato eodẽ precio venditori; Titius elapſis annis triginta vult fundum redimere,Mæuius obijcit eum non poſſe, quia pactum quandocunq; redimẽdi eſt iam ſublatum, id eſt præſcriptione annorum triginta extinctum; Vtilis & frequentiſſima quæſtio.

In qua diu floruit, & adhuc viget communis opinio, huiuſmodi pacto non tolli,nec impediri præſcriptionem,quinimò pactum ea præſcriptione perimi, cuius anteſignani autores habentur Angelus, [k] Petrus Ancharanus, Bartolus, Baldus,& reliqui,quorum argumenta talia ſunt.

Primum;Omne ius & omnis actio cuiuſcunq; generis tollitur præſcriptione triginta,vel quadraginta annorum, ergo hoc pactum recuperandi quandocunque , & omnis actio ex eius contractu eadem præſcriptione extinguitur,l. ſicut,l.omnis,totoque titulo,C.de præſcript.30.vel 40.annor.

Secundò; Infinitas in iure ciuili eſt euitanda , nec vnquam admittenda, l.ſi quis vim,§.vlt.de peric.& commod.rei vend.l.qui bona fide, in fine,de damn. infect. ne quis remaneat infinito æternoque tempore obligatus. Sed hæc verba,ſemper,quandocunq;, in perpetuum,in infinitum, non obſtante quacunq; præſcriptione,& ſimilia,continent tempus infinitum, vt patet ex eorum ſignificatione,ergo non ſunt in infinitum permittenda, ſed præſcriptione lõgi temporis claudenda.

Tertiò confirmatur;Quoniam in omni actu illæ dictiones, ſemper,quandocunque,in perpetuum,reſtringuntur ad ſubiectam materiam in qua ſunt poſitæ,ac ſm naturam illius actus vel contractus, vt extinguantur, quando actio illius contractus præſcribitur:vt etiã ad improprietatem reducãtur,l.ſi vno,ff.locat.probatur quandocunque in c.1.in titul. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ,probatur in perpetuum,in l.prætor ait, §.hoc interdictum perpetuò datur,de oper.noui nuncia.probatur ſemper,vt reſtringitur,ne excedat annos triginta præſcriptionis,l.in rebus, §.omnes, C.de iure dot.& dotis cauſa ſem-

per

per & vbique præcipua eſt,l.1.ff.ſolut.matrim.vt aliquando ad annos triginta interdum ad quadraginta,quandoque ad breuiora tempora reſtringatur.Inſtitution.De perpetuis ac temporalibus actionibus.

Quartò,Nemo poteſt renunciare huic præſcriptioni lõgi temporis, quoniã fuit introducta principaliter ob bonum publicum, & in odium negligentis,l.j. de vſucap.l.paciſci,l.ius publicum,de pact.l.quod de bonis,§.1.ad leg.Falcid. hæc fuit opinio Bart.[l] quamplurimi ſecuti ſunt,ſed hæc præſcriptio eſt huiuſmodi,ergo non poteſt pacto impediri nedum tolli,etiamſi appoſita fuiſſent illa verba,nulla temporis præſcriptione obſtante.[m]

Quintò,Contrahentes præſumuntur contraxiſſe ſalua præſcriptione, nec ignorare leges,qui iubent omnia longi temporis præſcriptione extingui,l.leges ſacratiſſimæ,vbi Baldus,C.de legibus,quod ſi animum,& ex animo conuentionem habuerunt contra præſcriptionem & leges , eorum intentio non erit ſeruanda , vtpotè, quæ iuri publico ſit contraria , d.l.paciſci , d.l.ius publicum , de pactis.

Sextò , vt tela inimica euitent,aſſeuerant venditorem præſcripſiſſe bona fide, nec pactum huiuſmodi quandocunq; recuperandi potuiſse vnquam eum conſtituere in mala fide,& inanem reddere præſcriptionem:probant,eo quod ipſe venditor nunquam declarauit animum ſuum,velle ſcilicèt redimere fundum:nam poſt huiuſmodi declarationem ante finitam præſcriptionem emerſiſset vtique mala fides: quare cum emptor viderit uenditorem ſemper negligentem,nec fundum recuperare curantem,poſſidet bona fide,[n] haud ſecùs ac hæres,qui rem legatarii bona fide præſcribit,ſi legatarius negligens fuerit,nec legatum agnoſcere curauerit , [o] & ſic talem negligentiam aſcribunt ipſi uenditori .

Septimò,Iuri offerendi,ac iuri adeundi,ac immiſcendi præſcribitur, maximè ſi in caſu iuris offerẽdi nata ſit obligatio & actio, ut apud omnes, in l.cum notiſſimi,§.ſed cum illud,C.de præſcript.30.uel 40.ann.& in l.pignoris, de uſucapio.ac in l.licet, C.de iure deliber. [p] ergo & pactum quandocunque redimendi,& poteſtas illa recuperandi poteſt præſcribi.

13 † Contra hanc tamen communem ſententiam, quod imò hoc pactum non præſcribatur,ſed præſcriptio pacto illidatur,affirmarunt Crotus, Fabianus de monte S.Sabini,Franciſcus Zanchus , Paulus Pariſius, & Andreas Siculus, [q] aliiq; qui rationibus his inniti videntur. Et Venetos vidi æquitatem ac mentẽ contrahentium ſecutos,in eorum grauiſſimis conſiliis ita iudicaſſe.

Primò Argumentationem deducunt à l.quod ſi nolit,§.ſi quid ita,ff.de ædilic.edicto. Pactum inibi valet quandocunq; & in perpetuum cõtra legem,quę ſpacium 60. dierum præſcripſerat , ergo & hoc pactum contra legem præſcriptionis valere debet;quare Baldus ibidem animaduertit,pactum hominis valere contra præſcriptionem legis; idemq; ſentierũt Angelus,& Imola. in l.1.de vſucapionib. & Baldus in l.vnica, C.de ſentent.quæ pro eo quod inter col.6. Non obſtat quod illud tempus perpetuum debeat intelligi vſq; ad annos 40. nam hæc interpretatio contraria vtiq; foret menti contrahentium, quæ omnino obſeruanda eſt,l.ſemper in ſtipulationibus, de regul.iur.l. 1.§.ſi conueniat, ff.depoſ.l.vlt. C.quæ res pign.oblig. Nec obiiciatur hanc eſſe præſcriptionem odioſam,illam verò fauorabilem: nam talia reiecta fuerunt à nobis in cap.præcedenti; Nec obſtat quod dictio (quandocunq;) debeat intelligi intra quadraginta annos,nam tum ſumeretur pariter interpretatio contra mentem contrahentium . Præterea,ita reſpondere eſt petere principium , ergo reſponſio vana.

Secundò ex l.2.C.de pact.inter empt. & vendit. Si parentes tui vẽdiderint

ea

ea lege, vt ſiue ipſi, ſiue hæredes eorum emptori precium quandocunq; vel intra certa tempora obtuliſſent, reſtitueretur, vt contractus, ſeruitus, actio præſcriptis verbis, vel ex vendito ſibi dabitur;

Perpendo verbum hæredibus, quod denotat infinitatem, perpendo quandocunq; dictionem comparatam ad limitata tempora; Ecquis poterit ſine cauillo huic argumento reſpondere, vrget emphaſis verborũ legis; Vel ſic argumentemur à commutata proportione. Vt ſe habet finitum ad finitum, ita infinitum ad infinitum, ſi dari poſſunt, & vt finitum ſe habet ad infinitum, ita infinitum ad finitum, & nomen hæredis tranſit in infinitum, l. vlt. C. de verb. ſignif. l. in annalibus, C. de leg. §. vlt. C. de hæred. inſtit.

Tertiò, malæ fidei poſſeſſor nec æterno quidem tempore poteſt præſcribere, c. vlt. de præſcript. maximè de iure Canonico, cui ſtandum eſt, cum agatur materia peccati, omnes in c. poſſeſſor, de regul. iur. in 6. & in d. c. vlt. de præſcription. ſed emptor conſtitutus eſt in mala fide, ſi putat poſſidendo infringere fidem datam, ac pacta conuenta, nihil enim tam graue, quam fidem fallere, & nihil tam congruum humanæ fidei, quam ea quæ placuerunt inter eos ſeruare, §. 1. de pact. neq; enim tenet, nec poſſidet rem niſi cum onere eam quandocunque reſtituendi, vt pacto conuenit.

Nec obſtat quod non poſſit eſſe malæ fidei poſſeſſor, quouſq; tandem venditor non denunciauerit, ac precium obtulerit: nam ſi dies ſola interpellat pro homine, & moram inducit, l. magnam, C. de contrahend. & commit. ſtipul. quãto magis totus contractus, totaque illa dies, vel tempus illud infinitum poterit extendere hanc poteſtatem pacti recuperandi vltra fatalia præſcriptionis?

Quartò, data communi opinione ſequeretur venditorem deceptum fuiſſe ab emptore, qui ſine hoc pacto non vendidiſſet, l. 1. §. magiſtrum autem, ff. de exercit. actione, quinimò, contra intentionem cõtrahentium qui legem contractui ſuo ponere potuerunt, l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſit. & actus agentium non debet operari contra intentionem agentium, l. non omnis, ff. de reb. credit.

Nec officit ſiquis obiiciat, neminem decipi, quoties conuentiones moderantur ſecundum leges, enimuerò nulla eſt lex quę reſiſtat quominus pactum hoc perpetuò redimendi fieri poſſit, quæq; vetet, ne pacto tolli poſſit præſcriptio, & inſpecta mente contrahentium venditor vtriq; deceptus eſſet; quę ſanè mens etiam in contractibus verbis eſt præferenda, d. l. vlt. C. quę res pign. oblig. poſſ. l. ſemper in ſtipulationibus, de reg. iur.

Quintò, toties admittitur infinitas in iure ciuili, in contractib. in ultimis uoluntatib. & in aliis, quoties ſubiecta materia id patitur, & recipere poteſt, ac ex pacto contrahentium, l. cum habere columnam, de ſeruit. vrb. præd. l. ſi ita ſtipulatus à Seio fuero, ff. de fideiuſſ. quãtam pecuniam Titio credidero dare ſpõdes, & l. in annalibus, C. de leg. l. vlt. C. de hæred. inſtit. Nec quidquam urget ꝙ propter bonum publicum ſit introducta præſcriptio, & ideo ei renunciari nõ poſſit; hoc ſiquidem non eſt bonum principaliter publicum, ſed principaliter priuatum, & ſecundariò publicum, cui renunciari poſſe patet in l. 1. de uſucap. in illis uerbis: ne quarundam rerum incertum dominium eſset, quæ ſanè res, quæuè dominia ſunt priuatorum, ergo uerior eſt doctrina Dyni contra Bartolum, & conſectaneos, præſcriptioni renunciari poſſe, quod etiam communiter receptum eſſe teſtantur Bononienſes, in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. quinetiam inquiunt, quinquaginta in acie ſtare armatos pro ſententia Dyni, & quinquaginta nec inermes pro opinione Bartoli, & utramque partem, ſuam nuncupare magis communem opinionem, ut articulus ſit penè indiſſolubilis.

Sextò præſcriptio 30. uel 40. annor. introducta fuit (ut omnes conueniunt) propter negligentiam, & deſidiam eorum qui petere non curant res ſuas, ſed

hæc

hæc negligentia, ſiue deſidia venditori attribui non poteſt, quoniam tutus eſt pacto quandocunq; recuperandi, ſicut qui largitus eſt tempus alicui ad ſoluẽdum, antequam labatur illud tempus, non poteſt eſſe negligens, & quia verſatur quæſtio in contractib. in quibus attentis verbis nulla datur negligentia, & pactum huiuſmodi eſt valdè fauorabile, quoniam res ipſa reuertitur ad priſtinum eius ſtatum atq; ad primum dominum ſuum, l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, ergo obijci non poteſt venditorem negligentem fuiſſe, vtpotè, cum non obtulerit precium infra tempus fatalium, & in caſu noſtro ceſſat præſcriptionis ratio, ne dominia rerum incerta forent, l. 1, de vſucap. nam hic dominium eſt certiſſimum vigore pacti, & contractus, ergo nulla obſtat præſcriptio.

14 Hæc mihi † ſemper ſolidiora, & æquiora viſa ſunt argumenta, quamobrem in hanc ſententiam inclinans, exiſtimo deducta pro communi minimè vrgere.

Primum igitur argumentum non obſtat; Omnis actio, omneque ius præſcriptione tollitur, ergo & huiuſmodi pactum; Negatur conſequentia, quoniã pactum initum eſt contra præſcriptionem, & poteſt eam tollere, iura autem illa & actiones non nituntur contra præſcriptionem, ſed loquuntur, quando nullũ eſt pactum contra præſcriptionem; Proinde multi Iureconſulti à Felino, & à Pariſio relati [r] tenuerunt pacto præſcriptionem tolli, & Bonon. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. exclamant articulum eſſe inſolutum, & huiuſmodi quoq; opinionem communiter eſſe receptam.

Non ſecundum de infinitate, namque ea in multis admittitur, potiſſimum in hoc pacto, vt ſupra in quinto argumento deduximus.

Ad tertium dictiones illæ: (ſemper, quandocunque, in infinitum) reguntur quidem ſecundum ſubiectam materiam, ita, vt in prẹſcriptione prolatę à lege, vel legiſlatore, non extenduntur vltra 30. vel 40. annos, attamen prolatæ ab homine, vel in alia materia etiam à lege protrahuntur in infinitum, qualis fuit cõtrahentium voluntas, d. l. quod ſi nolit, §. ſi quid ita, de ædil. edicto, & ita firmãt Bal. Paul. Pariſ. Andreas Sic. & reliqui.[f]

Ad quartum negatur maior, imò quilibet poteſt præſcriptioni renunciare, quoniam non eſt vera Bart. ratio quod fuerit principaliter introducta propter publicam vtilitatem, imò ob priuatam principaliter, ne ſcilicet dominia rerum ſint incerta, deinde ob publicam, vt firmant Angel.[t] Imola, Alex. Bald. & cæteri, ideo ei renunciari poteſt, vt ſimile habetur in l. 1. ff. ſol. matrim. & ratione l. 1. ff. de vſucap. ne ſcilicet dominia rerum ſint incerta, concernunt principaliter vtilitatem priuatam, patet: nam dominia illa, & res ſunt ciuium priuatorũ, & illa ratio incertitudinis ceſſat in quæſtione huius pacti recuperandi, ergo deficit etiam ipſius legis diſpoſitio.

Quintum non officit: nam egregiè retorquetur quod imò patet contrahentes pepegiſſe contra præſcriptionem, vel non obſtante præſcriptione, idque fauore l. 2. C. de pactis inter empt. & vẽd. & iuribus ſuprà adductis; quare nõ eſt nobis confugiendum ad præſumptiones, cum in claris coniecturis non ſit neceſſe, l. continuus, §. cum ita, de verb. oblig.

Sextum etiam ſubuertitur: quoniam pactum illud quandocunq; conſtituit emptorem in mala fide, vt probauimus in tertio argumento; Nec obſtat quod hæres præſcribat non agnoſcente legatum legatario, nam legatario nullum ius, nullaq; actio competit ſi non agnoſcat, quę ſi ſibi competeret, hæres cum mala fide prẹſcribere non poſſet, ſed venditori actio competit, & orta eſt obligatio & actio, ceſſitq; dies quæ emptorem reſtituere recuſantem, oſtendunt ab initio quoq; malæ fidei poſſeſſorem nequeuntem contra huiuſmodi pactum præſcribere, ſed hæres legatario non agnoſcente legatum, nullaq; orta actione facilè ſibi perſuadere potuit legatarium repudiaſſe, nolleuè amplius agnoſcere, & ſic

con-

conſulendo reſpõdebat Pariſ. vt nullo modo poſſit à diuerſis inferri, l. Papinianus exuli, ff. de minor. & in contractib. animus contrahentium iam declaratus eſt, vt nulla indigeat declaratione ad ſuſcitandam obligationem, vel actionem, l. Labeo, §. contractum, de verb. ſignif. §. 1. de oblig. propterea legatario ius eſt informe, & nondum plenè cognitum, vel acquiſitum, cum nondum agnouerit legatum, & agitur de lucro captando, ſed venditori eſt plenè acquiſitum vigore pacti, & quod conuentum fuit contra præſcriptionem in cõtractu oneroſo, ergo ius non erit de vno, ad alterum inferendi, ergo emptor eſt vtiq; malæ fidei poſſeſſor, vt vt res ſeſe habeat in legatario.

Septimũ deniq; non obſtat, quod ius offerendi, & adeundi præſcribatur: nã iura non intendunt vires ſuas contra præſcriptionem, quemadmodum intẽdit hoc pactum quod, etiam poteſt præſcriptionem tollere, vt ſupra probauimus, quare Angelus [u] ineptum eſſe putauit, quærere, an iuri offerendi pręſcribatur, in quo non oritur actio niſi facta oblatione, l. cum notiſſimi, vbi Gloſ. C. de pręſcription. 30. ann. ſed hic in contractu, & pacto ſtatim orta eſt obligatio, & actio, &c.

15 Quare † ad vltimam huius quæſtionis reſolutionem deſcendens, dico articulum eſſe quidem controuerſum, num pacto tollatur præſcriptio: Sed veriorem eſſe ſententiam, pacto tolli, & impediri, vtpotè quæ introducta eſt primum ob priuatorum vtilitatem, inuēta Dyni opinionem, quam communiter etiam pleriq; ſequuti ſunt, dein ob publicam; ſed admittamus quoq; pacto præſcriptionem illudi & præſcribi, non propterea præſcribet emptor in hoc caſu contra venditorem, quia vt præſcriptio valeat, neceſſario exigitur bona fides, cum hic agatur de materia peccati, quinetiam à lege requiritur negligentia uenditoris non petentis, vt ſupra probauimus; ſed nec bona fides poteſt adeſſe emptori aduerſus placita in contractu, nec negligentia abſcribi poteſt venditori quod hucuſq; non petierit, cum pactum adiecerit, quandocumq; & in perpetuum petendi, & inſuper ceſſat hic ratio præſcriptionis, ne dominia rerum ſint incerta. Quare ex his conſtat ſententiam communem auctoritate, põpa, ac numero plurium armatam quidem eſſe, aduerſam autem opinionem longè ſolidioribus, ac verioribus ſuffultam rationibus: ſi talis tamen apparet mens contrahentium, ſecùs in rè dubia.

AD CAP. II.

a Natta conſ. 437. nu. 5.

b Bart. in l. 3. de cõtr. iud. tut. l. ſed etſi per prætorem, §. 1. ff. quibus ex cauſ. maior. Bald. de præſcript. in §. pactis, 6. partis princip. nu. 23.

c Anchar. in c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. l. 2. C. de iure emphyt. notatur in l. cum pater, §. ſurdo, de leg. 3. Soc. in l. 1. §. ſed & quoties, ad Trebell. Ripa in l. 1. nu. 50. de leg. 1. Bald. conſ. 224. in 5. Dec. conſ. 554. Bald. de præſcript. in 4. parte 5. partis princip. quæſt. 3. nu. 8. & in 5. eiuſdem §. num. 32.

d Socin. iun. conſ. 145. nu. 65. in 1.

e Cuman. reſp. 147. nu. 3. Dec. in c. Eccleſia Sanctę Mariæ, nu. 30. de conſtitut.

f Bald. & alij, in l. longi temporis, per illum textum, C. de præſcription. longi temp. & conſ. 450. in 4.

g Alex. conſ. 101. nu. 23. in 7. Rol. à Valle reſp. 3. nu. 86. vol. 1.

h Bal. in l. 2. in fine, C. de vſucap. pro empt.

i Alciat. conſ. 544. nu. 15. Petra de fideicom. quæſt. 14. nu. 205.

K Angel. conſ. 55. Anch. conſ. 331. & in c. ſine poſſeſſione, de regu. iur. in 6. Bald. conſ. 304. volu. 1. Bar. & reliqui, in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1.

l Bart. in d. l. nemo poteſt, de leg. 1. nu. 22.

m Angel. conſ. 55. Anchar. conſ. 322. Viſis diligenter actis.

n Decius in l. petens, nu. 7. C. de pactis, Anchar. in c. ſine poſſeſſ. de regul. iur. in 6. Pariſ. conſ. 7. col. pen. libr. 1. Dec. conſ. 555. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. nu. 79. Bal. de præ

ſcript.in 2.parte, 3.partis princip.quæſt. 13. col.fin.& in 4.parte, 5.partis princip.quæſt.3.in fine.

o Socin.iun.reſp.145.nu.72. Anchar.& Cagn.vbi ſuprà.

p Bar.Salic.& alij, in l.cum notiſſimi,§.ſed cum illud, C.de præſcript.30.ann. Bar.& Caſtr.in l. pignori, de viucap.Soc.d.conſ.145.nu.42. Aret.in §.actionum,de action. Bal.de pręſcript.4. par.5.part.princip.q.2. & pacto fieri poteſt ne currat præſcriptio, Bal.in l.vnica, C.de ſent. quæ pro eo.col.6. Imol.in l.1.de vſucap. pleriq; in l.nemo poteſt, de leg.1. poſt Dyn.relati à Bologn.in d.l.nemo,nu.209.qui communem appellan.

q Crotus in l.nemo poteſt,de leg.1.Fabian.in tract.de empt.& vendit.Zanetus in l.2.C.de pact. inter empt.& vend.Pariſ.conſ.92.vol.3. Andr.Sicul.reſp.51.vol.1.

r Felin.in rubr.de præſcript.Pariſ.d.conſ.92.nu.42.& 43.vol.3.

ſ Pariſ.vbi ſuprà,nu.42. Andr.Sicul.d.conſ.51.nu.7.vol.1.adducit Bal.in c.1.de cap. Corrad.vbi expreſsè ita diſtinguit.

t Angel. Imola,& Alex. in d.l.nemo poteſt, Bald.de præſcript.in 5.par.5.partis princip.quæſt.6. nu.2.

u Angel.d.conſ.55.

S V M M A R I A.

1 Fideicommiſſi alienatio ex cauſa dotis conferendæ vel donationis propter nuptias faciendæ vtrum fieri poſſit.

Et quid in hoc puncto determinarit diſtinguendo poſt alios Doctores, Curt. iun. nu. ſeq.

3 Dotis ſupplementum vbi filia venit conferendum cuiuſnam ratio temporis habenda ſit, contractus ne, vel mortis ipſius patris dotem conferentis.

4 Bonorum fideicommiſſo ſubiectorum venditio an fieri poſſit, vbi de dotis reſtitutione agitur; & communis opinio in hoc affirmans eſt.

Et quid iuris ſi iam vita functo patre, & dos & nuptiæ fuerint conſtitutæ, vel etiam adhuc parente ipſo ſuperſtite, variæ opinationes adducuntur. 5.

6 Filia fideicommiſſi onere grauata à parente vtrum tranſmiſſionis ius dotis non exactæ vel non habitæ ad ſuos hæredes tranſmittere queat.

Et quid in rebus ſentiendum feudalibus nu. ſeq.

8 Filia hæres grauata onere fideicommiſſi nulla ſibi legitima relicta à parente eam deducere, eiuſdemque deducendi ius ad ſuos pariter hæredes tranſmittere poteſt.

Vt etiam idem facere poteſt quamuis ante nuptias in fata conceſſerit. nu. 9.

Secùs vbi ſemel indotata matrimonio fuerit coniuncta & in eo diem ſuum obierit. num. 10.

Et quid iuris vbi defuncto patre & marito primo ad ſecunda tranſierit vota, vtrum id ius dotis nomine ſecundo contuliſſe viro iudicetur. numer. 11.

Et quid in iuuencula ob tenellam adhuc ætatem innubili & incompetenti ad dotis exactionem. nu. 12.

13 Dotis deducendæ ius vtrum ceſſione facta in alterum tranferri poſſit.

14 Dotis priuilegia cum perſonas non egrediantur dotatas, aliorum vt ſubſeruiant commodis transferri ad alienos poſſunt nequaquam.

15 Priuilegia tamen huiuſmodi in omninò neceſſaria ceſſione locum ſibi nullum vendicare poſſunt, ſecùs in voluntaria.

16 Dotis ceſſio alicui tertio facta à muliere non valenti ab hæredib. mariti prioris exigere, priuilegia transfert ceſſionis perſonalia in ceſſionarium.

17 Nupta mulier non tamen dotata vtrum Authent. Res quæ, beneficio potiri queat, & dotem à fideicommiſſarys deducere bonis; vide varios caſus ibidem adductos à Ripa.

Indotata

Indotata mulier contemptui ſolet eſſe marito & ab eodem vt plurimum indignò tractari.

18 Filia indigno nubens & inſcio parẽte ad vota tranſiens nuptialia, licèt dotari debeat, admittur tamen ei facultas & beneficium tranſmiſsionis rerum dotalium ad ſuos hæredes.

19 Indignitas quanam in matrimonijs contractis admiſſa dicatur ex imparitate perſonarum quæ vt plurimum ex Ciuitatis moribus metienda eſt.

20 Patre millenos filiæ aureos dotales constituẽte hac lege vt digno nubat, denos autem tantummodò ſi indigno, & filia famulo coniuncta fuerit vltra decem ſupplementum legitimæ non aſſequetur.

21 Filia competenter dotata augmento bonorum accreſcentẽ patrimonio vſq; ad mortem parentis, dotis incrementa tamen petere non poterit ſubſiſtente ſtatuto, & hic varij caſus relati apparent.

22 Scienti & volenti non fit iniuria; Nec ei ſubſidia veniunt ferenda qui ſemetipſum in difficultates ſua ſponte coniecit volens.

23 Res fideicommiſſo ſubiectas cauſa dotis reſtituendæ diſtrahi poſſe ampliatur etiã in caſu quo maritus de dote reddenda fideiuſſoria cautione idonea caruerit dotanti.

24 Fideiuſſores dotium mulieri dari ſolent ad obligationis confirmationem hæc datio fideiuſſorum operari nequit.

Ampliatur in filia naturali quam etiam pater alere tenetur idque iuris Canonici vigore & in terris Eccleſiaſtico ſceptro ſubiectis locum habet. 25.

26 Pater quamuis filiæ naturali alimenta Ciuilium vigore iurium præſtare teneatur, ad eam tamen dote cohoneſtandam talium vt legum compelli nequit inuitus.

Sed Baldi tamen opinione, & Romani non improbanda etiam ad dotis quantitatẽ alimentis proportionatam conferendam de iure tenetur. num. ſeq.

28 Filiæ naturali Legitima non debetur Iuſtinianea conſtitutione, quamuis in hoc mens præſumpta defuncti patris non parum veniat ſpectanda, vt & publicus dotium fauor, & pudicitia fœminarum.

29 Iuſtinianea conſtitutio in alimentis ampliatur filiæ naturali præſtandis indotatæ. Vt & in dote confeſſata licèt non numerata. nu. ſeq.

31 Dos non numerata confeſſata tamen vtrum vera dotis fruatur priuilegijs in quæſtione ponitur.

32 Dotis confeſsio facta à marito creditoribus ita & fideicommiſſarijs præiudicium parere nequit etiam conſtante matrimonio facta, ſecùs lapſu fatalium interueniente, communi opinione ſuffragante.

Idem iuris in donatione propter nuptias confeſſa cenſetur. nu. 33.

34 Oſculi libati ſponſorum prærogatiua priuilegia honeſti, & illiciti præterea pœna graues.

35 Viro atque vxore ex humanis rebus exemptis bona fideicommiſſo ſuppoſita, & ab eis alienatione diſtracta, fideicommiſſario non veniunt reſtituenda ſed ad hæredes mulieris per translationem deuoluuntur.

Id quod & in emphyteuſi Eccleſiaſtica locum habere dignoſcitur. nu. 36.

Quæ diminuere poſſint Fideicommiſſa.
Caput III.

QVAMVIS legibus [a]prohibeantur res fideicommiſſi alie-
nari, vel in alienos vſus conuerti, aliquibus tamen caſibus
eas diſtrahi poſſe ipſis legibus[b] permiſſum eſt; Quare videa
mus quibus ex cauſis à reſtitutionis Regula, in quibus per
ſonis, in quo genere prohibendi, & quibus in rebus nobis
recedere liceat, primum itaque

1 Ex † cauſa dotis conſtituendæ ac reſtituendæ, & donationis propter nup-
tias, bona fideicommiſſi alienari poſſe comprobat Auth. Res quæ, C. commu.
de legat. & fideicomm.

Res quæ ſubiacent reſtitutioni prohibentur alienari quidem vel obligari;
ſed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis ſiue donationis propter nu-
ptias obligationem, permittitur res prædictas in eam cauſam alienare vel obli
gare pro modo honeſtatis perſonarum congruo. Ea enim quæ communiter
omnibus proſunt, ijs, quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.

De dote ac donatione propter nuptias in d. Auth. Res quæ, & De reſtitutio
ne dotis clarè patet in §. moriente namque viro, & in §. rurſus autem, Auth. De
reſtitutionibus, & ea quæ parit, idque propter publicam vtilitatem, parentum
votum, & mulierum pudicitiam, & dotis ac nuptiarum priuilegium, ita ſanci-
tum fuiſſe Petra [c] de fideicommiſſis, cæteriq; Iuriſprudentes exiſtimarunt. Sed
enim pro dote conſtituenda, ſi legitima non ſufficeret, pro modo, honeſtate per
ſonarum congruo fideicommiſſum diminui conceſſit Iuſtinianus; congruam
verò dotem hic Bartolus interpretatur, quæ arbitrio iudicis moderata fuerit,
l. quæro, de iur. dot. l. 1. in fin. de iur. deliber. ita tamen vt non ſit minor legitima
2 ſibi debita; alioqui poſſet petere ſupplementum legitimæ,[d] vnde † Curtius iu-
nior poſt Salicetum & alios hic diſtinguebat; aut filia à patre fuit dotata, & nõ
poterit petere ſupplementum legitimæ, quãdoquidem pater præſumatur pro
filia bonum conſilium capere[e] niſi enormis læſio appareat, aut à fratribus ſiue
conſanguineis datam accepit, tunc poterit ſupplementũ poſtulare; quod Pau-
3 lus [f] & Alexander conſuluere; Nec inſpici debet tempus acquiſitarum poſt ea
diuitiarum, ſiue mortis paternæ, ſed tempus delationis, vt inibi teſtatur Caſtrẽ
ſis, [f] Grammaticus, & Maranta, quamuis Baldus Nouellus, Decius, ac De-
cianus ſenſerint ſpectandam eſſe diem mortis paternæ, vtpotè, cum eo tempo
re filia excludatur à maſculis, ſed longè verior mihi Pauli videtur opinio in do
te à patre data, & vigente maximè ſtatuto, quod filia debeat eſſe contenta do-
te ſibi à patre conſtituta.

4 In caſu † verò dotis reſtituendæ, an res fideicommiſſi alienari poſſint varij
quinimò contrarij fuerunt Interpretes, ea tamen ſententia communiter rece-
ptã verior eſſe videtur, vt poſſint diſtrahi, quam Caſtrenſis, Alexander, Decius,
Pariſius, Rubeus, Didacus, & reliqui à Petra Placentino relati ſecuti ſunt, [g] tũ
quia ita ſancitum legitur à Iuſtiniano in Authentica de reſtit. & ea quæ parit,
in §. moriente namque viro, & §. rurſus autem, §. quamobrem, tum quia vrgent
eædem rationes, quinetiam maiores, quàm in dote conſtituenda, quoniã igna-
ra fideicommiſſi dotis ſuæ periculum pateretur, contra priuilegia ac vtilitatem
publicam dotium ac nuptiarum; & res agitur de damno euitãdo, non de lucro
captando, ergo magis fauendum reſtitutioni, quam dotis conſtitutioni.[h]

5 Inde † quæritur, an hæc opinio vera ſit, non ſolum quando filius reſtitutio-
ne grauatus dotem accepit viuẽte eius patre, qui eum fideicommiſſo onerauit,

verum

verum etiam quando eo mortuo matrimonium celebrauerit & dotem accepe
rit, Angelus,[i] Iaſon, Baldus, Corneus, & Pariſius exiſtimarunt hoc caſu non li-
cere bona fideicommiſſi alienari, eò quòd Iuſtinianus loquatur de liberis, qui-
bus debetur legitima, & de filiabus, quas pater dotare obligatus eſt, à quo one
re nec fideicommiſſum conſtituendo poterit vnquam ſe liberare; [k] ipſoq; auo
grauante mortuo omnis obligatio dotandæ neptis viuente filio penitus extin-
cta cenſetur.[l] quæ ſanè ratio Curtio [m] iuniori, & Ludouico Molina pluribuſq;
alijs à Petra memoratis, leuis ſemper ac aliena à mẽte legislatoris viſa eſt, qua-
re putarunt ipſi, quod etiam defuncto patre fideicommittente, filia poſſit ſe ip-
ſam dotare de bonis quæ grauata eſt reſtituere, & filios pariter obligare bona
pro dotis reſtitutione & donatione propter nuptias. Nam quamuis auus ad id
præcisè non eſſet aſtrictus, veriſimile tamen eſt, quod ſi eo tempore viueret
naturali parentum voto, his occaſionibus, & indigentijs ſubueniret, cui valdè
ſimile eſt, quod Calliſtratus ait in l. cum ſeruus ita, de condit. & demonſt. (nam
quod ipſe viuus facturus erat, ab hæredibus ſuis fieri iuſſiſſe intelligitur,) & ad-
uerſa ratio illiditur ac refellitur in ea inſtitutione nouella, tum quia filius gra-
uatus res fideicommiſſi alienat pro dotanda filia, & conſtat auum iam defun-
ctum fuiſſe, ergo oportet intelligere quod tum demum grauatus poſſit res fi-
deicommiſſi alienare pro dote reſtituenda, quando ſi grauatus viueret ipſe te
neretur, tum quia mulier ibi prætendit ſe deceptam ignaramque fideicommiſ-
ſi, quæ ſanè læſio mortuo auuo intelligenda eſt, enimuerò ſi mulier dotem de-
diſſet filio viuente patre non poſſet exclamare ſe deceptam in bonis filij; ſcie-
bat enim ea omnia eſſe patris, & patrẽ poſſe de his liberè diſponere. Præterea
in contextu illius Neare fit ſæpè mentio de bonis alienari prohibitis, & de gra
uamine fideicommiſſi filio vel filiæ iniũcto, quę indicãt auum antea defunctũ,[n]
Quamobrem alij diſtinguunt; aut non exiſtũt bona patris ſed aui tempore nu
ptiarum, tunc locus ſit opinioni Baldi, quoniam auus tenetur neptem dotare,[o]
& eam habet in poteſtate; aut mortuo filio deceſſit auus relicta nepte, tunc ne-
pti permittitur alienare pro conſtituenda ſibi dote: ratio patet, quoniam defun
cto filio neptis ingreditur locum patris, §. cum filius, de hæredit. quæ ab inteſt.
& huic debetur legitima debita filio;[p] aut filius bona poſſidet, quibus filia ſiue
neptis teſtatoris dotari poteſt, tum bona fideicommiſſi auiti non poterunt di-
ſtrahi,[q] neptis enim dotem accipere debet ex bonis paternis.[r]

6 Hinc † exoritur quæſtio, vtrum filia onere fideicõmiſſi grauata à patre, quæ
nupſit, & cum potuerit dotem ſibi ex fideicommiſſo paterno deducere, nõ de-
duxit, an hoc ius poſſit tranſmittere in hæredes, & ſic an ipſi poſſint detrahere
de rebus fideicommiſſi, vt ipſa poterat; In quo articulo Baldus, & Paul. Caſtren
ſis in Auth. Res quæ, exiſtimarunt hoc ius tranſmiſſum in hęredes; nam licèt fi
lia ſit mortua indotata, attamen in ea ratione legis militare videntur, & viuo &
mortuo patre, ſatiſque eſſe videtur, quòd ea viuente obligatio ſit contracta; vt
in hæredem deſcendat, l. hæredem, de regul. iur. Curtius verò aduerſus eos à-
pertè inſurgit, ſed ſatis obſcurè concludit, obijcit in hac filia indotata legis ra-
tiones penitus ceſſare, deficit enim illa, ſi grauans viueret dotẽ dare teneretur,
vtpotè, quæ defuncta eſt filia. deficit etiam ratio publicæ vtilitatis, ac voti pater
ni: proinde ceſſat legis diſpoſitio, l. adigere, §. quamuis, de cur. furioſ. c. cum ceſ
ſante, de appellat. Nititur præterea Bartoli [ſ] ſententia, dicentis, Si fratres reſti-
tutioni onerati ſibi inuicem dederint facultatem alienandi bona fideicommiſſi,
hæc poteſtas alienatione non ſecuta nihil præiudicat fratribus, vel fideicommiſ-
ſo, ergo facultas diſtrahendi à lege data pro dote huius mulieris, nulla facta de
ductione minimè nocebit fideicõmiſſo. Sed locus erit regulæ (quod potui no-
lui,) l. multum intereſt, vbi gloſ. C. ſi quis alteri, vel ſibi: ſed enim eam Bartoli
opinio-

7 opinionem Curtius veram amplectitur in fideicommiſſis.† Non autem in feu-
dis,nec in ſimilibus, vtpotè,cum alienatio in fideicommiſſis nō[s] omnia prorſus
iura auferre poſſit concedentibus alienandi poteſtatem[t], cum ſaltem precium
rei alienatæ conſequi poſſint[t] etiam ab hæredibus ab inteſtato, quod non pro
cedet in feudis,in quibus alienatio omnia prorſus iura tollit concedenti aliena
tionem, vt neq; hæres ab inteſtato quicquā ei aliquo iuris vinculo debeat,quē-
admodum ipſemet Curtius[u] conſulendo declarauit Petra[x] autem, vt ſcintil-
lis iuris excuteret,per varios caſus deſcendebat,

8 Primò,† quādo pater deceſſit grauata filia hærede nulla ei relicta legitima[y],
& hoc caſu cum nullum grauamen patiatur legitima,l.omnimodò[y], C.de inoſ-
fic.teſtam.potuit ſanè filia legitimam deducere,& ius deducendi ad hæredem
tranſmittere,[z] & ita ſuſtineri poſſit Baldi,& Pauli opinio. Sed hoc nō pertinet
ad Authenticam legemve Iuſtiniani,quæ de portione loquitur vltrā legitimā
pro modo honeſtati perſonarum congrua.

9 Secundò, † quando grauata filia non nupſit alicui, ſed ante nuptias periit,
contra Baldum, Ruinum,& alios rectè profectò exiſtimat nullam dotem dedu
ci,nullumque ius deducendi tranſmitti poſſe ; nam Iuſtinianus legem tulit in
caſu conſtituendæ dotis,quæ non conſtituitur niſi in matrimonio,[a] deficit ita-
que ratio & anima legis, quæ eſt ipſum matrimonium.

10 Tertiò,† quando ſemel nupſit indotata,& perijt in matrimonio,adhuc hæ-
redes nihil poſſint deducere, quia iam ſoluto per mortem matrimonio,nō eſt
locus huic legi.

11 Quartò,† quando filia ſemel nupta poſtea mortuo patre ac primo viro, nu-
pſit ſecundo,quo caſu cenſetur viro ſecundo eam dediſſe dotem, quam dede-
rat primo,l.mulier bona,vbi gloſ.de iur.dot.& ceſſat ratio publicæ vtilitatis vt
filia poſſit nubere, & habeat virū ſibi benignum,pręterea,vt antea dicebamus,
12 quod potuit,noluit,& ſic obiit, vnde cēſetur noluiſſe dotari[b] ;† idem iuris in
filia nondum nubili,cum non poſſit ea ætate petere dotem, quare cauendum
à Ruini Reſponſo,[c] mihi autem magis placet hoc ius dotem deducendi ad hę
redem non tranſmitti ea ratione , quod ſine matrimonio non poteſt conſiſte-
re dos.[d]

Sic etiam quæritur,cum non poſſit huiuſmodi ius deducendi dotem ad hę
13 redes tranſmitti:† an ſaltem poſſit alteri cedi?Paulus Caſtrenſis[e] putauit cedi
poſſe Iaſone, Curtio,& alijs reclamantibus;quare conſultius erit,ac tutius fir-
14 mare regulam,cedi non poſſe, tum quia † priuilegia dotis, vtpotè,perſonalia
vt liberis hic deſtinata non tranſeunt ad alios,§.fuerit autem, Inſtitut.de actio
nib.& §.vlt. Auth.vt mobil.ante nupt.donatio.tū,quia priuilegia dotis cedi ne-
queunt,quando tendunt ad præiudicium tertii;vt poſt Bartolum[f] comprobat
Curtius,ſed hoc priuilegium diminuit fideicommiſſum, ergo cedi non poteſt.
15 † Poſſunt autem cedi priuilegia per neceſſariam ceſſionē,in qua reſpōdit Pau
lus Caſtrenſis,non tamen per volūtariam,at ſi in ceſſione ageretur ſola vtilitas
ſolumque vtile negotium cedentis mulieris,vtique ſuſtineri poſſet ceſſio ipſa.
16 Quid enim † ſi mulier ſecundo nupſerit viro , & dotem quam dederit primo
promiſerit ſecundo,nec propterea poſſit eam exigere ab hæredibus, & Titius
nomine mulieris dotem dederit ſecundo,eo animo,vt mulier ſibi reſtituat,vel
cedat iura contra hæredes primi mariti:an non omnia priuilegia dotis, quam-
uis perſonalia tranſibunt in ceſſionarium?vtique quidem,quoniam totum hoc
vtile negocium non ceſſionario , ſed mulieri geſtum eſſe videtur , l. venditor
actiones , l. emptori nominis , ff. de hæredit. vel act. vendit. l. 2. de diſtract.pi-
gnor.

17 Dubium† inſuper exoritur,vtrū filia nupta & nō dotata poſſit potiri benefi

cio Au-

cio Authen. Res quæ, & dotem à fideicommiſſo deducere. Bartol. inibi negat eam eſſe dotandam, & patri ſatis eſſe eam nuptui tradidiſſe, nec vlterius teneri, l. qui liberis, de rit. nuptiar. vbi Baldus & Salicetus, nam pater tenetur dotare filiam, vt nubat, quæ ratio ceſſat cùm iam ſit nupta. Sed contrarium longè verius profeſſi ſunt Baldus, Paulus Caſtrenſis, Angelus, & Iaſon, cæterique communiter in ea nouella Iuſtiniani, ea potiſſimum ratione, quod pater duo filiæ ſuæ præſtare debet, Vnum eſt, eã nuptui tradere. Alterum, ei dotem dare, d. l. qui liberis, & l. vlt. C. de dotis promiſſione; nam mulier indotata contemnitur à viro, & male ab eo tractatur, l. vlt. C. ad S.C. Velleian. ita communiter congerunt, & firmant Petra,[g] & Ripa. Sed hanc quæſtionem varii illi caſus à Ripa[h] relati magnopere exornare videntur.

Primus eſt caſus, quando filia nupſit patre conſentiente; tunc tenetur eam dotare, ne à marito indotata contemnatur, vt ſupra diximus.

Secundus eſt, quando filia excedens annos 25. nupſit viro indigno, patre inſcio, & hoc etiam caſu tenetur eã dotare rationibus ſupra deductis, & quia ſibi culpa aſcribi debet quod ante 25. ann. maritum ei non inuenerit, ſuadet Auth. Sed ſi poſt 25. ann. C. de inoff. teſtam.

Tertius, quando filia nondum agens annos 25. patre ignaro nupſit viro digno, dotemque ei promiſit. Vnde nulli dubium, quin eam dare cogendus ſit, nihil enim mali geſſit hæc puella, & negocium patris vtiliter geſſit, l. vlt. de in rem verſ. maximè inſpecto iure Canonico.

Quartus eſt caſus, quando filia ante annos 25. nupſit digno viro, ignorante tamen patre, tunc concludendum, vt ſupra concluſimus contra Bartolum, eam eſſe dotandam, nam licet iure ciuili filia non poſſit nubere ſine conſenſu patris, l. ſiue proponis, C. de nupt. attamen iure Pontificio, cui in materia matrimonii acquieſcendũ eſt, poteſt ſine conſenſu patris nubere. c. ſufficiat, 27. q. 2. c. cum cauſa, vbi gloſſ. de raptor.

18 Quintus eſt, † quando filia ante annos 25. nupſit indigno, cui pater inſcius dotem non promiſit, in quo caſu varii ſunt Interpretes: ſed verior ea videtur opinio, quod dotari debeat, quandoquidem ex ea cauſa filia non poſſit exhæredari, nec alimentis, nec dote priuari, Auth. Vt cum de appellation. cognoſc. §. aliud quoque capitulum, & l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, vbi gloſſ. de liber. agnoſcend. idque maximè ſi ſtatuto caueatur, quod filia dotata, vel dotanda non ſuccedat, nam tunc dos ſuccedit loco legitimæ, ſique iugales nõ haberint vnde ſe alerent; vel dicamus eam quidem fore dotandam, non tamen ei dã dã eſſe congruam portionem pro modo honeſtati perſonarum congruo, quia nupſit indigno.

19 Indignum intelligũt turpem, vel infamem, & vilis cõditionis,[i] vt † ſi nobilis matrona nubat famulo, vel vir nobilis matrimonium contrahat cum ignobili, & abiecta, vel cum meretrice[k]: nã indignitas ſecũdum mores ciuitatis metienda venit,[l] quamuis iure Pontificio nullius culpæ reus, quinimò opus miſericordiæ, & piaculum emeritus videatur ille, qui haud ſecus ac Oſeas Propheta meretricem duxerit vxorem, c. non eſt culpandus, 32. q. 1. c. inter opera, de ſponſ.

20 iccircò Bald.[m] aiebat. † Si pater millenos aureos coronatos dotis nomine filiæ reliquerit, ſi nupſerit digno, at ſi indigno 10. tm, nec quicquã amplius petere poſſit, & ea nuptias cum famulo iniuerit, non poterit petere ſupplementum legitimæ, filiæ quoque parua dote nuptæ, vel incongruenter dotatæ hujus conſtitutionis beneficium competere exiſtimandum eſt; quamuis enim vt ſubtiliter perpendit Curtius,[n] maior vrgeat ratio dotandi penitus indotatam, quam augendi dotem ſemel conſtitutam, & culpa attribui poteſt viro, qui parua dote contentus, vxorem duxit, ille verò qui indotatam duxit, credit, & veriſimiliter ſperat

ter ſperat aliquando congruè dotari,iuxta gloſ.in l.obligamur,§.lege,de actio.
& obligatio.æquius tamen eſt,vt ſi tempore dotationis incongruè fuerit dota-
ta,poſſit deducere ſupplementum ex fideicommiſſo,ſecùs autem ſi congruam
21 habuerit dotem,vt Baldus[o] inibi teſtatur, vnde infert Iaſon.[p] Vigête† Statuto
mulierem fore cōtentam dote ſibi tradita, & multum creuerint poſtea diuitiæ
ac patrimonium vſque ad mortem genitoris, quòd ſi tempore nuptiarum fue
rit congruè dotata,non poterit conſequi beneficium huius legis; idemque exi
ſtimauit Aymonius,Crauetta,[q] ſi dotes poſtea tēpore nuptiarum maiores ex
conſuetudine dari cæperint,quam antea darentur die teſtamenti paterni,& do
tis in eo ad certam ſummam conſtitutæ,vt augeri debeāt dotes ab hæredib. ex
bonis etiam fideicōmiſſi,quod Petra[r] egregiè & eruditè obſeruauit.ſed enim
præſentis non eſt ſpeculationis quærere,ſtante etiam eo ſtatuto,an dos augeri
debeat ad legitimæ quantitatē aucto patrimonio die obitus paterni, eſt enim
articulus valdè dubius & controuerſus, de quo inferius in quæſtionibus legi-
timæ diſputabimus;Quamobrem,ſi pater onere fideicōmiſſi grauatus alia poſ
ſideat bona,ex quibus filiam dotare poſſit, non poterit minuere ipſum fidei-
commiſſum,tum quia ipſe tenetur filiam dotare,tum quia conſtitutionis Iuſti
nianeæ auxilium eſt ſubſidiarium,vt communiter omnes in ea recipiūt, gloſſa,
Bartolus, Angelus,Fulgoſius,& Salicetus,Boerius,[ſ] Pariſius,Iaſon,& Roland.
à Valle.Quod ſi mulier dederit dotem viro habenti multa bona libera, quę po
ſtea conſumpſit,aut dilapidauit, adhuc res fideicommiſſi alienari poſſe tenue-
runt Paulus Caſtrenſis,[t] & Iaſon,qua in re conſultius fore exiſtimo, vt diſtin-
guamus;aut tempore contractus dotalis extabant bona libera, pecunia & mer
ces,quæ poſtea reſtitutionis tempore minimè exiſtunt,quoniam maritus mer
cator decoxerat,tūc poterit minui fideicommiſſum,& vera erit communis opi
nio;aut nuptiarum die extabant bona libera immobilia, quæ reſtitutionis tem
pore non inueniuntur in patrimonio,vtpotè,quæ alienata à viro , reperiuntur
penes tertios poſſeſſores,& eo caſu mulier debet agere contra poſſeſſores,& in
tactum relinquere fideicommiſſum; nam quando numerauit dotem ea bona ſi
bi fuerunt hypothecata,ergo habet actionem,vt rem ipſam habere videatur,l.
qui actionem,de reg.iur.item Auxilium Iuſtiniani eſt ſubſidiarium, ergo defi-
cit,ſi aliundè bona haberi poſſunt . Niſi tamen mulier ſciens fideicommiſſum
22 dederit dotem,ne tunc pro reſtitutione poſſint alienari, quoniam † ſcienti &
volenti non fit iniuria,l.1.§.vſque adeò, de iniur.c.ſcienti, de regul.iur. in 6.&
conſtitutio Iuſtiniani loquitur de vxore ignara fideicommiſſi,quare ceſſat ęqui
tas fundamentum huius legis,& non eſt ſuccurrendum ei qui ſponte ſua ſe cō
ſtituit in neceſſitate,l.ſi fideiuſſor,§.qui neceſſaria,ff.qui ſatiſd.cogantur. Verū
aduerſus hoc pedem ſiſtit,& hæſitat Ripa.[u] Didaeus[x] autem apertè oppugnat,
res fideicommiſſi diſtrahi poſſe cauſa dotis, eius etiam mulieris, quæ dum tra-
dens dotem, non ignorabat fideicommiſſum , arbitratus rationem præcipuam
Iuſtiniani fuiſſe,præſumpta mentem teſtatoris,ac dotis fauorem, ſcientiamque
mulieris vel ignorantiam eſſe potius cauſam impulſiuam; Sed enim æquius fo
re exiſtimauerim vxorem contra poſsidentes bona ſibi hypothecata agerē de-
bere,vt ſupra diſtinximus; Cæterum,ſi filia dotem contempſerit ſine eius cul-
pa,erit iterum dotanda,ſecùs ſi eius culpa dotem amiſerit.idemque iuris in fi-
lio ſi legitimam à patre viuente obtinuerit ac perdiderit , vxori tantum ſemper
erit reſtituenda, dos etiam ex rebus fideicommiſsi ſi filius quoquo modo Legi
timam ac Trebellianam conſumpſerit,quod Rolando à Valle,[z] Iaſoni, & cæte
ris placuit,quod ita accipiendum puto,vt mulieri ſuccurratur ſolum in bonis
alienatis,& ſibi iure dotis hypothecatis. Et hæc Auth. Res quæ,manifeſtiſsimè
probat filio conditione grauato non deberi, niſi ſolum legitimam, non autem
Trebel-

Trebellianam, quod etiam Iaſon diligẽtèr obſeruauit, & ſecundo notabili principali connotauit, & Paulus Caſtrenſis, ac Baldus ibidem animaduerterunt.

23 Ampliatur inſuper communis ea ſententia. Res† fideicommiſsi alienari poſ
ſe ex cauſa dotis reſtituendæ, vt vera ſit etiam ſi maritus dederit fideiuſſores
de dote reſtituenda, & quamuis poſsit etiam mulier agere contra fideiuſſores
24 ſic affirmantibus Curtio,[a] Iaſone, Ruino, Rolando à Valle, & alijs, quia † fide-
iuſſores dantur pro confirmatione obligationis, mulier enim eos accipit ad augendam obligationem mariti, l. ea tamen adiectio, de legat. 3. proinde non poterunt operari diminutionem, l. legata inutiliter, de adim. legat. nec poterunt impedimento eſſe mulieri, quin poſſet conſequi dotem etiam ex fideicommiſſo, cui ſi plura competunt iura, poteſt, quo maluerit plenè vti, l. quoties duplici iure, de regul. iur. & quoniam lex prohibet ne fideiuſſores dotium dentur, intelligendi ſunt fideiuſſores, qui permiſſi ſunt à lege, nempè ij, de quibus dandis conuenerant vir & vxor ante contractum dotis, vel qui principaliter, & in ſolidum promiſerunt, quemadmodũ Accurſius, cæteriq; interpretantur in l. j. C. ne fideiuſſ. dot. dentur.

25 Ampliatur † in filia naturali, & in terris Eccleſiæ, proinde ſubiectis iuri Ca-
nonico, vt inibi Iaſon, & Curtius arbitrati ſunt; nam eo iure pater filiæ ſpuriæ
legare poteſt, & eam alere tenetur, c. cum haberet, de eo, qui dux. in matrimo.
quam per adult. poll. & ſic etiam dotare tenetur;[b] dummodo tamẽ dos non ex
26 cedat alimentorum quantitatem; † iure autem ciuili, quãuis pater alere tenea-
tur filiam naturalem, Auth. Licet, C. de natural. liber. attamen non cogetur eam
dotare, l. vxorem, §. pater naturalis, ff. de leg. 3. ſic filius tenetur alere matrem,
l. ſi quis à liberis, de liber. agnoſcend. eam tamen dotare non tenetur, l. tutor ſe
27 cundum, §. vlt. de adminiſtr. tut.[c] attamen de iure etiã ciuili † verior & æquior
eſt opinio Baldi,[d] & Romani, quòd pater teneatur dotare filiam naturalem pro
quantitate alimẽtorum; & ad l. vxorem, §. pater naturalis, de lega. 3. reſpondet,
loqui in filia diuite, quæ habebat fideicommiſſum; nos verò loquimur de inope, cui ſola debentur alimenta. Quamobrem huic etiam de iure ciuili competit
beneficium nouellæ Iuſtinianeæ, quemadmodum Iaſon ibidem poſt Baldum,
28 & Romanum affirmat. Nec obſtat † quòd filię naturali legitima non debeatur,
l. 3. C. de natural. lib. & cõſtitutio Iuſtiniani de legitima loquatur; cum igitur ſibi non cõueniant verba legis, profectò nec eius diſpoſitio poterit ei adaptari, l. 4. §. toties, de damn. infect. qua ſubtili ratione poterit iuris ſtudioſus in puncto iuris, & in via diſputatiua contrarium facilè ſuſtinere, hoc inquam non obſtat; nam occurrit Curtius[e] iunior, ſatis eſſe, quod in hoc caſu cõcurrant rationes ipſius legis, præſumpta nempè voluntas patris, qui ſi viueret, vellet vtiq; ex voto naturali parentum filiam etiam naturalem dotari, fauor publicus dotium, & pudicitia mulierum.

29 Ampliatur † Conſtitutio Iuſtiniani, vt locum habeat etiam in cauſa alimentorum, vt communiter Bartolum ſecuti arbitrati ſunt Iuris Interpretes, quod Curtius[f] ea ratione probabat, quoniam militant in alimentis omnes legis rationes; nempè obligatio patris, & fauor publicus, l. necari, ff. quemadmod. teſt. aper. & votum paternum, l. mulier, § cum proponeretur, ff ad S.C. Trebellia. & quia ſucceſſor patris ita alere tenetur, vt ipſe pater tenebatur.[g]

30 Ampliatur, † in dote non numerata, ſed quam maritus confeſſus eſt ab vxo-
re, vel eius parentibus habuiſſe, cuius rei veritas ab ea quæſtione pendere vide
31 tur, an † dos confeſſa habeat vera priuilegia dotis, vt ſcilicèt præiudicet credi
toribus, quam non habere imò donationem arguere profeſsi ſunt Romanus,[h] Ruinus, Rubeus, & alij. Contrarium autem tanquam verius & æquius ſecuti ſunt Bartolus,[i] Didacus, & Afflictus, qui aduerſarios ſatis imperitè locutos ar-

guit, Rubeus, & Boſſius, qui teſtatur Mediolani huiuſmodi dotes nocere etiam fiſco; leges inſuper, quę fauere vñr huic qõni ſunt, l. in dotibus, C. de dot. caut. non num. l. ſi volũtate, C. de dot. promiſſ. l. in contractibus, §. ſed quoniam, C. de non numer. pecun l. multum intereſt, C. de donation. ante nupt. quibus legib.
32 nixi Iuris Interpretes diſtinguere conati ſunt, † vt ſi confeſſio dotis facta fuerit conſtante matrimonio non præiudicat creditoribus, nec huic fideicommiſſo aſſeuerante Rubeo,[k] Petra, & cæteris; at ſi accepta fuerit confeſſio ante matrimonium, & lapſum ſit tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, tunc ſanctio Authenticæ (Res quæ) in ea ſibi locum vendicabit, d. l. in contractibus, §. ſed quoniam, C. de non numer. pecun. quod ex communi opinione firmant Rolãdus à Valle[l], Rubeus, Iaſon, Ripa, & Socinus, oportet igitur cõſiderare, an vir confeſſus fuerit ante matrimonium, vel in limine matrimonij ſe dotem accepiſſe, & an lapſa ſint biennii fatalia nulla propoſita exceptione non numeratæ dotis; & an pars aliqua dotis verè appareat, vel probari poſſit numerata, tunc enim & totam verè numeratam plerique præſumpſerunt & exiſtimarunt, Decius,[m] Socinus, Didacus, Crauetta, & Rolandus à Valle, quibus rationibus nixi in grauiſſima cauſa nobilis D. Nariciæ Boromeæ à ſe non delegata, publicè de iure diſputando, ego ipſe, & Excellentiſs. D. Ioan. Dominicus Cararius contra Sacrum montem pietatis huius inclytæ vrbis Patauij, eiuſq; fideiuſſores, qui Alexandri Fortetię, Ioannis Boati, & Albani viris patrocinio ſtrenuè vtebantur, æquè pro dote in nuptijs confeſſa obtinuimus, Dum enim; Illuſtriſſ. Aloyſius Bragadinus Patauij Prætor, & Magnificus Lorinus Colà Vicarius & Spectabilis Caius Milentis, Iudex maleficiorum pro pio monte, eiuſque fideiuſſoribus. Et Illuſtriſs. Dominicus Delfinus vrbis Præfectus, & Dominicus Dotus Aquilæ, Lelius Plouenus Victualiũ prius, inde aquilæ iudex, pro dote confeſſa, vota eorumque ſententias edidiſſent, ob eorum diſſidium cauſa ad Senatum reuocata fuit, & decem Sapientibus delegata, qui omnibus penè ſuffragiis dotem confeſſam vti veram dotem, Sacro monte fideiuſſoribus & creditoribus omnibus nocere iudicium tulerunt.
33 Idemque † iuris in donatione propter nuptias confeſſa arbitrati ſunt, [n] nec mirum cuiquã videri debet res donatas à ſponſo repeti poſſe omnes, ſi non ſe-
34 quatur matrimonium, † & ſi oſculum non fuerit libatum, ſed ſi ſponſus oſculatus fuerit ſponſam, ipſa ratione oſculi partem dimidiam rerum donatarum lucratur, ſponſus verò alteram dimidiam condicit & vendicat, ſunt enim hęc priuilegia oſculi. [o] Sic vxor cui maritus reliquerit legatum, propter oſculum luxurioſum priuatur legato. [p] Sic præterea vrgent oſcula, vt ex eis inferatur adulterium, vt ſaltem pœna extraordinaria delinquentes plecti poſſint.[q]
35 Accedat, † quòd bona fideicõmiſſi alienata mortuo viro, atq; vxore nõ ſunt fideicommiſſario reſtituenda. Sed tranſmittuntur ad hæredes mulieris, vt Caſtrenſis, Iaſon, & Curtius eo loci declararunt, quod probatur in l. mulier, §.
36 cum proponeretur, ff ad Trebellian. † Sic emphytheuſim eccleſiaſticam mulieri dotis nomine traditam, ea defuncta non amplius ad eccleſiam reuerti aiebat Felinus, [r] Nec officit, q. ceſſante cauſa debeat ceſſare effectus, quandoquidem, vt idem Curtius reſpondit, hic iam effectus eſt conſummatus, l. vlt. ff. vnde liber.

Hæc ſunt, quæ prius è fonte illius Iuſtinianeæ conſtitutionis effluxerunt, cætera tum poſtea præterfluent.

A D.

AD CAP. III.

a L.Marcellus,§.res quæ,ff.ad S.C.Trebell.l.3.§.ſed quia,C.communia de legat.
b L.Mulier.§.cum proponeretur,ad Trebel.Auth.res quę.C.commu.de leg.& fideicom.
c Petra de fideicommiſſ.q.8.nu.348.ex d.Auth.& d.§.cum proponeretur.
d Saliceт. Iaſon,& alij in Auth.nouiſſima.C.de inoffi.teſt.Curt.in d.Auth.res quæ,nu.10.
e L.nec in ea,in fine de adulter.
f Paul. Caſt.conſ.275.ſuper primo quęſito,lib.1.Alex.33.vol.4.Grāmat.deciſ.101.nu.69.70.& 72.Maranta diſput.10.Bald.nouell.de dot.part.7.priuileg.17.nu.14. Deci.conſ.276.Decian.54.lib.1.
g Caſtrenſ.in d.l.mulier,§.cum proponeretur, & conſil.15.in 1.Alex.67.nu.4.in 4.Dec.376.& 519.Pariſ.52.nu.33.vol.2.Rub.78.nu.1.Didac.var.reſolut.lib.3.c.6.nu.10. Petra d.quæſt.8.nu.349.
h L.ſancimus C.de iur.delib.l.vlt.C.de codicill.l.non debet actori,§.in re obſcura,vbi Dec.de regul.iur.Speculator de in integrum reſtit.§.2.verſ.ſed qualis.& in tit de probat.§.3.verſic.ſed pone.
i Angel.Iaſ.Bald.& Curt.in d.Auth.res quæ,Pariſ.conſ.52.nu.34.& 63.nu.46.vol.2.Peregr.de fideicomm.art.42.c.2.nu.36.
K L.ſicut,C.de action.& oblig.
l Auth.de nuptijs,§.deinceps,Bart.in l.ſi eum dotem,§.transgrediamur,ff.ſolut.matrim.
m Curt.in d.Auth.res quę nu.11.& 12.Lud.Molin.de Hiſpan.primogen.lib.3.c.6.nu.4.& 5.Bar.Caſtrenſ.& Imola,Ioann.ann.conſ.61.Soc.23.vol.3.Dec.376.& 519.vbi contra Angelum,& Imolam,Petra ibidem nu.383.Roland.à Vall.85.nu.29.vol.1.
n C.cum Marthæ de celebr.Miſſ.Petra vbi ſuprà nu.383.
o Socin.iun.in l.1.nu.190.ff.ſol.matrim. Dec.con.66.in fine,l.profectitia, §.ſi filius de iur.dot.l.qui liberos de ritu nupt.l.vlt.§.vtrunq; C.de dotis promiſſ.
p Bart.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,nu.4.de lib.& poſth.
q Bald.in l.vlt.nu.12.C.de dot.promiſſ.Curt.in d.Auth.res quæ,nu 16.
r Ripa in l.1.nu.55.ff.ſol.matrim.Coraſ.in l.qui liberos nu.104.de rit.nupt.l.dedit dotem de collat.bon.l.profectitia,§.ſi filius de iure dot.
ſ Bart.in l.qui Romæ,§.duo fratres de verb.oblig.
t Bart.in l.quæ dotis,ff.ſol.matrim.gloſ.& DD.in l.ſi à ſubſtituto, & in l.ſi fundus de lega.1.Io.And.in addit.Speculat.de emptione & vend.§.3.loco,Alex.in d.§.duo fratres.
u Curt.iun.conſ.4.
x Petra de fideicomm.q.8.nu.448.
z Iaſon conſ.230.nu.2.vol.2.
a L.fin.C.de donat.ant.nupt.Bart in l.Titia centum,§.Titio genero,de condit.& demonſtr.
b Corn.in d.Auth.res quæ nu.7.
c Ruin.conſ.199.vol.2.
d Caſtrenſ.conſ.7.in 2.Ruin.131.nu.10.in 4.
e Caſtr.in d.Auth.res quæ,& conſ.130.Iaſ.& Curt.in d.Auth.
f Bart.in l.1.ſolut.matrim.in q.an priuilegia dotis cedi poſſint.
g Petra vbi ſupra,nu.454.Ripa in Rubr.ſolut.matrim.nu.55. Bald.Caſtr.Angel.& Iaſon in d.Auth.res quæ.
h Ripa ſolut.matrim.nu.55.
i L.3.l.viduæ,C.de nupt.l.3.§.ſi emancipatus de bon.poſſeſſ.
K Bald.in l.nec filium,C.de nupt.Alex.in l.ſi cum dotem,§.transgrediamur nu.6.ſol.matrim.
l Bald.in l.cum ita ff.de condit.& demonſtr.
m Bald.in l.ſi pater,C.de ſponſal.
n Curt.in d.Auth.res quæ nu.25.
o Bald.in d.Auth.nu.16.& Petra ibidem nu.456.
p Iaſon ibidem,nu.27.
q Crauet.conſ.291.
r Petra inibi,nu.456.
ſ Boer.deciſ.129.Roland.à Valle conſ.85.nu.9.lib.1.Pariſ.63.nu.49.vol.2. Iaſon 231.nu.4.in 2.& 89.nu.4.vol.1.
t Iaſon in d.Auth.nu.11.& 14.Cagnol.in l.fin.nu.273.C.de pact.Crau.conſ.291.in fi.
u Ripa in l.filiusfamilias,§.diui nu.77.de leg.1.
x Didacus 3.uariar.reſol.c.6.nu.10.
y Caſtrenſ.conſ.80.nu.2.in 1.Gozad.92.nu.3.Curt.iun.conſ.59.nu.3.
z Roland.à Valle conſ.58.nu.4.vol.1.Gozad.97.nu.12.Pariſ.63.nu.45.vol.2.
a Iaſon in d.Auth.res quæ,nu.32.Curt.nu.39.Ruin.189.nu.11.in 2.Caſtrenſ.15.& 80.parte 1.Roland.à Valle 20.nu.3.in 4.
b Bart.in Auth.ex complexu C.de inceſt.nupt.nu.3.& 4.Alba conſ.44.Boer.deciſ.127.Roland.à Vall.conſ.74.vol.1.

c Iaſon in d. Auth.res quæ, nu.8.& 9.& ibi Angel.& Bal.
d Bald.in l.mater, C.de iur.dot. Roman.in l.1.ſolut.matrim. firmat Iaſon in d.Auth. nu.33.col. penult.limitatione 7.
e Curt.in d. Auth.res quę nu.41.
f Curt.inibi nu.30.
g Bart.in l.ſi quis à liberis §.item reſcriptum de liber.agnoſc. Socin.in l.marcellus,§.res quæ,ff.ad S.C.Trebell.
h Roman.conſ.44.Ruin.130.lib.1. Rub.78.num.9. latiſſimè Socin. in l.1.ſolut.matrim. Ruin. conſ.132.in fine vol.4.
i Bart.in l.aſſiduis, C.qui potior.in pign. Didac.variar. reſolut.c.6.§.quamobrem. Matth.afflict. deciſ.402.nu.10. verſ.item uera & imperiti loquuntur. Boſius de bonorum publ.nu.49.
K Rub.conſ.78.nu.2.Petra ibidem nu.380.
l Roland. à Valle conſ.85.nu.42.lib.1.Rub.78.nu.9.Iaſon & Ripa ubi ſupra.Socin.in l.1.ſolut. matrim.
m Dec.conſ.536.Socin.82.uol.3.Didacus ubi ſupra, Crauetta conſ.44.Roland.à Vall.85.nu.42. in 1.
n Petra de fideicom.d.q.8.nu.380.
o L.ſi à ſponſo C.de donat.ante nupt.
p Didacus de ſponſal.par.2.c.7.§.6.nu.3.Bald.conſ.207.vol.4.& in c.tuę,de procurat.nu.5.
q Dec.& omnes in Rubr.C.de edend.gloſſ.3.in l.1.C.de extraordin.crimin. Alciat.parergon 4. cap.10.
r Felin.in c.quæ in eccleſiarum nu.75.de conſtitut.
ſ L.ult.ff. vnde lib.Bart.in l.2.§.ult.de donation.

S V M M A R I A.

1 Bona fideicommiſſo ſubiecta vtrum fauore captiuorum venum proponi poßint.
Et quid eo caſu quo fideicommiſſo grauatus criminali iudicio condemnatus ſit vel carceribus fuerit mancipatus nu.2.& nu.4.
3 Priuilegia beneficio legum conceſſa non cedunt commodis delinquentium.
5 Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, nec militia, nec ſtudiorum cauſa venis concedenda.
Vt nec eleemoſynarum cauſa in fauorem animæ prædefuncti.6.
Et quid in cauſa dotis conferendæ virgini monaſterij ſepta ingredienti .
8 Bona fideicommißi Eccleſiæ vel pio alicui loco reſtituenda vtrum diminui poßint, vel alienari.
Et quid in duabus cauſis priuilegiatis cōcurrentibus quarum vna de damno agit vitando, altera de lucro acquirendo ſtatuendum.nu.9.
Et quid iuris ſi bona fideicommiſſo fuerint per teſtantem ſuppoſita, vt ex ijs eccleſia conſtruatur parochialis.nu.10.
Et ſi diminutio hæc concedenda vtrum ei fideicommiſſariæ diſpoſitioni conueniat quæſtionis eſt.nu.11.
12 Priuilegium de quo ſuprà , ſcilicèt de fideicommißariorum diminutione bonorum vtrum deferri poßit ad deſcendentes per lineam paternam, vel ad eas transferri debeat perſonas quibus legitima debetur, & affirmatiuè concludendum opinantur nonnulli, & negatiuè alij nu.13.
Et quid in perſonis ex linea materna deſcendentibus nu.14.
Et quid præterea, in tranſuerſalibus, ſeu collateralibus ſentiendum.nu.15.
16 Teſtatore vetante ne vel dotis cauſa, vel alterius donationis vlla fiat fideicommiſſi diminutio quid ſtatuendum.
17 Authentica res quæ, intellectus.
Et an ea extendatur ad Municipale ſtatutum vetans rem in extraneum alienari etiam cauſa dotis conſtituendæ 18.
Et quid iuris in Feudalibus bonis, emphyteuſi, primogenitura, & ſimilibus 19.

Ex

Ex quibus alijs cauſis, perſonis, genere prohibendi & rebus, quibus fideicommiſſa alienari poſſint. Caput IIII.

NVNC videamus ex quibus alijs cauſis, perſonis, genere pro
hibendi & rebus fideicommiſſa diſtrahi poſſint, & in primis
1 occurrit. † An poſſint minui hæc bona ex cauſa captiuitatis,
vt ſi filius captus fuerit ab hoſtibus, & omnes communiter
cõueniunt poſſe minui, dummodo culpa ſua, vt ait Socinus [a]
vti debitor eorum: quemadmodum poſt Bartolum Paulum,
& Curtium, in Auth. res quæ, C. communia de legat. & fideic. retulit Petra in
ſuo luculento tractatu de fideicommiſſis quæſtione octaua, qui reddit Pauli
rationem, quod ſicut pater tenetur viuens filium alere, ſic etiam tenetur eum
à captiuitate redimere, Auth. Si captiui, C. de Epiſc. & cleric. c. Sacrorum 12.
quæſt. 2.

2 † Quod ſi filius fideicommiſſo grauatus à iudice criminaliter condemnatus
fuerit, vel ſi in carcere mancipatus ſit, communis videtur opinio Petra ibidem
ita poſt Loazem, Angelum, Paulum, & Salicetum, referente ne poſſit fieri
alienatio de qua in d. Auth. res quæ, vtpotè qui culpa ſua condemnatus, vel
3 carcere ob æs alienum mancipatus ſit; quare Curtius [b] aiebat † priuilegia da-
ta à legibus non competere delinquentibus, l. etiam, §. vlt. ff. ſolut. matrim. l. pe-
nult. de iure dot. l. auxilium, §. vlt. de minot. & omnes rationes legis in hoc caſu
ceſſare, nam filius nec delinquendo, nec contrahendo potuit patrem obligare,
toto titulo, C. ne filius pro patre, nec &c. & intereſt reipublicæ delicta puniri,
l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, accedat quod peccatum vel culpa ſua ſibi eſ-
ſet proficua. [c]

4 † Contrarium tamen vti verius ſecuti ſunt Fulgoſius [d] omnium primus,
Deinde Alexander qui has partes egregiè defendere conatus eſt, quoniam
hæc ſunt opera pia, & eleemoſyna in vſus pios diſtribuitur etiam carcere de-
truſis, non ſolum ob æs alienum verum etiam ob delicta, maximè quia pecca-
toribus etiam, vel vt hominibus ex ſacris Canonibus pręſtanda venit, c. harum,
in fine, c. paſce fame, & c. non ſatis, §. ſi in cauſa captiuitatis, vel carceris, diſt.
86. & l. ſancimus, C. de ſacroſanct. eccleſ. & in hoc caſu concurrit natutale vo-
tum parentũ, & veriſimilis eorum mens, qui vellent filios ſuos à cõdemnatio-
ne, & à carcere liberari; cum nullus amor vincat paternũ, l. iſti quidam, ff. quod
met. cauſ. l. nec in ea, in fine, ad l. Iuliam de adult. addo honorem familiæ, & in
capitalibus criminibus leges ignoſcendum cenſuiſſe ei qui ſanguinem ſuũ qua
litercumq; redẽptũ voluerit, l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. ſent. mort. ſib. conſciu. &
hinc apparet quod eæ rationes præponderant rationibus illis quas retulit Cur
tius, & quod contraria opinio poſſit in parua aliqua condemnatione verè ſu-
ſtineri. Nec obſtat allegata illa culpa: nam vt rectè quidem Alexander replicat
non fuit ad euerſionem huius fideicomm. ordinata, proinde nec ei obeſſe de-
bet, l. 2. in fine: ff. ſi quis caution. [e] qua ſanè reſponſione ſubuertitur Menochij,
& Petri diſtinctio illa, vt ſi caſu deliquerit filius, & ob id dilectum fuerit carce-
ri mancipatus dignus ſit auxilio Auth. res quæ, ſin verò conſulto, indignus fa-
ctus ſit, non ſufficit huiuſmodi culpam nunquam fuiſſe ad hoc ordinatam; Præ
terea & in his caſibus, & in eleemoſynis diſtribuendis non eſt tam ſubtiliter cõ
tra delinquentes inquirendum, tum vt ipſi his minimis allecti poſſint veram
peccatorum ſuorum pęnitentiam & contritionem agere; tum quia poſſet ali-

quiſ glofſam iuris Canonici ſecutus dicere eum qui peccauit præferendum eſ
ſe illi qui nũquam peccauit, quemadmodum Saulus, qui prius chriſtianos om
nes acerrime perſecutus eſt, antequam Paulus tuba Spiritus ſancti fieret, & Pe
trus poſtea quam dominum abnegauit factus eſt firmior in fide, & dignus vt
ei diceret dominus, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam
meam. Sic Dauid, ſic Salomon, ſic ſimiles Hæroes, vt teſtatur gloſſa magna in
c. obeuntibus, diſt. 63. & c. fidelior factus, diſt. 60. quamobrem conuerſis, & con
tritis peccatoribus longè maior deberetur fortaſſis eleemoſyna, liceat igitur
ſi de magno delicto, & magna condemnatione, vel membri, vel capitis agatur,
ex bonis fideicommiſſi filium eximere, & agnationis honorem tutari, vt nul-
lius penſi videatur diſtinctio illa poſſe diſtribui inter pauperes in pios vſus, nõ
tamen in præiudicium fideicommiſſoris.[f]

5 † Item ex cauſa militię ac ſtudiorum non eſt concedenda huiuſmodi aliena
tio, quoniam ij ſumptus militiæ vel ſtudiorum, non ſunt tam vtiles, quam pro-
ficui ſunt ſumptus dotales, l. 1. ff. ſolut. matrim. d. Auth. res quæ &c. vt firmat
Angelus Padill. & Iaſon prope finem d. Auth. res quæ, eo maximè quod ad ta
les expenſas pater ab initio non tenebatur.[g]

6 † Nec pro anima diſtrahi permittuntur vt Baldus,[h] & Curtius autumarunt
moti ex c. 1. §. donare, qualiter olim feud. alien. poter.

7 † Ex cauſa deniq; dotis dandę filiæ, quæ ingrediatur Monaſterium, bona fi
deicõmiſſi diminui poſſe, omnes poſt Bartolum communiter aſſeuerarunt An
gelus, Baldus, Salicetus, Crotus, & Curtius iunior,[k] qui ea nititur ratione,
quod pater, haud ſecùs filiam Monaſterium ingredientem dotare teneatur,
ac obligatus ſit nubenti viro ſeculari dotem dare, iuxta Baldi, Ancharani, &
Felini placita,[l] maximè cum religionis, vel cœnobij ingreſſus maximis pri-
uilegijs à Iuſtiniano fuerit donatus, Auth. de ſanctiſſ. epiſcop. §. ſed & hoc præ
ſenti.

8 † Sed longè maior quæſtio reſurgit. An bona fideicommiſſi Eccleſiæ, vel lo
co pio reſtituenda diminui poſſint ex cauſis ſupra narratis, in qua Baldus,[m] Ia
ſon, & Ludouicus Romanus tenuerunt vtique poſſe alienari.

Sed aduerſus eos fortiter hæſitabat Curtius,[n] eo quod publica vtilitas qui
fauorem Eccleſiarum reſpicit, præferri debet vtilitati publicæ quæ in dotibus
mulierum verſatur,[o] & quia excepta legitima lex magis fauet eccleſiæ quam
liberis, donatio etenim facta eccleſiæ enaſcentibus liberis non reuocatur niſi
quo ad legitimam, c. vlt. 17. q. vlt.[p] Prętèrea ſalus animę omnibus rebus eſt prę
ponenda, Vnde Ripa poſt Baldum donationem Eccleſiæ factam pro ſalute a-
nimæ irreuocabilem niſi pro legitima exiſtimauit, alias verò donationes in om
nibus partib. reuocabilis, eo quod prę ſumitur quilibet magis animã ſuam quã
proprios filios diligere. Sed in re dubia inquit præſumitur facta pro ſalute ani
mæ[r] ideò cogitandum relinquit; Et in hac quæſtione concurrunt fauor reli-
gionis, & præſumpta mens teſtatoris qui in hoc reſiduo præter dotem, vel prę
ter legitimam voluerit Eccleſiam præferre.

At pro Baldo, Iaſone, & Ludouico, dicet aliquis ſpectãdam eſſe voluntatem
teſtatoris, qui liberos prætulit eccleſiæ inſtituẽs ac ſubſtituens, & pro filia duo
9 etiam concurrunt, præſumpta ſ. voluntas patris, & obligatio legis. Et † quoties
duæ cauſæ priuilegiatæ contendunt præfertur illa, quę de damno agit euitãdo,
potius quam quæ de lucro captando, l. non debet actori, §. in re obſcura, ff. de
regul. iur.[ſ] ſed filia agit de damno vitãdo, eccleſia verò de lucro captando, pro
inde filia erit præferenda. Sed hæc nimis leuia mihi ſemper viſa ſunt, quæ po-
ſtulant parem cauſam, & proinde rem dubiam, & plures quoque ampliationes
huius materiæ ex capite Interpretum deductæ, & valdè periculoſæ ſummope-

rè

rè diſplicuerunt, ecquis enim crediderit Iuſtinianum huiuſmodi ſuam conſtitutionem, quam pro dote conſtituenda, reſtituenda, & donatione propter nuptias condidit, voluiſſe etiam ad tot alias cauſas à ſubiecta materia alienas extendere? quod ſi voluit, cur non expreſſit? videntur itaque interpretes ipſi legiſlatoriam facultatem ſibi nimium arrogantes tot ac tantis eorum alienandi cauſis accumulatis extra iuris orbitam, iter viam & actum penitus egiſſe, quãobrem iure optimo Lodouicus Molina de Hiſpanorum primogeniis lib. 4. cap. 6. Vereor inquit ne horũ plura falſa ſint, & à mẽte Iuſtiniani ſatis aliena. Cõſtat enim, vt ſolidiora afferamus quæ leuia illa vltro illidunt, ac proſternunt, cõſtat inquam Imperatorem legem eam tuliſſe in fideicommiſſis, in quibus nõ fauor publicus, ſed ſola vtilitas priuata verſatur. Quare permittit, vt bona fideicommiſſi ex cauſa dotis ſeu donationis propter nuptias alienentur, ne priuata fidei cõmiſſorum vtilitas publicæ vtilitati, quę in dote, & in ea donatione verſatur, præferatur. Quod ſatis apertè indicant verba legis, (ea enim, quæ communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.) ſed alimentorum cauſa, redemptionis à cõdemnatione, à carcere, à captiuitate, & id genus multa, non publicum, ſed priuatum continent ius, ergo ob has cauſas fideicommiſſum diminui non poterit.

Quid ſi fideicommiſſum cauſæ piæ vel eccleſiæ fuerit reſtituendum, ea profectò eſt cauſa publica, publicum ſiquidem ius in Sacris, in Sacerdotibus, & in Magiſtratibus conſiſtit, l. 1. §. huius ſtudii, de iuſtit. & iur.

10 Quid† enim ſi fideicommiſſum relictum fuerit pro cõſtituenda eccleſia parochiali, vel pro conſtructa amplianda, cũ adeò reſtricta eſſet, vt populus diuina officia in ea audire minimè poſſet, vel tale quippiam opus, quod publicam vtilitatem cõcernat, multò præſtantiorem, nobiliorem, maioriſque frugis quã dotes ipſæ, ergo huiuſmodi fideicommiſſum ex ſententia Iuſtiniani, dotis cauſa nõ poterit diſtrahi; qua ratione Molina inibi rectè exiſtimauit, Auth. Res quę, non vendicare ſibi locum in fideicommiſſo perpetuo ratione agnationis conſeruandæ facto; maximè accedentibus ſtatutis, quæ fœminas ſtantibus maſculis excludunt, cum in illo etiam fauor publicus verſetur, vt pater, fatendum tamen eſt fideicommiſſum eccleſiæ relictum pro ſepulchro, pro ſacello, vel capella priuata ædificanda, vel pro anniuerſario particulari quotannis dicendo, non tam publicum quam priuatum continere commodum. Sed ſpecies illa præcedens præponderat dote ac donatione, & omnibus ſuis iuribus, vel argumentis, vt in lãce iuſtitiæ poſita, eas & terram ac maria deprimat. Ex hoc igitur fideicommiſſo, & hærede relicto bona ipſa ob dotem vel donationem propter nuptias diſtrahi nunquam poterunt.

11 Hoc autem † fideicommiſſum prænarratis cauſis diminuendum Baldus, Iaſon, Paulus Caſtrenſis, Antonius Padilla, & Ruinus, tam purum quã conditionale, tam ſingulare, quàm vniuerſale fore arbitrati ſunt, vno tamen reclamante Petra, poſt Curtium, qui verius exiſtimauit Auth. Res quæ, non procedere in particulari fideicommiſſo, Cuius ſententia probari poteſt ex his, quæ à Iuſtiniano ſancita fuerunt in Auth. de reſtitut. & ea quæ par. in §. quamobrem præſentem, ſi quis inquit de cætero reſtitutionem fecerit ſuarum rerum, primum quidem ſeruet filio legitimam partem tertiam, aut mediam ſecundum filiorum numerum, deinde ex reliqua ſubſtantiæ parte, ſi non ſufficeret ad dotes, aut antenuptialis donationis oblationem, honeſtè, & ſecundũ perſonarum qualitatem, & merita accipere etiam hoc ad reſtitutionem: Eſſe igitur vniuerſale fideicommiſſum, dum legitimam detrahit ex reliqua ſubſtantiæ parte, idẽ que probatur in illis verbis præcedentibus; Quia verò vir mortuus eſt, ſe ignorante reſtitutionem amiſſionis periculum ſuſtinere; nam ſi ignorat mulier reſti

tutio-

tutionem, id eſt, fideicommiſſum, & totius dotis periculum ſuſtinet, vniuerſale vtrique erit fideicommiſſum, probatur etiam ratione, nam ſi teſtator particulare aliquod conſtituerit fideicommiſſum, eius eſt ſemper præſumpta voluntas, taliſque legitur Sanctio Iuſtinianea, & communis omnium recepit intelligentia, vt vltra legitimam, vel dotem id congruum reſiduum ad honeſtatem conditionemque perſonarũ ſufficiant potius bona libera, quam fideicommiſſa, quæ que res illæ ſingulariter ſubiectæ fideicõmiſſo. Nam cætera bona libera iam dotibus & donationibus hypothe- cata ſunt, vt iugales aduerſus tertios poſſeſſores vt ſupra diximus, poſſint experiri; in quam ſententiam aduerſus Baldum inclinauit etiam Curtius: nam dum teſtator purum & particulare conſtituit fideicommiſſum, arbitratus eſt alias res ad congruam dotẽ ſufficere debere, & cauſam erroris Baldi, Iaſonis, Caſtrenſis, & ſectatorum eam fuiſſe puto, quod non legerint authenticum fontem, vnde ab Irnerio deducta fuit, Auth. Res quę, & in libris Codicis inſerta. Quaſi vt Paulus, & Iaſon fateri vidẽtur illis verbis decepti RES QVAE SVBIACENT RESTITVTIONI, ac ſubiacent tam res particulares, quam vniuerſales; Verum germana legum ſenſa non ſunt ita ex riuulis libanda. Sed ex intimo ac puro Iuriſprudẽtiæ fonte ſumma ſaturitate exhaurienda, & guſtãda; Quamobrem ſi ſteterit particulare fideicommiſſum, ſtabunt etiam cætera libera, quibus congruum reſiduum illud mediocre veniet dotibus ac donationibus iungendum, & accreſcendum.

12 Nũc † accedamus ad perſonas, quibus penitus deferri poteſt huiuſmodi priuilegium, Angelus, ˣ Paulus, Socinus, Curtius, Antonius Padilla, Petra, & Ludouicus Molina exiſtimarunt, id non ſolum filijs, ſed nepotibus, pronepotibus, & cæteris omnibus deſcendentibus ex latere paterno, etiam conceptis nedum natis poſt mortem fideicommittentis à lege delatum eſſe: Et mouentur,

Primò, propter verbum (liberis) poſitum in Auth. Res quæ, quod omnes deſcendentes complectitur, l. liberorum, de verb. ſignif. Sed ego non reperio verbum liberis, poſitum in fonte, ex quo decerpta fuit ea Neara; ſed nomẽ, filij. & ipſi dicunt, quod filiorum appellatione omnes, qui ex nobis deſcendunt, neq; dulciori nomine nepotes noſtros appellare poſſumus quam filii, d. l. liberorũ, in fine; ſed prout ſubiecta materia fuerit fauorabilis, vel odioſa, res erit amplianda, vel reſtringenda.

Secundò, mouentur ex caſu, quem veriorem putant inde elicere; nempè rationem decidendi illius conſtitutionis, non eſſe poteſtatis defectum, quod ſcilicèt teſtator ab eo onere dotandi nõ poſſit ſe eximere, quemadmodum nec ab obligatione contractus poterit ſe vnquam liberare, l. ſicut, C. de action. & obligation. Sed veram rationem eſſe, quod quamuis teſtator ad id præcisè nõ teneretur, veriſimile tamen eſt, quod ſi eo tempore viueret, his indigentiis ſubueniret, quare ex præſumptã eius voluntate, non autem ex præciſa neceſſitate id ipſum eo mortuo fieri debet; nam (vt Caliſtratus ait) quod ipſe viuus facturus erat ab hæredibus ſuis fieri iuſſiſſe intelligitur, l. cum ſeruus, in fine, ff. de condi tio. & demonſtrat. alioqui nihil nouum hæc iura Authenticorum diſpoſuiſſent præter leges illas veteres, ſi ad ea tantum reſtringerentur, ad quæ teſtator aſtrictus erat.

Tertiò, quoniã filia grauari conſequitur dotem etiam ex fideicommiſſo poſt mortem aui fideicommittentis, iam extincta omni obligatione dotandi in perſona aui, vt clarè inibi deciditur; quare conſiderãt Interpretes, quod ſi auus viueret, teneretur eam dotare, patre inope exiſtente, non autem perpendunt iura præciſæ obligationis.

13 Contrariam † verò ſententiam vti veriorem, quod imò, Auth. Res quę, non extendatur, niſi ad eas perſonas deſcendentes, quibus debetur legitima, ample

xi ſunt

xi ſunt Corneus, [y] Pariſius, & Alciatus, qui his rationibus nituntur.

Primò, quòd cõſtitutio illa Iuſtiniani loquatur de filijs, quibus legitima debetur: ſed lex, quoties aliqua cum qualitate loquitur, vel iubet, non poteſt niſi ad eas perſonas extrahi, in quibus illa qualitas conuenire poteſt, gloſ. in l. mancipia, in ver. auocandum, vbi Paulus Caſtrenſis, C. de ſeruis fugit. Sed remotioribus deſcendentibus, & conceptis quoque poſt mortẽ fideicommittentis nulla debetur legitima ad l. cum quæritur, & ad Auth. Nouiſſima, C. de inoffi. teſt. ergo ad has perſonas lex non poterit extendi: At punctus difficultatis ſecundũ alios reſidet in hoc, quod ſi auus, vel proauus teſtator viueret, vtiq; obſtrictus eſſet, & filia grauati quamuis remota ingrederetur locum patris, §. cum filius, de hæredit. quæ ab inteſt.

Secundò; Concepti poſt mortem teſtatoris ſunt extranei, l. Titius, de ſuis & legit. l. 1. §. extraneum, de rei vx. act. ergo eis non debetur legitima, nec dos, vt ſupra diximus.

Cui argumentationi egregiè occurrit Simeon Preteus lib. 4. de interpretatione iuris, pag. 439. Neque enim attenditur, an quis conceptus fuerit tempore mortis defuncti, niſi quando agitur de ſucceſſione ab inteſtato, vt in d. l. Titius, de ſuis & legit. non autem quãdo agitur de ſuccedendo ex teſtamento vel ex diſpoſitione inter viuos. Nam dotes relictæ filiabus maſculorum deſcẽdentium debentur eis etiam conceptis poſt mortem teſtatoris, cum fas ſit cuilibet legare poſthumis, & naſcituris, l. qui filiabus, ff. de legat. 1. vt poſt Ruinum, Paulum, Riminaldum iuniorem, & Petrum Antonium Anguiſciolam ipſe concludit.[z]

Tertio, quia deſtruerẽtur fideicommiſſa, [a] ſi dotes ex eorum bonis oporteat liberis ac deſcendentibus dari ac reſtitui, vt ſenſus naturalis oſtendit, ſed non inconuenit (vt ait Caſtrenſis[b]) quod pro dotãdis pluribus filiabus totum fideicommiſſum irrogetur, dummodò id ſine fraude, vel ſine crimine Stellionatus fiat, neque enim id ſubuertitur quod teſtator veriſimiliter noluit eſſe fideicommiſſum, quare concludunt pro omnibus deſcendentibus à teſtatore (vt caſus euenerit) res ſubiectas reſtitutioni pro congruo dotis ac donationis diſtrahi poſſe.

14 Quo verò † ad perſonas ex latere materno progenitas, ex mente Bartoli, [c] Baldi, Iaſonis, & Ripæ ponitur concluſio, quod ſi pater fuerit ſoluendo doti ac donationi congruæ, neque mater, nec alij ex eo latere aſcendentes tenebuntur dotare filiam vel neptem; quoniam huiuſmodi onus dotãdi pertinet ad patrem non ad matrem, l. fin. vbi gloſſ. C. de dot. promiſſ. l. qui liberos, vbi Coraſius de ritu nuptiarum, l. neque mater, C. de iur. dot.

Verum paternis, non exiſtentibus bonis, tunc mater diues tenebitur, & poterunt bona fideicommiſſi materni hac de cauſa alienari; nam qua ratione mater huiuſmodi filiam alere obſtringitur, l. ſi quis à liberis, § Papin. de lib. agnoſcend. §. illud, Auth. Vt lice. matr. & au. eadem aſtringitur illam dotare ad ſymetriam alimentorum, licèt in alijs non teneat vndecunque argumentatio ab alimentis ad dotem; vt Cynus, [d] Bartolus, Albericus, Curtius, Socinus iunior, Ripa, & Boerius profeſſi ſunt, & quamuis mater hoc caſu, dotare teneatur filiam, attamen intelligitur de rebus ſuis, non autem de alienis ſubiectis fideicommiſſo maiore,[e] & ad id etiam aſtringitur mater hæretica, ſi filiam ortodoxam habuerit, l. cognouimus, C. de hæretic. & l. vlt. vbi gloſ. C. de dot. promiſſ. & d. l. neque mater, vbi Accurſius.

Quod ſi deficiant bona paterna & materna autumarunt Ripa, & Baldus nouellus alienari poſſe bona aui materni, vt tot ac tanta pateſcant priuilegia dotalia. Quemadmodum enim nec mater pro filia, ita nec auus maternus pro nepte

ex filia; & vt mater in ſubſidium pro filia, ſic auus pro nepte. Reliquis deficien-
tibus obnoxius erit. Quod etiam Bartolum declarando tuetur Curtius iu-
nior. [f]
15 In collateralibus † autem nullo pacto vendicat ſibi locum, Auth. Res quæ,
quandoquidem Iuſtinianus de ipſis deſcendentibus, quibus maximè debetur
legitima fuerit locutus, niſi tamen frater & ſoror ex primo teſtatore deſcende-
rent, tunc enim ex bonis patris non autem fratris dotem, & congruum conſe-
queretur, in alijs verò perſonis, deinceps ex latere orientibus, ſic Ludouico Mo
lina contra Curtium acclamante nequaquam debet extendi, [g] Verum enimue
rò deficientibus bonis paternis, & alienis, vtiq; frater etiam tenebitur dotem
dare ſorori. [h]

Reliquum eſt, vt de prohitionis genere dicamus. Nam quamuis teſtator ex-
preſsè prohibuerit, ne res ſubiectæ reſtitutioni aliquo pacto alienẽtur, attamẽ
ex cauſa congruę dotis diſtrahi poſſe cõueniunt [i] omnes. Sed longè maior ex-
16 citat̃ quæſtio, † Si teſtator vetuerit, ne bona fideicõmiſſi, quouis modo aliena
ri poſſint, nec ex cã vlla dotis, nec ex cauſa aliqua donationis; an non obſtante
huiuſmodi interdicto, poſſint res fideicommiſſi diminui vigore illius Iuſtinia-
17 neæ ſanctionis? Cuius ſanè quæſtionis cardo, ſiue nodus in eo conſiſtit, † an ra
tio dictæ legis condendæ fuerit præſumpta mens teſtatoris, an verò potius de
fectus eius poteſtatis: nam ſi præcipuum eius fundamentum eſt præſumpta fi-
deicommittentis volutas: puta quod quãuis præciſè adhoc aſtrictus non eſſet,
veriſimile tamen eſt, quod ſi eo tẽpore viueret motus ſanguinis neceſſitudine,
& communi voto parentum, vellet nepotibus, vel neptibus ſuis, vt Curtius ar-
gumentatur, in his neceſſitatibus ſuccurrere. Sed in themate quæſtionis ceſſat
hæc præſumpta voluntas, quandoquidem expreſſerit nolle ex cauſa dotis alie-
nari poſſe, & in claris nõ eſt opus coniecturis, l. non aliter, l. ille, aut ille, §. in ver
bis, de legat. 3. qua ratione nixi communiter plerique exiſtimarunt fideicom-
miſſum non poſſe diminui. Alexander, [k] Iaſon, Curtius, Crotus, Loazes, Dida-
cus, Alciatus, Rolandus à Valle, Padilla, & reliqui à Petra Placentino longo or
dine relati; eoque magis quod pater fideicommittens nihil liberis relinquere
tenetur, niſi legitimam iure naturæ debitam, & de reſiduo patrimonio po-
teſt ad libitũ diſponere. [l] At ſi baſis, & vera legis ratio eſt, defectus poteſtatis,
nempè, quod non poſſit non ita congruè dotare, vt quòd tempore iniuncti fi-
deicõmmiſſi aſtrictus eſſet filiæ dotem, vel filio donationem aſſignare, certè
non poterit ſubiiciendo bona fideicommiſſo, ſe ab hoc onere liberare, vt nec
ab aliis obligationibus, l. ſicut, C. de action. & obligation. quo ſenſu alii ducti fi
deicõmiſſum minui poſſe ſentierunt Guido Papa, [m] Paulus Caſtrenſis, Ripa, Ia
ſon, Baldus nouellus, & cæteri, quorũ tamen aliqui loquuntur in caſu quo nec
legitima filio, vel nepoti fuiſſet relicta, quod non pertinet ad quæſtionem no-
ſtram. Sed vtra harum verior ſit ex ſuperius narratis elici poteſt. Et primam ra
tionem longè fortiorem ac veriorem exiſtimo.
18 † Hanc prætérea legem extendunt ad res à ſtatuto in exterum alienari pro
hibitas, vt ex cauſa dotis licita ſit alienatio, [n] quia cum ſit neceſſaria non com-
prehenditur eo ſtatuto, [o] & diſpoſitio prohibitiua generaliter loquens non am
plectitur cauſam dotis, [p] quinetiam notatu dignũ exiſtimauit Iaſon, [q] eã pro-
trahi etiam ad ſtatutũ iuratum; Nam cõſtitutione inquit inclyti Regni Arago-
niæ iurata per ipſum Regem interdictum erat, ne Rex poſſet immobilia aliqua
Regni diſtrahere, niſi pro dotandis filijs infantibus, vel ex cauſa Regni neceſ-
ſaria, ſed Rex pro matrimonio ineundo multa bona donauerat Reginæ, vnde
quęſtionis fuit an ea potuerit donare, quæ ſanè controuerſia diu Romæ agita
ta fuit, & poſt Albericum concludit tandem, Authenticam Res quæ; extendi
etiam

etiam ad prohibitionem ſtatutariam,& iuratam.[p]

Denique vt ad alia bonorum genera perueniamus, quamuis res fideicom-
19 miſſo ſubiectę ex cauſa dotis & donationis alienari poſſint,† feuda tamen regulariter non poſſunt diminui,nec pro dote darĩ,ca. 1.§.donare, vbi Bald.qualit. olim feud.alie.poſſ.[r] ne præiudicium domino paretur,& quia prohibitio alienationis feudi,eſt longè fortior quam fideicommiſſi,quod tamẽ limitatur primo in fructibus,vel commoditate feudi;[s] nam mulier feudum poſſidens,id ineſtimatum pro ſe dotanda dare vtiq; poſſet,ſecundo[t] in feudo hęreditario pro ſe & quibus dederit,quia ſe habet ad inſtar hæreditatis.

Bona autem emphyteutica porrò alienari poſſunt ſine conſenſu domini,pro dote & donatione propter nuptias,dummodo cum eodem iure dentur quo erant penes dantem quod latè Iaſon[u] poſt alios firmauit,

Res tãdem primogenituræ æquiparantur fideicommiſſis,& ipſæ quoq; virtuti Authenticæ (res quę) vt regulariter,& communiter receptum eſt,eiſdem cauſis diſtrahi poſſunt,[x] vno reclamante Ludouico[y] Molina, qui conſuetudine & moribus ac iudicijs Hiſpaniæ ſummoperè nititur in patria ſua.

Patet igitur quibus ex cauſis, in quibus perſonis, & quo genere prohibendi,& quibus in rebus vniuerſalia fideicommiſſa alienari poſſint.

AD CAP. IIII.

a Socin.in l.Marcellus.§.res quæ,ad S.C.Trebell.
b Curt.in d. Auth.res quæ,nu.32.C.communia de leg.& fideicom.
c Contra ea quæ in l.4.& 2.ff.ſi quis caution. vbi Bart.in §.fin. not.in c.ſtatutum de reſcript. in 6.& in c.Mora de reg.iur.in 6.
d Fulg.in d. Auth.res quæ,& Alex.in l.quamuis,ff.ſolut.matrim.
e Bart.in d.l.2.in fine,ff.ſi quis caution.& d.c.ſtatutum, & Auth.bona damnatorum de bon.proſcript.
f Cœphal.conſ.624.nu.8.& 60.Petra de fideicomm.q.8.nu.416.
g Bart.in l.1.§.nec Caſtrenſe in fin.de collat.bon.Bald.in Authent.ex teſtamento,C.de collat.
h Bald.in l.voluntas,nu.6.C.de fideicommiſſ. Curt.d.Auth.res quæ ad finem, Petra d.quæſt.8.num.491.
K Curt.iun.in d.Auth.res quæ,nu.26.vbi Angel.Bald.& Salic. Crot.in §.diui,nu.61. Petr.num.418.vbi ſuprà.
l Bald.in l.fin.C.de dot.promiſſ.Anchar.conſ 103.Felin.in c.Eccleſia S. Mariæ de conſtit.
m Bald.in d.Auth.res quæ, nu.13.Iaſon nu.32. Ludou.Roman.cõſ.267.circa id de quo quæritur, contra gloſſam.de alimentis.
n Curt.d.Auth.res quæ,nu.37.
o Bart.in l.1.ff.ſolut.matrim.nu.25.
p Bart.in l.Titia,§. Imperator,de leg.2.Bart.in l.1.in 6.quæſt.princip. C.de ſacroſ.Eccleſ. Alex. in l.pactum,C.de pact.
q Ripa in l.ſi vnquam,C.de reuocand.donation.q.49. poſt Baldum conſil.125.punctus quidam, lib.2.
r L.ſi quis Titio vbi gloſ.& DD.de leg.2.
ſ Vbi Dec.& Bart.in Auth.quas actiones,C.de ſacroſ. Eccleſ.Marſil.ſingul.99.
t Bald.in d.Auth.res quæ,num.6. Iaſon nu.32.nono extende, Caſtr.in princip.Padill.num.108. Ruin.199.nu.6.lib.2.
u Petra de fideicomm.d.q.8.nu.493.& ſeq.Curt.in Auth.res quæ,nu.47.
x Curt.& Padill.in Auth.res quæ,Caſtr.in l.mulier,§.cum proponeretur ad S.C.Trebell.Petra d.q.8.nu.394.Ludou.Molin.de Hiſpa.primogen.lib.3.c.6.
y Corn.in d.Auth.res quæ,Pariſ.conſ.52.nu.34.vol.2.Alciat.conſ.164.lib.9.
z Ruin.conſ.30.vol.3.& 160.nu.4.in 2. Caſtr.conſ.77.vol.2. Riminald.iun.143.num.3.4.& 5. Petr.Anton.Anguiſſ.75.lib.6.in vltim.voluntat. Simeon Pret.lib.4.de interpretat.iur.pagina 439.
a Caſtr.in d.l.mulier,§.cum proponeretur,nu.3.& ſeq.ad Trebell.
b Caſtrenſ.in d.§.cum proponeretur.
c Bart.in d.Auth.res quæ,nu.3.& in l.à filia vbi gloſſ.ad S.C.Trebel. Bald.nu.9.Iaſon 6.& Curt. 17.in d.Auth.res quæ,Ripa in l.1.nu.77.ff.ſolut.matrimon.
d Cyn.Bart.Alber.Curt.in d.Auth.res quæ,Ripa in l.1.nu.77.ff.ſolut.matrim. Socin.iun.conſ. 161.nu.197.vol.2.Boer.deciſ.129.nu.4.Bald.& Sal.in l.voluntas,C.de fideicom.

e Ripa in d.l.1.nu.80.ff.ſolu.matrim.Bald.nouell.in tract.de dot.part.6.priuil.16.
f Curt.in d.Auth.res quæ,nu.15.
g Angel.in d.Auth.res quæ,Caſtr.in d.§.cum proponeretur,Ludou.Molin. de Hiſpanorum primogenijs lib.3.c.6 nu.6.
h Bart.in l.cum plures.§.cum tutor,& in l.non omni, C.de adminiſtr.tut.Ripa in d.l.1. nu.83. ſol.matrim.Coraſ.in l.qui liberos,nu.15.de ritu nupt.Boer.deciſ.129.nu.4.& 7.
i Petra de fideicomm.q.8.nu.423.& 430.
K Alex.conſ.56.vol.1.Iaſon in d.Auth.res quę,nu.24.Cur.nu.16.Crot.in §.diui,nu.59. Loazes nu.140.Didac.variar.reſolut.libr.3.c.6.nu.10.Alciat.conſ.644.Roland.à Valle,reſp.85.nu.23.vol.1.Petra d.q.8.nu.432.
l Ad ea quæ in l.Gallus de lib.& poſth.Crot.de Loaz,in §.diui,num.141. Arius Pin.in l.1.in §.par.nu.102.C.de bon.matern.Burſ.conſ.179.nu.22.vol.2.Ruin.123.nu.11.vol.2.
m Guid.Pap.deciſ.96.Caſtrenſ.conſ.8.in 1.par.Ripa in §.diui nu.73,Iaſon in Auth.res quæ,12.limitar.Petra d.q.8.nu.435.
n Opiz.in §.diui,nu.38.Loaz 135.Ripa 71.Roman.conſ.407.
o Dec.conſ.300.nu.9.
p Nat.52.nu.14.
q Iaſ.in Auth.res quæ,nu.25.Alber.in 1.par.ſtat.q.148.
r Iaſ.conſ.66.ad finem,& 89.nu.4.vol.1.& in Auth.res quæ,nu.32.in 6.limitat. congerit Petra ibid.nu.466.Crauet.conſ.24.nu.11.
ſ Iaſon in l.fin.nu.78.C.de iur.emphyt.Afflict.deciſ.26.Petra ubi ſupra num.475.Curt.de feud.par.4.nu.93.Felin.in c.quæ in eccleſiarum,nu.73.de conſtitut.Iaſon conſ.6.vol.1.
t Curt.iun.conſ.3.
u Iaſon in d.l.fin.nu.47.& 107.C.de iur.emphyt.& Petra ubi ſupra.
x Plot.conſ.87.Petra nu.500.Didac.lib.3.reſolut.c.6.nu.10.& lib.2.c.16.nu.9.Padill.in d.Auth.res quæ nu.33.& 78.Alberic.in 1.par.ſtatut.q.144.Oldr.conſ.95.nu.7.
y Ludou.Molin.de Hiſpan.primogenijs lib.3.c.6.nu.17.

S V M M A R I A.

1 Funeris impenſa an pra omnibus veniat ex hareditate deducenda,aut ex fideicommiſſo detrahenda cum omne creditum pracedat.

Et quid in tali impenſa & vxor ex dote conferat, & hares ex ipſa hareditate.nu.eod.

2 Haredi non doti imputanda venit lugubre veſtimentum quod luctus tempore vxor deferre tenetur.

3 Dotes matris, & nuruum non fideicommiſſario hoc caſu ſed filijs veniunt attribuenda.

4 Et quid iuris in fructibus, num fideicommiſſario ſint reſtituendi, ardua eſſe videtur quaſtio.

5 Fructus recollecti adhuc in humanis agente ipſo teſtatore vtpotè in bonis eius reperti in fideicommiſſi veniunt reſtitutionem tanquam hareditarij.

Percepti autem poſt obitum teſtantis non fideicommiſſario,ſed haredi qui per aditionem ſe hareditati immiſcuit relicti cedunt.6.

Et quid in penſionibus,& mercedibus rerum locatarum,in vſuris,et alijs huiuſmodi qua huiuſmodi fructuum vices repreſentant ſtatuendum.nu.7.

Quid tandem in impenſis meliorationibuſq; quas Iuſtinianus Emponemata appellat ſentiendum.nu.8.

9 Bona fidei poſſeſſor ex fideicommiſſo relictis bonis,vel hareditate neceſſario factas deducere impenſas poteſt.

Vtiles praterea,adhibita tamen aquitatis quodam temperamento.

10 Mala fidei pariter poſſeſſor, & neceſſarias deducere impenſas poteſt indiſtinctè eas repetendo,vtiles verò nequaquam.

Quid autem de eo iudicandum qui initio bona fide poſſedit,tandem in mala fide repertus fuerit.nu.11.

12 Melioramenta quo tempore veniant ſoluenda,& multa de melioramentis factis in emphyteuſi locatione,& ſimilibus vſque in finem.

Quod

Quod non veniant in fideicommiſſariam reſtitutionem, funeris impenſa, dotis, omneq́; aliud æs alienum, fructus, & meliorationes, & quo tempore ineunda æſtimatio. Cap. V.

IN fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem ſolent non
venire, ſed potius deduci omne æs alienum, præcipuè fu-
neris impenſa; & dotis fructus, melioramenta, legitima,
Trebelliana, & alia huiuſmodi multa; quæ nunc veniunt
examinanda,
1 Funeris impenſa ex hæreditate, vt inquit Martianus ſem
per deducitur, quę etiam omne creditum ſolet præcedere,
cum bona ſoluendo non ſunt, l. impenſa, ff. de religioſ. & ſumpt. fun.[a] quę im-
penſa æs alienum dotis eſt, vt quæ dotem minuit vxoris, vt ſi in dote centum
ſint, in hæreditate ducenta, duas partes hæres, & vnam vir conferat, l. impenſa
enim, l. Celſus, l. veluti, l. ſi pro rata, ff. de relig. & ſump. fun. qui ſumptus funeris
ex bono, & æquo, conditioni æqualitate perſonæ, ac bonorum in monumento
conſtruendo, in cadauere etiam peregre perferendo, & cuſtodiendo fieri de-
bet, l. at ſi quis, §. funeris cauſa, & §. hæc actio, de religioſ. & ſumpt. fun. idemq;
2 † in veſte lugubri, quam tempore luctus vxor ferre debet, receptum eſt, & hęc
hæredi non autem doti imputatur, ſed parui pretij vxori, magni verò hæredi-
bus mariti cedit, enimuerò ſi habitũ depoſuerit vidualem, veſtes omninò red-
det quas habuit, & renuens contempſit, quemadmodum Simeon Pret. librò
interpretationis tertio poſt Baldum, & alios obſeruauit.[b]
3 † Dos etiam matris fideicommiſſario reſtitui minimè debet, nec dotes nu-
ruum filijs acquiſitæ, vtpotè quæ neq; ex ſubſtantia, neq; ex iudicio teſtatoris
filijs acquiruntur, l. ab omnibus, §. vlt. de legat. 1. idẽ in dote data à patre filię[c]
fideicommiſſo grauatæ receptum eſt, neq; enim ex teſtamento eam acquiſiuit,
l. à filia, ff. ad S.C. Trebell.[d] idemq; firmandum eſt ſi vxor à marito fuerit hæ-
res inſtituta, & grauata, enimuero dotem deducere poteſt, l. vnica, §. igitur, C.
de rei vxor. action. niſi tamen contraria euidens eluceat voluntas teſtatoris, l.
Lucius, §. maritus. ff. ad Trebell.[e] Dotes verò fratrum ſolent in patrimonio cõ-
muni, vel ſocietate omniũ bonorum diſſoluenda percipi, iuxta ſpeciem l. actio
ne, §. vlt. cum l. ſequenti, ff. pro ſocio, Si manente matrimonio (Paulus ait) di-
ſtrahatur ſocietas, ſocius qui vxorem habet dotem percipere debet, nam dos
apud eum eſſe debet qui onera ſuſtinuit, quod ſi iam diſſoluto matrimonio ſo-
cietas diſtrahatur eadem die recipienda dos eſt qua & ſolui debet, quod ſi eo
tempore quo diuiditur ſocietas in ea cauſa dos ſit, vt certum ſit eam, vel partẽ
eius reddi non oportere, diuidere eam inter ſocios Iudex cuique debet, ſi vni-
uerſarum fortunarum ſocij fuerint, quod etiam Vbaldus de fratribus, & ſo-
cijs affirmauit.
4 † De fructibus ardua videtur quæſtio, Nam hęreditaria omnia fideicommiſ
ſario reſtituenda ſunt, vtpotè quæ ex actione, & obligatione hæreditaria
quærantur, ſed enim acclamat Vlpianus in fideicommiſſariam hæreditatis reſti
tutionem, conſtat non venire fructus. Cur igitur diuerſum in fructibus? Vlpia
ni itaq; ſenſum prius aperiamus, magnum porrò ipſe conſtituit diſcrimen in-
ter hæreditatẽ ſiue res hæreditatis, & fructus ex rebus hæreditarijs collectos,
quaſi quod ij non ſint hæreditarij, ſed ex rebus hæreditariis producti, ſi tamẽ
quæſtio agitur de fructibus poſt aditam hæreditatem ab hærede perceptis: et
hoc erat quod idẽ voluit in l. in fideicõmiſſariam ad S.C. Trebell. in illis verbis
inſi-

inſinuare,§.quoties quis rogatus hæreditatẽ reſtituere,id videtur rogatus red
dere,quod fuit hæreditatis,fructus autem non hæreditati,ſed ipſis rebus acce
pti feruntur, erit igitur ſenſus(vt rectè Hugo Donellus ait)fructus perinde ha
bendos ac ſi ex rebus ipſis hæreditarijs,non ex hæreditate accepti eſſent,ex re
busipſis hæreditatis eos percipi conſtat, nec propterea ſunt ipſi hæreditatis,
quid tum, nempè quia ante aditam hæreditatem fructus ſunt hæreditatis, vt-
potè cum eo tempore hæreditas iacens ſuſtineat locum & vices defuncti, l.hæ
reditas,de acquir.rerum domin.& adita hæreditate cęperunt eſſe hęredis, qui
ipſe tum in ius omne defuncti ſucceſſit,l.hæres in omne, de acquir. hęred.quo
facto ſimul inquit deſijt hæreditas earũ rerum eſſe domina, & quod idem eſt,
deſierunt res ipſæ eſſe hæreditatis, quamobrem nõ hæreditati, ſed ipſis rebus
accepto feruntur;quaſi hæreditas ita differat à fructibus, vt pira,& mala diffe-
runt ab eorum pediculis,quibus in arbore ſuſtinentur;quibus declaratis diui-
damus vnà cum cæteris Interpretibus tempora nondum aditæ & aditæ etiam
hæreditatis, & dicamus fructus pendentes tempore mortis teſtatoris,qui pars
fundi exiſtimantur,l.fructus pendentes,de rei vendicat.præterea † collectos vi
5 uo teſtatore,& in bonis eius repertos venire in reſtitutionẽ fideicommiſſi,quo
niam ſunt hæreditarij, gloſſ.in l.in fideicommiſſariam , ff.ad Trebellian.[f] tales
etiam habentur fructus collecti,& percepti ante aditionem iacente adhuc hæ-
reditate;vtpotè qui hæreditarij ſunt, cum hæreditas iacens ſuſtineat locum,&
iura defuncti,d.l.hæreditas,de acquir.rer.dom.probatur in l.ſi mulier,§.ſi hæ-
6 res,ff.ad Trebell.[g] & hoc procedit,ſiue coactè,ſiue ſpõte hæres adierit.[h] † Fru
ctus verò percepti ab hærede poſt aditam hæreditatem non hæreditati,ſed ip-
ſis rebus accepto ferũtur;ideò cum non ſint hæreditarii , & per aditionem ac-
quirantur hæredi,non debent fideicommiſſario reſtitui,niſi hæres fuerit in mo
ra,d.l.in fideicommiſſariam,& d.l.ſi mulier,§.ſi hæres, [i] ſatis etiam viuente teſta
tore necdum maturos tempore eius mortis propeditam hæreditatem lucratur
ipſe hæres, [k] quemadmodum etiam acquirit collectos ante diem vel purifica-
tam conditionem fideicommiſſi, perceptos verò poſt diem vel conditionem fi
deicommiſſi lite iam conteſtata,vel mora cõmiſſa hæres fideicommiſſaria om-
nino reſtituet,d.l.in fideicommiſſariam,collectos verò negligentia fideicommiſ
ſarij minimè reſtituit,l.ita tamẽ,§.hæres ex aſſe,& l.ſi mulier,§.ſi hęres,ad Tre
7 bel.[l] † idemq; iuris ſancitum legitur in penſionibus & mercedibus rerum loca
tarum,in vſuris,& alijs huiuſmodi,quæ fructuum vicem obtinent,l.mercedes,
de petitione hæreditatis,l.vſuræ,de vſur. Hæc igitur omnia ab hærede perce-
pta pariter fideicommiſſo eximi debent,ne veniant in reſtitutionem,l.poſtulã-
te,§.1.l.deducta, §.qui poſt , & §.ante, ff.ad Trebell. & hæres imputat fructus
in quartam Trebellianam ſi voluerit , qui regulariter non debent compenſari
in legitima, d.l.in fideicommiſſ.vbi gloſſ.& l.ſcimus,§.repletionem,C.de inoff.
teſtam.nec etiam computandi in Falcidia,quia hoc debetur iure inſtitutionis,
& in Falcidiam non imputamus niſi quæ iure inſtitutionis habentur, in Trebel
lianam verò etiam ea, quæ alio iure quam inſtitutionis ex bonis teſtatoris per
cipiuntur,l.in quartam,ff.ad l.Falcid.fructus igitur,qui ratione dominii perci-
piuntur, quiq; hæreditati accepto non feruntur, nõ poſſunt ea ratione in Falci
diam imputari,vt egregiè declarauit examinauitq; Ripa ad d.l.in fideicommiſ
ſariam,quæ ſanè omnia vera eſſe exiſtimantur, quando hæres fideicommiſſa-
rio præſenti , & negligenti ante reſtitutionem fructus perceperit, non autem
quando ipſo iure fideicommiſſum,& iura quæq; reſtituta intelliguntur, vt in
caſibus l.ſancimus,§.1.C.ad S.C.Trebell. vt ſi hæres grauatus reſtituere per
contumaciam ſit abſens,vel ſi primus fideicommiſſarius in reſtituendo iura,&
actiones ſecundo,ſit moroſos,vel ſi quis eorum antequam reſtituat ſine hære

de

de deceſſerit; quibus caſibus ipſo iure trāſferri cēſentur vtiles actiones, [m] quod Ripa pupillis & furioſis, qui abſentibus æquiparantur, l. 1. §. j. de acquir. poſſeſſ. vtile fore animaduertit, quandoquidem horum fauore mora ipſa re committi videatur, l. in minorum, C. in quibus cauſis in integr. reſti. non eſt neceſſ. [n]

8 Nec† minus inutiliter de impenſis deque meliorationibus, quas Iuſtinianus in l. 2. & 3. C. de iur. emphyt. emponemata appellat, contendunt Iuriſprudētes, & omnes non ſine maxima fruge ad æquiſſimum Celſi reſponſum referunt, ad l. in fundo, ff. de rei vendicat. quare Bartolum inibi ſecuti diſtingunt, impenſas neceſſarias, vtiles, & voluptarias, quales habentur in l. impenſæ, de verb. ſignif. l. 1. 2. & 3. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. item aliæ ad perpetuam rei vtilitatem alia cauſa quærendorum fructuum; & ad perpetuam rei vtilitatem factæ cenſeri debent, quæ ſolum annos decem duraturæ ſunt, vt ſentit gloſſ. in l. 3 §. 1. de impenſ. in reb. dot. fact. [o] quæ verò gratia fructuum colligendorum fiunt, ab eo deduci poſſunt qui fructus reddere tenetur, l. ſi fundus, ff. famil. herc. l. fructus, ſolut. matrim. l. ſi à patre, in fin. de petit. hæred. & quoniam bona, malaq; fides ius conſtituit, in his valdè diuerſum Barto. veſtigia ſecuti has firmabimus Concluſiones.

9 Prima eſt,† Bonæ fidei poſſeſſorem deducere impenſas, quas fecerit neceſſarias, quas niſi feciſſet, res aut peritura, aut deterior futura erat, probatur in §. ex diuerſo, Inſtit. de rer. diuiſ. in l. adeò, §. 1. de acquir. rer. dom. in l. quod dicitur, & l. 1. §. 2. de impenſ. in reb. dot. fact. quin etiam malæ fidei poſſeſſor tales deducit impenſas, l. domum, C. de rei vendic. idque verum accipitur, etiamſi res poſtea perierit ſine culpa bonæ fidei poſſeſſoris, nō autem Prædonis, in petitione hæreditatis non in rei vendicatione, l. planè, l. quod ſi ſumptus, de petit. hæred. l. & in totum, de impenſ. in reb. dot. fac.

Secunda eſt Cōcluſio, poſſeſſor bonæ fidei expenſas vtiles, quas ædificando fecit, vtique deducere poteſt adhibito æquitatis temperamēto, de quo Celſus in d. l. in fundo; nempè ſi Dominus eas erat facturus, aut ſi non facturus, rē tamen ipſam erat venditurus. Quod ſi nec facturus, nec vēditurus, ſed diues erat, conceditur eorum deductio; at ſi pauper, & inops extiterit, qui facit expenſas, non poterit eas repetere, ſed abradere, & materiam auferre, ita tamen vt ſi paratus eſt dominus tantum dare quantum habiturus eſt poſſeſſor his rebus ablatis, fiat ei poteſtas, neque enim malitijs indulgendum eſt, ſi tectoriū puta quod induxerit, picturaſque corradere velit, nihil laturus, niſi vt officiat, ſufficit enim ſibi permitti tollere ex his rebus quæ poſſet, ita ne deterior ſit fundus, quam ſi initio non foret ædificatum; at ſi poſſeſſor denunciauerit domino ſe ędificaturum, & dominus tacuerit, poterit vt arbitratur Bartolus cæterique ſequuntur, impenſas deducere, l. aut ſi ante, de rei vendicat. l. vtilium, de emphy. nam huic veluti ſuo negociorum geſtori aſſentire intelligitur, c. qui tacet, de regul. iur. in 6. niſi tamen exceſſiuas fecerit meliorationes, quæ in fraudem factæ præſumuntur, & proinde non deducendæ. [p] quare ſi emptor ſciens fundum eſſe fideicommiſſo ſubiectum, magna & ampla in eo conſtruxerit ædificia, omnia porrò amiſit melioramenta, nec ea abradere auferreve poſſet, quoniam culpa malæ fidei, ac temeritatis eum tenet, in qua conſtituitur etiam ſi denunciatum ſibi fuerit fideicommiſſum, edito ſibi exemplo teſtamēti, [q] & ſic ex æquitate Venetain his regionibus obſeruari pro comperto habetur.

Impenſæ etiam, quas bonæ fidei poſſeſſor vtiles fecerit, dum ſeminauit, plātauit, vel conſeuit, huiuſmodi ſunt, vt [r] ſata, plātata, vel conſita auferri nequeāt, neque enim id patitur materia, probat Bartoli opinio in l. ſi fundi, de rei vendicatione, ſi fundi poſſeſſor eū excoluiſſet, ſeuiſſet, & poſtea fundus euincatur, conſita tollere non poteſt, & in l. ſed ſi, §. arbor, de acquir. rer. domin, arbor ra-

dici-

dicitus eruta,& in alio loco poſita,priuſquam coaluerit prioris domini eſt,vbi
coaluerit agro cedit,& ſi rurſus eruta ſit,non ad priorem dominum reuertitur,
nam credibile eſt alio terræ alimento aliam factam arborem eſſe. Nec eas pe-
tere poteſt,vt dominus ſibi reſtituar, vel ſoluat, quod probari videtur in l. ſin
autem,§.vlt.cum l.ſeq.de rei vendicat. Sed etſi puerum meum cum poſſideres
erudiſſes,non eum obſeruandum Proculus exiſtimat, quia neque carere ſeruo
meo deberem,nec poteſt remediũ idem adhiberi,quod in area diximus,in qua
conſtructum ædificium tolli poteſt, ſubdit Caius, forte quod pictorem aut li-
brarium docueris dicitur non aliter officio iudicis æſtimationem haberi poſſe;
niſi venalem,inquit Pomponius,eum habeas,& plus ex precio eius conſecutu
rus ſis propter artificium,aut ſi ante denũciatum ſit actori, vt impenſam ſolue
ret,& eo diſſimulante oppoſita ſit doli mali exceptio;quare concludit has im-
penſas nõ poſſe deduci, niſi actor eſſet rem diſtracturus,vel niſi diues:quas im
penſas inquit in fructus imputabit,ſi quos perceperit,quos reſtituere teneatur
l.cæterum,l.ſumptus,l.emptor,de rei vendicat. [r] ſed hodie reiecta Bartoli ſen-
tentia omnes communiter amplexi ſunt Pauli Caſtrenſis , & Rolandi à Valle
conſilium,[s] nempè,quod huiuſmodi vtilia emponemata plãtarum quoq; ſint
deducenda, & ad iura ac exemplum ſerui eruditi res pendent id procedere in
bonæ fidei poſſeſſore,qui non intẽdebat ſibi aliquem obligare, quamuis igitur
ei non competat actio ad repetendum,exceptio tamen ei non denegatur,l.ſi in
area,in fine,de condict.indeb.Secus in colono,conductore & ſimilibus,qui im
pendunt in re aliena,vt ſibi dominum obligent, & qui habet actionem ex con
ducto pro his meliorationibus, l.dominus horreorũ, §.1. & l.colonus,ff.locat.
& de his etiam loquitur d.l.in fundo,[t] vt reſonant prima illius verba(in fundo
alieno,quem imprudens emeras ædificaſti,aut conſeuiſti) probatur etiam in l.
ſi quis ſciens,in fine,C.de rei vendic.& in §.qua ratione,de rer.diuiſ.in quibus
omnibus apertiſſimè conſtat, eum qui vtiles dicam etiam plantationis melio-
rationes fecerit repellere dominum,vel per actionem aliquam,vel per doli ma-
li exceptionem,quod admittitur etiã ſi plantæ aruerint, vel exſiccatæ amplius
non exiſtant,factæ quoque in arando & ſerendo gratia fructuum quærendorũ
cum fructibus compenſari debent,nec ſunt repetendæ ſeu reſtituendę,l.diuor
tio,§.impenſa,ſolut.matrim.irrogatæ verò cauſa nemoris extirpandi,vel arbo-
rum radicitus eruendarum, vt tellus fiat ager noualis ad culturã aptus ac ido-
neus omninò deducenda ſunt,non autem reſtituendæ, tum quia vtiles haben-
tur,l.vtiles,vbi gloſſ.de petit.hæredit.l.quod dicitur,§.vlt.iuncta l.ſequ.de im-
penſ.in reb.dotal.fact.tum quia,vt Ruinus [u] verè ſentit,perpetuam inferũt rei
vtilitatem duraturam,vtique etiam poſtquam ceſſerit veneritq; dies fideicom-
miſſi,proinde non poſſunt dici irrogatæ gratia quærendorum fructuum,l.3.§.
vlt.& l.impenſæ,ff.de impenſ. talia habentur inſuper, quæ colonus fecerit me-
lioramenta in fodiendis foſſis,non quidem annuis,ſed perpetuis,ideſt vltra tẽ-
pus colonatus duraturis,[x] idemque iuris ſancitum eſt in plantandis vitibus,&
arboribus,ſi fideicommiſſarius eſt percepturus perpetuam vtilitatem,quemad-
modnm poſt Paulum Caſtrenſem firmauit Rolandus à Valle.[y]

Voluptarias autem meliorationes, quales ſunt picturæ, bonæ fidei poſſeſ-
ſor minimè deducit,ſed poteſt eas corradere,ita,ne deterior fiat fundus vel pa
ries,& poteſt dominus tantum poſſeſſori dare,quãtum habiturus eſt his rebus
ablatis,idque verum,niſi dominus eſſet rem deſtructurus: tunc enim voluptua
riæ uerterentur in vtiles, deducique poſſent,d.l.in fundo, & l.quòd ſi eæ, & l.
voluptatis,ff.de impenſ. quemadmodum Bartolus ibidem firmauit, & reliqui
ſequuntur,ſed iam de malæ fidei poſſeſsore.

10 Malæ †fidei poſseſsor impẽſas repetit, vel deducit neceſsarias, ſi modo res

melior

melior facta fuerit,& in hoc defert à bonæ fidei poſſeſſore, qui indiſtinctè eas repetit,probatur in l.planè,de petit.hæred.in l.domum, C.de rei vendic.& in l.hæres furioſi,de petit.hæredit.[a]

Vtiles impenſas malæ fidei poſſeſſor ſi nouum opus vel nouas ædes ædificauerit,certè non deducet,nam dum ſciēter ædificat in alieno ſolo, donare intelligitur,§.ex diuerſo, de rer.diuiſ.ſecùs in eo qui donare non poteſt, qualis eſt maritus,qui ſi in ſolo vxoris ædificauerit repetit impenſam,l.vxor filio, in fin. ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.cum vir,de dol.exceptioni.Si verò ędes iam cōſtructas ampliauerit (vt Bartolus diſtinguit) eas poterit meliorationes auferre ſine rei prioris ſtatus læſione, l.domum,C.de rei vendicat.at re pereunte,quoniam malæ fidei poſſeſſor eſt, nihil poterit conſequi,l.planè, ff. de petitio.hæreditat.[a]

Voluptarias denique malæ fidei poſſeſſor, vt Bartol.& gloſſ.in d.l.in fundo exiſtimant,non deducit,non aufert, non abradit in rei vendicatione,at in petitione hæreditatis vtique deducere poteſt,l.vtiles,in fine,de petit.hæredit.Hinc quærunt,cur diuerſum inter has actiones? cum maximè legant in caſu l.adeò, §.ex diuerſo,ff.de acquir.rerum domin.malæ fidei poſſeſſorem diruto ædificio perdere omnem materiam,& nihil recuperare,verùm in ſpecie d.l.vtiles,vtiq; recuperare & tollere materiam ſuam , Barto. diuerſum id fore putauit,quòd magis ſit fauendum domino vendicanti , quàm hæredi cuicunque, qui nititur ratione tituli. Gloſſ.verò in l.2. C. de rei vendicat. videns in ſpecie illius legis collapſo ædificio materiam reuerti,etiam in actione rei vendicationis ad poſſeſſorem malæ fidei,niſi animo donandi ædificaſſet,diſtinguebat,aut poſſeſſor ille animo donandi impēdit,& nihil retinet,vel repetit, & ita procedit d.l.adeo, §. extenſo,aut verò gratia retinendi, vel repetendi, & hic poterit deducere,vt in d.l.vtiles.Prętereà Sarmiēta Selectarum ſentētiarum primo c.20.nu.10.diſtinguebat d.l.vtiles,loqui de poſſeſſore, qui quando fundus petitus eſt adhuc poſſidet,& ideo poteſt has auferre meliorationes; nam cum adhuc poſſideat,facilius ei conceditur retentio quā noua petitio,l.ſi repetendi, C. de cond.ob cauſ. Iuriſconſultum verò in d.§.ex diuerſo,ſermonem habere de eo poſſeſſore , qui non poſſidet tempore quo venditur fundus,quare nulla ei conceditur actio.

11 Deniq; † poſſeſſor ab initio bonæ fidei,& poſtea factus poſſeſſor malæ fidei, pro tempore bonæ fidei deducit impenſas vt bonæ fidei poſſeſſor, pro tempore verò malæ fidei deducit vt malæ fidei poſſeſſor,quēadmodum ſupra expoſitum fuit,probatur in l.Iulianus,lib.8.ff. de rei vendicat.& in l.qui bona fide,de acquir.rer.domin. vbi ſingula momenta Vlpianus ſpectanda exiſtimat bonæ , malæq; fidei,idemque iuris eſſe credendum eſt, ſi ab initio malæ fidei quis fuerit poſſeſſor,& poſtea bonæ fidei,ſi ſingula tempora,vt ſupra inſpicienda ſunt, quamuis Bart.hæc cogitanda relinquat.

12 Supereſt † videamus,quo tempore meliorationes ſint ſoluēdæ,an quanti valuerint tempore,quo factæ ſunt,an verò eius valoris, qui eſt tempore æſtimationis,& quo reſtitui debet fundus;In quo ſanè dubio articulo varij ſunt Interpretes,& varia quoque ſunt gentium iudicia.Quare ſolent plerique diſtinguere inter bonæ fidei poſſeſſorem, & emphyteutam, vel alium habentem ſaltem vtile dominium,dicentes

Bonæ fidei poſſeſſorem qui fecerit melioramenta & impenſas , quibus fundus factus ſit longè melior ac precioſior, deducere ſolam impenſam habita ratione,quando fuit impenſum;in hoc tamen ſenſu & exemplo, quo vtitur Accurſius in d.l.in fundo,vt ſi impenſa inquit facta fuerit x.& melioratio inde orta ſit xv. ſola x.deduci repetiui poſſint;quod ſi impenſa fuerint x.& melioratio v.ſola quinq; petantur, ita vt in hac ſpecie non ſit eadem contrariorum ratio ,

& ſemper impendens conſequatur id, quod minus eſt; cui ſanè Accurſianæ ex poſitioni optimè fauent verba illa Celſi Iuriſconſulti: reddit impenſam, vt fundum recipiat ea vſq; duntaxat, quo precioſior factus eſt, & ſi plus precio fundi acceſſit, ſolum quod impenſum eſt, & in hoc plerique conueniunt.

Poſseſsorem verò impendentem, non iure poſseſſionis, ſed potius dominij, qualis eſt emphyteuta, vel hæres grauatus reſtituere onere fideicommiſſi, vel ſimiles ius aliquod dominij habentes, impenſas vtique ſiue meliorationes deducere vel repetere poſse iuxta æſtimationem, quæ fieri debet habita ratione temporis, quo fundus eſt reſtituends, vt ſi impenderem quinquaginta & fundus non ſit factus precioſior, ſed quinquaginta reddātur, at ſi ager factus fuerit precioſior omne augumentum etiam vltra impenſam reſtitutionis tempore æſtimatum ſolui debeat, quod plurimi amplexi ſunt propter ſenſa l. domos, de leg. 1. Iacobus de Aretio, Bartolus, Angelus, Iaſon, Imola, Ruinus, ac Rolandus à Valle relati à Petra ſuo ampliſſimo tract. de fideicommiſſis, quæſt. 15.[b] Verum hæc opinio non eſt vndequaq; tuta; primo enim nulla videtur ab illis reddi differentiæ ratio ſufficiens, cur emphyteuta, vel alius quaſi dominus poſſet conſequi quatenus vltra impenſas fundus factus fuerit ita demum precioſior? Bonę fidei verò poſſeſſor ſolummodo quod impenderit, cum vterq; has meliorationes æquè prætendere poſſit, nec ius dominij aliquod bonam fidem in his ſperare debet, quinimmò hæc diſtinctio protſus ſubuertere videtur, ratione Celſi, in l. in fundo, de rei vēdicatione, nec ratione, nec lege ſuſtinetur; quare mihi lapſus videtur Rolandus à Valle, dum conſulens pro ſe qui voluit notabilia Baldi, Iaſonis, & aliorum, in d. l. domos, dum cōnotarunt meliorameta æſtimanda quanti valeant tempore reſtitutionis, quod in ea lege minimè habetur;

Deinde lapſi ac decepti vidētur in intellectu d. l. domus, vtpotè qui contextum mendoſum ſecuti ſunt, qui in his verbis conſcriptus legebatur, & adhuc in aliquibus Codicibus legitur. Domos hæreditarias exuſtas, & hæredis nummis extructas, ex cauſa fideicommiſſi poſt mortem hæredis, reſtituendas boni viri arbitratu, ſumptuū rationibus deductis, *& ædificiorum quantitatib. æſtimatis*, reſpondi. Alij verò Codices habent, *Aedificiorum quantitatibus extantibus æſtimatis*. Vnde colligunt nonnulli ponderantes verbum extantibus, æſtimationem ineundam, quanti ſcilicet valeant meliorationes tempore æſtimationis ac reſtitutionis, ſed hæc lectio magis ſuſpecta, & multo peior cęteris omnibus habetur. Nonnulli in manuſcriptis legunt ædificiorum qualitatibus,

Vera tamen ac Florentina Reliquis præponenda eſt Haloandri lectio, & Antonij Auguſtini.

Sumptuum rationibus deductis

Et ædificiorum ætatibus examinatis.

Quam etiam doctiſſimus Cuiacius libro 6. Obſeruationum c. 3. in fin. erudite ſecutus interpretatus eſt verba illa, Aedificiorum ætatibus æſtimatis, id eſt amplitudine & magnitudine, vt in Euangelio D. Matthæi ἐπὶ τὴν ἡλικίαν, id eſt, ad magnitudinem corporis; quamobrem licèt ædificiorum ætates, hoc eſt magnitudines vel antiquitates æſtimentur, non tamen ſequitur, ineundam æſtimationem, magis quanti valeant reſtitutionis tempore, quam antiquitatis & conſtructionis die.

Fruſtra itaq; laborant quærentes conciliare, l. in fundo, & l. domos, quod prima de bonæ fidei poſſeſſore, ſecunda verò de domino loquatur, quandoquidem germano earum ſenſu percepto, non modo non contrariæ, ſed ſibi ipſis congruæ, & omninò conſonantes habeantur, quo fit, vt corruant etiam omnes aliæ nouiſſimorum & antiquorum intelligentiæ ad huiuſmodi contrarietatem

tem tollendam relatæ, cum nulla prorſus adſit in eis Antinomia. Hæc igitur Vlpiani varios habet ſenſus, variaſq; lectiones,[c] illa verò Celſi firma, ac fortiſſima habetur in ſuo ſenſu, vnde ab ea recedere, nec ſictum, nec tutum erit.

Contrariam verò ſententiam, quòd imo habenda ſit ratio valoris meliorationum vel conſiderata impenſa, vel rei augmento inſpecto, prout magis fideicommiſſario vtili fuerit, crebriore calculo ait Petra tenuere Iuriſprudentes, Baldus, Ruinus, Paulus Caſtrenſis, Angelus de Perigliis, Neguzanus, Natta, Boerius, Riminaldus iunior, & Marzarius Vincentinus qui ita iudicatum fuiſſe in Rota Florentina ſpreta contraria opinione atteſtatur, & reliqui ab eodem relati.[d]

Horum ſententia non modo lege, & autoritate Celſi in d.l. in fundo, munita eſt, verum etiam ſolidioribus nititur rationibus, nempè, quod ſatis ei conſultum eſſe videtur, qui huiuſmodi meliorationes, vel impenſas fecerit, ſi nullũ detrimentum inde patiatur, & lucrum nullum cum alterius iactura conſequatur, quod iuris interpretes ſupra relati referũt ad conductorem, ad emphyteutã, ac ſimiles, perpendito; naturalem rationẽ antiquorũ Petra, inquiẽs: Nam ſi impẽdens pluris impenderit, & reſtitutionis tpe melioratio illa minoris valeat, nihil eſt vendicanti imputãdum, ſed ei qui plus impenderit quam eſſet æquũ, neq; enim æquitas patitur verum dominum vendicatam rem ſuam ſoluere impenſam ſimplici poſſeſſori, quæ non reperiatur tum demum verſa in vtilitatem rei; quod ſi parum impenderit, ſed reſtitutionis die melioratio, & res ipſa creuerit, ſola impenſa contentus eſſe debet, enimuero is ageret de lucro captãdo; fideicommiſſarius autem de damno euitando; ergo fideicommiſſarii conditio erit anteponenda, l. ſed etſi me putem, ff. de condict. indeb. quam plures Iuriſcõſulti, in d.l. domos, ſecuti ſunt.

Hinc infert [e] idem iuris eſſe in locatione, in qua conuenerint contrahentes, vt in fine locationis perſoluantur melioramenta iuxta æſtimationem ineũdam per communes amicos: nam licèt qualitas verbi intelligenda ſit ſecũdum tempus verbi, l. in delictis, §. ſi extraneus, de noxalib. attamen pactum illud innuit quidem æſtimationem, ac emponematon ſolutionem fieri debere tempore finitæ locationis, ſed propterea non ponit qualitatem ac modum æſtimationis, an ſcilicet meliorationes æſtimari debeant quanti valerent tempore impenſarum, an verò quanti valeãt die reſtitutionis, verum hoc fuit præteritum in pacto, quare vt caſus omiſſus ſubijcitur deciſioni iuris communis, l. ſi extraneus de condict. ob cauſ. l. commodiſſimè, de liber. præter.

Ego quidem pluries vidi in his regionibus meliorationes æſtimari, ac ſolui ratione habita ad tempus reſtitutionis, quaſi communi conſenſu, & nemine contradicente, quemadmodum multa conceduntur parte non opponente, quæ ea reclamante abnegarentur, l. vlt. C. de edict. D. Adrian. toll. & ſemper arbitratus ſum id emanare ex iuris ignorantia: enimuerò ſi Domini ſciuiſſent quid in his definiãt, & ſanciant iura Romana, vtiq; iura ſua intacta reſeruaſſent ac defendiſſent; & quamuis materiam hanc putent aliqui arbitrariam, poteſt tamen arbitrium illud excedere terminos, &, formas ſibi à iure ciuili præſcriptas, vt Celſus aſſeuerat ab initio, d.l. in fundo, de rei vendic.

AD CAP. V.

a Paul. Caſtr. conſ. 369. ad finem, lib. 1. Alciat. 139. lib. 9. Didac. in c. Raynutius, §. 3. num. 2. de teſtament.

b Gloſſ. Angel. & Imol. in l. ſi ex re, §. fin. de ſtipulat. ſeru. not. in l. ſicut, de oper. libert. Bald. reſp. 478. Quædam ſunt res, li. 5. Capra 135. nu. 12.

c Soc. iun. conſ. 170. nu. 2. Dec. 51. nu. 7. l. ab omnibus, §. vlt. de leg. 1. Alex. conſ. 124. ad finem lib.

7.Natta 253.nu.6.Mantic.de coniect. lib.7.titu.8.nu.13.Craſſus in §.fideicommiſſum, q.47. Petra de fideicomm.q.15.nu.7.

d DD.in l.à filia,ff.ad Trebell. Alex.conſ.20.nu.10.in 3.

e Alex.d.conſ.20.nu.11.& Mant.loco citato, Vbald.de ſoc.par.5.q.5.

f Bart.& omnes in d.l.in fideicommiſſariam vbi communem teſtatur Alex.nu.4.Ripa in l.Centurio de vulg.& pupill. Mantic. lib.7. tit. 10.num.1.congerit Craſſus in §.fideicommiſſum, quæſt.49.

g Gomez.variar.reſolut.c.5.nu.15. Alex.in d.l.Centurio nu.40.

h Hier.Gabr.conſ.121.nu.58.Mantic.d.tit. 10.nu.6.Craſſus d.q.49.

i Bart.& omnes in d.l.in fideicommiſſariam, Cœphal.conſ.215.nu.44.Marzar.epithomæ, quæſtio.63.

K Pariſ.conſ.55.nu.39.in 3.latè Hier.Gabr.conſ.221.nu.58.vol.1.

l Hier.Gabr.d.conſ.221.probat omnia.

m Bart.in d.l.in fideicommiſſariam,nu.4.Craſſ.d.q.42.in §.fideicommiſſum,&.q.49.

n Ripa in d.l.in fideicommiſſariam, nu.10.

o Riminald.iun.conſ.411.nu.25.vol.4.Petra de fideicomm.q.15.nu.245.

p Alber.in l.intra vile,§. vlt.de minor. Tiraq.in retract.conuention.§.7.glo.1. Cagnol.in l.vnica, nu.72.C.de ſentent.quæ pro eo quod inter.Marzar.in epitome q 66.in fi.

q Barbat.conſ.63.col.vlt.lib. 1.gloſſ.in l.fin.§.fin.in verbo melioratione, C.communia de legat. egregiè Cagnol.in d.l.vnica.nu.72.& 73.C.de ſent.pro eo quod inter.prof.

r Tradit Didac.variar.reſol.1.c.8.nu.4.

ſ Paul.Caſtr.conſ.270.verſ.ſed in contrarium lib.2.& 247.lib.1.Roland.à Valle,reſp.28, nu.26. vol.1.Petra de fideicommiſſ.q.15.nu.259. Boſius in pract.crimin.in tit.de Principe,nu.35. Alberic.in d.l.in fundo.

t Bar.in d.l.in fundo,de rei vendic.nu.8.Rota Peruſin.deciſ.58.nu.11.in 2.part.Ruin.conſ.117. nu.1.vol.3.

u Ruin.conſ.234.lib.3.Roland.à Valle 28.nu.23.lib.1.

x Bartol.in l.impenſæ de impenſ. & in l.prædia, §.penult.de fundo inſtruct. Roland. d.conſ.28. num.24.

y Roland.à Valle,d.conſ.28.nu.26.lib.1.

z Bart.in d.l.in fundo nu.11. Alciat.in l.impenſæ,nu.3.de verb.ſignific.

a Bart.in d.l.in fundo,nu.11.Alciat.in d.l.impenſæ,nu.6.

b Ruin.conſ.14.vol.1.& 217.lib.3.Rolād.à Valle 28.in 1. & hanc communem appellat Garzia in tract.de expenſ.

c Auguſt.lib.3.emendationum iuris,c.1.Lucius Clamanda in ſuis Pandectis, in d.l.domos Theſaur.in Pedemont.deciſ.251.licet mali quidam inclinet in contrarias partes.

d Bald.in d.l.domos, Paul.Caſtr.conſ.267.in 1.Neguzant.de pign.in 5.parte princip.in membro 4.nu.11.Marzar.conſ.10.& in epitome q.65.

e Petra de fideicomm.q.15.nu.266.& ſeq.

S V M M A R I A.

1 Solutione facta ab herede per errorem integrorum legatorum,an Quartam Falcidiam repetere poßit quæstionis eſt.

2 Naturaliter minimè debita an cenſeantur legata quæ vltra hereditarium aſſem ſoluta fuere.

Et affirmatiuam huius partem quinam patrocinio ſuo ſuſtentarint Doctores,n. 3.

4 Facti error minimè nocet quin ſoluta indebitè repetantur.

Sed tamen ſoluti repetitionem Iuris error impedire ſolet. nu.5.

6 Falcidiæ detrahendæ beneficium ſoli heredi, & præter ipſum nemini competere poteſt.

7 Filius fideicommißi onere grauatus,an vt legitimam deducere poteſt, & Trebellianam,ita legitimam vna cum Falcidia deducere poßit.

Et affirmans communi nititur opinioni Doctorum. nu.8.

9 Legata num fideicommißo iungere conueniat vniuerſali pro Trebelliana ipſa detrahenda.

10 Inuentarij non confecti pœna infligitur heredi Falcidiæ ipſius amißio, adeò etiam vt vltra hereditatis vires creditoribus ſatisfacere teneatur.

11 Teſtatoris prohibitione Falcidiæ detractio adimi poteſt heredi, quæ licèt expreſſè probi-

prohibita non appareat, ex conjecturata diſponentis mente elicienda venit.

12 Teſtatore dicente, volo legata pleno iure reſtitui, non parua eſt controuerſia, an ob talium prolationem verborum demere poſſit Falcidiam.

Et autoris de hac quæſtione quæ ſit opinio. nu. 13.

14 Falcidia niſi eam omninò prohibuerit teſtator vtrum hodie detrahatur contra ipſius teſtantis voluntatem, variorum opinationibus de hoc puncto relatis, ipſius autoris ſententia clareſcit.

15 Falcidia quibus in rebus veniat demenda, eidemq́; quando nullus ſit locus amplius relictus.

16 Lex Falcidia non paucas ob cauſas ceſſare ſolet.

17 Alimentorum computatio ſiue ipſius Falcidia, qua ratione ex Vlpiano facienda, vbi computationis annorum mirabilis declaratio deducitur, vſque in finem.

De Falcidia. Caput VI.

QVARTA etiam Falcidia ex legatis ab hærede detrahitur, ac retinetur: Nam poſt legem Furiam, ac Voconiam earum neceſſitate lata fuit lex Falcidia, quæ duo præcipua cõtinet capita; primum, vt libera ſit cuicunq; ciui Romano legandi facultas vſq; ad dodrantem; ſecundum, vt ſi plus dodrãte hæreditatis teſtator erogauerit, hæres quartam partem retineat, l. 1. ff. ad l. Falci. Hinc ipſo iure per hanc legem minui dicuntur legata, l. in quantitate, §. ergo optimum, ff. eod. Et hæredi retẽtione vti conceſſum eſt ob eius maiorem vtilitatem, non quod non poſſit actione experiri ſi ei vtile ſit, vtitur enim interdicto quorum legatorum, ſi quid vltra dodrãtem legatarius acceperit, l. 1. ff. quorum legator, l. lineam margaritarum, ad l. Falcid. voluit itaq; lex Falcidia eo commodo allicere hæredem ad adeundam hæreditatem, & ita teſtamentorum conſeruationi conſulere, nam ſi quis non adierit hæreditatem, ipſum intercidit teſtamentum, corruunt legata, & nihil valet quod eo relictum eſt, l. ſi nemo, de regul. iur. l. ſi nemo, de teſtam. tut. l. 1. de ſuis & legit. quamuis iure nouiſſimo repudiante hærede ob prohibitam Falcidiam teſtamentum ſuſtineatur, vt in §. ſi verò expreſſim, & §. ſi quis autẽ non implere Auth. de hæred. & Falcid. & Falcidię nomine legitima quoque atq; Trebelliana appellatę fuere, l. Papinianus, §. quarta autẽ, & §. unde ſi quis, & §. meminiſſe, ff. de inoff. teſt. l. 1. §. inde Neratius, & l. Marcellus, ad Trebellia. gloſ in Auth. Vnde ſi petens, C. de inoff. teſtam.

1 Hinc oritur quæſtio, an id quod vltra dodrãtem per legem Falcidiam detra
hitur, ſit ſaltem naturaliter debitum, & ideò quærunt, ſi hæres per errorem ſol
uerit integra legata, an Quartam Falcidiam repetere poſſit? nam ſi naturali iure
debebitur, naturalis obligatio impediet ſoluti repetitionem, ſin verò eo iure non
debebatur, vtique per cõdictionem indebiti repetitur, l. 1. quod pupillus, l. Iu
2 lianus, totoque titul. de condict. indeb. In hac controuerſia † Duarenus, c. 4. ad
l. Falcid. & Lancil. Polit.[a] conantur oſtendere id naturali iure minimè deberi, eo
quod naturali æquitati minimè cõueniat, quicquid eſt in hæreditate extorque
ri ab hærede; & quaſi incredile ſit, ſine vllo commodo hæredem à teſtatore in
ſtitutum eſse. Deinde probat Duarenus intentionem ſuam implacabili ferè ar
gumento deducto à l. error facti, C. ad leg. Falcid. error inquit facti quartæ ex
cauſa fideicommiſſi non retentæ repetitionem non impedit, ergo nec iure natu
3 rali debebatur: † Bartolus[b] verò, Iaſon, Ripa, Socin. Imola, Cumanus, Rubeus,
& communiter reliqui, id naturaliter deberi affirmant, hæres ſiquidem legata

pote-

præſtare obligatus eſt iure vtpotè naturali ac ciuili infra dodrantem, vltrà ve-
rò naturali tantum vinculo tenetur. Quod etiam in l. 1. C. ad leg. Falcid. com-
probatur: (Scire debes (inquit) omiſsa Falcidia, quo pleniorem fidem reſtituen
dam portionis exhiberes, nõ videri plus debito ſolutum eſse) ergo debebitur;
at non iure ciuili propter legem Falcidiam, ergo naturali vinculo. Nec officit
Duareni ratio, quòd hoc non conueniat naturali æquitati, id ſiquidem negari
retorquerique poteſt, vtpotè, cum officium naturale ſit & æquiſſimum ſpon-
tè, ſine vlla externa vtilitate, amicitiæ ergo plenius exequi amici defuncti volũ
tatem, ſed nimium vrgere videtur d. l. error facti, cui tamen occurrere licet, hæ
redem erraſse in facto quartæ ex cauſa fideicommiſſi non retentæ, ideſt, crede
bat hæres quartam ex fideicommiſso deduxiſse, cum tamen eam non detraxiſ
ſet, non præſtaturus ſolida legata ſi ſciuiſset eam non retinuiſse; & hic non eſt
error, in quo cadat aliqua naturalis obligatio eius quod debetur. Sed ſolus ver
ſatur in quarta ex cauſa fideicommiſſi non retenta, quia falsò credebat eam re
tinuiſse; quare non eſt quęrendum, an indebitè ſolutum ſit aliquo iure debitũ:
nam error verſatur in facto, ita vt errãti minimè noceat, qualis etiam habetur
in ſpecie l. ſed, & ſi me putem, de condict. indeb. ſed & ſi me putem tibi, aut Ti
tio promiſiſſe, cum aut neutrum factũ ſit, aut Titij perſona ea ſtipulatione cõ-
prehenſa non ſit, & Titio ſoluero, repetere à Titio potero; vnde affertur diſtin
4 ctio, † quod error facti non nocet, quin indebitè ſolutum repetatur, quamuis
eſset naturaliter & ciuiliter debitum, quia per ignorantiam facti ſolutum fuit;
Error autem iuris impedit ſoluti repetitionem, item ſciẽtia: nam ſi quis per iu-
ris errorem ſoluerit, vel ſciens ſe non debere, non poterit repetere, d. l. error, &
d. l. 1. de condict. indeb.

Nolo tamen pro Bartoli ſententia communiter recepta vnum omittere, qđ
ponit falcem ad radices huius quæſtionis; quod apud Vlpianum in Fragmen-
tis in eo titulo legitur.

De Lege Falcidia.

30 Lex Falcidia inquit iubet, non plus quam dodrantem totius patrimo
nij legari, vt omnimodò quadrans integer apud hæredem remaneat.
Deinde ſubdit

De Condictione indebiti.

31 Legatorum perperam ſolutorum repetio non eſt, Ergo ſi hæres ſol
uerit integra legata, non poterit quicquam cõdicere, quaſi indebitè ſo
lutum, Ergo quarta vel naturaliter debetur.

6 † Competit inſuper beneficium Falcidiæ hæredi tantum, & nemini alij,
neque enim legatarius, aut fideicommiſſarius quartã partem detrahere poteſt,
l. lex Falcidia, in fine, ff. ad S.C. Trebell. & ratio patet, nam Falcidius conſulere
voluit teſtamentorum conſeruationi, & quadrantem hæredi attribuere, vt libẽ
tius adiret hæreditatem; quæ ratio in alijs ceſſat, neq; enim timendum eſt lega
tariis ſiue fideicommiſſarijs repudiantibus teſtamentum irritum fore; huius ita
que legis beneficium hæredi competit eiuſq; ſucceſſoribus, l. 1. ff. eod. l. quam-
quam, C. eod. quod ſi hæres maluerit nulla detracta Falcidia, integram liberal
tatis, gratia reſtituere fideicommiſſario hæreditatem, ipſe fideicommiſſarius, nõ
vt ipſe, ſed quaſi præ ſe ferens iura, & perſonam hæredis, poterit quadrantem,
detrahere, vt ſentit gloſſ. quam ſecuti ſunt Raph. Cumanus, Alexander, & Ri-
pa. Idem iuris ſi coactus adiuit, ſolus etenim fideicommiſſarius quadrantem re
tinebit, l. Marcellus, §. quod ſi ſuſpecta, ad S.C. Trebel. Hęc vera in legatis ab hę
rede, ſecus in legatis à fideicommiſſario, de quibus nulla vnquam denitur Fal
cidia, l. facta, §. ſi cum ſuſpecta, ff. ad Trebell.

Hæres

Hæres quoq; inſtitutus in re certa nullum ius habet retinendæ Falcidiæ, nã
hærede vniuerſali adeunte, ipſe habetur inſtar legatarij, quemadmodum in
ſuperioribus latè diximus.

7 An† verò filius grauatus ita poſſit detrahere Legitimam & Falcidiam, vt po
teſt Legitimam ac Trebellianam deducere, magna profectò eſt quæſtio, in qua
varij reperiuntur Iuris Interpretes, & aduerſus gloſ. in Auth. de hæred. & Falci.
§. ſi quis autem non implens, ver. auferri, & aduerſus eius Interpretes ac ſecta-
tores, Fulgoſium, & Alexandrum [e] cõtendentes iura correctoria non extendi,
8 † longè verior & communis videtur ſentẽtia, filium hæredem grauatum poſſe
non modo ex toto patrimonio legitimam, verum etiam ex ſingulis legatis Fal-
cidiam capere ac retinere; Nam Decretales Pontificiæ, quæ legitimam ac Tre-
bellianam expreſſim permittũt, æquè ſunt intelligendæ in legitima atque Fal-
cidia, vt nulla in hac quæſtione, inter Trebellianam, & Falcidiam habeatur dif-
ferentia, l. 1. §. interdum, ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. quod Bartolo, [e] Imolę,
Hieronymo Gabrieli, & Emanueli Luſitano ſummoperè placuit. Nec obſtat
quod iura Pontificia vti corectoria non debeant de Trebelliana ad Falcidiam
extendi; quandoquidem Sacri Canones, vt alij reſpondent non corrigunt, ſed
potius declarant dubium ius ciuile; & in correctorijs, cum ambæ ſint æquipara
tæ, per modum regulæ facilius debet eſſe locus paſſiuæ extenſioni. [f] Ego verò
nolim fuſius hac de re diſputare, nam tota quęſtio pendet ab illa, Num filius o-
neratus poſſit detrahere duas quartas, quod ſi vnam dũtaxat deducere poteſt,
hæc porrò, & alia multa, quæ magni viri veluti Gigantes ſuis fabulis commenti
ſunt, irrita fieri, & prorſus corruere neceſſe eſt, verum, data retentione duarum
illa potior erit opinio.

9 Quinetiã, † ſi hæres grauatus ſit legatis particularibus, & præterea rogatus
reſtituere hæreditatem iure fideicommiſſi vniuerſalis, quæſtionis eſt an debeãt
cõiungi legata cũ fideicõmiſſo vniuerſali pro detrahẽda Trebelliana, in qua Iu-
riſconſulti diſtinguere ſolent; aut legata & fideicommiſſum purè fuerunt reli-
cta, quo caſu coniunguntur legata ſingularia & vniuerſale fideicommiſſum, &
de vtriſque pro rata deducitur quadrans, nempè de legatis particularibus Fal-
cidia, & de vniuerſali Trebelliana, quæ ſimul iunctę totam explent & perficiũt
Trebellianam, & ſic ambæ inuicem concurrunt, vt in l. Marcellus, §. idem, ff. ad
Trebellian. [g] Aut verò legara purè relicta ſunt, fideicommiſſum verò ſub con-
ditione, vtputa, ſi ſine liberis deceſſerit, & eo caſu legata integra præſtantur,
& ex alijs bonis hęreditarijs Trebelliana retinetur, d. l. Marcellus, §. idem, vbi In
terpretes.

10 Hæres † nõ conficiens inuentarium amittit Falcidiam, & obligatus eſt omni
bus creditoribus & legatarijs in ſolidum vltra vires quoque hæreditarias eate-
nus tamen, quatenus legatum fuerit, Auth. Si verò, C. de hæred. & Falcid. [h] ob
pręſumptam fraudem, quod omiſſo inuentario tãtum ſubtraxerit, quantum va
leat Falcidia, & hærede negligente repertorium facere, poterit id conficere fi-
deicommiſſarius, nam tempus ſicut hæredi, ſic fideicommiſſario conceſſum eſt,
quare & ipſe Falcidiæ beneficio potiri debet, [i] cum eodem periculo teneatur
ſatisfaciendi creditoribus. [k]

11 Quæ ſanè Falcidia poteſt etiam à teſtatore prohiberi, ne ab hærede detraha
tur, Auth. Sed cũ teſtator, C. ad leg. Falc. [l] quã olim nullo modo poterat prohi
bere, l. quod de bonis, §. fratre, ff. ad leg. Falcid. Cuius ratio redditur, quod olim
repudiante hærede teſtamentũ infirmabatur, l. ſi nemo, de reg. iur. l. ſi nemo, de
reſt. tut. Verum hodie eo non adeunte, alijs defertur hæreditas nominatis in te
ſtamento, Auth. de hæred. & Falcid. §. ſi verò expreſſim, & §. ſi quis autem non
implens, [m] quam rationem à cauillis aliorum Fernandus Vaſq. optimè tuetur. [n]

Hac

Hac ratione inferunt Falcidiam contra expreſſam teſtantis voluntatem minimè detrahi poſſe, dummodo forma à lege præſcripta ſeruatur, nempè quod teſtator ſciens vires ſui patrimonii eam expreſsè prohibuerit d. Auth. ſed cum teſtator.

At ſi expreſsè non fuerit prohibita, quærunt an ſufficiant coniecturæ, vel alia generalia verba; Veluti teſtator integra legata ſolui præſtariq; iuſſit, & eo caſu concludunt Falcidiam intelligi prohibitam, ideoque detrahi non poſſe; gloſſ. in l. decem, in fine, de fideicommiſs. libert. quod communiter receptum habetur.[o] 8

Idem ſi teſtator iuſſerit legata ſine diminutione ſolui.[p]

12 † Quod ſi his verbis vſus fuerit, volo legata pleno iure reſtitui, magna eſt cōtrouerſia, an hæres poſſit demere Falcidiam: an verò eam defunctus prohibuiſſe videatur, in qua Bartolus, Alciatus, Ioannes Dilectus, Alexā der, & Boerius, profeſſi ſunt ab hærede ex voluntate teſtantis detrahi non poſſe, reclamantibus tamen Felino,[r] Romano, Capra, Croto, aliiſq; & ratione motis, quod veriſimile non ſit teſtantem velle iuri communi derogare, & hæredem ſuum Falci

13 dia priuare verbis illis generalibus, quod æquius eſſe aliquibus viſum eſt, † verum ne verba illa (pleno iure reſtitui) inania ſint, l. ſi quando, de legat. 1. verior videtur prima ſententia, quæ ex ore teſtantis emanauit, vltima ſiquidem voluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet, c. vltima voluntas, 13. q. 2.

14 Sed augetur difficultas, † An hodie Falcidia detrahatur contra voluntatem teſtatoris, ſi ab eo non fuerit prohibita, an verò potius de voluntate ipſius; non nulli itaq; ſic argumentantur, quod olim in re dubia contra mentem teſtantis detrahi videbatur, l. Titia, in fine, ff. ad l. Falcid. quoniam teſtator etiam ſi vellet eam prohibere non poterit, l. quod in bonis, §. fratre, & §. vlt. ad l. Falcid. ſed cū hodie teſtator eam poſſit prohibere, vt in d. Auth. de hæred. & Falcid. §. ſi verò expreſſim, ff. eod. eam teſtator ſponte concedere videtur, nam qui poteſt prohibere & adimere, & non prohibet neq; adimet, conceſſiſſe intelligitur, l. nec non, §. quod eis, ff. ex quibus cauſ. maior. l. 1. §. penult. de leg. 3. qua ratione Ripa motus, exclamat ſe nunquam contrariam ſententiam, licèt communem veram putaſſe.

Contrariam tamen opinionem longè veriorem cæteri[s] communiter arbitrati ſunt, quod etiam ſecundum eos probari videtur in c. Raynaldus, in fine, de teſtam. & ea nituntur ratione: quod credendum ſit, Falcidiam à teſtatore prohibitam non fuiſſe, ne hæres ſcriptus hæreditatem repudiaret, mauult enim integra legata præſtari, quam Falcidiā deduci, ſed mauult etiam Falcidiam deduci, quam hæreditatem ab hærede ſcripto inculpatæ & innocentiſſimæ vitæ, ſibiq; amiciſſimo repudiari, quam ſanè Falcidiam non erat hæredi relicturus, ſi certus fuiſſet eum ſponte ſine aliquo lucro ſolius amicitiæ gratia hæreditatem liberaliter aditurum.

Quare non obſtat quod permiſiſſe videatur, quod non prohibuit, id enim procedit, quando omnino liberè potuiſſet prohibere, quod non accidit caſu noſtro, timebat enim, ne non adiret, & mauult eum adire, quam alios quoſcunque legatarios, vel fideicommiſſarios, ob maximam eius integritatem atq; amicitiam. Ex his patet, quod ſi hodie Falcidia non prohibita detrahatur, contra teſtatoris voluntatem detracta intelligatur. Ego verò hanc voluntatis quæſtionem eſſe reor, & proinde ex coniecturis, & variis verborum formulis diſſoluēdam, vt ſecundum eorum varietatem in alterutram partem iudicem inclinare liceat.

15 Par eſt vt ex ordine videamus, † quibus de rebus demenda ſit Falcidia. & quando ei non ſit locus. Detrahitur ſiquidem autore Falcidio ex ſingulis legatis, &

tis & fideicommiſſis particularibus,& ſic de relictis ex teſtamento, ex Senatuſ conſulto item ab inteſtato ex diui Pii conſtitutione,l.filiusfamilias ad l.Falcid. & ex donationibus cauſa mortis ex Diui Seueri conſtitutione, l.2.C. de donat.cauſ.mort.l.in donationibus, C.ad l.Falcid. idemq; in donationibus inter virum & vxorem,& patrem ac filium,quæ morte confirmantur, d.l.in donationibus,& l.cum hic ſtatus,de donat.inter vir.& vxor.ſi teſtamento vel codicillis confirmati fuerint,non autem ſi ſola morte ac ſilentio confirmantur,vt Iuriſcõſulti declarant,& in ipſa mortis cauſa capione vt in caſu,l.penul.C.ad l.Falcid. in qua ſanè mortis capione varii habentur interpretes.

Ceſſat autem lex Falcidia plures ob cauſas,

16 † Primò in teſtamento militis ob fauorem militum,vt ſola eorum voluntas ſpectetur,l.diuus Traianus, ff.de milit.teſtam.l.in teſtamento quidem militis, C.ad l.Falcid.quod priuilegium militi conceditur,ſi militiæ tempore teſtamẽtum fecerit,vel ſi intra annum poſt miſſionem,l.ſi poſt miſſionem,l.ad veterani,l.ſi miles ad l.Falcid.

Secundò deficit ob rem legatam,vt ſi vir leget vxori dotem,quia mulier rẽ ſuam accepit non alienam, l.ſi vſusfructus, §.1.l.cum dotem, ad l.Falcid.idem in libertate legata, quia non recipit æſtimationem,l.Papinianus, §.quarta, de inoff.teſt.& in legitima filiorum quæ nullum patitur onus,nullamq; conditionem,l.ſcimus,l.quoniam in prioribus,C.de inoff.teſt. & in rebus quarum alienatio eſt prohibita vt conſeruentur in familia.Ad l.filiusfamilias,§.diui, de legat.1.nam ſi Falcidia detraheretur,& ratione alienatio permitteretur.

Tertiò ceſſat ob qualitatem legatarij, vt ſi legetur pauperibus Chriſti; Eccleſiæ vel piis locis,vt in l.ſi quis ad declinandum, C.de epiſc.& cleric. Auth. ſimiliter,C.ad l.Falcid.

Quartò ob voluntatem teſtantis ſi eam prohibuerit d.Auth. ſed cum teſtator,C.eod.

Quintò ob factum vel culpam hæredis, ſi res hæreditarias hæres ſubtraxerit,& ſi falſo negauerit rem eſſe hęreditariam,l.Paulus reſpõdit,l.hęreditatum, in fine ad l.Falcid. & ſi quid tale perpetrauerit, vt optimè Duarenus perpendit.

Deniq; de legatis quæ diuiſionem non recipiunt, Falcidia detrahi non poteſt,ſed ea prius æſtimari oportet,& ſic ad æſtimationem incũda erit ratio Falcidiæ,vt ecce legatum viæ itineris actuſue,ad nullum enim ea res pro parte poteſt peruenire,ſed etſi opus municipibus hæres facere iuſſus eſt indiuiduum videtur legatum,neq; enim acta vllum balneum,aut vllum theatrum, aut ſtadiũ feciſſe intelligitur, qui ei propriam formam (quæ ex conſummatione contingit)non dederit,quorum omnium legatorum nomine, etſi plures hæredes ſint ſinguli in ſolidum tenentur; Hæc eſt ſpecies quam Philoſophiæ rationibus inſignem protulit Caius in l.ſi is qui quadringenta,§.quædam legata.Ad l.Falcid. innuit enim omnes formas cum naturales tum artificiales introduci vt aiunt in inſtanti, quamuis non ceſſent partes ſeminis corrumpi donec fiat homo, vt ſi iubar ſolis,vel candelæ lumen in atomo,vel in inſtanti corpora,& colores illuminet,nec domum dici ædificatam, niſi tum demum cum vltima regula fuerit iniuncta,deinde infert.

Hæc itaq; legata, quæ diuiſionem non recipiunt tota ad legatarium pertinent,ſed poteſt hæredi hoc modo ſuccurri,vt æſtimatione facta legati denunciet legatario,vt partem æſtimationis inferat,ſi non inferat,vtatur aduerſus eũ exceptione doli mali.

Patet igitur Falcidiam non detrahi à rebus indiuiduis. Sed ab æſtimatione earum incundam quadrantis rationem.

17 † Sed iam videamus quo nam Iuriſprudentiæ ſpiritu quave ratione ductus alimentorum computationem vel Falcidiæ rationem ſic initam, ſic ſcriptam admirantibus nobis Vlpianus reliquerit,

Aemilius Macer lib. 2. ad legem viceſimam hæreditatum

Vel in vulgaribus codicibus Venuleius,

Hæreditatum computatione in alimentis faciendæ hanc formam ineſſe Vlpianus ſcribit, vt à prima ætate vſque ad annum 20. quantitas alimentorum, triginta annorum computetur, eiuſq; quantitatis Falcidia præſtetur, ab annis verò 20. vſq; ad annos 25. annorum 28. ab annis 25. vſq; ad annos 30. annorũ 25. ab annis 30. vſque ad annos 35. annorum 22. ab annis 35. vſque ad 40. annorum 20. ab annis 40. vſq; ad annos 50. annorum computatio fit quot ætati eius ad 60. dierum remiſſo vno anno, ab anno verò 50. vſq; ad annum 55. annorum 9. ab annis 55. vſq; ad annum 60. annorum 7. ab annis 60. cuiuſcunque ætatis ſit annorum 5. eoq; nos iure vti Vlpianus ait, & circa computationem vſusfructus faciendam, ſolitum eſt tamen à prima ætate vſq; ad annum 30. computationem annorum 30 fieri, ab annis verò 30. tot annorum computationem iniri quot ad annum 60. deeſſe videntur, nunquam ergo amplius quã 30. annorum computatio initur, ſic deniq; & ſi Reipublicæ vſusfructus legetur ſiue ſimpliciter, ſiue ad ludos 30. annorum computatio fit.

Innuit igitur Vlpianus quod ſi dena alicui ĩ ſingulis annis legata fuerint, iuxta hanc computationem à primis annis nati legatarij vſq; ad viceſimum æſtimabitur quantitas huius legati ex triginta annis, perinde ac ſi trecenta legata fuerint, ex quibus trecentis detrahitur Falcidia, & reſiduum legatario pro ſuis alimentis præſtabitur, ab anno vero viceſimo nati legatarij vſq; ad annos 25. habebitur ratio huius legati 28. annorum, quantum ſcilicet viginti octo annis ſemis præſtitum fuiſſet, & ex ea sũma demitur Falcidia, & reſiduũ ad legatariũ ſpectat, & ex his cætera plana ac manifeſta habentur, vt Duarenus cæteriq; declarant, & ab annis 40. vſq; ad annos 50. tot annorum quot ætati legatarij deerant ad annum 60. remiſſo vno anno, hoc eſt anno vno non computato, eo ſcilicet quem agebat legatarius vt explicat Gouianus, qui obijcit huius computationis nullam certam ac perpetuam rationem apparere, nam cum ab anno 20. vſq; ad annum 25. annorum vigintiocto fieret computatio, & de 30. annis qui à prima ætate defluxit vſq; ad annum 20. computabantur, duo demerẽtur, eadem inquit ratio in cæteris ætatibus obſeruanda videbatur, & ab annis 40. vſque ad 50. pauciores anno computantur quia iam ætas defluet, & celerius præcipitat.

Ego verò contra optima ratione ambas computationes firmas tum veterẽ, tum recentiorem inſtitutas fuiſſe arbitror, nam cum incertum ſit, quamdiu ſit victurus legatarius, annos 60. quaſi mediam viam eligentes, & ea quæ frequentius accidunt proſpicientes Iuriſconſulti amplexi ſunt, Ambæ vtrique conueniunt, ne amplius vnquam ineatur computatio quam 30. annorum pro demenda Falcidia, vt ſupra declarauimus. Dein gradatim ſingulis annis labentibus vſque ad 60. & extremum etiam vitæ legatarij ſpiritum ſeruata analogia ſiue debita proportione diminuatur alimentorum, & annorum æſtimatio; differunt tamen in principio ac modo computationis. Antiqua etenim à prima ætate vſque ad annos 20. annorum 30. exigit: æſtimationem poſtea ab anno 20. vſq; ad 60. æſtimatio illa 30. annorum pro ſingulis annis ſequentibus decreſcit ab annis 30. vſq; ad 5. vſque ad vnum in quinario contentum; Patet igitur in omni ætate debitam obſeruatam fuiſſe proportionem, quod vt euidentius pateat exemplum ante oculos proponitur.

Anti-

Antiqua alimentorum, & annorum computatio.

A prima ætate ad ann.20.	an.30
à 20.ad 25.	28
à 25.ad 30.	25
à 30.ad 35.	22
à 35.ad 40.	20
à 40. ad 50. quot deſunt ad 60. uno reiecto, quia iam facta erat æſtimatio.2.	19
à 42.ad 50.	18
à 45.ad 50.	15
à 48.ad 50.	12
à 49.ad 50.	11
à 50.ad 55.	9
à 55.ad 60.	7
à 60.vltrà	5

Nouiſſima alimentorum & annorum computatio.

Satis manifeſta videtur, cum à prima ætate vſq; ad ann. 30.computatio ann. 30.incunda ſit,& ab annis 30.tot annos computari oporteat quod ad annos legatarij 60. deeſſe uidebitur.

Ergo.

Siquis agit ann.40. fiet computatio ann. 20. quia tot habentur à 40. ad 60. Et

Si quis gerit ann.50. erit computatio annorum 10. quia tot deſunt à 60.

Ecce igitur candidè lector quam abſtruſos iuris ciuilis ſenſus,ecce in his Iuriſprudētiam cum Philoſophia coniunctam, qualia ferè tum Geometricè, tum Arithmeticè in his ſacris legibus ſancita, & vndequaq; ſparſa ipſe oſtendebā in libris de Via iuris. Hæc ſunt arcana illa quę Pithagoram imitatus, inter domeſticos parietes caris dumtaxat amici reſeranda exiſtimabam.

AD CAP. VI.

a Laneil.Polit.In l. filium,quem habentem,nu.73,C.famil.herſciſcun.

b Bart.in l.1.ff.ad leg.Falcid.& in l.1.de cond.indeb.Iaſon in l.cum quis, nu.5.C.de iur. & fact. ignor.Socin.& Imol.qui communem teſtatur in d.l.1.ad leg.Falcid.& in c.fi.nu.10.de ſolut. Cuman.in d.l.1.Rub.conſ.107.nu.3.congerit Craſſ.in §.Falcidia,q.1.

c Gloſſ.in l.1.§.denique,ff.ad Trebellian.Cuman.Alexan.& Ripa,ibidem Craſſ.in §.Falcid.q.1. volum.2.

d Bald.in l.filium quem habentem,C.famil.hercisc.Coſta Luſi.in c.ſi pater, in verb.Trebell.nu. 19.de teſtam.in 6.Soc.iun.conſ.122.lib.1.

e Fulgoſ.in l.quamquam,num.4.C.ad l.Falcid.Alex.in l.in ratione,§.quod vulgò,ad l.Falcid.Ill. Card.Mantic.de coniect.lib.7.tit.2.nu.12.

o Bart.& Imol.in l.1.§.interdum,ff.ſi cui plus quam per l.Falc.Hiero.Gabr.conſ.16.nu.29.in 1. Emanuel Coſta in c.ſi pater,in verbo abſque deductione,nu.12.de teſtam.in 6.

f Iuxta notata in l.Marcellus,ad S.C.Trebell.Bart.in l.omnes populi,nu.62. & paſſim de iuſt.& iur.l.prætor bonorum. de reg.iur.

g Bart.in l.Marcellus,§.idem,ff.ad Trebell.quem cæteri ſequuntur,& Ripa in l.in quartam, nu. 18.ad leg.Falcid.Craſſ.in §.Trebelliana,q.vlt.

h Alex.communem teſtatus in l.in ratione,§.quod vulgo,ad l.Falc.nu.13.Ripa, in l.1.§.ſi is qui quadraginta,nu.5.ad Trebell.Roland.à Valle, de inuention.inuentor. in 5.part.verſ.hæres, Craſſ.in §.Falcidia,q.12.

i Bartol.in d.l.in ratione,d.§.quod vulgo,& communem teſtatur Alex.ibid.nu.19.

K Ripa in l.1.§.ſi is qui quadraginta,num.6.& 7.ad Trebellian.& reliqui. Craſſus d.§.Falcidia, quæſt.12.

l Bart.in l.nemo poteſt,de leg.1.Alex.Ripa & Iaſon inibi.

m Bartol.& alij ibidem.Corn. in d.Auth.Sed cum teſtator, Bart.in l.eam quam, C.de fideicommiſſ.& in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.verſ.quarto quæro.Bald.in d.l.filium quem, colum.16. C.famil.herciſcun.Fulgoſius in d.l.eam quam, Roman.in Auth.ſimiliter,C.ad l.Falc.

n Vaſquius de ſucceſſ.creat.§.3.de teſt.poteſt. nu.23.

o Bellon.communem teſtatur,conſ.65.nu.3.Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.26.nu.19.

p Caſtrenſ.in d.Auth.ſed cum teſtator,nu.2.Crauet.conſ.174.nu.1. in fine, & in hoc neminem diſcrepare aſſerit.

q Bart.in l.Centurio,nu.27.de vulg.& pupill.Alciat.num.9.Bologn.in Rubr.ad l.Falcid. nu.49. Ioannes Dilect.de arte teſt. tit.5.caut.31.num.3.communem dicit, vt Alciatus, Alex.conſ.5. lib.3.Boer.deciſ.193.

r Felin.in c.auditis,de præſcription.Roman.communem teſtatur in Auth.ſimiliter, C.ad l.Falcid.

cid.& conſ.259.apoſtillæ ad Alexand.conſ. 5.lib.3.& 201.vol.6.Capra,36.Crotus in l.nemo poteſt,de legat.1.

ſ Ripa in l.1.num.15.ff.eod.& in l.1.§.in filij,ad Trebellian.Picus in l.in quartam , num.28.ad leg.Falcid.Dec.conſil.257. colum.fin.quæritur,an legitimatus, Vaſqu.de ſucceſſ.creat.§.8.num.18.

t Ripa in d.l.in quartam,num.47. Ancharan.conſ.51.communem appellat, Imol. & Alex.in d.l.in quartam,Didac.in c.Rainaldus,§.3,nu.6.de teſtam.Bart.in l.nemo poteſt,nu.7.de leg.1. Vaſqu.d.§.8.num.18.

u Bart.& Bald.& alij in l.in donationib.C.ad leg.Falcid.Didac.in Rubr.de teſtam.part.3.nu.10. Craſſ.d.§.Falcidia,q.8.

x Bart.in l.ſi quando,de legat.1.Gribald.in d.l.in quartam.Craſſ.d.quæſt.8.

y Corn.in l.ſi mortis,num.2.C.ad leg.Falcid.Bart.in l.qui precio,de donation.cauſ.mort. Craſſ.d.quæſt.8.

S V M M A R I A.

1 *Legitima qualiter definiatur.*

2 *Legitimam eſſe hæreditatis Quotam multiplici argumentorum ſerie comprobatur.*

Eſſe autem bonorum Quotam non hæreditatis veriori opinione, vel ſententia deducitur,num.3.

Quæſtionis huius reſolutionem, bonorum eſſe portionem non hæreditatis, numer.4.

Et huius reſolutionis vel Concluſionis multiplices effectus deducuntur in finem vſque,num.5.

De Legitima & eius proprijs accidentibus: Cap. VII.

1 LEGITIMA eſt debita † portio pro numero filiorũ decreta,bonorum quæ quis ab inteſtato habiturus eſſet titulo Inſtitutionis relinquenda.Hæc quarta erat,ſiue quadrans,quę pro numero filiorũ poſtea aucta fuit,vt modò triens,modò ſemis debeatur. Nouiſſima,inquiunt, lege cautum eſt, vt ſi quatuor ſint filij vel pauciores ex ſubſtantia deficientis triens, ſi plures ſint ſemis debeatur eis quoq; relicti titulo ex æquo ſcilicèt inter eos diuidendus,cuius portionis,nec vſufructu defuncti fraudari liberi à parẽtibus poſſunt Auth.Nouiſſima,C.de inoff.teſtam.hæc iam definita fuit,vt ſit portio bonorũ, quam quis ab inteſtato fuiſſet habiturus , vt ſentit Accurſius communiter approbatus in ſuis gloſſematis,in l.Papinianus,§.vnde ſi quis,ff.de inoffi.teſt. [a] ea dicitur quarta bonorum, alij verò quotam hæreditatis potius eſſe cõtendunt, hæreditatem vniuerſum ius actiuum & paſſiuum continere, bona verò ab hoc iure diſtincta eſſe omnes admittunt, l.ſubſignatum,§.bona,l.princeps bona,l.hæreditatis appellatio. de verb.ſignific.l.hæreditas nihil aliud eſt, de regul.iur. plerique tamen eam eſſe quotam hæreditatis exiſtimarũt,vt Coraſius,Alexander,& Vaſquius [b] recenſuerunt,quorum argumenta, ab eis talia referuntur,

2 Primũ,Legitima † iure nouiſſimo hodie non poteſt relinqui niſi titulo inſtitutionis,Auth.vt cum de appellat.cognoſc.§ aliud quoque capitulum, ergo filius qui adeptus fuerit legitimam,erit hæres.

Secundò, inſtitutus in re certa dicitur habere quotam hæreditatis non bonorum,l.ex facto magna,vbi Interpretes,de hæred.inſtit.[c]

Tertiò,in l.cum patronus,de legat.2. inſtitutus in legitima portione in quota hæreditatis inſtitutus videtur.

Quar-

Quartò, filius non poteſt accipere legitimam, & repudiare hæreditatem patris ſecundum communem intelligentiam Cyni, Rainerij, Baldi, Fulgoſij, Saliceti & aliorum, l. hæres inſtituta, C. de impub. & al. ſubſt. ergo non eſt quota bonorum, probatur, quoniam cum bona ſint diſtincta ab hæreditate potuiſſet vtique filius vnum accipere, & alterum repudiare.[d]

Quintò, poteſt ingenioſè induci, l. ſcimus, §. 1. C. de inoffic. teſt. Si quis rem donatam inter viuos, vel in teſtamento pro ſua legitima habuerit, & ei poſtea fuerit euicta, hæres tenetur ei ſupplere. Sed ſupplet aliqua portione hæreditatis, ergo legitima eſt portio hæreditatis, & ab hæreditate detracta, non autem à bonis ab ea ſeparatis.

3 Verum aduerſa † opinio longè verior, & magis communiter recepta fuit, nempè legitimam eſſe potius quartam bonorum, quam hæreditatis.

Primò, quoniam legitima nullum poteſt pati onus, nullam conditionẽ, nullum diem, nullumque grauamen, quæ omnia continuo verſantur in hæreditate, l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.

Deinde, quia legitima ſumitur detracto prius ære alieno & funeris impenſa, l. Papinianus, §. quarta, & §. quoniam autem quarta, de inoff. teſt. & bona propriè dicuntur deducto ære alieno, l. ſubſignatum, § bona, de verb. ſignif. ergo legitima eſt quota bonorum.[e]

Præterea legitima à legibus appellatur pars quarta bonorum, l. cum quæritur, C. de inoffic.

Denique filius in legitima ita ſe habet, vt hæres inſtitutus in re certa, ſed is habetur vt ſit legatarius, dato ſibi cohærede vniuerſali, d. l. quoties, C. de hæredib. inſtit. & l. ex facto magna, ff. eod. vbi Interpretes; ergo filius in legitima eſt legatarius, ergo legitima erit quota bonorum. Et hanc opinionem ferè omnes communiter ſecuti ſunt, Bartolus, Bald. Coraſius, Decius, Picus, Alex. & alij,[f] à qua non recedentes ad argumenta oppoſita reſpondemus.

Non obſtare primum, nam licèt legitima relinquenda ſit titulo inſtitutionis non ideo ſequitur, quod in cæteris habeat iura hæreditatis, quinimò in cæteris omnibus continet naturam potius bonorũ, l. omnimodò, C. de inoff. l. Papinianus, §. quoniam quarta, & §. quarta, & §. vnde ſi quis, de inoff. teſta.

Ad ſecundum reſpõdetur, quod inſtitutus in re certa dicitur anomalus ſucceſſor à Bartolo, & alijs, in d. l. ex facto magna, de hæred. inſtit. ita vt modo vices gerat legatarij, modò hæredis. Quamobrem etiam ſi eodẽ modo pertinet legitima ratione tituli inſtitutionis; attamen magis participat de natura bonorum, ergo erit quota bonorum argum. l. cum quæritur, de ſtatu homin.

Non officit tertium, quoniam aliud iuris fuit conſtitutum à legibus in legitima patroni ſibi debita de bonis libertorum, & aliud iuris in legitima filiorũ, vna prouenit à iure naturali, altera à ciuili, à ſeruitute, & ab obſequijs, vna inquam à patria, altera verò à dominica poteſtate, vt non liceat à diuerſis ad diuerſa inferre.

Non obſtat ẽt, quartum argumentũ, primò, quoniam articulus eſt valdè dubius, an filius poſſit accipere legitimã & repudiare hæreditatem & ad ſpeciẽ l. hæres inſtituta, C. de impuber. & al. reſpõdetur, nõ legi in ea hæreditatẽ repudiatam, ſed potius aditam ab inteſtato tamen; præterea, quod eo tempore nondum fuerat inuentum auxilium petendi augmentum legitimæ, de quo in l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus, C. de in off. teſtam.

Minus denique quintum, nam id ita permiſſum cõſtat, quia bona data filio inter viuos viuente inquam patre ei fuerunt poſtea euicta, quare neceſſe erat hæredem de hæreditate dare tantundem ipſi filio, ne defectu legitimæ ſubuerteret inofficioſum teſtamentũ, ſed illa portio data ab hærede ſimul ac accepta

eſt à

eſt à filio, euaſit quota bonorum, non eſt amplius portio hæreditatis, idq; probatur, quia nullum recipit onus, diem, vel conditionem, d.l.quoniam in prioribus, C.de inoff.

4 Stat igitur † Concluſio legitimam eſſe partem bonorum, non autem hæreditatis, quæ communiter eſt recepta, & reſolutio quæſtionis verſatur in hoc puncto, vt quamuis partim redoleat naturã hæreditatis ratione tituli, attamen partim & magis ſapit naturam bonorum, quod Alexander [g] etiam tacitus ob murmurare viſus eſt: ſicut in ſimili dicimus hęredem inſtitutum in re certa modo haberi inſtar legatarii, modo hæredis, l.quoties, C.de hęred.inſtit.l.ex facto magna, ff.eod.[h] idem etiam de Hermaphrodito receptum eſt, vigente ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminæ excludantur, hermaphroditus non excludit, niſi præualuerit in ſexu maſculino, l.cum quæritur, de ſtatu homin.[i] cum itaq; legitima pro maiori parte contineat bonorum naturam, ea bonorum pars, nõ autem hæreditatis dicenda eſt.

5 Primò, Ex hac † Concluſione ſequitur, quod filius non poterit pro legitima petere ſe mitti in bonorum poſſeſſionẽ offenſo teſtamento, non abolito, non cãcellato, quia non eſt hæres, vt in l.vlt.C.de edict.diu.Adr.toll.[k]

Secundò ſequitur, quod filius nõ repræſentat perſonã patris defuncti, nec ei ſuccedit, ſed habet legitimam à lege, vel à natura, l.cum ratio, de bon.damn. & §.cum filius, de hæred.quæ ab inteſtat.defer.l.nam etſi parentibus, de inoffi. teſtam.[l]

Tertiò cum bona intelligantur deducto ęre alieno, l.ſubſignatum, §.bona, de verb.ſignific. ſic legitima debet cõputari deducto æro alieno, l.Papinianus, §.quarta autem accipitur, ff.de inoff.teſt.[m]

Quartò, hæc legitima dari debet ſemper vnà cum fructibus etiam bona fide cõſumptis, Auth.nouiſſima, C.de inoff.Auth.de nunc.& ſucceſſ.§.1.fructuſque deberi intelligi ratione dominij, non autem ratione moræ, vt in his locus non ſit regulæ, bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, & eos ante litis conteſtationem lucratur, l.ſumptus de rei vendicat.l.certum, C.eod.ea ſiquidem regula vendicat ſibi hæc in fructibus qui debentur ratione morę. Sed fructus legitimæ præſtari debent ratione dominii, & ideò perpetuò & indiſtinctè debẽtur [n] etiam ſi bona fide fuerint conſumpti.

Dixi in definitione legitimam eſſe portionem debitam bonorum quę quis habiturus eſſet ab inteſtato, iure inſtitutionis relinquendam; Quod ſit portio eius quod quis habiturus ſit ab inteſtato probatur à gloſſ. communiter recepta in l.Papinianus, §.vnde ſi quis, ff.de inof. Quod verò ſit portio debita, declarabimus quo iure ſit debita; Quod etiam titulo inſtitutionis relinquenda quærentes an eodem titulo legitima parentum ac fratrum relinqui debeat, quo ad legitimam filiorum communis firmatur concluſio.

Legitima filiorum de bonis parentum debetur iure naturali, à natura, & à lege potius quam à teſtatore, l.cum ratio, de bon.damn. & §.cum filius, de hæred.quæ ab inteſt.defer.[o]

Legitima verò filiorum debetur non iure naturali, ſed ciuili tantum, ac potius ordine naturæ turbato, ut affirmare videtur Pomponius in l. ſcripto hærede, ff.unde ui, in illis ultimis uerbis. Non ſic parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hæreditas, cum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittat, liberos naturæ ſimul & parentum commune uotum, & quoniam ut alii dicunt ius naturale potius aliquem inducit ad liberos quam ad parẽtes aleudos, & Paulus Apoſtolus inquit, parentes filiis, non autem filios parentib. theſaurizare debent; [p] Ego tamen exiſtimauerim in uia diſputatiua, æque deberi iure naturali legitimam parentibus ac ipſis filiis, tum quia ambæ per mo-

dum

dum regulæ æquiparatę ſunr à lege, vt in Auth. De trient. ac ſemiſſ. §. 1. tũ quia non minus piè & naturaliter debetur parentibus, l. nam etſi parentibus, de inoffic. teſt. & omne ius ciuile iura naturalia committantur, l. ius ciuile, de iuſt. & iur. accedat quòd omne agens in agendo reperitur, quodq; magis filij eorumque bona parentibus quam parentes filijs obligantur, l. placet, de acquir. hæredit. l. in ſuis, de lib. & poſth. Clarius in l. veluti erga Deum religio, ff. de iuſtit. & iur. & apud Platonem, quoniam non ſolum nobis nati ſumus, ſed partim patria, partim parentes vendicant: Nec Pomponius excluſit, quin parentibus iure naturali debeatur hæreditas, maximè turbato ordine mortalitaris, quamuis eo non inuerſo magis putet liberis deberi, quo ſenſu & Diuum Paulum locutum eſſe intelligere oportet.

Legitimã quoque fratrum communiter aiunt deberi ſolo iure ciuili, eiuſq; diſpoſitione,[q] quod admitti vtique poteſt, vtpotè, cum iura naturalia, non tam valida influant in linea collaterali coniunctos, §. inter eas quoq; perſonas, quæ ex tranſuerſo, Inſtit. de nupt.

Propoſuimus denique eam relinquendam titulo Inſtitutionis, vt à Iuſtiniano ſancitum eſt in Auth. Vt cum de appellat. cognoſc. §. aliud quoque capitulum; nam etſi filio quid relictum fuiſſet maius etiam legitima, alio titulo, poſſit vtique filius tanquam præteritus rumpere teſtamentum; Ratio autem requiſiti tituli Inſtitutionis ea eſt, quoniam eſt titulus plenior ac perfectior, vnde ſi filius in ea fuerit, vt in re certa inſtitutus hærede vniuerſali repudiante tota hæreditas filio accreſceret, l. ex facto, de hæred. inſtitu.[r] l. quoties, C. eod. ſecùs ſi filio, legati, vel fideicommiſſi, vel alio particulari titulo fuerit relicta; item inſtitutus in re certa manu & autoritate propria capit eam, quam legatarius capere non poteſt, vt apud Interpretes in d. l. ex facto, & in d. l. quoties, ſed filius inſtitutus in legitima, ſi legitima eſt pars bonorum, & non hæreditatis, non poterit capere manu propria,[s] Præterea inſtitutus in re certa poteſt poni in bonorũ poſſeſſionem oſtenſo teſtamento non abolito, non cancellato; vt in l. vlt. C. de edic. diui Adr. toll. ſed filius non poteſt obtinere auxilium d. l. vlt. Si legitima nõ eſt pars hæreditatis,[t] Cęterum ſi pater reliquerit vnciam vnam, vel plures hæreditates filio pro legitima filius ſuccedet, vt hęres iure vniuerſali, & petitur iure accreſcendi, at ſi inſtitutus fuerit in legitima, vt in fundo particulari, erit ſucceſſor particularis, nec potietur iure accreſcendi, vno tamẽ excepto caſu, ſi hæres vniuerſalis repudiaret hæreditatem; nam vt ſuſtineatur teſtamentum tota hæreditas filio accreſceret abolito nomine fundi, vt rei certę relictę probatur in l. 1. §. ſi ex fundo, & l. ſi alterius, ff. de hæred. inſtit.[t] & hinc etiam reſoluitur quæſtio, an legitima ſit pars bonorum vel hæreditatis, poteſt enim & eſſe & non eſſe.

Quæ ſanè legitima parentibus quoque, quin etiam fratribus relinqui debet hoc titulo inſtitutionis, neglecta Bartoli, & Angeli opinione, qui in Auth. Nouiſſima exiſtimarunt, legitimam fratribus non eſſe relinquendam hoc titulo honorabili Inſtitutionis, ſed communiter omnes contrarium verius eſſe arbitrati ſunt.[u] Nam qui tenent auctam eſſe legitimam tranſuerſalibus, haud ſecus ac patribus & liberis, rectè exiſtimant hanc etiam relinquendam titulo inſtitutionis, quemadmodum poſtea declarabimus, ſed hic iam ſicco pede Iordanũ cum Helia & Heliſæo tranſeamus.

Hæc tamen cõcluſio, quod legitima relinqui debeat titulo Inſtitutionis plures patitur limitationes, quarum.

Prima eſt, ſi teſtator ea reliquerit iure legati, vel alio particulari, & in teſtamento codicillarem adhibuerit clauſulam, Valeat hoc meũ teſtamentum omni meliori modo, quo poteſt vel poterit, tunc huiuſmodi clauſula ſupplet oẽm defectũ, & oẽs ſolẽnitates, vt proinde ſit, ac ſi iure inſtitutionis relicta fuiſſet.[x]

Limita-

Limitatur prҫterea de iure Canonico, de iure Digeſtorum, de iure Codicis, item ſtāte ſtatuto excluſiuo fœminarum, præterea in teſtamento inter liberos, in cauſis pijs, & pluribus alijs congeſtis a Vaſquio, ac alijs in Auth. Nouiſſima. Firma igitur ac ſtabilita maneat deſcriptio legitimæ filiorum, vt ſupra propoſita fuit.

AD CAP. VII.

a Michael Craſſ. §. de legitima, q. 1. Soc. iun. conſ. 67. nu. 67. vol. 2.
b Coraſ. in l. hæres inſtituta, nu. 34. C. de impub. & al. ſubſtit. Alex. in l. quia poterat, ad S.C. Treb. Vaſq. in Auth. Nouiſſima, C. de inoff. teſtam.
c Bart. maximè in l. ex facto magna, de hæred. inſtit.
d Alex. de his latè in l. quia poterat, num. 10. & 11. ad Trebell. Bart. in l. gerit, de acq. hæred. Vaſq. in d. Auth. Nouiſſima.
e Bart. in d. l. ex facto magna, de hæred. inſtit.
f Bart. in d. l. ex facto magna, Bald. Iaſ. & alij in l. quoties, C. de hæred. inſtit. Coraſ. in l. humanitatis, numer. 14. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. vbi Dec. Pich. in l. in quartam, ad leg. Falcid. Alex. in d. l. quia poterat, plures congerit, Vaſq. in d. Auth Nouiſſima, Michael Craſſ. in d. §. legitima, q. 1.
g Alex. in d. l. quia poterat.
h Bart. & omnes in d. l. ex facto, & in d. l. quoties.
i Brun. Aſtenſ. ſtantibus maſcul. artic. 12. princip. q. 10.
k Alex. & alij, C. de edict. Diui Adr. tollend. Cagnol. in Auth. Nouiſſima, nu. 12. Michael Craſſ. in §. legitima, q. 1.
l Cagnol. in l. 1. num. 12. de inoffic. & Craſſ. vbi ſupra.
m Bart. in d. l. ex facto, de hæred. inſtit. & eſt communis, Craſſ. d. q. 1.
n Alex. conſ. 69. in 1. Tiraq. latè in l. ſi vnquam, nu. 57. C. de reuoc. donat.
o Pichus in l. in quartam, num. 162. ad legem Falcid. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 20. num. 430. Craſſ. d. quæſt. 1.
p Craſſus refert q. 2.
q Craſſ. inibi.
r Bart. quem alii ſequuntur in l. ex facto, de hæred. inſtit. Iaſon, Salic. & plures in d. l. quoties, C. de hæred. inſtit.
ſ Alex. in d. l. quota poterat ad S.C. Trebell. Dec. & Curt. in l. 3. C. de impub. & al. ſubſtit. Curt. in d. Auth. Nouiſſima, Ant. Padilla in l. ſi emancipata, num. 31. C. de iur. & fact. ignor. Craſſ. in §. legitima, d. q. 1.
t Ale. in l. fin. C. de edict. diui Adrian. toll. Cagnol. in l. Papinianus, §. meminiſſe. nu. 12. de inoffi. teſt. Curt. in d. Auth. Nouiſsima, contra Bald. & ſequentes congerit. Craſſ. d. q. 1.
u Vt Salic. refert in d. Auth. Nouiſsima.
x Bald. in d. l. quoties, C. de hæred. inſtit. Vaſq. in Authen. Nouiſsima, num. 257. Craſſ. in §. legitima, q. 35. Iaſon, num. 20. Dec. conſ. 228. Alexan. & Imol. in l. nam quod, §. non omnes, ff. ad Trebellian.

SVMMARIA.

1 Legitima quid ſit, quid item Falcidia & Trebelliana.
Quæ quidem Legitima & Trebelliana nomine Falcidia gloriantur, n. 2.
3 Quantitas legitimæ quænam ſit ratione perſonarum computanda, non parua inter Doctores eſt controuerſia.
Et quando ſit Semis, quando verò Triens, vel Quadrans, nu. 4.
5 Monachus pro mortuo habetur, & nec ad ſucceſſionem vel admittitur, vel admitti ſperatur.
6 Monachus & iuſtè exhæres factus, vt nec filiorum auget numerum, ita neque Legitima portionem, Baldi ſententia.
7 Filiorum numerum in Legitima computatione ciuiliter non naturaliter ſumi an conueniat.
8 Exhæredati iuſtè, Monachi, deportati, & ſimiles, non dicuntur filij Ciuiles ſed naturales

turales tantum, euſdem Baldi opinione.

9 *Legitimam filiorum pro numero auctam ad trientem, & ſemiſſem multiplici ratione comprobatur.*

10 *Triens etiam vnico filio Legitima loco debetur.*

11 *Filius Religioni deuotus, & in ea facta profeſſione Habilitus, vtrum non expectata morte naturali patris ſui, legitimam in eius bonis petere poſſit.*

Emanuelis Coſta Luſitani Iuriſconſulti in hoc caſu quænam ſit opinatio. nu. 12.

13 *Legitima fratrum, an æquè aucta ſit ad Trientem ac legitima filiorum atque parentum, difficilis admodum quæſtio eſt.*

Affirmatiuæ partis argumenta quadruplici numero deducta, vide nu. ſeq.

Et Doctorum negatiuam partem tenentium rationes, & argumenta latè deducta habes, num. 15.

16 *Filius turpi hærede ſcripto patrem præteriens, grauius delinquit eo qui fratrem præterijt turpi perſona in teſtamento inſtituta.*

17 *Ratio diuerſa, diuerſum etiam ius parere aſſolet.*

18 *Frater priſco iure niſi tota ſibi Quarta et cæteris filijs fuiſſet relicta, totum ſubuertebat teſtamentum.*

Sed nouiſſimo iure hodierno id immutatum eſt, ita, vt Legitima tantum ſupplemẽto debeat eſſe contentus. num. ſeq. & nu. 22.

20 *Leges Legitimam adaugentes, aduocant ad eius portionem eos quibus ordinariè debetur, non tranſuerſales quibus inſtituta turpi perſona extra ordinem deferri ſolet.*

Sed vide num. ſeq. reſponſionem.

De quantitate Legitimæ et eius augmento.
Caput VIII.

1 LEGITIMA † erat bonorum quarta, quæ quis ab inteſtato fuiſſet habiturus, l. Papinianus, § quarta autẽ, & §. quoniam quarta, & §. vnde ſi quis, vbi gloſſ. communiter approbata, ff. de inoff. teſtam. Trebelliana eſt quarta hæreditatis portio, quam quis ab inteſtato adipiſci potuiſſet, §. reſtituta, de fideicommiſſ. hæreditat. l. qui quadringenta, l. Marcellus, §. res quæ, totoque tit. ff. ad S.C. Trebellia. Falcidia & ipſa, vt aliqui exiſtimant videtur eſſe quarta hæreditatis; quemadmodum hi notarunt in l. in quartam, & in l. 1. §. 1. ff. ad leg. Falcid. Le-
2 gitima † inſuper ac Trebelliana ipſa gloriantur & gaudent hoc nomine Falcidia, nam legitima appellata eſt Falcidia in l. Papinianus, §. vnde ſi quis, & §. meminiſſe, de inoff. teſtam. & Trebelliana Falcidia nuncupata eſt, l. 1. §. inde Neratius, & l. qui ita inſtitutus, ff. ad leg. Falc. ea fortaſſe ratione, quod Falcidia prius lata fuerit.

3 Poſtea legitima iure authenticorũ aucta fuit pro numero quatuor filiorum ac pauciorum ad trientem & pro numero quinque vel plurium ad ſemiſſem, Auth. Nouiſſima, C. de inoff. teſtam. Auth. de trient. & ſemiſſ. §. 1. Verum enim-
3 uerò † in eius quantitate ratione perſonarum computanda, ſæpè dubitari contingit, ecce enim ſi quinque ſint filij, & duo moriantur viuente patre, legitima erit triens, vtpotè, quæ computanda ſit pro numero filiorum ſuperſtitum, l. nõ pro numero, C. ad S.C. Orfician. at ſi omnes patri ſuperſtites fuiſſent, ea eſſet ſe-
4 mis; proinde variæ ſpecies varium etiam nobis conſtituunt ius; Auus † etenim ſi quinque habuerit nepotes ex filio præmortuo, legitima vtique erit ſemis, verum ſi ex vno filio vnus ſibi oriatur nepos, & ex altero quinque, ea ſa-

nè erit triens,quandoquidem nepotes illi quinque vices gerunt ac repræſentãt
perſonam vnius,nempè patris ſui,nec proprio iure ſuccedunt, §.cum filius,de
hæredit. quæ ab inteſt,defer.Auth.Poſt fratres,Auth.Ceſſante, C.de legit.hæ-
red.eo quod ſucceſſio deferatur per ſtirpes,vt inibi legitur,& Iaſoni,ac Salice-
to placuit.[a] Tertia quoque offertur ſpecies, quando tres ſunt nepotes vel qua
tuor ex vno filio,& tres ex altero,hoc etiam caſu legitima eſt triens,haud ſecus
ac ſi duobus tantum danda eſſet ob propriam eorum præſentationem vel ſtir-
pem;proinde Vlpianus in l,Papinianus, §.quoniam autẽ quarta,dicebat,ſi mi-
hi ſint ex duobus filijs nepotes,ex vno plures,puta tres,ex altero vnus,vnicum
ſecuncia,id eſt,vncia & dimidja, & vnum ex illis ſemũcia, hoc eſt media vncia,
quærela excludet,tunc enim legitima erat quadrans,nempè vnciæ tres; Quare
Baldus[b] vtiliter quærebat,primum Titius inquit duos habebat filios,quorum
vnus monachus ordinis Minorum factus fuit,quæro inquit quanta ſit legitima
eius,qui remanſit in ſeculo, triens ne,an verò dimidia trientis,& eam trientem
5 eſſe conficit, quia † monachus pro mortuo habetur, vtpotè, qui ad ſucceſſio-
nem non admittitur,nec admitti ſperatur,l.ſi necem,§.ſi deportatus, ff.de bon.
libert.in illis verbis deportatus pro mortuo habetur,ſed talis eſt monachus.

Deinde quærit;Quinque ſunt filij,ſed vnus eſt conſtitutus in ordine mona-
chorum Minorum,vel iuſtè exhæredatus,quærit inquam,an legitima ſit ſemis
6 vel triens,& ait neque† monachum, neque iuſtè exhæredatum augere nume-
7 rum filiorum,vel legitimam,& ideo eam eſſe trientem non ſemiſſem,quia † nu-
merus filiorum in computanda legitima debet ſumi ciuiliter, non autem natu
raliter, vt ſcilicèt ſint filij à iure ciuili admiſſi, non autem à ſolo iure naturali,
8 ſed † iuſtè exhæredati, monachi, deportati, & ſimiles, non dicuntur filij ciui-
les, ſed naturales tantum, ad quod probandum adducit l.j.de bonorum poſ-
ſeſsion. contra tabul. & l.Gallus, §. et quid ſi tantum, de liber. & poſthum.
Sed ego longè clarius hoc probari video per textum, hoc idem apertiſſi-
mè dicentem in l.non pro numero, C.ad S.C.Orfician. Non pro numero in-
quit filiorum ſuperſtitum,ſed pro numero filiorum habilium ad ſuccedẽdum,
& ideo ciuilium.

9 Cum igitur † aucta ſit legitima pro numero filiorum ad trientem vel ſemiſ-
ſem;Quæritur,an legitima parentum ac fratrum fuerit aucta?

An legitima parentũ fuerit aucta.

Legitimam parentum à quadrante ad trientem auctam fuiſſe communiter
receptum eſt, Authen.Nouiſſima, vbi gloſ.& in l.quoniam in prioribus, C.de
inoff.teſtam.& in l.omnium,de vſufruct.quod Iaſoni, Petro Perticenſi, Ioanni
Fabro,Cyno,Alberico,Bartolo,Saliceto,Paulo,& Fulgoſio relatis à Vaſquio,
& à Michaele Craſſo[c] ſummoperè placuit.

Prima ratio euidens ſumitur à Iuſtiniano in Auth.De triente & ſemiſſe,§.j.
in illis verbis:Hoc obſeruãdo in omnibus perſonis,in quibus ab initio antiquę
quartæ ratio de inofficioſo lege decreta eſt, quæ ſanè ratio de inofficioſo pa-
rentibus etiam lege decreta fuerat, l.1. l.nam etſi parentibus, C.de inofficioſ.
teſtam.

Secunda deducitur ab Auth.Vt cum de appell.cognoſc.§.aliud quoque ca-
pitulum,& in §.ſola enim eſt.Sola enim eſt,inquit,noſtræ Serenitatis intentio,
inuicem exhæredationis & præteritionis iniuriam à parentibus & liberis amo
uere,& ideò parentibus non aliter atque liberis conſulere voluit.

Tertia,quia vtraque videntur æquiparata per modum regulæ; ergo ſancitũ
in vna,erit etiam ſtatutum in altera, l.prætor bonorum, de regul.iur. l.nam etſi
parentibus,de inoff.teſt.§.non autem,Inſtitu.eod. & hæc communiter quidem
recepta ſunt,reclamantibus tamen Angelo,& Craſſo,[d] ea ratione nixis, quòd
legitimæ ampliationẽ pro numero filiorum quatuor,quinque, & pluriũ paren

tibus

tibus accommodari impoſſibile ſit, quibus vnus occurrit Vaſquius[e] inquiens
hanc concluſionem intelligendam eſſe, quo ad primam legitimæ ampliationẽ,
10 nempè ad trientem, quæ etiam vnico filio legitimæ loco debetur, non quo ad
ſemiſſem, quæ quoniam non niſi quinque vel pluribus filijs decernitur, paren-
tibus vtique, qui numero tot eſſe nequeunt, minimè debebitur.

11 Hinc vtiliter inferebat illę,[f] quod ſi filius † poteſt petere legitimam in bo-
nis patris, qui fuerit ingreſſus religionem & profeſſus, non expectata morte na
turali, recepta inquam hac opinione vti vera; quandoquidem articulus eſt du
bius, & multum controuerſus, de quo poſtea tractabimus, pariter ipſe pater
poterit legitimam petere de bonis filij religionem profeſſi in limine ingreſſus,
& ante mortem naturalem,

12 Hinc etiam deducebat † Emanuel ille Luſitanus,[g] ſi liberi grauati ſub con
ditione poſſunt duas demere quartas, legitimam ſcilicet, ac Trebellianam, ita
poſſe parentes conditione grauatos vtrumq; ſibi deducere, quamuis ipſe potẽ
tiſſimum Hiſpaniarum Regem prius conſulendum, & articulum, ſua tamen
prius prolata opinione, ab eo vt ſibi placuerit decidendum exſtimauerit, & ego
pluries conſultus, in varijs quæſtionibus, mea tunc patefacta opinione, ad Illu-
ſtriſſimos Venetos eorumq; grauiſſima ac æquiſſima 40. virorum conſilia[f] quę
ſtionem ipſam vtpotè principali deciſione dignam relegandam duxi.

13 Sed longè † maior procul dubio reſurgit difficultas. Num legitima fratrum
æquè ſit aucta ad trientem, ac legitima filiorum atq; parentum, & iã inoleuit
communis opinio, auctam eſſe; Butrigarius, Odofredus, Ioannes Faber, Bartol.
Salicetus, & Fulgoſius, Cynus, & Salicetus, qui de communi, & Vaſquius e-
xiſtimarunt,[h] & huius opinionis

14 Primum † eſt herculeum & ineuitabile argumẽtum, deductum ab Auth. de
triente & ſemiſſe, §. 1. in illis verbis: hæc obſeruando in omnibus perſonis, in
quibus ab initio Antiquæ quartæ ratio de inoff. lege decreta eſt, tunc ita ſyllo-
gizare fas ſit,

Quibus ratio quartæ de inofficioſo decreta fuit, his omnibus aucta eſt le-
gitima ad trientem.

Sed ratio quartæ de inofficioſo lege decreta fuit etiam fratri,

Ergo fratris etiam legitima aucta eſt ad trientem,

Maior propoſitio probata fuit à Iuſtiniano in d. Auth. de trient. & ſemiſſ.
minor quoq; probatur in l. 1. & l. fratres, ff. & C. de inoff. teſt.

Secundum deducitur à l. omnimodo, C. de inoff. teſt. in qua Iuſtinianus au-
tor d. Auth. de triẽt. & ſemiſſ. pollicitus eſt ſe certa ac ſtatuta lege, tam mortuis
parentibus, quàm filijs eorum conſulere, & alijs perſonis quibus eadem inoffi-
cioſi actio competere poterat; Sanciuit igitur vt firmo remanente teſtamento,
hi omnes poſſint petere ſolummodo augmentum legitimæ, ſed fratres a-
gunt inofficioſi turpi perſona hærede inſtituta, d. l. 1. & d. l. fratres. ergo,

Tertiò duo ſunt ſpectanda in fratre, vnum quod turpi perſona à fratre hæ-
rede inſtituta vocatur ipſe ad fraternam hæreditatem, vt ab ea infamem pro-
pellat; alterum, ſi quid fratre minus legitima fuerit legatum, poſſit frater ſaltem
conſequi integram legitimam, l. fratris, C. de inoff. l. 1. & 2. ff. eod. & §. ſoror, In-
ſtitut. eod. idq; confirmatur in §. 1. Auth. de hæred. & Falcid. Iuſtinianus ſiqui-
dem neceſſitatem teſtantibus conſtituit, vt partem quandam nonnullis relin-
querent perſonis; dein ſubdit, inter eas vtiq; perſonas fratrem interdum con-
numerari, quod à gloſſ. exponitur, quando turpis perſona fuerit à fratre inſti-
tuta, quare ſi frater hæredem in legitima fratrem, & in hæreditate infamem in
ſtituerit, frater cui legitima relicta fuit non poterit inofficioſi agere, vt Baldo
maximè ac Saliceto placuit.[i]

Quartò ex his ſic argumentari liceat; fratri non datur inofficioſi quærela, ſi quid minus legitima fuerit ei relictum, quinimò ad ſupplementum agere tenetur vt ſupra oſtenſum fuit, ergo fratris legitima eſt aucta à quadrante ad trientem, conſequentia probatur ex §. 1. Auth. de trient. & ſemiſſ. verſic. hoc obſeruando, & in l. omnimodo, C. de inoff. teſt. Nam ſi frater turpem perſonam arceret ab hæreditate, ipſe vtiq; caperet totam hæreditatem, nunquam legitima vel eius ſupplemento contentus, quod iam falſum oſtendemus; & hæc opinio communiter eſt recepta.

15 Contrariam tamen † ſententiam quod imo fratrum legitima nunquam fuerit aucta tenuit gloſſ. magna in Auth. nouiſſima, Baldus, Salicetus, Angelus, Iaſon, & Alex. ac Vaſquius.[k]

Primo ea ratione, quod non mutatur quare ſtare prohibetur, l. præcipimus in fine, C. de appellation. l. ſancimus, C. de teſtam. Sed quarta legitima fratrum nunquam fuit mutata. ergo,

Sed qui ſequuntur communem ſententiam negant minorem, imo id mutatum fuiſſe aiunt, nam ſi augumentum competit omnibus, quibus olim inofficioſi quærela dabatur, d. §. 1. de trient. & ſemiſſ. d. l. omnimodo, porrò & fratribus competit, quibus etiam quærela concedebatur.

Secundò augmentum legitimę non conceditur niſi his, quibus ex ſolo defectu legitimæ dabatur quærela, l. Papinianus, §. quoniam autem quarta, ff. de inoff. teſt. ſed fratribus non propter legitimæ defectum, imo potius propter infamiam hæredis inſtituti quærela concedebatur, ergo fratribus huiuſmodi augumẽtum leges nũquam elargitæ ſunt, neq; enim fauori fratris ſed odio ſolum turpis hæredis fratri debetur legitima.

At reſpondent fratri quærelam dari tum odio turpis hæredis, tum etiam fauore fratris, proinde vtrumq; eſſe ſpectandum.

Tertiò adducunt egregiam ſpeciem, l. Pantonius, ff. ſi quis à patr. fuer. manumiſſ. patri etenim contra filium emancipatum conceditur quærela non ad totum teſtamentum euertendum, ſed ad legitimam dumtaxat conſequendam, idq; ita demum verum eſt ſi honeſta perſona fuerit hæres inſtituta, alioqui ſi turpis, totum reſcinditur teſtamentum, vt hæreditatis nihil apud infamem inſtitutum remaneat, ergo pariter fraternæ tabulæ totæ ob infamiam hæredis rumpi frangive debent, vt non ſit amplius locus augmento legitimæ.

Cui argumentationi occurrunt Salicetus, Iaſon & alij, reſpondentes, magis
16 † peccare filium qui turpi hærede ſcripto patrem præterierit, quam qui patrem præteriiſſet, à quo nullum beneficium adeptus, à patre verò manumiſſio
17 ne donatus fuit, proinde nõ mirũ † ſi diuerſa ratio, diuerſum quoq; peperit ius. Dein hæreditas magis debetur parentibus quam fratribus, §. inter eas quo
18 que, de nupt. addunt † fratrem iure veteri, niſi tota quarta fuiſſet ſibi & cæteris filijs relicta, potuiſſe totum ſubuertere teſtamentum, l. Papinianus, §. quarta
19 igitur, & §. quoniam quarta, de inoffic. teſt. l. cum quæritur, C. eod. † hodie verò hoc ius fuiſſe mutatum, vtpotè cum filius vel frater debeat eſſe contentus legitimo ſupplemento, idq; petere teneatur, l. omnimodo, C. de inoff. teſt. quare in huiuſmodi quæſtione non iura pandectarum. Sed leges Codicis, & Iuſtinianeæ Nearæ recipiendæ præferendæque erunt,

Quartò legitima pro numero filiorum aucta fuit, d. Auth. de triente & ſemiſſe, qui numerus non eſt attendendus nec obſeruandus inter fratres, & auxilia extraordinaria in ſanctione legis ordinariæ, vt in titulo de extraordinar. cri
20 min. de reſtitut. in integrum, & ſimilibus, ſed † leges quæ legitimam augẽt eos vocant quibus ordinariè debetur, Verum fratribus infami tantum perſona inſtituta, & ſic extraordinariè defertur, d. §. ſoror inſtituta, & l. 1. ff. eodem, qua

ratione

ratione nexi Alexander, Afflictus, Iaſon, Cagnolus, & Vaſquius [l] hanc ſecuti ſunt opinionem; Vnde Vaſquius reclamat hanc eſſe veritatem, quamuis decepit contrariam aliàs ſecutus fuerit, (ò variæ Iuriſprudentum cogitationes, ò inanes opinationes) en ? quam leuiter Vaſquius vir alioquin de vtraq; iuriſprudentia benemeritus ſe in hac quæſtione præcipitem dederit,

Reſpondent qui per ſemitam vel per tritam communemq; viam ambulāt,
21 † leges vtiq; vocare fratres ad augumẽtum legitimæ, haud ſecus ac alios aſciſſit, d.§.1.de hæred.& Falcid.in illis verbis: Interdum verò etiam fratribus, & quemadmodum in tertio argumento communis ſententiæ expoſitum fuit,
22 † & iura nouiſſima mutarunt ſtatum iuris antiqui, d.l.omnimodo, C.de inoffi. teſtam.

AD CAP. VIII.

a Iaſon, & Salic.in Auth.nouiſſima, nu.51.C.de inoff.teſt.
b Bald.in Auth.nouiſſima, C.de inoff.teſt.in 5.& 6.quæſt.
c Vaſquius in Auth.nouiſſima, nu.183.C.de inoff.teſt.Michael.Craſſ.in §.legitima, quæſt.9.
d Angel.& Coraſius in l.filium quem habentem, C.famil.hærciſc.
e Vaſquius in d.Auth.nouiſſima, nu.182.
f Vaſquius inibi.
g Emanuel Coſta in c.ſi pater in verbo tertia pars, nu.36.de teſtam.in 6.
h Cyn.& Salic.qui communem teſtatur, in d.Auth.nouiſſima, C.de inoff.teſt.vbi Vaſquius nu. 213.refert etiam Craſſ.in §.legitima, q.10.& Vaſq.de ſucceſſ. creati.§.20.nu.213. qui communem affirmat.
i Bald.& Salic.in d.l.fratres, nu.9.C.de inoffic.
K Bald.in d.l.fratres, nu.1.Salic.nu.4.Angel.& Iaſon num.39.
l Alex.in l.ſi patroni, §.vlt.ad Trebel.l.quã communem firmat Cagnol.in l.1.nu.22.de inoff.teſtam. Afflict.deciſ.204.Iaſon in Auth.nouiſſima, nu.35.Vaſq.in Auth.nouiſſima, C.de inoffic.nu.218.ſibi contrarius de ſucceſſ.creat.in §.20.nu.213. Natta conſ.1.lib.3. Afflict.deciſ. 204.

SVMMARIA.

1 *Filius cui minus legitima relictum fuit inofficioſi teſtamenti agere poterit querela, & ad reſciſſionem teſtamenti peruenire ita ſuffragante communi opinione.*
2 *Illatio nullatenus ex diuerſis fieri poteſt.*
3 *Generum diuerſorum etiam diuerſæ ſunt ſpecies, ac iuris determinationes.*
4 *Inofficioſi non agit teſtamenti actione filius cui minus legitima fuerit relictum, ſed tantum ad legitimæ ſupplementum aduerſus communem Doctorum opinionem.*
5 *Fratres non debent eſſe melioris conditionis quam ſint primi gradus liberi, quibus præ cæteris ſuitatis iure hæreditas defertur.*
6 *Quarta hæreditatis portione habita per liberos, inofficioſi Vlterius querela teſtamenti iiſdem denegatur.*
7 *Quæſtionis propoſitæ per Cagnolum egregia reſolutio diſtinctione nititur non parum ingenioſa.*
8 *Temporum diſtinctio diuerſorum, & Pandectarum, & Codicis propoſitam capitis huius quæſtionem determinat.*

Vtrum

Vtrum frater, cui minus legitima quid fuerit relictum, poſſit turpi inſtituto hærede, agere inofficioſi ad reſcindendum totum teſtamentum, an verò teneatur legitimæ ſupplementum petere. Caput LX.

QVAESTIO præcedens, num fratrum legitima fuerit aucta, vt plurimum ab hac vna dependet; par eſt igitur, vt diligenter inueſtigemus, frater ne, cui minus legitima fuerit relictū, poſſit turpi hærede inſtituto inofficioſi agere ad reſcindendum totum teſtamentum, an verò teneatur legitimæ ſupplementum petere.

1 Communis inoleuit opinio, authore Decio, Paulo Caſtrenſe, Saliceto, Iaſone, & Cagnolo,[a] filium poſſe inofficioſi agere, ac totū reſcindere teſtamentum, & ideo totam capere hæreditatem.

2 Prima eſt ratio communis opinionis, † Ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. l. naturaliter, §. nihil commune, de acquir. poſſeſ. ſed variæ ſunt viæ, quarum vna tentat per querelam totum ſubuertere teſtamētum, l. 1. l. Titia, de inoff. teſtam. Altera verò firmo manente teſtamēto, petit ſolum legitimæ ſupplementum, l. omnimodò, C. de inoff. at frater non vocatur niſi ad rumpendum teſtamentum, quia turpis perſona hæres inſtituta fuit, d. l. fratres, & §. 1. de inoff. teſt ergo frater non poterit cogi à ſua via diuertere, & per aliā errabundus ambulare.

Reſpondent qui contrarias ſequuntur partes, fratri eſſe diuerſam illam viā paratam, quando nihil ſibi fuerit pro legitima relictum, l. Papinianus, §. quoniā quarta, & §. quarta igitur, de inoff. teſt. Verum. quando ei quidpiam fuerit pro legitima relictum, dicunt iura eſſe innouata, vt teneatur ſtratam ſibi alteram inire viam, & petere duntaxat ſupplementum legitimæ, quemadmodū poſtulant cæteri filij per generalem deciſionē d. l. omnimodò, à qua pendent leges & prophetæ, & hæc eſse germana harum legum ſenſa.

3 Secunda proponitur ratio, † Diuerſorum generum diuerſæ ſunt ſpecies ac iuris determinationes, vt in prioribus prædicamentis; & in l. iam hoc iure, de vulgar. & pupill. & l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. cum ſimilibus: ſed quarta fratrum, & legitima filiorum genere differunt, ergo frater non agit vt filii agunt.

Minor probatur primo; quia legitima filljs debetur iure ſanguinis & naturæ, ac cedit loco alimentorum, l. cum ratio, de bon. damn. at quadrans fratrib. non debetur ſimpliciter, ſed eo tantum caſu, ſi frater infamem inſtituerit hæredem, l. 1. ff. & l. fratres, C. eod. & §. 1. Inſtit. de inoff. teſta. proinde per querelam frangitur totum teſtamentum, vt turpis hæres à tota arceatur hæreditate. Secūdo, quia legitima filiorum titulo Inſtitutionis, quarta autem fratrum quocunque nomine relinqui debet, ac poteſt, vt communiter receptū eſt. Tertiò, quoniam legitima eſt aucta ad trientem, hæc verò negatur aucta. Quarto pro legitima agitur ad ſupplementum, d. l. omnimodò, ſed pro fratrum quadrante agi ad ſupplementum, nulla vnquam lege ſancitum fuit, ergo non poteſt inferri de vna ad alteram, & his differentiis implicitus atque perterritus Salicetus irreſolutus pertranſit.[b]

Reſpondent pleraſq; differentias narratas eſſe falſas, nā prima excepta, quę parui eſt momenti, in cæteris conueniūt ambæ quartę, quemadmodum in præcedentibus diſputauimus, ac ſatis eſſe, quòd ambæ in hoc vno conueniant puncto, in petendo ſcilicèt ſupplemento legitimæ, ob generalem ſanctionem, l. omni-

l.omnimodò, idem igitur de fratre ipſo nobis dicendum eſt.

Tertia, mirum in modum vrget & coruſcat egregia illa ſpecies in l.Pantonius ait, ff.ſi quis à patr.ſüer.manumiſſ.Pantonius ait, ſi turpes perſonas, veluti meretrices à parente manumiſſas hæredes fecerit, omnium bonorum poſſeſſio contra tabulas petenti datur, aut quartæ partis, ſi non turpis hæres fuerit ſcriptus.

An dixerimus Iuriſconſultum ibi locutum fuiſſe iure Pãdectarum, nõdum lecta, d.l.omnimodò? petentiq; debebatur quarta etiam turpi perſona non instituta, ſed fratri minimę debetur, niſi infami ſcripto hærede, & parenti magis quam fratri filius, ſiue frater obligatus eſt, maximè cum ob patris manumiſſionem bona filius acquiſierit.

Quarta, frater ſi quadrantem integrè non habuerit poteſt agere querela, & totas frangere tabulas fraternas, l.cum quintus, C.de inoff.teſt.cum quæritur, an fratres agere poſſint querela, prius perſpiciendum eſt, an eis quarta relicta fuerit, quare etiam ſi aliquid habuerint, non tamen integram quartam, querela vtique experiętur. Sic etenim agebant quoque ipſi liberi d.l.Papinianus, §. quoniam autem quarta, quod ſanè in liberis mutatum eſſe legitur, quod tamẽ in fratribus innouatum nõ reperitur, nec ratio patitur, quia turpis perſona eſt propellenda deijciendaque à tota hæreditate.

Occurrent alij, in fratribus etiam ius eſſe mutatum, & nouatum, ob ſanctionem d.l.omnimodò, in illis verbis: certa & ſtatuta lege tam mortuis conſulere decreuimus, quam liberis coram, vel alijs perſonis, quibus eadem actio competere poterat, ergo fratres intelligit.

4 Contra† communem ſententiam nititur Angelus, Afflictus, & alij ab eodẽ relati, qui ſanè Afflictus [c] affirmat in regno Neapolitano hanc fuiſse receptam & approbatam ſententiam, fratrem cui minus legitima quid fuerit relictum, non poſse non petere ſupplementum duntaxat legitimæ, & propoſuit ſpeciẽ Reuerendiſs.& Illuſtriſ. Epiſcopi, qui ſorori ſuæ minimam reliquerat partem bonorum ſuorum, & fratres ſuos ſpurios hæredes inſtituerat vniuerſales. Soror teſtamentum accuſauit inofficioſum, ſed obtinuit ſolũmodò legitimę ſupplementum. Hoc probatur lege, probatur etiam ratione.

Primò, probatur lege, vt in ſanctione d.l.omnimodò, cuius verba & ſenſa toties ſupra perpẽdimus; inde patet, omnes, qui ad inofficioſi querelam vocantur, ſi integram non fuerint adepti legitimam, totum non expugnare teſtamentum, ſed ad ſupplementum duntaxat agere.

Reſpondet Decius [d] legem omnimodò, intelligendam fore in liberis tantum, non in fratribus, vt intra habiles terminos reſtringatur, l.j. C. de ſacroſanct. eccleſ. item eſse correctorium, nec poſsum caſum particularem comprehendere odii turpis hęredes; et diſpoſita in aſcendentibus ac deſcendentibus nõ vendicare ſibi locum in traſuerſalibus, l.3.§.liberi, de legat.præſt.

5 Secundò probatur rõne,† Fratres nõ debent eſse melioris conditionis quã ſint liberi primi gradus, quibus prę cæteris iure ſuitatis defertur hęreditas, §. 1. de hæred.qualit.& differ.§.cum filius, de hæredit.quæ ab inteſt.defer.l.Gallus, de lib.& poſth.l.1.de ſucceſs.edict. Sed liberi tenentur agere ad ſupplementũ nec totas poſsunt illidere tabulas, d.l.omnimodò, ergo & ipſi fratres.

Occurrunt aliqui, imo fratrem poſse totum ſubuertere teſtamentum propter odium infantis hæredis; nam frater toto rupto teſtamento filius omnia capit bona, vt turpis hæres penitus ab hæreditate arceatur, d.l.Pantonius, quę ratio longè diuerſa eſt à iuribus filiorum.

Tertia deducitur ratio ab autoritate Curtii iunioris [e] ſe rogatum noluiſse conſulere, nec adhærere opinioni Decii, vtpotè, cum reſiſtat generalis ſanctio

d.l.omnimodò,& quoniam Decij opinio nõ eſt in iure ciuili recipienda niſi vno tantum caſu,quando nihil fratri relictum fuiſſet, quamobrem illi aiunt,iſti negant.

6 Quarta denique ſuccedit,†liberi ſi quartam habuerint inofficioſi querelam tentare amplius non poſſunt, d.l.Papinianus, §.quoniam quarta,fratres inofficioſum accuſare nequeunt teſtamentum,ſi quadrantem fuerint adepti; l. cum q̃ritur,C.de inoff.teſt, ergo frater relicta ſibi parte aliqua, cogetur petere ſupplementum,idq; ratio ſuggerit,quoniam ſibi relicta integra quarta,potuit frater infamem vtique ſibi hæredem ſcribere.

Occurrunt hoc in liberis quidem lege innouatum, non tamen in fratribus; at illi replicant imò identidem in fratribus quoque innouatum,accedente eadem ratione,quæ mouit Iuſtinianum, fauor nempè vltimæ voluntatis,vt conſeruentur teſtamenta,d.l.omnimodò,in principio,l.1.C.de ſacroſan.eccl.c.vltima voluntas, 13.q.2.

Iam ad Quæſtionis reſolutionem deſcendamus.

7 Hieronymus † Cagnolus [f] vt modum quæſtionis reſolueret, ita egregiè diſtinguebat,aut fratri integra legitima relicta fuit,& ipſe profectò non potuit inofficioſi accuſare,quamuis infamis fuerit ſcriptus hæres,l.cum quæritur,C.de inoffic.& §.inſtit.ac l.Papinianus,§.quoniam autem quarta, ff.eod. Aut minus legitima quidpiam fuit ei legatum, tunc vera inquit eſt communis opinio, q̃d non cogatur ad ſupplemẽtum agere,ſed imò inofficioſi querela rumpere teſtamentum,ac infami expulſo hærede totam poſſit capere hæreditatem, quaſi iura antiqua non fuerint in fratribus correcta. Sed quia iura vetera ſatis innouata oſtendi, neque mihi, neque alijs ſatisfacit hæc reſolutio ,icircò contrarium in iudiciaria praxi,in Regio conſilio obſeruatum fuiſſe legimus.[g]

8 Succedat † igitur altera reſolutio , & per tempora nobis diſtinguere fas ſit, aut quærimus,an tempore Pandectarum,an verò tempore Codicis tota vel nõ integra fuerit legitima relicta; nam ſi tota legitima Digeſtorũ temporibus fuerit legata, tunc etiam turpi hærede ſcripto nemo inofficioſi agere poterat,d.l. Papinianus, d.l.cum quæritur. Si verò quid minus legitima vel nihil relictum fuiſſet,fratres vtique & liberi frangebant inofficioſa teſtamenta, ac talia videntur germana ſenſa d.§.quoniam autem quarta.

Iure verò Codicis,aut tota legitima legata fuit,& nemo inofficioſi agere poterat,nec tum frater ipſe, turpi quoque hærede ſcripto d.l.cum quæritur, C. eod.neque enim hac in re ius antiquum correctum reperitur.

Aut quid minus legitima aſcriptum fuit, & non modo liberi , verum etiam fratres coguntur firmo manente teſtamẽto legitimæ ſupplementum accipere, nec poſſunt infamem ſcriptum hæredem propellere,& totam capere hæreditatem,quoniam iura vetera fuerunt à d.l.omnimodò,innouata, vtpotè,cum Iuſtinianus inibi nedum liberis & parentibus, verum etiam aliis perſonis quibus eadem inofficioſi actio competit,conſulere pollicitus fuerit, & prius de liberis ac parentibus eorumq; legitima,tum de aliis perſonis,quibus eadem actio cõuenit,ergo non poſſumus alias perſonas intelligere,niſi fratres ipſos;& hęc mihi in puncto iuris multo verior viſa eſt.

Sed in vſu frequẽti magis recepta eſt opinio fratrum,legitimam non eſſe auctam,nec propterea fratrem,cui quod minus legitima fuerit relicta poſſe rumpere teſtamentum fratris,ſed legitimã duntaxat capere,vt vltima volũtas cõſeruetur,qua ratione nixus Iuſtinianus,tulit d.l.omnimodò, & ita iudicatum in Regia Curia Neapolitana teſtatur Matthæus de Afflictis.

AD CAP. IX.

a Dec.conſ.530.num.13.Caſtr.in l.omnimodò,& Salic.in l.fratres, C.de inoff.teſtam.qui Salicet.irreſolutus manet,communem teſtatur Iaſon in d.l.fratres, num.8. & Cagnol.in l.1.ff. eod.num.10.11.
b Salic.in l.fratres,num.8.C.de inoffic.teſtam.
c Afflict.deciſ.204.
d Dec.d.conſ.530.num.13.
e Curt.iun.in l.1.num.3.de inoffic.teſtam.
f Cagnol.in d.l.1.num.21.
g Afflict.d.deciſ.204.

SVMMARIA.

1 Legitimam quamuis pater filio ſuperſtes dare non teneatur, patrimonio rerum incrementis accedentibus adaucto adaugebitur pariter & Legitima,& videatur num.8.
2 Legitima quæ paternorum bonorum quota eſt, auctis bonis poſt obitum patris, non augetur: Trebelliana tamen & Falcidia augmentantur,vtpotè quæ hæreditatis ipſius portiones exiſtunt.
3 Hæreditatem quænam amplificare,& augmentare dicantur.
4 Peculium hominis inſtar natiuitate oritur,creſcit,decreſcit,& pariter per defectũ vt morte interit.
5 Dotes filiarum aucto acceſſione bonorum patrimonio, an etiam adaugendæ ſint, quæritur,& quodnam in his tempus veniat conſiderandum,matrimonij ne, an obitus dotantis.
Et negatiuæ partis argumenta vide vſque ad num.12.incluſiuè.
Affirmatiuæ autem partis argumenta,ſ.filiam auctis parentum bonis augmẽta dotis petere poſſe,videantur à num.13.vſque ad num.20.incluſiuè.
6 Dotare filiam quando pater teneatur.
7 Supplementum dotis ob auctas parentum facultates filia vtrum petere poſſit.
9 Euentus fortunæ dubius non venit conſiderandus in petitione ſuppletionis legitimæ.
10 Legitima portio eſt iſtius,quod quis ab inteſtato fuiſſet habiturus.
11 Filia dotata excluſa vigore ſtatuti maſculis exiſtentibus non debere ſuccedere an etiam ſit excluſa à legitima portionis petitione.
12 Obligatio ſemel extincta amplius reſurgere nequit.
14 Dos ſuccedit loco Legitimæ.
15 Subrogatum ſapit naturam eius cuius fuerit loco ſubrogatum.
16 Auxilia requirunt noua,quæ nouiter emergunt.
17 Aequalitas in dotatione filiarum maximè venit à parentibus obſeruanda.
18 Dotis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt.
19 Pari paſſu ambulant non facere, vel minus legitimè facere.
20 Dotium fauore fideicommiſſa diminui poſſunt etiam vltra omnem Legitimam.
21 Quæſtionis huius ancipitis & ambiguæ reſolutio diſtinctionis fœdere introducta vſque ad finem.

An legitima, & dos augeantur aucto patrimonio.
Cap. X.

1 SI legitima † filio data fuerit à patre viuente, qui non tenetur
eam in vita tradere, l. 1. §. ſi impuberi, de collat. bon. & auctũ
fuerit patrimonium, augebitur quidem etiam legitima, quo
niam ea demitur ab hæreditate tempore obitus paterni, l. cũ
quæritur, l. parentibus, l. ſcimus, C. de inoff. teſt. quod ſi auctę
fuerint diuitiæ paternæ poſt mortem patris, & legitima etiã
2 eodem tempore tradita fuerit, legitima non poterit quidem † augeri, vtpotè
quæ quota eſt bonorum, augeatur tantum Falcidia, ac Trebelliana, quoniam
3 portiones ſunt hæreditatis; ſic † ſerui reuerſi ab hoſtibus, ſic partus ancillarũ,
ſic debitores qui decoxerant quiq; facti ſunt ſoluendo; Sic feuda hæreditaria
recuperata, ſic peculia ampliant hęreditatem, l. ſerui qui apud hoſtes, l. Paulus,
l. cum quo de peculio, ff. ad l. Falcid.[a] Cæterum, ſi incrementum poſt funus cõ
tigerit paternum, quod originem eo viuente traxerit, cenſetur in eius vita con
4 tigiſſe, d. l. cum quo de peculio, d. l. Falcid. vtpotè † cum naſcatur peculium cre
ſcat, decreſcat, & moriatur vt homo, l. peculium naſcitur, ff. de pecul.

Verum excitatur egregia, & frequentiſſima illa quæſtio, Pater nuptui tradi-
dit primam filiam, eiq; dotem aureorum coronatorum mille conſtituit, tum e-
lapſis tribus annis alteram matrimonio copulauit dote duorum millium au-
reorum, Tertiam autem tum deniq; quatuor millium aureorum dote parata
prima filia conqueritur æqualitatem inter ſorores minimè ſeruatam fuiſſe, &
omnes petunt augeri dotem ſecundum vires patrimonij ampliati, vſq; ad diẽ,
quo parens vitam cum morte commutauit; In hac pulchra quæſtione illa pri-
mum offertur opinio quod ſpectandum ſit tempus matrimonij, nõ autem mor
5 tis paternæ, † & proinde non augeri dotem aucto patrimonio, quæ his rationi
bus fulciri ſolet.

6 Primò pater † filiam dotare tenetur ſimul ac nubilis fuerit, nec debet mor-
tem expectare, l. qui liberos, ff. de rit. nupt. Auth. ſed ſi poſt ann. 25. C. de inoff.
teſt. & eam congruè dotauit ſecundum vires facultatum ſuarum, ergo attendi
7 debet tempus matrimonij, non autem obitus, non † poterit igitur filia petere
ſupplementum ob auctas diuitias.

8 Secundò, legitima † nõ debetur in vita patris, d. l. 1. §. ſi impuberi, de collat.
bon. ſed dos danda eſt ſimul ac filia nubilis extiterit vt diximus, ergo filię ne-
queunt prætendere augumentum ratione legitimæ debitæ à funere paren-
tum.

9 Tertio, non opus eſt † perpendere incrementũ patrimonij ſiue diuitiarũ, ob
dubiũ fortunæ euentum, vt. n. potuit augeri ita potuit diminui; at filia nupta ſi
parens bona decoxiſſet, nolet vtiq; ſibi dotem diminui, ergo aucto patrimonio
non decet dotem ei augeri, probatur argumento, l. ſi de fideicommiſſo, C. dę
tranſaction. & l. ſi pater puellæ, C. de inoff. teſt.

Quartò nituntur fortiſſimo argumento, ſi quæſtio verſetur in patria, in qua
10 vigeat conſtitutio, tum ſtantibus maſculis fęminæ ſuccedant, † legitima eſt por
tio eius quod quis ab inteſtato fuiſſet habiturus, l. Papinianus, §. quoniam au-
tem quarta, vbi gloſſ. & Interpretes, de inoff. teſt. quod in eius quoq; definitio-
11 ne deſcriptum fuit, ſed filia † excluſa à ſtatuto, eſt excluſa à ſucceſſione ab in
teſtato, ergo etiam à legitima, ergo non poteſt petere augmentum ratione legi
timæ demendæ & ineundæ tempore obitus paterni.

Quintò loco mouentur, pater qui dotauit filiam, & tam congruè eo tempo

re dotauit, iam functus eſt officio ſuo, & liberatus ab onere dotandi, nec can-
12 dem iterum dotare tenetur, quoniam † ſemel extincta obligatio amplius reſurgere nequit, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig. l. eius qui in prouincia, ff. de reb. cred. ergo filia non poteſt augmentum poſtulare,

13 Contraria † verò ſententia, quòd imo filia dotata aucto patrimonio patris, poſſit augmentum petere ratione auctarum diuitiarum, vſque ad funus paternum, talibus conſueuit argumentis fulciri & corroborari.

Primum ex l. ſi quando, §. 1. C. de inoff. teſt. deducunt argumentationem, filius ſi partem bonorum acceperit, niſi ſpecialiter legitimæ renunciauerit, nul-
14 lum poteſt præiudicium ſiue detrimentum pati, Verum † dos ſuccedit loco le-
15 gitimæ, l. quoniam nouella, C. eod. & † ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. ergo,

16 Secundò probat Decius, [b] quæ recens emergunt nouo indigent auxilio, l. 2. §. ſed quia diuinæ res. C. de veter. iur. enucl. ſed quamuis filia prius dotem acceperit, attamen ſimul ac pater diem cum morte commutauit, tunc admittitur filius maſculus ad hæreditatem, & ab ea excluditur filia dotata, ergo tunc debet ſibi dos decerni, & ſecundum patrimonij quantitatem computari, quare omnia erunt moderanda à funere paterno.

Tertiò prima filia conqueritur æqualiter dotatam minimè fuiſſe, cum lon-
17 gè maiorem dotem ſororis fuerint contentæ, & † æqualitas inter eas eſt maximè obſeruanda, l. cum pater, §. cunctis de leg. 2. l. vlt. C. commun. vtriuſque iud.

18 Quartò ſi † dotis cauſa ſemper, & vbiq; præcipua eſt, l. 1. ſolut. matrim. tempus vtiq; patris extremum, potius quam matrimonij erit diligenter ſpectandum.

19 Quintò, paria † ſunt non facere vel minus legitimè facere, l. quoties, ff. qui ſatiſd. cogant. ergo paria ſunt non dotare, vel incongruè dotare, ergo tunc filia dicitur dotata, cum diuitiis auctis ad obitum vſq; paternum, dos ſibi congrua fuerit decreta.

Sextò, per ſanctionem Auth. res quæ, C. commun. de leg. & fideicomm. ſan-
20 citum eſt, † fauore dotium diminui poſſe fideicommiſſa etiam vltra omnem legitimam, tam in caſu dotis, & donationis propter nuptias conſtituendæ, quam reſtituendæ, ergo multò magis augēda erit dos à † ſitalia patris neglecto prorſus nuptiarum die, quod profectò vigeret, niſi deciſio Auth. res quæ, reſtringatur, ne vendicet ſibi locum in dote conſtituta, ſed in conſtituenda tantum ac reſtituenda.

En quam facilè ſit Academicæ vtrinque diſputare.
Sed iam ad reſolutionem quæſtionis deſcendamus.

21 Fas igitur † mihi eſto ex mente fere omnium Interpretum ita diſtinguere; Aut filia congruè fuit dotata, aut incōgruè, aut à patre, aut à fratre, vel ab alijs, præterea aut filia eſt excluſa, aut non excluſa à ſtatuto: primo caſu ſi non fuerit ab initio congrua dote honorata, poterit vtiq; augmentum petere ex auctis diuitiis, vtpotè quæ læſa, & quæ continuo eo magis læditur, quo magis patrimonium ampliatur; E conuerſo, ſi nuptiarum tempore dos ſibi competens fuerit aſſignata, quamuis poſtea patrimoniū latè creuerit, nullum poterit incrementum prætendere, maximè ſi à patre fuerit dotata, quia debet eſſe contenta dote ſibi à patre conſtituta, qui præſumitur bonum ſemper capere cōſilium pro filia, & congruè dotare, l. nec in ea, ff. ad l. Iuliam de adulr. quæ ſanè præſumptio non viget in fratre, nec in alis dotantibus, [c] quæ quidem opinio, licèt in puncto iuris firmiſſima videatur, & ſit, attamen ob æquitatem aliter iudicatum fuiſſe in Regio Conſilio Neapolitano affirmat Grammaticus [d] quem alij ſecuti ſunt, propterea in inclyta Vrbe Vincentiæ diuerſa iudicia, contrariaq; iuris

reſponſa mihi oſtenſa fuerunt, ſecundo caſu ſi à fratre, vel ab aliis dos ei conſtituta fuerit,non præſumitur competens vel congrua: quia in illis deficit charitas & ratio illa ſanguinis paterni.

Tertio verò caſu ſi à ſtatuto fuerit excluſa ſtantibus maſculis, & congruè dotata fuerit à patre,non poterit amplius petere ſupplemētum auctis diuitiis, propter amorem parentis,qui functus eſt congruè ac idoneè officio ſuo. Cuius dotandi obligatio ſimul extincta amplius reſurgere nequit,ni bis dotare teneatur,l.inter ſtipulantem,§.ſacram,de verb.obligat.l.qui res,§.aream, de ſolution.& quemadmodum Maranta egregiè diſputat. [e] Nec obſtant quæ à Decio [f] obiiciuntur;Mulier excluditur tempore obitus paterni, ergo dos moderāda eo tempore : nam dos alio tempore neceſſario conſtituitur,& in filia excluſa non poteſt ſuccedere loco legitimæ;quoniam legitima eſt debita portio eius quod quis ab inteſtato habiturus eſt,l.Papinianus,§.quoniam quarta,vbi gloſ. & ſcribentes,ff.de inoff.teſt.ſed ſola excluſa à ſtatuto propellitur à ſucceſſione ab inteſtato proinde à legitima, quare Bartolus [g] rectè exiſtimauit hanc non ſuccedere loco legitimæ, quod ét manifeſtè apparet; Nam legitima iure inſtitutionis relinquenda eſt,hæc verò neutiquam,vt iam oſtendimus.Sunt tamen diligenter conſideranda verba ac ſenſa ſtatutorum , quædam enim excludunt filiam non modo ab hæreditate,verum etiam à legitima,iubentq; eam fore cōtentam ſimplici dote vel alimentis,qualia reſonant Patauina ac Foroiulienſia; quædam verò aliquid præſeruant filiæ loco legitimæ , quo caſu opinio Decij recipi poſſet. Nec officit patrem non æqualis conſtituiſse dotes. Namq; dummodo vni reliquerit legitimam , ea vnica filia conqueri non poteſt, cum poſſit pater de reliquo patrimonio liberè teſtari, illudq; vendere, vel quouis modo alienare,l.Papinianus, §.quarta,l.cum quæritur, ff.& C.de inoff.Auth. vt cum de appellat.§.aliud quoq;, quod à Maranta [h] abundè diſputatum legitur.

AD CAP. X.

a Matthæus de Afflict.deciſ.382.Paul.Caſtr.in l.in ratione,nu.3.ff.ad l.Falcid.
b Dec.conſ.276.nu.4.Bald.in l.pactum,C.de collat.q.6.
c Marant.diſput.10.nu.21.&22. Angel.conſ.105 ad finem,Caſtr.275.nu.2.& 6.lib.2. quod viſum fuit inquit competens patri,non debet alijs videri incompetens, Alex.cōſ.37.lib.4.Curt.ſen.181.Curt.ſen.in Auth.res quæ,C.commun.de legat.& fideicomm.nu.11.& 12.Rub.163.Soc.iun.61.nu.4.in 4.
d Grammat.deciſ.101.nu.27.in fi.Decian.conſ.54.vol.1.
e Maranta diſput.10.nu.20.& 21.
f Dec.d.conſ.276.
g Bart.in l.Titio centum,§.Titio genero,nu.6.de condit.& demonſtr.
h Marant.egregiè d.diſput.10.nu.23.vbi tota quæſtio copioſè diſcutitur ab eodem,& à Gramm d.deciſ.101.nu.69.70.& 72.

SVMMARIA.

1 *Fœmina ſtatuti vigore excluſa à ſucceſſione ab inteſtato,vtrum etiam pari modo à Legitima excludi dicatur . Negatiuæ partis argumenta, vide vſq; ad nu.10. incluſiuè.Contrariæ partis à nu.11.vſq; ad nu.17.incluſiuè.*
2 *Legitima iure communi integra filijs eſt debita omni planè grauamine remoto.*
3 *Renunciatio generalis bonorum defuncti facta à filio vel hærede, non comprehendit Legitimam.*
4 *Grauatus ad hæreditatis reſtitutionem,in dubio tamen non videtur adſtrictus ad refuſionem Legitimæ.*

5 Fi-

5 *Filiæ iuris ciuilis vigore ab inteſtato debetur ſucceſsio, exceptio licèt municipalis ſtatuti illi obſiſtat.*

6 *Quæ quidem licèt inculpata excludatur, & immerita ab vniuerſali ſucceſsione, non tamen ex hoc inferendum eandem à legitima propelli.*

7 *Paterna conſtitutione delata ſucceſsione filio primogenito, non ob id cenſetur adempta ſecundogenito legitima.*

8 *Cauſa teſtati quamdiu locum habere poteſt, tamdiu cauſam inteſtati ſubſiſtere eſt neceſſe.*

9 *Statuto iubente filiabus vt contentæ ſint habita dote, non parum controuertitur, an dos minor debeat eſſe legitima, ideoq́ diligenter ſtatutorum verba penſitare conuenit, & ponderare. & num. 16.*

10 *Statutum filiarum excluſiuum à ſucceſsione, & legitima, iniquum eſt & ob id inualidum, & minimè attendendum, ſed vide nu. 19.*

11 *Legitima eſt tertia portio eius, quod cuipiam ab inteſtato fuiſſet ceſſurum, ideoq; non niſi hæredi debetur.*

Quæ quidem cum talis ſit filiæ à ſtatuto remotæ à ſucceſsione inteſtati, minimè venit conferenda. nu. 12.

13 *Legitima ei debetur cui poteſtas facta eſt querelare teſtamentum de inofficioſo ſi ei non fuerit collata.*

14 *Fœminæ ſtatutis excluſæ à ſucceſsione, non agunt actione inofficioſi teſtamenti.*

15 *Ius commune potentius eſt iure ſingulari.*

17 *Lex aliquid corrigens in principali, etiam eandem adhibere cenſuram in annexis cenſetur, & conſequentibus ipſum principale.*

18 *Quæſtionis huius num ſcilicet excluſa à ſtatuto filia legitimæ augmentum petere poſsit, reſolutio variorum Doctorum vſque in finem.*

Authoris in hac propoſita theſi ſententiam, vide nu. ſeq.

Num filia excluſa à ſtatuto, poſsit petere augmentum legitimæ. Caput X I.

1 SED iam videamus exactius, iubente † ſtatuto quod fœminæ excludantur à ſucceſſione ab inteſtato, an fœmina ſit etiam excluſa à legitima, maximè ſi pater quiſpiã ſibi minus legitima reliquerit, hic eſt articulus ille arduus ac profundus, in quo varij legũtur Interpretes, nedum conſulentes, quare prius offeruntur partes negatiuæ, quas Baldus, Romanus, Alexãder Siculus, Salicetus, Brunus, Florentini, Ferarienſes, Bononienſes, & Peruſini ſecuti ſunt.[a] Quod itaq; filia non ſit excluſa ſic argumentantur.

2 Primò, Legitima † iure communi debetur integra ac ſine onere, l. Papinianus, §. quoniam autem quarta, l. omnimodo, l. quoniam in prioribus, & Auth. nouiſſima, C. eod. & ¦ ſtatuta ita ſunt interpretanda, vt minus quam poſſibile ſit, ius commune lædatur, ad not. in l. 2. C. de noxal. & in c cum dilectus, de conſuetud.[b] nec ſunt extendenda vltrà quam earum verba patiantur, l. quod verò, ff. de legib. Auth. Quas actiones, vbi gloſſ. & omnes, C. de ſacr. Eccleſ. l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matrim.

Verum ſtatuta intelligi poſſunt, vt excludant fœminas ab alia ſucceſſione, præter quam à legitima: ergo poterunt petere legitimam eiuſque ſupplementum.

3 Secundò, generalis † renunciatio facta in bonis defuncti, non continet legitimam, nec ei prorſus nocere poteſt, ergo neq; huiuſmodi ſtatuta, l. ſi quando,

§. &

§.& generaliter,C.de inoff.teſt.quare ſi in re dubia ex pacto non intelligitur le-
gitimæ renunciatum fuiſſe,nec vtique ex ſtatuto intelligitur filia excluſa.

4 Tertiò,† Grauatus hæreditatem reſtituere, non videtur in dubio oneratus reddere legitimam in caſibus etiam , quibus expreſsè in legitima onerare po-tuiſſet,gloſſ.vlt.in l.precibus,C.de impub.& al.vbi Angelus & alij, ergo ſtatu-tum ita debet reſtringi.

5 Quartò.Succeſſio † filiæ debetur ab inteſtato de iure ciuili , quamuis ei ob-ſtet exceptio ſtatuti;nam circumſcripto ſtatuto remanet ius ciuile, à quo hæ-reditas defertur,licèt obſtet exceptio,l.ſi vnus, §.pactus ne peteret, ff.de pact. ergo filia cui debetur ab inteſtato poterit petere legitimam,neque conſtitutio aliqua ſtatutaria minuit vnquam legitimam,niſi de ea ſpecialiter mentioné fa-ciat,d.l.ſi quando,§.& generaliter, qua ratione nitebantur Baldus, Romanus, & Socinus,& quia legitima ſuccedit loco alimentorũ,l.quiſquis, C.ad leg.Iul. maieſt.ſed in parte,qua corrigitur ius ciuile à ſtatuto, patet fortius & potétius fore ipſum ſtatutum,l.omnes populi,de iuſt.& iur.

6 Quintò,filiæ† excluduntur quidem ſiue earum culpa , ſiue peccato à ſucceſ-ſione vniuerſali, ſed non eſt propterea concludendum eas propelli etiam à le-gitima.Nam quamuis patre religionem ingreſſo filij non ſuccedant,ſuam tamẽ capiunt legitimam, vt in Auth.Si qua mulier,C.de ſacroſ.eccleſ. idemq; iuris ſi arrogati non ſuccedunt in hæreditate arrogatoris , idemque in filia excluſa à matris ſucceſſ.l.ſi arrogator,ff.de adopt.l.quiſquis,C.ad leg.Iul.maieſt.ſic Bo-nonienſes,Ferrarienſes,& Florentini conſuluerunt,[c] & Iaſon.

7 Sextò , Conſtitutio † patria deferens ſucceſſionem primogenito , intelligi-tur ſemper reſeruare legitimam ſecundogenito, alioqui ſi totam auferet legiti-mam ſecundogenito,non valeret conſtitutio illa,cum legitima iure naturali de-beatur,nec poſſit niſi diminui à iure ciuili,vt Baldus, [d] cæteriq; rectè exiſtima-runt;quod ſi filia fuerit dotata vel inſtituta in minori parte quam ſit legitima , poterit fortaſſe incrementum vendicare , quare ſi iubeant ſtatuta filias arbitrio propinquorum dotari,non debent illi arbitrari dotem legitima minorem, imò potius maiorem,quemadmodum Salicetus,Fulgoſius,[e] & reliqui exiſtimarũt, vtpotè,cum legitima cenſeatur æs alienum iure naturali debitum , & loco ali-mentorum ſubrogatum,[f] idque præcipuum verum eſſe Alexander[g] exiſtima-uit,ſi nulli adſint agnati deſcendentes,ſed laterales duntaxat.

Septimò,ſtatuta propellunt filias à ſucceſſione ſororum ab inteſtato,vt pa-tet in eis, atqui parens quippiam minus legitima reliquit filiæ ſuæ,quo caſu eſt
8 excluſa à ſucceſſione inteſtati. Nam † quamdiu poteſt habere locum in cauſa teſtati,tamdiu ceſſat cauſa inteſtati,l.quamdiu,de acquir.hæred.l.quamdiu,de regul.iur.l.Papinianus,§.meminiſſe, de inoffic.teſtam.& tamen, ſupplemẽtum non obſtante ſtatuto petere poteſt, vt in l.omnimodò, C.de inoff.ergo vel ex-cluſa vel non excluſa ab inteſtato, vtiq; agere poterit,& in ſucceſſione ex teſta-mento nihil videtur mutatum à ſtatuto;ergo ſtare minimè prohibebitur,ca.cu-pientes,§.quod ſi per viginti,vbi glo.de elect.in 6.l.præcipimus, C.de appell.

9 Octauò,Statutorum†verba diligenter ſunt conſideranda. Aut enim iubent filias fore contentas dote ſua,tunc valdè controuertitur, num dos debeat eſſe minor legitima.Aut cauent dotatam filiam minimè ſuccedere,licèt modicã ha-buerit dotem;tunc nullum poterit vendicare legitimæ ſupplementum, vt Iuriſ-prudentibus maturè diſtinguentibus rectè viſum eſt. [h]

10 Confirmatur. Nam † ſi Statuta penitus excluderent filias à ſucceſſione,di-cam etiam à legitima,& nihil ei præſeruauerint,proculdubio nõ valerent,vtpo-tè iniuſta ac iniquiſſima, ergo interpretabimur filias non eſſe excluſas à legiti-ma, ſed ab vniuerſali tantum ſucceſſione,vt actus magis valeat quam pereat,l,

quoties,

quoties,de reb.dub.l.quoties,de uerbor.oblig.l.ſi pars,ff.de inoff.teſtam.
11 Contrarias † tamen partes,quod imo filia excluſa à ſucceſſione,ſit etiam ex
cluſa à legitima,tenuerunt Paulus Caſtrenſis , Alexander qui hanc veriorem
profitetur,Angelus, Baldus, Cumanus, Corneus, Ancharanus, Coraſius, &
Doctores Patauini.[i]

Quod itaque ſit excluſa etiam à legitima probant.

Prima legitima eſt tertium eius, quod quis ab inteſtato habiturus fuiſſet, &
ſic non debetur alicui niſi vt hæredi, l.Papinianus,§.quarta, vbi gloſſ.commu-
niter approbata,ergo filia excluſa à ſucceſſione inteſtati,erit etiam excluſa à le
gitima,nam filiæ nihil eſſent habituræ ab inteſtato propter ſtatutum, ergo nec
etiam ex teſtamento poterunt petere legitimam,& hoc fortiſſimum argumen-
tum magnoperè vrget apud Iaſonem,[k] quare Salicetum obiurgat vacillantem
ac putantem legitimam eſſe tertiam partem patrimonij vel ſubſtantiæ patris,
non autem tertiam portionis quam filia adeptura fuiſſet ab inteſtato, vt in §.1.
Auth.de trient.& ſemiſſ.quare Iaſon huic arg. reſpondet legitimam eſſe tertiã
partem eius quam quis ab inteſtato fuiſſet conſecuturus ipſo iure ciuili, quan-
do ſtatutum nõ adeſſet,accedat ſtatutum loqui ab inteſtato proinde nõ eſt tra
hendum ad caſum conditi teſtamenti,[l] quod vltimum mihi leuiſſimum,& ina-
ne videtur.

Ex quo ſanè argumento deducitur filiam inſtitutam quoq; in parte mino-
re legitima,non poſſe agere ad ſupplementum,quin etiam præteritum nõ poſ
12 ſe accuſare teſtamentum inofficioſum,vel nullum,Nam † cum talis ſit legiti-
ma,qualem ſupra declarauimus , tertia ſcilicet portionis ab inteſtato debitæ,
non poteſt dici debita huic filiæ,quę ſit per ſtatutum à ſucceſſione inteſtati ex
cluſa,ergo nec incrementum,nec teſtamenti inciſionem tentare poterit, l.pa-
rentibus,l.cum quæritur, C.de inoffic.l.Papinianus,§.quarta, ff.eod.quod Ale
xander[m] ſæpius defendit, & quamuis hoc durum & aſperum videatur lege ta
men cauetur,l.proſpexit, ff.qui & à quib. erit tamen ſibi aditus patens ad pe-
tenda alimenta vel dotem loco eorum.

Secundò,ſtatutum excludens à ſucceſſione, indiſtinctè loquitur,ergo indi-
ſtinctè & generaliter eſt intelligendum,l.de precio,ff.de public. l.1.§. & gene-
raliter,de legat.præſtand.non dicit legitimam reſeruandam,ergo nec nos dice-
re debemus,l.ſi ſeruus ſeruum,§.non dixit,ff.de acquir.hæred. & in hæredita-
te,ac in legitima militat eadem agnationis ratio.
13 Tertiò,ei legitima debetur cui competit † actio accuſandi teſtamentũ inof
ficioſum,ſi ea non fuerit ſibi relicta,l.omnimodo,l.ſi quis filium, l.fratres, C.
14 de inoff.teſt.l.poſthumus,§.ſi quis ex his,ff.eod.† ſed fœminæ excluſæ nõ poſ
ſunt impugnare teſtamentum,ergo eis non debetur legitima,qua ratione con
ſultus reſpondit Baldus,ſi mater tranſiens ad ſecunda vota fuerit per ſtatutum
priuata ſucceſſione filiorum,primi matrimonij,& filius reliquerit 10.matri,nõ
poterit inquit petere ſupplemẽtum,quod Angelus,& Cumanus ſecuti ſunt.[n]

Quod ſanè argumentum ita demum procedere exiſtimauit Corneus,[o] &
reliqui, ſi quiſpiam de iure communi non ſuccedat ab inteſtato,non autem ſi
15 iure ſpeciali & correctorio,puta ſtatuti, propellatur à cauſa inteſtati. † quaſi
potentius ſit ius commune quam ſingulare , l.eius militis , §.militia miſſus de
milit.teſtam. ſed quis tandem negare poterit ſtatutum non eſſe potentius iure
ciuili dum illud corrigit ac moderatur . l.omnes populi, de iuſt.& iur. & §.ius
autem ciuile,de iur.nat.gent.ac ciuil.
16 Quarto ponderant † non nulli[p] verba ſtatuti,nam ſi cauerint ſtatuta filiam
dotatam non ſuccedere,quantacunq; fuerit dos,vel quod debeat eſſe cõtenta
quacunq; dote ſibi attributa, tunc aiunt non poterit agere ad ſupplementum

legitimæ

legitimę, quoniam talia verba enixam oſtendunt voluntatem ipſorum ſtatuentium, ſed enim idem iuris eſſe exiſtimandum eſt, ſi fœminæ ſimpliciter denegata fuerit ſucceſſio ab inteſtato, quia militat eadem ratio in legitima quæ in tota hæreditate.

17 Quintò, † lex quæ aliquid corrigit in re principali, intelligitur corrigere etiam in annexis & conſequentibus, vt in Auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. 2. de iuriſd. om. iud. [q] ſed ſtatutum corrigit ius ciuile in ſucceſſione ab inteſtato, ergo corrigit etiam in legitima, & aliis quæ ab inteſtato debentur.

Iam ad quæſtionis reſolutionem inclinemus.

Poſteaquam Antonius, Butrius reſponſo 41. exclamat ſe in iuuentute vnam, in ſenectute verò alteram opinionem ſecutum fuiſſe, Salicetus,[r] rē † hāc
18 diſtinctionis fœdere ita componebat; aut lex ciuilis ſiue municipalis excludit fœminas fauore agnationis, tunc niſi expreſsè fuerint excluſæ ēt à legitima, nō poſſunt ea priuari, iuribus antea adductis, aut propter delictum verum vel fictum arcentur, tunc etiam à legitima propelluntur filij, l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt. Auth. ſi captiui. C. de Epiſc. & cler. Auth. hoc amplius, C. de fideicommiſſ.

Sed hæc diſtinctio in eius prima parte peccat contra principia iuris ciuilis:
19 Nam † filia per ſtatutum excluſa à ſucceſſione ab inteſtato, nunquam poterit petere legitimam vel ſupplementum, cum ea ſit portio partis debitæ ab inteſtato, etiam ſi expreſsè non fuerit facta mentio de legitima, patet ratio, & pateſcunt iura ſuperius.

Secunda verò fuit Bruni reſolutio, [f] ita diſtinguentis, ſatis quidem in meo libro obſcurè, & ſatis imperfectè ob multas inculcatas ſub diuiſiones, Aut ſtatutum nihil filiæ præſeruat, verum eam ſimpliciter arcet à ſucceſſione ab inteſtato, nulla facta mentione de legitima. Aut ſtatutū aliquid ei præſeruare vult, vtputà, iubet quidem eam non ſuccedere, ſed mandat eam dotari, vel ait quod dotata non ſuccedat.

Primo caſu inquit, ſi loquimur de ſucceſſione eius qui inteſtatus deceſſit, filia non poterit petere legitimam, quoniam eſt portio eius partis quæ ſibi ab inteſtato debetur. Si verò quis teſtatus obierit, filia ſi non potuerit impugnare teſtamentum vel agere contra tabulas, non poterit vtiq; petere legitimam, cum non poſſit ab inteſtato ſuccedere, l. poſthumus, §. ſi quis ex his, de inoff. teſtam. l. 1. §. vocantur, de bon. poſſeſſ. contr. tabul. verum ſi excluſa ab inteſtato potuerit aliquo modo teſtamentum impugnare, patri erit imputandum cur teſtatus deceſſerit, d. l. poſthumus, §. ſi quis ex his.

Secundo verò caſu ſi aliquid ſibi reſeruatum fuerit, dico ego quod diligēter conſideranda ſunt verba ſtatuti, an cogunt eam quocunq; minimo relicto eſſe contentam, an verò non cogitant.

20 Tertia erat † reſolutio noſtra qua in præcedentibus etiam quæſtionibus diſtinguebamus; aut filia à ſtatuto prohibita, eſt etiam à legitima excluſa, & eam excluſam intelligimus, etiam ſi ſtatutum ſimpliciter caueat ſtantibus maſculis fœminę ne ſuccedāt, & nihil ei pro legitima præſeruet: hoc ſanè caſu dicimus filiam non poſſe petere legitimum vel ſupplemētum legitimę, vel teſtatus vel inteſtatus deceſſerit pater; Quamuis aliquid relinquere debent ſaltem loco alimentorum; Aut ſtatutum excludit quidem fœminā, ſed aliquid ſibi præſeruat pro ſua legitima. Et hoc caſu poterit vtique ex iure etiam ſtatuentium legitimam eiuſque augmentum poſtulare, quemadmodum in fine præcedentis quæſtionis explicauimus, idemque iuris eſſe cenſendum eſt, ſi quid ei fuerit pręſeruatum pro ſua ſucceſſione, vel pro portione hæreditatis ad ſe ſpectante, vel pro quibuſcunque ſimilibus loquendi figuris, dummodo ſtatuta non cogant

gunt filiam fore contentam quocunque minimo præſeruato vel relicto,neque enim quicquam amplius tentare poſſet.

Nec obſtat, quòd alicui aſſignetur legitima, licèt nulla ſucceſſio ab inteſtato ei debeatur, d.l.ſi arrogator, d.l.quiſquis, d. Auth. Si qua mulier. Nam illa ſunt iura ſpecialia, quæ non ſunt trahenda ad conſequentiam, l.quod verò contra, de legib.& habent diuerſam ac particularem rationem,& à lege fuit eis expreſſim decreta legitima.

Non obſtat legitimam deberi intuitu ſucceſſionis ab inteſtato ratione conſeruationis patrimonii,non autem ratione ſucceſſionis; nam hoc penitus negatur,quoniam qui non ſuccedit ab inteſtato excluditur à querela, & quia militat eadem ratio,fauor ſcilicèt maſculorum,tam in hæreditate,quam in triente vel in ſemiſſe,ergo & idem ius.[t]

Non officit ratio illa , quod iure ciuili ſtatutum non tollat ſucceſſionem ab inteſtato,licèt opponi poſſit,& obſtat exceptio ſtatuti; nam reſpondetur,ſtatutum ſuccedere loco iuris ciuilis poteſtate,ac imperio ſtatuentium,l.omnes populi,de iuſtit.& iur.§.ius autem ciuile,de iur.natur.gent.ac ciuil.& in parte, in qua corrigit eſse potentius ſtatutum ipſo iure committi, & ſic ceſsant eorum variæ exclamationes,legitimam eſse quotam bonorum,& agentem ad ſupplementum non teneri rumpere teſtamentum , nec eo rupto ſibi aperire viam ab inteſtato:nam propterea non ſequitur, quin à lege requiratur hoc ius ſibi agēti deberi tanquam portionem partis ſibi ab inteſtato debitæ . Quare condito teſtamento poteſt quis ſupplementum petere d.l.omnimodò, C.de inoff.quòniam id eſt portio eius quod ab inteſtato erat habiturus. Sed vbi adeſt ſtatutum excludens fœminas à ſucceſſione inteſtati, id non poteſt eſſe portio eius, quòd filia acquiſitura fuiſſet ab inteſtato , proinde non poteſt petere ex teſtamento ſupplementum,& hæc ſolida ſunt Iuriſprudentiæ fundamenta.

AD CAP. XI.

a Bald.conſ.426.vol.3.vbi teſtatur Florent.collegium ita conſuluiſſe, Rom.conſ.32. Alex.69.vol. 1.& 7.vol.2. Andr.Sicul.24.lib.1.Salic.in Auth.Nouiſſima,C.de inoff.teſt. Brun.ſtant.maſc. art.11.q.2.ita conſuluerunt Ferrarienſes,Bononienſes, & Peruſini, Craſſ.in §.legitima,q.3. Salic.in d. Auth.Nouiſſima.q.11.

b Bald.in l.terminato,C.de fruct.& lit.ex.

c Poſt Bald.& Salic.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,de lib.& poſth. Bart.in l.Titio centum,§.Titio genero,de cond.& demonſt. Curt.conſ.13.27.& 80.

d Bald.in l.cum lege,C.de epiſc.& cler.

e Salic.& Fulgoſ.in Auth.Res quæ,C.comm.de legat.& fideicommiſſ.

f L.Papinianus,§.quoniam,§.quarta.de inoff.teſt.l.cum mater, de bon.damnat. Cyn.& Salic.in d.l.ſancimus,C.de nupt.Soc.conſ.200. vol.1.Corn.197.lib.1.

g Alex.conſ.7.83.lib.1.

h Salic.in d.l.ſancimus, Paul.Caſtrenſ.conſ.60.lib... Bald.in l.vlt.in 2.colum.C.de dot.promiſſ.

i Paul.Caſtr.conſ.120.Si dicta Cornelia, in antiquis, Alex.conſ.68.circa præmiſſa , lib.4.& in l. Gallus,§.& quid ſi tantum,num.15.& 16.de lib.& poſth. Aug.conſ.104.& 465. inter conſilia Baldi in 3.vol.Cum.108.Corn.116.& 177.lib.2.& 290.& 309.in 3.

K Iaſon in d. Auth.Nouiſſima,nu.52.

l L.conſtitutionib.ff.ad municip. Bald.in Auth.Sed nouo iure,C.de furt.

m Alex.d.conſ.68.vol.4.& in l.Gallus,§.& quid ſi tantum.

n Angel.conſ.465.ſtatuto ciuitatis Mantuæ, in conſiliis Baldi, in 3.vol.& Corn.conſ.202.lib.2. Cuman.35.Brun. Aſtenſ.art.9 nu.13.poſt Baldum.

o Corn.conſ.290.vol.3.

p Corn.177.lib.2.& 123.& 290.& 309.in 3.

q Cyn.in l.ſancimus,C.de ſecund.nupt.

r Salic.in d. Auth.Nouiſſima,nu.14.C.de inoff.teſt.

ſ Brun. Aſtenſ.ſtant.maſcul. artic.9.q.1.nu.15.& ſeq.

t L.adigere,§.quamuis,de iure patronat.c.cum ceſſante,de appell.l.illud,ad leg. Aquil.

SVMMARIA.

1 Partem non faciens alÿ, numerum etiam nequaquam auget, & viceuerſa.
2 Filia dotata, vtrum faciat numerum, quo affirmato non ob id tamen maſculorum adauget legitimam.
3 Dotes in ſemiſſe, vel ipſa legitima imputantur, ideoq́ ex ſemiſſe detrahuntur vt reſiduum cedat maſculis in vicem eorum legitimæ.
4 Dotes ante legitimam filiorum conſtituendam ex patrimonio detrahuntur.
5 Legitima vtrum ſtatuti municipalis vigore tolli poſſit varÿs Doctorum opinionibus exagitatur.
6 Statutaria lege licèt totaliter adimi filÿs legitima nequeat, de eiuſdem tamen & incrementis & decrementis decernere poteſt.
7 Vaſquÿ paradoxalis ſententia de ſtatuto quo cautum eſt patrem ad filÿ alimenta nō poſſe compelli, vbi annum attigerit 18. reprobatur.

Vtrum filia excluſa à ſtatuto faciat numerum pro augenda legitima maſculis, & dos quomodo computanda, et an legitima à ſtatuto tolli poſsit. Cap. XII.

1 PENDET tota quæſtio à propoſitione illa.† Qui non facit partem cæteris non auget legitimam, qualis eſt iuſtè exhæredatus, deportatus, & Monachus ordinis Minoris, ergo ſi quinque eſſent filij, & vnus rectè exhæres factus, vel deportatus, vel Monachus, legitima cęterorū quatuor eſſet triens, non ſemis. Econuersò: Qui facit partē alijs facit numerū, & auget legitimā, vt ſi filia excluſa à ſtatuto habuerit dotē minorē ſua legitima, & iuſſa fuerit à ſtatuto eſſe contenta quacunq; leui dote, vel quocunq; minimo ſibi relicto pro ſua legitima vel portione hæreditatis ad ſe ſpectante, facit inquam partem ac numerum, & auget legitimam maſculis, vt ipſis quatuor ſemis debeatur, non triens, dempta tamē ea dote: probantur omnia in l. 1. §. ſi pater, ff. de cōg. cum emanc. lib. l. 1. in fine, de bonor. poſſeſſ. contra tab. per Clement. Exiui de paradiſo, de verb. ſig. per l. Papinianus, §. quoniā autem quarta, de inoff. teſt.

Has ego quæſtiones amplè examinaui in lib. 2. cap. 22. & cap. 23. De via Iu-
2 ris, & in hac tres Iureconſultorum retuli opiniones. Primam, † quod filia dotata faciat quidem numerum, ſed ob id non augeat maſculis legitimam ſuam, verum ipſos tantam adipiſci legitimam, quantam caperent, ſi & ſoror ipſa ſuc-
3 cederet, ſed hæc ab omnibus neglecta reiectaq; fuit; Secundam verò, † Dotes imputari in ſemiſſe, ſiue in ipſa legitima, & ꝓinde ex ſemiſſe detrahi, vt reſiduū cedat maſculis pro eorum legitima, quæ Paulo Caſtrenſi, Fulgoſio, & mihi ma
4 gis placuit.[a] Tertiam denique, † Dotes prius detrahēdas fore de toto patrimonio, totoque cumulo, dein ex tota reſidua hæreditate demi trientem vel ſemiſſem, vt numerus liberorum vnà cum fœminis exegerit, quæ ſanè ſententia eſt magis communiter recepta.[b] Iccircò omiſſo hoc conflictu, & harum opinionū longa diſputatione, candidos lectores eò relegatos cupio. Hoc vnum tamen facilioris doctrinæ gratia minimè prætereundum duxi, me Secundam opinionē non modò æquiorem, verumetiam in iure ciuili veriorem ſemper exiſtimaſſe; nec ei quicquam officit, filiæ excluſæ non deberi ſucceſſionē inteſtati, ergo nec legitimam, & filiam quæ non facit partem, non producere numerum ad augen

dam

dam maſculi legitimam,[c] enimuerò termini habiles ſunt perpetuò præſumendi; nempè filiam non eſſe ſimpliciter excluſam à ſucceſſione ab inteſtato, ſed ita prohibitã aliquo tamen ſibi præſeruato vel relicto, pro ſua legitima, pro ſucceſſione, vel pro parte hęreditatis ad ſe ſpectante, vt eo ẽt exiguo dẽat eſſe contenta, nec quicquam amplius vẽdicare audeat; Hoc etenim[d] caſu facit partem, & facit numerum, vt maſculi id pluris capere poſſint, quod filię deeſt ad ſupplendam eius legitimam, d.l.Papinianus, §.quoniam autem quarta, de inoffic. teſtam. Nec obijciat Socinus, vt hanc deprimat & tertiam extollat ſententiam, quod ſi legitima eſt tertia eius, quod quis ab inteſtato eſſet habiturus, oportet inquit fateri, quod in computatione legitimæ detrahatur prius quod filiæ datum fuit, & quod tertia pars eius quod ſupereſt, ſit legitima filij, eo quia ab inteſtato in toto eo quod ſupereſt, ſuccederet; nã reſpondere poſſumus & diſtinguere duos caſus; Primus eſt, quando filij ſuccedunt in vniuerſa hæreditate; tunc enim prius detrahendæ ſunt de cumulo hæreditatis dotes matrum, vxorum, funeris impenſa, & ſimile æs alienum, l.actione, §.vlt.cum l.ſeq.ff.pro ſoc. d.l.Papinianus, §.quoniam autem quarta; ſic quarta accipitur deducto ære alieno, d.l.Papinianus, §.quarta autem; Secundus eſt, quando filij non ſunt ſucceſſuri in tota hæreditate, imò coacti ſunt eam reſtituere, vtpotè, grauati onere fideicommiſſi; vnde ſolent legitima ac Trebelliana deduci, tunc dato concurſu filiæ ob dotem eius, quæ ſui natura imputanda eſt in legitima, l.quoniam nouella, C.de inoff.teſtam.[e] ſi agitur de moderanda aut augenda legitima maſculorum, ob dotem, ſiue legitimam ſororis nuptæ, neceſſe eſt eam à legitima deminuere autem à cumulo vel patrimonio toto; quod naturali etiam ratione confirmatur per analogiam vel debitam iuſtitiæ proportionem, l.vlt.de legat.3.l.clemens patronus, de hæred.inſtit. prout enim imputandam dixeris dotem, ita ẽt demendam fatearis opus eſt. Sed imputanda in legitima, ergo demenda à legitima; quare contrarium profitentes in terminis ęquiuocare, & longè à limine iuris ciuilis aberrare mihi viſi ſunt, idq; maximè ab omnibus recipiendum eſt, quoniã tertia eorum opinio valdè peccare & abſurda ac incommoda maxima illudque præcipuum pati intelligitur, nempè quod parentes vltra omnem legitimam cogerentur etiam dare dotes, quæ non imputarentur in legitima, contra omnia iura Cæſaris, vt rectè quidẽ & egregiè Brunus[f] quoque ipſe in hac quæſtione perpendit, & patet in Auth. De triente & ſemiſſe, & in Auth. Vt cũ de appellatio.cognoſcitur, §. aliud quoque capitulum, & in multis legibus, ff. & C.de inoff.teſt. Et hæc omnia Iaſ.ad Auth.Nouiſſima, ſummis labijs libauit quidem, ſed uiua Falerna, neque bibit, neque alijs propinauit.

3 Nunquid † autem legitima à ſtatuto tolli poſſit, articulus eſt difficillimus, & valdè controuerſus à quo pendent præcedentes quæſtiones, de cuius veritate Michael Craſſus ex ore Socini atteſtatur Iuriſconſultos ducentis abhinc annis inter ſe continuo pugnaſſe, quotque capita, tot fuiſſe ſententias.[g]

Prima igitur fuit opinio, quod non poſſit tota tolli, ſed minui tantum à ſtatuto, vt Iacobus Beluiſi. Albericus, Alexander, Socinus, Romulius, Curtius, & Vaſquius, ac reliqui ab eodem Craſſo relati exiſtimarunt,[h] & omnes quidem concordes ſunt eam minui poſſe, diſcrepant autem, an penitus tolli poſſit.

Secunda verò fuit, legitimam à ſtatuto non ſolum minui, verum etiam totã tolli poſſe, quare communem aſſerit Paulus Caſtrenſis, & Salicetus poſt Cyn. Bart.& alios,[i] eaque nituntur ratione, ꝙ legitima proueniat à iure ciuili poſitiuo, haud aliter, atque cæteræ ſucceſſiones, & proinde eodem iure ciuili poſſe ſubuerti. Sed nos contrarium ſupra ſuſtinuimus.

Tertia demum eſt, fœdere diſtinctionis ſuffulta, aut enim legitima ſine cauſa tollitur à ſtatuto, & eo caſu procedat prima opinio, eam non poſſe à ſtatuto

totam auferri; Aut cũ cauſa,& tunc verior ſit vltima, eã per parẽtes tolli poſſe quod ſanè fædus inierunt ſecutiue ſunt, Baldus, Caſtrenſis, Alexander, Decius,& cæteri ab eodem inibi relati,cauſam intelligunt vel delictum criminis, quale habetur in l.quiſquis, C.ad l.Iul.maieſt. vel ingratitudinis, de qua in Auth.vt cum de appellation. cognoſc. §.aliud quoq; capitulum,ſed hæc reſpicit teſtatorem,vel cauſam agnationis conſeruãdæ,in qua verſatur quæſtio noſtra; quare ſi cauſam intelligimus fauorem agnationis de quo ſæpè diſputatur, eam nunquam legi totam ita ſublatam,vt filiabus excluſis nihil fuerit præſeruatum, ſed enim, quoteni Iuriſconſulti hanc vltimam ſentẽtiam amplexi ſunt, ita demum tolli poſſe exiſtimarunt legitimam,ſi dos,ſi alimenta,vel ſi bonorũ aliquod debitum ſubſidium excluſis fœminis præſeruatum eſſet, vel relictum; quare in primam ſententiam ipſi quoq; concurrere videntur: alioqui ſi dotes, ſi debitum aliquod bonorum ſubſidium,vel ſi alimenta,& ſucceſſiones eis denegarẽtur, iniquiſſima,& inania eſſent ac nulla prorſus illa inſtituta,tamquam lata contra legem diuinam,contra ius naturale, & contra omnem æquitatem, l.1.§.ius naturale,vbi Albericus,de iuſt.& iur.l.necare,de liber.agnoſc.l.cum ratio,de bonis damnatorum.[k] niſi tamen filia haberet vnde viuere poſſet.[l]

6 Verum † ex his omnibus pro comperto haberi debet, quod ſi ſtatuta nequeunt totam tollere legitimam,poterunt tamen eam diminuere ac augere,diminutio patet, augmentum verò oſtenditur exemplo ſtatuti inclytæ ciuitatis Taruiſij,cuius municipali lege cauetur,ne quis poſſet vltra tertiam partem bonorum quicquam extraneis relinquere,ergo duę tertiæ ſeruari debent venientibus ab inteſtato pro eorum legitima,vt Paulus Caſtrenſis,& Ludouicus Romanus conſulentes affirmarũt,[m] & Calderinus,[n] ac Brunus,& alij ſecuti ſunt, ita vt nullum diem, nullum grauamen, nullamq; conditionem pati poſſit,d.l. quoniam in prioribus,d.Auth.nouiſſima,C.de inoff.& ſic ſtatuta augent legitimam ſupra ſemiſſem Iuſtiniani vſque ad beſſem ac dodrantem,& quatenus ſtatuentibus placuerit.

7 Quamobrem † à Paradoxis Vaſquij,viri alioquin doctiſſimi,& de vtraque Iuriſprudentia bene meriti,cauendum eſſe puto, qui in vltimis commentarijs Auth.Nouiſſima,C.de inoff.teſt. credidit valere legem vel ſtatutum qua caueretur patrem non poſſe compelli alere filium ann. 18.maiorem, cum ea ætate adoleſcens victum ſibi ſuis ſudoribus quærere poſſit, & id genus alia multa, ſunt enim Paradoxa,quæ vniuerſam deſtruunt Iuriſprudentiam,omnemq; philoſophiam politicam,omneſq; leges Platonis, Ariſtotelis,& Plutarchi,de liberis educandis.

AD CAP. XII.

a Fulgoſ.& alij,in l.re coniuncti,de leg.3.Paul.Caſtr.in l.huiuſmodi,§.ſi Titio,de leg.1.
b Baldus in l.Papinianus,§. vnde ſi quis,ff.de inoff.teſt.Brun.Aſtenſ.ſtantibus maſculis,art.13.q.3.num.34.
c Socin.conſ.25.nu.13. vol.1.
d C.Raynutius de teſtam.DD.in l.iubemus,C.ad Trebell.& in l.quamquam,C.ad l.Falcid.
e Bart.in l.in quartam, ff.ad legem Falcid. Coraſ.in l.filium quam habentem, C.famil.herciſc. nu.128.
f Brun.loco vt ſupra citato.
g Michael Craſſ.refert in §.legitima,quæſ.42.
h Iacob.Beluiſ.in Auth.de hæred.& Falcid.Alberic.in 2.parte ſtatut.quæſt.102.& ſeq.Alex.conſ. 134.nu.32.vol.6.Soc.30.vol.1. Romulius in l.filiusfamil.§.Diui,nu.47.de leg.1.Curt.conſ. 10.& 66.Curt.ſen.13.in fine.Vaſq.de ſucceſſ.creat.§.20.nu.302.
i Paul.Caſtr.in Auth.nouiſſima,C.de inoff.teſt.& Salic.inibi,num.10.
K Bart.& alij,in l.fin.C.ſi contra ius vel vtilit.public.Alberic.in 1.Parte ſtat.quæſt.40.Brun. Aſtenſ.art.1.q.1.nu.23.

l.Vaſq.

l Vaſq.d.§.20.nu.304.Abb.in c.Raynut.nu.12.de teſt.Didac.lib.4.de .... par.2.c.8.nu.6.
m Paul.Caſtr.in Auth.nouiſſima,nu.3.C.de inoff.teſt.Ludouicus Romanus conſ.134.
n Calder.conſ.15.Dinus & alij,Din.in c.indultum,de regul.iur.in 6.Brun.ſtantibus maſcul.art. 2.quæſt.4.nu.37.

SVMMARIA.

1 Legitima loco computantur filio ea omnia quæcunque capit ex patrimonio prædefuncti . & num.17.

2 Filius quæcunque extra ſubſtantiam deſuncti percipit, in Legitimam ei non veniunt computanda.

3 Legatum factum filio de re aliena per patrem decedentem, vtrum in legitimam veniat imputandum.

Et quid in inſtituto in re certa ſtatuendum, num.ſeq.

Et quid pariter in lucro acquiſito filio matre eius ad ſecundas nuptias conuolante. num.5.

6 Frater pupillo fratri patris diſpoſitione ſubſtitutus, in vicem legitimæ non ſupputat idipſum quod ex tali ſubſtitutione ſibi lucrifecerit.

7 Conditionis adimplendæ gratia à filio acquiſitum extra patrimonium deſuncti patris, vtrum veniat computandum in legitimam.& num.12.

8 Fructus percepti ex bonis prædeſuncti teſtatoris, cum eos in ipſius nunquam fuiſſe bonis conſtet iure Codicis, an cedant filio vice legitimæ, aut in eius vicem veniant computandi .

Et quid iuris in ære alieno, quod mater cum prædeſuncto habebat marito ſi idipſum donatione transferat in filium. num. 9.

10 Feuda in legitimæ portionem attenta eorum naturali diſpoſitione partim aduentitia, partim profectitia, aliquando imputantur, aliquando verò minimè.

11 Acquiſita filio patris contemplatione vtrum cedant loco legitimæ, & dos pariter nepti, vel aui, vel patrui liberalitate collata cum profectitia cenſeatur, vtrum in vicem legitimæ eidem filiæ computanda ſit, cum aut filij, aut fratris contemplatione cenſeatur conſtituta.

13 Filius grauatus quæcunque patris contemplatione ex eius bonis percipit, non purè, ſed ſub conditione relicta, in legitimæ portionem nequaquam conferet.

14 Dilationem vel diem non recipere legitimam quomodo, & quando verificari poſſit.& num.16.

15 Legitimam filio non deberi, ſed ſolum Trebellianicam ipſo hærede ſcripto vniuerſali, & fideicommiſſi onere grauato, contra aliorum opinionem Doctorum, legũ rationibus validiſſimis innixus ſentit author.

17 Filio quicquid iudicio teſtatoris relinquatur quouis etiam titulo, ſiue is inſtitutionis fuerit, ſiue legati, aut fideicommiſſi, vel in vim etiam modi, & donationis cauſa mortis, eidem in legitimæ portionem computabitur.

Donatio verò quæ ab initio valuit, vtpotè poſt emancipationem filij facta in legitimam non imputabitur, num.ſeq.

Vt nec illa quæ antidotalis eſt, & ob benemerita filio à parente facta fuerit, vtpotè quæ aduentitia cenſetur, non venit loco legitimæ computanda, num.19.

Quod & in paterna donatione iureiurando confirmata locum habet communi Doctorum opinione. num.20.

Quamuis ab hac ſententia Fulgoſij, & Coraſij doctrinam ſecutus, rationibus etiã validis innixus, ſibi auctor diſcedendum putarit . num.21.

22 Militia, emptaq; qualibet à patre filio officia inter viuos donatione collata, & quæcunque etiam alia quæ ad hæredes transmitti poſſunt, cedunt loco legitimæ, &

in

in vim eiuſdem imputari aſſolent.

23 Legitimæ loco non ſolent imputari Eccleſiaſticorum beneficiorum redditus, vt nec ſimilia quæcunque, quorum ad heredes nulla fieri poteſt tranſmiſſio.

24 Compenſationem in cauſas à neceſſitate dependentes lex facilè inducit.

25 Vxor legando coniugi ob neceſſariam quandam cauſam, animo compenſandi legaſſe præſumitur.

26 Filio condemnato ſi multtā ſoluerit pater, hæc in legitimam eius imputabitur, & hoc ſubſiſtente, ſi ſtatutaria legis conſtitutione eam ſoluerit ad actus neceſſitate.

27 Legitimæ imputabuntur filio etiam ex peculio profectitio prouenientia, eo quod & ea ſint hæreditaria.

Peculia verò quaſi caſtrenſia, vtpotè comparata dignitas, quæ vt nec vendi, nec ad heredes tranſmitti poteſt, & expēſa pariter in doctorali laurea per patrem facta in legitimæ portionem non computabuntur. num. 28.

Et quid de libris à patre filio ſtudiorum gratia coemptis & datis ſtatuendum ſit, vide num. ſeq.

Quæ in Legitimam ſint imputanda. *Caput XIII.*

1 MVLTA ſunt, quæ in reſtitutione fideicommiſſi imputanda veniunt in legitimam, enimuerò † quæcunq; filius capit ex patrimonio defuncti iudicio teſtatoris ſibi in legitimam imputantur, ſiue iure hæreditatis, ſiue iure legati, vel fideicommiſſi ea conſequatur, l. omnimodò, l. ſcimus, C. de inoff. teſt.[a] dummodò aliquid ſibi iure inſtitutionis fuerit relictum; alioqui paternū rumperet teſtamētum.[b] Ex quo ſanè proprio legitimæ accidente, eiuſque deſcriptione, quam ſupra declarauimus, plura quidem oriuntur, de quibus Iuriſconſultum vtiliter dubitare neceſſe eſt; nempè de his quæ extra patrimonium, de quæſitis ex patris diſpoſitione inter viuos, de donatione ſimplici, remuneratoria, iurata, de datis ſimpliciter; de datis conditionis implendæ gratia, ob condemnationem filij, ob cauſam dotis ſiue matrimonij temporalis vel ſpiritualis filij, filiæ, & neptis, tum de libris, de laurea doctoratus, ſacerdotio, militia, armis, & equis, de peculio, fructibus, feudo, ære alieno, & de quæſtu ex pecunia paterna.

Cum igitur legitima debeat capì de bonis & ſubſtantia patris, ſequitur vtiq;
2 † quæcunque filius cæperit extra ſubſtantiam ſeu patrimonium defuncti, in eā minimè imputari, d. l. ſcimus, §. repletionē, l. cum quæritur, l. parentibus, & Au-
3 then. Nouiſſima, C. de inoff. teſta. † ergo ſi pater legauerit rem alienam illa non erit imputanda[c] quaſi non proueniat à ſubſtantia patris; à qua tamen opinione Ripa, & Vaſquius[d] merito receſſerunt, quoniam hæres tenetur legatario rem alienam legatam tradere emptam pecunia hæreditatis, ſi emere potuerit,
4 ſin minus rei æſtimationem; † idemque iuris eſſe firmat in inſtituto in re certa aliena, cum & ipſe loco legatarij habeatur, l. quoties, C. de hæred. inſtitu. quaſi
5 hæc proueniant virtualiter à ſubſtantia paterna, † eademque ratione lucrum filio acquiſitum matre cōuolaute ad ſecūdas nuptias ex diſpoſitione l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. vt ſentit gloſ. & Angel. in Auth. De nupt. §. optimè non erit profectò computandum, à qua in conſulendo diſcedere nèfas eſſe exiſtimauit Paulus Caſtrenſis,[e] neque enim id à matre principaliter, ſed potius ab ipſa
6 lege proficiſcitur. Sic etiam † ſi filius fratri ſuo pupillo ſubſtitutus quicquam

ex pupil-

ex pupillari illa ſubſtitutione acquiſierit non cogetur in legitimam ſuam impu
tare,quandoquidem legitima capi debeat de ſubſtantia patris,non autem fra-
7 tris,[f] † Hac eadem ratione concludunt Interpretes,non imputari in legitimam
quicquid filius conditionis adimplendæ gratia acquiſierit, quod non proue-
niat à bonis teſtatoris; vt ſi teſtator cohæredem fecerit Titium,dummodò fun
dum ſuum Titianum det filio ipſius teſtatoris,id non imputabit, quamuis con
ditionis gratia datum præueniret deductionem legitimæ,cum fundus Titianus
non ſit de ſubſtantia patris,d.§.repletionem, d.l.filium,quem habentem, d.l.in
8 quartam.[g] Sic(vt ſimili ab vno omnia diſcamus)† filius nõ imputabit fructus,
qui poſt mortem teſtatoris fuerint percepti,vtpotè, qui nunquam fuerunt de
bonis teſtatoris iure Codicis inſpecto,l.ſcimus, §.repletionem, C.de inoffi.vbi
9 gloſſ.& l.filium quem habentem, C.famil.herciſc. [h] † nec æs alienum,vt ſi ma-
ter filio donauerit vel legauerit quod ſibi pater debebat, nec etiam lucradota-
lia acquiſita; quoniam hæc non ex ſubſtãtia patris,ſed aliunde proficiſcuntur;[i]
10 ſic† feuda ipſa interdũ imputantur,aliquando minimè,prout naturã aduenti-
tiam,vel profectitiam induerint,quare diſtinguunt,aut feudum eſt hæreditariũ
patri conceſſum,ſiue ab auo,ſiue ab alio,& hoc, quia eſt hæreditarium imputa
tur in legitimam,hæreditarium intelligunt, quod accipienti,& eius hæredibus
conceſſum eſt,vel pro ſe,& quibuſcunque hęredibus,ergo iure hæreditario,er
go imputandum,l.in quartam,ff.ad leg.Falcid.l.quoniam nouella, C.de inoffi.
& quia huiuſmodi feudum patri ab auo indultum poſſet à patre negligi ac re-
pudiari, vnde non agnoſcendo,liberos ſuos hoc emolumento priuaret, quare
ſatis à patre profectum videtur,l.quia poterat, ad S.C.Trebell.& §.ſed neque,
Inſtit.de autor.tut. aut feudum conceſſum fuit patri & liberis eius, & ſic ex pa-
cto & prouidentia,& adhuc Salicetus,& Caſtrenſis tenent imputari debere,vt
potè cum ad liberos tranſmitti poſſit, [k] reclamantibus tamen Angelo, Cuma-
no,Baldo,& aliis,quare ſubdiſtinguendum eſt, aut erat feudum antiquum, aut
nouum:nam ſi recens factum fuerit, ſatis profectitium eſſe videtur, cum pater
potuerit liberis nocere,illud non acceptando , d.l.quia poterat , d.§.ſed neq;,
& filii intelliguntur à patre illud conſequi,vtpotè,qui non auferendo videtur
eis concedere , [l] ſi verò antiquum erat & nulla patris opera quæſitum , id non
eſt à patre profectum,cum emanauerit ab antiquis ſiue à maioribus; quare vti
aduentitium non erit computandum,vt prædicti Iuriſprudentes vno omnium
conſenſu affirmant.

Limitatur denique propoſitio illa,quod acquiſita aliundè non debeant in le
11 gitimam imputare,† ne vera ſit, quando filius extra patris patrimonium bona
quæſiuit contẽplatione tamen patris ſibi data:enimuerò huiuſmodi bona pro-
fectitia magis cenſeri debent quam aduẽtitia. vt ſi auus vel patruus dederit do
tem nepti,ipſa in eius legitimã imputare tenebitur; quia exiſtimatur dos pro-
fectitia,data ſcilicet cõtemplatione patris,quando ex coniecturis patet animus
huiuſmodi,[m] in re tamen dubia patruus præſumitur dotaſſe neptem gratia fra
tris,non autem neptis,& animo repetẽdi,vt Iaſon, [n] & alij rectè arbitrati ſunt,
& ideò neptis in dotem computare tenetur, vti profectam à patre ſuo,auus e-
tiam creditur potius filij contemplatione quam neptis dotare,niſi tamen filius
eſſet diues,[o] quare Bartolus, Ruinus, [p] & cæteri varias conantur elicere con-
iecturas.

12 Præterea† quæcunque filius capit de bonis paternis ex diſpoſitione patris
in diem vel ſub conditione non autem purè,in legitimam minimè imputantur
iuxta communem Iuriſprudentum ſententiam,probant ex l.ſcimus, §.repletio
13 nem,& ex l.omnimodò, C.de inoff.teſtam. [q] † quæ ſanè vera eſſe interpretan-
tur in fideicommiſſis,quãdo ſcilicet filij inſtituti grauati fuerint (ſi ſine liberis
deceſſe-

deceſſerint) alij reſtituere hæreditatem, quemadmodum Salicetus, Romanus, Aretinus, & Decius confirmarunt, [t] nituntur pulcherrima illa Baldi [f] ratione,
14 quoniam † legitima non recipit diem ſiue dilationem, ſed ſtatim intellecta exigitur, vnde creditum, vt aiunt exactum, nullam poſtea recipit compenſationē.
15 † Sed ſalua tantorum virorum pace, ego puto in fideicōmiſſis eos grauiter erraſſe. Si alta Iuriſprudentiæ faſtigia ſuſpiciamus. Primum enim aduerſus eorū ſententiam, mouit me; quod nulla legitima debetur ob reſtituendam hæreditatem, ſed ſola Trebelliana, quod planè comprobat S.C. Trebellianum. Dein nullibi legitur in vniuerſo iure ciuili filijs legitimam deberi ſi fuerint hæredes ſcripti vniuerſales, verum duntaxat ſi inofficiosè fuerint tractati, hoc eſt ſi eis legitima tantum portio illa bonorum, vel ſi quid minus ea fuerit à parentibus relictum; quod quidem Cuiatius, [r] Hieronymus Gabriel. & reliqui ante ſignani Iuriſconſulti deguſtarunt, idque apertiſſimè teſtantur omnes leges Pandectarū, & Codicis de inofficioſo teſtamento; poſtremo quoniam ipſi putant filium fideicommiſſo grauatum poſſe detrahere duas quartas, quod porrò principijs repugnat iuris ciuilis, iuraque ipſa Romana nitorem, ſplendoremq; ſuum, vndecunque emittunt, & in oculis omnium (exceptis cecutientibus) pulcherrimam veritatis ſpeciem illuſtrant, quemadmodum iamiam in fine huius libri declarabo, & in ſecundo De via iuris ſcriptum reliqui. Quibus verò caſibus legiti-
16 ma debetur, † fateri oportet Baldi enunciationem veriſſimam eſſe; Legitimæ debitæ exactum nullam recipere compenſationem, proinde data conditionis implendæ gratia, ſi prius dentur, quàm legitima deducta intelligatur, maximè quidem, at ſi poſtea, minimè imputabuntur, l. etiam, §. vlt. de bon. libert. & iuxta tradita ad l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. quemadmodū etiam fructus poſt mortem patris à filio percepti in eam minimè computandi veniunt, qui tempore mortis defuncti pendentes non erant. [u]
17 Econuersò † quicunque filius ex iudicio patris quocunque titulo inſtitutionis, legati, fideicommiſſi, vel in vim modi de bonis eius, acceperit, ea in legitimā imputantur, d. l. ēt, §. pen. de bon. libert. l. quoniā nouella, C. de inoff. teſt. [x] idemque iuris verſatur in donationibus factis inter viuos, quæ morte confirmentur, vtpotè, quæ vim legatorum obtineant, [y] cum ab initio nō valuerint, & opus eſt nomen, titulumve donationis exprimi, alioqui ſimpliciter data veniunt imputanda, [z] quandoquidem ſola traditio ſine titulo præcedenti nunquam transferat dominium, l. nunquam nuda, de acquir. rer. domin. l. 2. §. circa, de doli exceptio. & ideò huius ſimpliciter dati dominium remanet penes dantem, quare accipiens vel reſtituere tenebitur, vel in legitimā ſibi imputabit, vt aduerſus Bartolum conficit Vaſquius in d. l. omnimodò, §. imputari.
18 Donatio verò, † quæ ab initio valuit, vtputa, facta filio emancipato, in legitimam non imputatur, l. ſi quando, §. vlt. C. de inoff. teſtam. [a] quoniam ex mera liberalitate, nulloq; iure cogente facta intelligitur, ergo non eſt in legitima imputanda, quæ debitum quoddam eſt.
19 Huiuſmodi eſt etiam † donatio ob bene merita, quæ non imputatur, cum ex laboribus & opera donatarii quæſita, ac aduentitia cenſeatur, d. l. ſcimus, §. repletionem, [b] ſi merita probantur, ſi æquiualeant rei donatæ.
20 Talis eſt etiam † donatio paterna iurata, quoniam illa valida eſt ab initio, nō obſtante patria poteſtate, iuxta communem Iuriſprudentum opinionem, [c] à
21 qua tamen communi, † ego recedebam, dum publicè interpretabar, l. frater à fratre, ff. de cōdict. indeb. & Fulgoſii, atq; Coraſii ſentētiam amplectabar, iuſiurandum nunquam incapacem reddere capacem, nec cōtractum inualidum validum, & iura Pontificia ſtatuere quidem ſeruandum eſſe iuſiurādum, ſed propterea inualidum non corroborare contractum, quinimo poſt exactum adimpletumque

pletumque iuramentum permittere eum reſcindi contractum, c. cum contin-
gat,c.debitores,de iureiur.ca.ſignificanti, de pignor. quare de his tum poſtea
in aliis meditationibus diſputabimus.

22 Inſuper† quæ inter viuos à patre filio data fuerint,in legitimam imputari ſo
lent,qualia ſunt militia,& quælibet officia empta,quæ vendi,aut in hæredes fi
23 lii tranſmitti poſſunt,quare† eccleſiaſtica beneficia vel officia non imputãtur,
l.omnimodò,§ imputari,C,de inoff.teſtam.[d] qualia ſunt etiam ea,quæ pater fi
liæ ex cauſa dotis,& filio gratia donationis propter nuptias dare teneť, l.quo-
24 niam nouella,C.de inoff.teſtam.[e] vtpotè, cum † in cauſas neceſſarias lex facilè
25 inducat compenſationem,† quemadmodum legata ab vxore viro relicta,ſi ob
cauſam neceſſariam facta fuerint, præſumuntur animo compenſandi relicta,iu
xta notata in l.ſi cum dotem,§.ſi pater,ff.ſolut.matrim.& in Auth. præterea,C.
vnde vir & vx.quod ſanè ius ampliatur ab interpretibus, vt ad veſtes,ad ioca-
lia inquiunt,& omnia nuptiarum cauſa parata extendatur, [f] quinetiam ad ſpi
ritualia,ad ea ſcilicèt,quæ pater filiæ dederit monaſterium ingredienti, & quæ
ſuper altare poſuerit, [g] ac inſuper ad donationem filio factã, vt matrimonium
contrahat.[h]

26 Sic† ſoluta quoque à patre pro condemnatione filii imputantur in legitimã
ſi ex neceſſitate ſoluerit pater,vtputa lege municipali ſic iubente,vel ſi pro filio
fideiuſſerit,l.hæredes, §.1.ff.famil.herciſc.enimuerò in neceſſitatibus nemo li-
beralis exiſtit,nec in eis præſumitur donatio,l.rem legatam, de adim.legat.qđ
limitatur,niſi pater cõſenſum præſtitiſſet tacitum,vel expreſſum filio, vt ob ho
norem familiæ & iniuriæ vendicandæ gratia inimicitias exerceret.Nam ſoluta
minimè imputarentur in legitimam ratione l.qui originem , §.qui filius ,ff.de
mun.& hon.[i] ſin autem ſpontè ſolueret , pietatis ergo ſoluiſſe præſumeretur,
quare non repetit niſi fuerit proteſtatus,l.1.l.Neſennius,ff.de negoc.geſt.l.1.ff.
eod. vt plerique exiſtimarunt; aduerſus quos multi inſurgũt relati à Fabiano,[k]
& maximè Vaſquius Hiſpanus , [l] qui eorum opinionem accerrimè deſtruere
conatur,eo quia cauſa condemnationis filii , ni profugus aut exul adulti patria
exulere cogatur,magis vrgent,magiſq; neceſſaria ſit patri, quam cauſa dotan-
dæ filiæ, vel donationis filio propter nuptias celebrandæ; at hæc imputantur,
ergo & illa. Et hęc vera ab omnibus recepta ſunt. Si tamen filius nullum habue
rit peculium aduentitium , tunc enim ſoluta in peculium imputabuntur , quo-
niam pater tanquam legitimus adminiſtrator filii geſſiſſe ſiue ſoluiſſe videtur,
l.1.C.de bon.quæ liber.l.Neſennius, de negoc. geſt. & eæ ſunt diſtinctiones illę
quibus anteſignani Iuriſconſulti [m] in hac quæſtione paſſim vſi ſunt.

27 Sic† peculia profectitia filiis in legitimam imputari debent, quia hæredita-
ria, vt in l.filium quem habentem,& in l.certum,C.famil. herciſc.[n]

28 Expenſę † verò in laurea vel doctoratu filii irrogatæ nõ imputantur in eius
legitimam,ſunt enim hæc peculia quaſi Caſtrẽſia.Et dignitas quæſita pecuniis
paternis,quæ neque vendi,nec ad hæredes tranſmitti poteſt,l.1.§.nec Caſtren
ſe,ff.de collat.bonor.l.aduocati,cum glo.C.de aduoc.diuerſ.iud. l.omnimodò,
§.imputari,C.de inoff.teſt.Huiuſmodi quoque ſunt impenſæ illæ, vt filius nãci
ſcatur ſacerdotium,vel beneficium aliquod eccleſiaſticum.[o]

29 Et † libri,quos pater filio dedit, vt litteris operam nauaret, ita demum in e-
ius legitimam non imputabantur, ſi ei emancipato, vel licentiato, vel Doctori
creato,vel aduocato, à patre dati fuerint, videntur ſiquidem iam tum induiſſe
iura quaſi Caſtrenſis peculii,[p] at ſi liberi,neque donati fuerint, ſed ſimpliciter
à patre filio traditi , tunc in peculium profectitium conceſſi videntur , pro-
inde in legitimam imputabuntur , vt in l. filium quem habentem , C.
famil. herciſcun, niſi tamen filii nomine empti fuiſſent , l. filiæ cuius , C.

DDd fa-

famil. herciſcund. Hæc igitur ea ſunt quæ in legitimam imputanda veniunt.

AD CAP. XIII.

a Pich. in l.in quartam,ff.ad l.Falcid.in q.5.dicit hanc communem,& Bart. in verſ.tertia, Vaſq. de ſucceſſ.creat.§.10.nu.245.

b L.omnimodo,C.de inoff.teſt. Bart.in d.l.in quartam,vbi Pich.nu.180.Soc.iun.nu.121. Vaſq. in §.20.nu.262.Craſſ.congerit,in §.legitima,q.20.

c Bald.in l.rem alienam,C.de legat.Iaſ.in l.in quartam,nu.112.Pich.nu.151.

d Ripa in d.l. in quartam,nu.130.Vaſq.in l.omnimodo,§.imputari,nu.242.

e Paul.Caſtr.in l.vnica,C.de inoff.dot.Ripa in l.in quartam,nu.219.ad l.Falcid.Roland.à Valle,de lucr.dot.quæſt.27.nu.5.Fulgoſ.conſ.97.& plures alii relati à Craſſ.in §.legitima, quæſtio.20.

f L.ſcimus.§.repletionẽ,C.de inoffic.teſt. ſic Pich.in d.l.in quartam,q.vlt.& ibi Bart.num.262. Ripa 134.& Coraſ.in l.filium quem habentem,nu.104.C.famil.herciſc.Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.10.nu.389.& Craſſ.d q.20.

g Bald.in d.§.repletionem, & in d.l.filium quem habentem,in §.opposit.C.famil.herciſc. Ripa in d.l.in quartam, nu.136.& alij.

h Coraſ.in d.l.filium quem habentem,C.famil.herciſc.nu.91.Vaſq.in d.l.omnimodo,§.imputari,nu.232.Craſſ.in §.legitima,q.20.Bart.in l.1.§.nec Caſtrenſe num.6.C.de collat.bon.

i Bald.conſ.57.quia illud,vol.1.Ripa in l.in quartam,ff.ad l.Falcid.num.135.Coraſ.in d.l.filium quem,nu.94.Ripa in d.l.in quartam,nu.188.

K Alex.in l.ſi patroni,ff.ad Trebell.Vaſq.in d.§.imputari,nu.235.

l Paul.Caſtr.in d.l.omnimodo,§.imputari,Alex.conſ.29.nu.4.lib.5.Alex.conſ.8.lib.3.Vaſq.in d.§.imputari,nu.235.Coraſ.in d.l.filium quem,nu.94.Iul.Clar.in §.ſecundum.q.46.

m Paul.Caſt.conſ.96.Si d.Cornelia lib.2.Alex.179.in 5.Ruin.138.nu.8.vol.2.Pich. & Rip.in d.l.in quartam,Bart.Alex.Iaſ.& alij,in l.ſi plures,§.in arrogato,de vulgar.& pupill.Dec.conſ.279.Roland.à Vall.conſ.10.vol.1.

n Iaſon in l.quod locum,nu.6.C.de collatio.Crot.in l.ſi conſtante,nu.30.ff.ſolut.matrim. Ant.Gabr.de iure dot.concluſ.2.Nat.conſ.547.nu.16.Bald. & Alex.in l.quod in vxorem, C.de negot.geſt.Crau.reſp.77.

o Bald.in Auth.res quæ, C.commun.de legat.& fideicom.Soc.conſ.33.vol.3.Gabr. de iure dot.concl.5.nu.12.& 15.Crau.reſp.219. Ang.78.& in d.l.in quartam,Alex.179.lib.4.vol.5.l.dedit dotem,de collat.bon.

p Bart conſ.131.Ruin.egregiè,conſ.138.nu.11.volum.2.& 72.eod.

q Bald.& Salic.in d.§.repletionem. Corn.conſ.106.in 2.Roland.à Val.conſ.29.nu.18.in 4.

r Salic.in d.l.ſcimus,in 4.notab.Paul.Caſtr.in l.vlt.nu.2.de cond.& inſtit.Roman. conſil.185.& 239.Aret.19.Dec.81.

ſ Bald.in d.l.ſcimus.nu.6.C.de inoffic.teſtam.

t Hier.Gabr.conſ.93.nu.9.dixi de Via iuris,c.25.Cuiarius obſeruationum octauo,c.4.

u Bald.in d.l.ſimul.nu.5.C.de inoff.teſt.Alex.in l.quod de bonis,§.quod auus,ff.ad leg.Falc.

x Bart.in l.in quartam,ad legem Falc.nu.140.Picus 181.Dec.conſ.128.nu.5.

y Bart.in d.l.in quartam,verſ.ſi vero donatio,l.etiam, §.ſi matris, de bonis libert.l.filium quem, C.famil.herciſ.l.ſi matris,l.in donationibus,C.ad legem Falcid.Roland.à Valle,conſil.2.nu.31.in 2.

z Bart.in l.1.§.ſi parens,ff.ſi quis à par.fuerit manumiſſ.Coraſ.in d.l.filium quem,nu.109.Bart.& Imo.in l.Titio centum,§.Titio genero,de condit,& demonſtrat.

a Bart.in d.l.in quartam,vbi Ripa nume.183.

b Bart.in d.l.in quartam,col.antepen.Bar. & reliqui,in Auth.Vnde ſi parens,C.de inoff.teſtam.nec ſufficit patris aſſertio de meritis,& quando probari poſsint,& quanta eſſe debeant Alex.Decius,& omnes,in l.ſi donatione,C.de collation.Roland.à Valle conſ.90.col.penult.in 2.

c Pich.in l.in quartam,num.166.Aret.conſ.72.in fine, Socinus iun.47.vol.3. Pariſ.33.num.35.in 3.

d Bald.Salic.Fulg.Caſtr.& Iaſ.in d.l.omnimodo,§.imputari,C.de inoff.teſt.Bart.in l.1.§.nec Caſtrenſe,de collat.bonor.Ripa in l.in quartam,num.163.& 169.Crauet.conſi.136.

e Bart.in d.l.in quartam,vbi Ripa num.148.

f Alex.conſ.27.col.vlt.in 5.& 117.col.vlt.in 6.Ripa,& Pich.in d.l.in quartam, omnes in d.l.filium quem,C.famil.herciſc.

g Alex.in d.l.in quartam,nu.24.Ripa nu.155.Bald.in l.quoniam nouella,C.de inoff.teſt.Bart.& alij,in l.Titio centum,§.Titio genero,de condit & demonſtr.

h Rolandus à Valle,conſ.44.nu.25.in 4. Decius conſ.20. Pich.in d.l.in quartam,nu.192.& 196.Ruin nu.42.contrarium,Cuman.conſ.85.ſed aduerſus eum Thomas,conſ.82.nu.4.in conſiliis Portii.

i Vaſ-

Vaſquius in d.§.imputari,num.224.
K Fabian.in d. Auth.nouiſſima,quæſt.8.num.9.C.de inoff.teſtam.
l Vaſqu.in l.omnimodo,in d.§.imputari,C.de inoff.nu.220.& ſeq.
m Bart.in l.Stichus, de peculio legato,Bald.in d.l.omnimodo,§.vlt.& in Auth.ex teſt. C.de coll. nu.13.Ripa in d.l.in quartam,nu.185.Hieron.Gabr.conſil.109.
n Bartol.in d.l.in quartam,col.penult.& Pich.num.174.
o Ripa in d.l.in quartam,nu.166.vbi Alex.Paul.Salic.& Fulgoſ.& Coraſ.in d.l.filium quem.
p Iaſ.in l.filiæ licet,de collat. l.quæ pater, ff.famil.hercisc. Bart.in d.§.nec Caſtrenſe , vbi Angel. Bald. & Salic.ſed contrarium tenuit Ruinus in d.l.in quartam,de his latè Vaſq.in d.§.imputari,

S V M M A R I A.

1 Legitimæ nullum onus iniungi poteſt.
2 Num pater per actus inter viuos poſſit filios legitima priuare.
3 Pater in præiudicium legitimæ filiorũ bona dilapidare non poteſt,ideo alienata vſque ad legitimam ſibi poterunt vendicare.
4 Pater delinquendo non poteſt filium legitima priuare , & quando procedat, ibidem.
5 Num filij legitima priuentur ſi non confecerint inuentarium.
6 An Trebellianica priuentur,ſi non fecerint inuentarium.
7 Falcidia poteſt prohiberi à teſtatore.
8 Quid iuris in Trebellianica.
9 Opinio Authorũ in hac quæſtione.
10 Liberi grauati num poſſint demere duas quartas,legitimam nempè, & Trebellianam,quod ſic,nu.11.quod non, nu.12.
13 Reſolutio quæſtionis.

De proprijs accidentibus Legitimæ,Falcidiæ,ac Trebellianæ. Cap. XIIII.

1 LEGITIMAE † proprium accidit,vt nullum onus, nulla cõditio, nullumq; fideicommiſſum ei poſſit imponi, quinimmò impoſitum ipſo iure tollitur ac reijcitur; quaſi verò ex prouidentia legis,non autem teſtatoris huiuſmodi portio liberis deferatur,l.quoniam in prioribus,C.de inoff.teſt.[a] & hanc pater viuens filio dare minimè tenetur,vtporè cum à morte paterna oriatur,l.ſcimus,l.cum quæritur, C.de inoff.teſt.l.1.§.ſi pubere, de coll.bon.[b]
2 niſi tamen filius eſſet egenus,vel capite damnatus. [c] Hinc quæritur,num † pater per actus inter viuos poſſit filios legitima priuare; Iccirco,ſi parens contractum lucratiuum,puta donationis celebrauerit,filiorum legitimam diminuere minimè poterit,vt Bartolò,Iaſoni,& alijs placuit ; Si verò contractum inierit onerosum,vt venditionẽ,conductionem,vel ſimilem, in puncto iuris ea verior videtur opinio,ne filij poſſint alienata reuocare,nec vſq; ad legitimam ipſam, l.non vſq;,ff.ſi quis à par.fue.man. quia iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem,reclamantibus tamen Bart.Hoſt. Cyno,& Iul.Clar.[d] agnoſcentibus hanc æquiorem eſſe, ac in iudiciis recipiendã,
3 proinde Imperatoria deciſione indigere.Quod † ſi pater ludendo omnia bona diſſipauerit,filij poterunt vtiq; alienata reuocare vſq; ad eorum legitimam , ſi ludus tamen fuerit illicitus,vtputà alearum, taxillorum,ac ſimilium, ſecus autem,ſi licitus eſſet, & conſuetudine receptus in ciuitate, vt Baldus,Fernandus, & Pichus exiſtimarunt, [e] quæ ſanè omnia ad Sereniſſimam Venetiarum Ciui-

tateiu maximæ conferenda eſſent,in qua ditiſſimi viri frequenter aleam ingen
ti pecuniarnm collatione exercent,reclamante ſemper, ac minante excelſo, &
4 grauiſſimo Decemvirorum Conſilio, Quinetiam † pater delinquendo non po
teſt filium priuare legitima, nam filius poterit bonorum publicationem reuo-
care vſq; ad legitimam,eſt enim confiſcatio magnopere lucratiua fiſco; Quam-
uis mater poſſit ſuo delicto filios huiuſmodi portione priuare. [f] Ex his infer-
tur patrem non teneri pro condemnatlone filii ſoluere pecuniam pro eius legi
tima,[g] niſi tamen ſtatuto obſtrictus fuerit ad ſoluendam filii cōdemnationem,
quod valere communiter receptum eſt,dummodo non per contumaciam, ſed
per veras,ac legitimas probationes fuerit filius conuictus, ac condemnatus. [h]
Dicebam illud etiam legitimæ proprium fore, ne filii poſſint ea priuari, di-
5 cam † etſi non fecerint inuentarium,Auth.de hæred.& Falc.§.ſi verò non fue
rit,vbi glo.& in Auth.ſed cū teſtator,C.ad l.Falc.glo.⁖ēt in Auth. hoc amplius,
C.de fideic.quæ iam communi omnium conſenſu inolcuit opinio, [i] vno tamē
reluctante Sermenta,[k] filius inquit hæres non conficiēs inuentarium,non poſ
ſet legatarijs inuitis inuentario non confecto creditū ſuum detrahere, l.vlt.§.
in computatione, C.de iu.delib.ergo multo minus poterit legitimam deduce
re,quæ non propriè debitum,ſed quaſi æs alienum appellatur,l.vlt.§.1.de cu-
ra.fur.l.Papinianus , §.ſi quis impubes,de inoff.teſt. ergo filius creditor patris
ex bonis maternis,vel aliūde verum creditum ſuum perdit, ergo multo magis
legitimam,quę quaſi creditum nuncupatur.Prætereà,quomodo inquit demet
legitimam,ſi bona nullo confecto inuētario,quot,quantaq; ſint minimè appa-
reat? verum nemo eſt,qui conſulendo,vel iudicando audeat à communi rece-
dere,an quia legitima proprium eſt ius ſibi iure gentium,ac iure naturali debi
tū,ſed enim Falcidia,ac Trebelliana nullo facto inuentario amittuntur,an quo
niam à iure ciuili deſcendunt,propterea lege facilius elidi,tolliq; poſſunt? de
Falcidia lex eſt apertiſſima in Auth.de hæred.de Falc. in §.ſi verò non fecerit,[l]
6 de † Trebelliana verò magna profectò eſt quæſtio an perdatur ob non factū
inuentariū,& vtrinq; communis legitur, vt laborioſum ſit ſecernere vtra com
munior, acclamantibus etiam Rolando à Valle, & Gulielmo Caſſiodore eam
indigere Principis deciſionē.[m] Cęterum ſi iuris principia,ſiue fundamenta in-
ſpiciamus,verior ea videtur,quod Trebelliana pariter amittatur , quemadmo-
dum Gratus,Rolandus à Valle,Didacus, Coraſius, & alij inſignes viri profeſſi
ſunt,[n] Nitebatur Coraſius primū origine quartarū,vt conſeruetur voluntas te
ſtatoris,qua violata, facti ſunt indigui auxilio legum; ſecundò,propter ſubtra-
ctionem rerum, quæ,haud ſecus militat in Trebelliana , atq; in ipſa Falcidia ;
Tertiò,propter dilectionem,qua teſtator magis diligit hæredem fideicommiſ-
ſarium vniuerſalem,cui omnia ab hærede Trebelliano ſunt reſtituenda, quam
ſingularem legatarium , cui ab hærede Falcidio dandum eſt particulare lega-
tum. Addo ego verba,& ſenſa legis de hæredibus,& Falcidia clariſſima eſſe,&
æquali trutina Falcidiam,& Trebellianam ponderantia,ecce verba Authēt.de
hæred.& Falc.in §.etenim in legatarijs. Etenim in legatarijs inquit,& fideicom
miſſarijs hunc eſſe volumus ordinem,& in §.illo adiecto ſolo. Illo inquit adie-
cto ſolo,vt oporteat huiuſmodi hæredem,qui non creditum ſolum, ſed etiam
legatarias; & fideicommiſſarias veretur, & metuit,non damnificari ſolum,ſed
etiam non lucrari,conuocare omnes legatarios,& fideicommiſſarios,&c.Dein
de ſubdit,ſi vero non fecerit inuentarium ſecundum hanc figuram, ſicut præ-
diximus,nō retinebit Falcidiam,ſed complebit legatariis,& fideicommiſſariis;
Ex his ſequitur,quod amittet Falcidiam,ac Trebellianam, eo quia legatarios,
ac fideicommiſſarios appellat , & Trebelliana Falcidiæ nomine intelligatur ,
quemadmodum in ſuperioribus probatum fuit. Fauent etiam huic ſententiæ

mirum in modum verba apertiſſima, l. vlt. §. licentia, C. de iu. delib. licentia dan da inquit, creditoribus, ſeu legatariis, vel fideicommiſſarijs, ſi maiorem putaue rint eſſe ſubſtantiam à defuncto derelictam, quam hæres in inuētario ſcripſit, quibus voluerint legitimis modis, quod ſuperfluum eſt approbare, vel per tor menta ſeruorum, vel per ſacramentum illius, ſi aliæ probationes defecerint, vt vndique veritate exquiſita, neq; lucrum, neq; damnum aliquod hæres ex hu iuſmodi ſentiat hæreditate, in illo videlicet obſeruando, vt ſi ex hæreditate ali quid hæredes ſurripuerint, vel cęlauerint, vel amouendum curauerint, poſtea quam fuerint conuicti, in duplum hoc reſtituere, vel hæreditatis quantitati cō putare compellantur, ergo ſi neque lucrum poterit hæres ſentire, Trebellianā vtiq; amittit. Quare Bart. ex his, quæ traduntur ad l. Paulus, ff. ad l. Falc. rectè exiſtimauit hæredem, qui rem minimam cęlauerit omne perdere beneficium inuentarij, proinde Falcidiam, ac Trebellianam, idq; præcipuè admittendū eſt, ſi adſit fraudis, vel doli ſuſpicio, ſi non adimpleta, neglectaque fuerit teſtatoris voluntas, Auth. hoc amplius, C. de fideicomm. Nonnulli tamen conſulentes, vel iudicantes ob æquitatem moti in eam facilius inclināt opinionem, ne Tre belliana ob non confectum repertorium amittatur,[o] ſed longè conſultius fore exiſtimauerim diligenter perpendere, careat ne hæres ſuſpicione fraudis, vel doli, nec ne.

Hactenus legitimæ proprium eſſe diximus, ne filii ea poſſint priuari à paren tibus, niſi tamen vitium ingratitudinis, ac iuſtæ exhæredationis patrauerint,
7 verum † Falcidia poteſt vtiq; à teſtatore prohiberi, ne hæres eam capiat, Auth. ſed cum teſtatur, C. ad l. Falc. ea ratione, quod olim hærede repudiante, teſta menta infirmabantur, hodie verò eo repudiante propter Falcidiæ prohibitio nem teſtamentum non corruit, ſed hæreditas alijs defertur in teſtamento ſcri ptis legatariis, vel fideicommiſſariis, Auth. de hæred. & Falc. §. ſi verò expreſ ſim, & §. ſi quis autem non implens, quod Iuriſprudentes omnes ſecuti ſunt,
8 in l. nemo poteſt, de leg. 1. de † Trebelliana verò articulus oritur terribilis, & valde controuerſus, adeò vt Curt. iunior viuæ vocis oraculo eum cæteris di gniorem prætulerit;[p] quamuis enim plures antea exiſtimauerint patrem vtiq; poſſe Trebellianam filiis prohibere, quæ olim fuit Cyni, Cumani, Pariſij, Pici, Cornei, Angeli, Alexandri, & reliquorum opinio, qui à Vaſquio, à Michaele Craſſo, à Iulio Claro, & à Gabriele Romano longo ordine accumulati legun tur,[q] attamen contraria ſententia longè ęquior, verior, & communior propter fauorem liberorum pleriſq; viſa eſt, patrem non poſſe filiis prohibere, maximę primi gradus Trebellianam, in caſu etiam, quo & legitima, & ipſa quoq; demē dæ eſſent, & hæc hodie in iudicando, & conſulendo præcipuum ſibi locum vē dicauit, quam Baldus, Decius, Guid. Papa, Didacus, Iaſon, Socinus iun. Decia nus, Rolandus à Valle, & reliqui inſignes Iuriſconſulti amplexi ſunt,[r] addo Hieronymum Gabrielem, qui latiſſimè, ad ſatietatē vſq; hanc æquiorem, & ve riorem opinionem tuetur, & ampliſſimè de intelligentia l. iubemus, C. ad S. C. Trebell. diſputat, & omnibus connumeratis auctoribus hinc inde, ac veluti tru tina ponderatis, hanc magis communem, ab eaq; in iudicando minimè recedē dum, licèt de quartis duabus ageretur, firmat, & comprobat; Sequuntur Iul. Clarus, Mich. Craſſ. totaque turba Iuriſconſultorum, niſi tamen conſuetudo,
9 vt ait Gabriel, vel ſtylus in loco iudicij contrarius haberetur. At † ſi liceret mi hi altius ingenium extollere, peritiſſimum aurificem libenter imitarer, qui auri puritatē capillo accuratè explorat, & ipſe iuris apice, atq; æquitate huius quæ ſtionis veritatem ſedulo indagarem, ac detegerem; at quiſpiam fortaſſe mihi obiiciet, an non tu quoq; ita conſuluiſti? quid ni? conſului quidē, tot, tantorū que virorum cateruam ſecutus, nefas eſſe ratus ab eorū iudicio recedere, niſi

prius viuæ vocis oraculo Principis audito. Nũc verò virtutis, ac veritatis amor mentem excitat, vrget, & angit, amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas, ecquid tandem iuris habet hæc opinio de Trebelliana dempta illa ſolẽni tot nominum pompa, quod non poſſideat ẽt illa de Falcidia, ſi Falcidia prohiberi pôt, cur nõ poterit quæſo vetari Trebelliana?ſi vtriuſq; eadem eſt ratio conſeruandi teſtamenti, quemadmodũ ſupra narratum fuit, cur vtriuſq; idem non erit ius? ſi in re dubia ea eſt pręferenda ſnĩa, quę fauet teſtamento, l. ſi pars, de inoff. teſt. cur inquã non poterit Trebelliana a teſtatore interdici? Deniq; ſi hæc ſunt iuris ciuilis poſitiui, cur quæſo mutari nequeũt? cur inquam magis non tenebitur filius patris volũtatem exequi, qui ipſum generauit, quiq; et legitimam, & hæreditatẽ reliquit, quam quilibet alius alienigena, vel extraneus. Atqui obiicit aliquis liberis primi gradus non poteſt prohiberi, quid tũ? ergo extraneis poterit interdici, ſed contra filii primi gradus, non uti filii capiunt Trebellianam, ſiue legitimam, nec vti filij grauantur onere fideicommiſſi reſtituere hæreditatem, ſed vti extranei quilibet, ergo ipſis quoque poterit pariter prohiberi Trebelliana. Hinc factum eſt, quod apud varias gentes, in aliquibus inquam ciuitatibus inoleuit conſuetudo Trebellianam filijs prohiberi poſſe à teſtatore, qualis percrebuit Mediolani, & Romæ, vt audiui, & Vincentiæ res eſt manifeſtiſſima, quemadmodum doctiſſimus Marzarius poſt inſignem Feradum Vieneum, non ſemel, ſed pluries in grauiſſimis cauſis conſultum, iudicatumq; fuiſſe perhibet, [f] addo quod plures mihi oſtenſæ fuerunt ſententiæ peritiſſimorum Aſſeſſorum Vincentiæ latæ, quibus filii damnati erãt ne poſſent Trebellianam detrahere, ea expreſſa ratione, quia ita communiter iudicatur, & obſeruatur in ciuitate, quæq; fuerunt Venetijs in grauiſſimis Conſiliis XL. Virorum firmatæ, ac laudatæ, quare virtus, ac veritas ex huiuſmodi conflictu agitatæ perficiuntur, & clariſſimè ſplendent.

10 Iam† verò dubitare contingit, ſi legitima fuerit ſemis, num ei proprium hoc inſit, vt poſſit coniungi cum Trebelliana, ita vt liberi reſtituere, grauati vtramque demere poſſint, legitimam inquam, ſcilicèt ſemiſſem totius hæreditatis,
11 & præterea Trebellianam ipſam, nec ne. Et† porrò apud omnes communis viget opinio vtramque poſſe demi, quemadmodum Hieronymus Cagnolus poſt Baldum, Pichum, Decium, & Simeonem Preteum poſtque alios inſignes Iuriſconſultos affirmarunt, [t] cuius tres potiſſimæ videntur rationes; Prima, quòd legitima iure ſanguinis, & naturæ debeatur pro numero liberorum aucta ad trientem, ad ſemiſſem, Authen. De trien. & ſemiſſ. l. cum ratio, de bon. damn. Secunda, quia Trebelliana non debetur, niſi ratione oneris, vel fideicõmiſſi iniuncti, l. 1. l. in fideicommiſſariam ad S.C. Trebellian. l. iubemus, C. eo. l. quamquam, C. de fideicom. quare non poteſt ob auctam legitimam denegari; Tertia, quoniam apertiſſimæ ſunt Decretales Raynutius, Rainaldus, de teſt. & cap. ſi pater, de teſtam. in 6. duas detractum iri quartas, & quoties res eſt dubia in iure ciuili, patet iuri Pontificio ſtari oportere, ad not. in cap. 1. de oper. nou. nunciat.

12 Contrarias† tamen partes veriores exiſtimarunt Bald. more ſuo ſibi contrarius, Decius, Alexand. & Pancirolus, qui hanc teſtatur communem, quiq; propterea reprehẽditur à Simeone Preteo, & dum Haymonius Crauetta pro hac ſententia adduceret Baldum, aduocati eum deridere cæperunt ſciſcitantes an ipſe ita iudicaret, nefas eſſe rati à communi via decedere, [u] Nituntur & ipſi rationibus ſuis. Prima, ne plus conſequatur grauatus, quam honoratus, contra mentem teſtatoris. Deinde, quia hoc nulla lege expreſſim caueatur, quinimmo ex frequenti Iuriſprudentum iudicio ambæ illæ quartæ intelligũtur totum explere ſemiſſem, non autem excedere; tum denique quod vt Pancirolus arbitra

tur

tur Decretales Raynutius,& Raynaldus ſtrictè ſunt intelligendæ, quando nẽ pè legitima fuerit triens,non autem ſemis,propter maximas cõtrouerſias, quę in huiuſmodi materia inter Pontificios,ac Cæſareos Interpretes oriũtur; nec eis verſuta illa ratio prodeſſe debet,quod tantum vnus,quantum quinque,aut plures caperet,vt ſi vnus legitimam capiat, ſcilicet trientem, & præterea Trebellianam,ergo ſemiſſem obtinebit; Nam reſpondetur eam vtique procedere,
13 quando duæ demerentur quartæ, ſed †nos ſuſtinemus vnam duntaxat demi poſſe;præterea & vnus tantum totum ſibi quærit trientem, qui tamen in quatuor ſolet diuidi,quare corruunt eorum cauilli. Tu itaque temetipſum conſule,& quinam iuſtius induant arma ſedulò arbitrare. Hodie verò nemo eſt cõſulens,vel iudicans,qui communi derelicto itinere: per loca deuia tranſire,inſultareque audeat:ſed enim ò candidè Lector veritas huiuſce quæſtionis dependet ab ea,an duæ quartæ deduci poſſint, firmis manentibus principijs Iuriſprudentiæ,de qua tum poſtea verba facturi ſumus;id vnum poſtremò ne omittamus,quod ſi legata, & fideicommiſſa purè relicta fuerint, ab vtroque detrahitur quarta pro rata,nempè à legato, ſiue à legatis Falcidia, & à fideicommiſſo vniuerſali Trebelliana, quæ ſimul concurrunt,& vnam, totamque adimplent Trebellianam,ad l.Marcellus,§.idẽ,ff.ad Trebell. ſi verò legata purè fuerint relicta,& fideicommiſſum ſub conditione,tunc autore Bart.legata integra præſtãtur;& à reliquo,nempè ab hæreditate demitur Trebelliana, vt Ruinus, ac reliqui exiſtimarunt.[a] Et hæc ea ſunt,quæ propius accedunt ad naturam legitimæ Falcidiæ , ac Trebellianæ , quæ nos auidè , ac ſtudioſè quęrebamus,quæque ſi tu ad iuris principia contuleris, fateberis profectò, quod ad tot,tantaſque communes Iuriſconſultorum opiniones ineptas decidẽdas, nec vnus ſufficeret Democritus,quod etiam in capite ſequenti multo clarius relucebit.

A D C A P. X I V.

a Bart.& omnes in d.l.quoniam in prioribus, C.de inoff.teſtam. Iaſon in Authen. Nouiſſima, num.43.& 44.C.eod.& Vaſqu.de ſucceſsio.creat. §.10.num.418.Craſſ.in §.legitima,quæſt. 38.nec poteſt pater,quas voluerit res aſſignare filio, Bartol.in l.ſuus quoque, de hæred. inſtit,Pich.in l.in quartam,ad leg.Falcid.num.61.& 183. vbi Ripa, num.126. Coraſ.in l.filium quem,nu.81.C.famil.hercisc.congerit Mich.Craſſ.in §.legitima,q.15.

b c Vaſq.in d.Auth.Nouiſsima.nu.285.Coraſ.in d.l.filium quem.

d Bart.in l.Titia,§.Imperator,de leg.2. & communem teſtatur Pic.in l.poſt contractum, nu.3. & 6.de donat.Iaſ.in Auth.vnde ſi parens,nu.3.C.de inoff.Pari.conſ.73.nu.23.vol.1. & 73. num.26.eodem.

e Bald.in l.2.C.ſi quid in frau.patr. magis communem appellat Pich.in d.l.poſt coutractum, nu. 24.Craſſ.in §.legitima,q.44.nu.5.

f Hoſt.& Abb.in c.Raynutius, de teſt. Cyn.in d.l.2. qui ait quæſtionem hanc indigere Cæſarea deciſione,Iul.Clar.in §.donatio,q.24.congerit Craſſ.in §.legitima,q.44.

g Bald.in l.1.C.ſi quid in fran.patr.Pic.in d.l.poſt contractum,nu.34. & omnes in Praxi idem obſeruandum firmant Craſſ.in §.legitima,q.41.

h Decius deciſ.34.Vaſq.d.nu.285.& Craſſ.in §.legitima,q.12.

i Craſſ.in §.legitima,q.45.

K Sarmenta ſcelectarum interpretationum,lib.3.c.7.

l Alex.in l.11.§.quod vulgo,nu.13.ad leg.Falc.Ripa in l.1.§.ſi is qui, nu.5. ad Treb. Roland.de inuentario,in 5.par.verſ.hæres,Craſſ.in §.Falcidia,q.12.

m.Caſsiod.deciſ.3.de teſt.

n Coraſ.in l.filium quem tutore,nu.35.C.fam.hercisc.& multos omitto.

o Craſſ.in q.7.qui quamplurimos connumerat,& Dec.locis citatis.

p Curt.iun.reſponſ.154.nu.2.

q Cyn.in l.iubemus,C.ad Trebell. Cumanus in l.cum hæredes,§.cum filiæ, de vulgar.& pupill. vbi de duabus quartis,Pariſ.conſ.53.num.52.& conſ.21.num.43.volum.3.Pich.in l.in quartam,num.273.ad leg.Falcid.Corneus 22.lib.2.Ang.125.Alexand.& Socin.in l.Marcellus,ad Trebell.Vaſqu.de ſucceſſ.creat.§.8.num.12.Craſſ.in §.teſtam.q.67.vel 62. Iul.Clar.in §.teſtam.

ſtam.quæſt.73.Gabr.Rom.lib.4.commun.opin.ad Trebell,concluſ.t.Marzarius in epitome. fide.quæſt.49.

r Marzarius in epit.fideic.q.4. Iaſon poſt multos ab eodem relatos, conſ.99.diuiſ. nu.2.& 146. præſupponit,nu.4.& ſeq,vol.4.& 84.in 2. Soc.iun.reſp.181.in 1.& 112.nu.3.in 3. Decian conſ.117,lib.3.Rolan,à Valle conſ.112. num.4.& 6. vol.1. teſtatur apud diuerſas gentes ita fuiſſe iudicatum, & quando duæ detrahuntur quartæ, & reprehendit eos,qui contrariam opinionem communem affirmare auſi ſunt, Bald. in l. iubemus, C.ad Treb. Dec.conſ.81.nu. 3.Guid,Pap.deciſ. 51.Didac.in c,Raynutius,§.11.nu.7.qui admiratur inconſtantiam Iuriſcõſultorum, Craſſ,& Iul.Clar.locis ſupracitatis. Hieronym. Gabr.conſ.93.lib.1,

ſ Marzarius in epit.fideic.q.49.

t Cagnol.in l. Papinianus,§.meminiſſe,de inoff.teſt.Pich.in l.in quartam, in pen.col.ff.ad l.Falc. Decius,conſ.237.col.pen.Bal.in d.l.iubemus,ad Trebell.Simeon Prez.lib.3. de interpret.iur, pag.364.Crauet.conſ.50.Curt.ſen.conſ.51.nu.25.& 75.nu.4. Oldrad.171.

u Bald.conſ.94.lib.2. Alex,conſil.68.lib.4.Dec.228.ad fin. Pancir.qui hanc teſtatur communem, conſ,69.ad fi.& conſ. 137.nu.7.Crau.conſ.50.glo.in Auth.de hæred.& falc.in §.ſi quis autẽ non implens in ver.auferri.

x Bart.in l,Marcellus,§.idem,ad Trebell.vbi teſtatur hanc obſeruari conſuetudinem, & ſequuntur DD.& Ruin.in l,in quartam,nu.18.ad leg.Falc.Craſſ.in §.Falc.q.13.

SVMMARIA.

1 Filius fideicommiſſi onere grauatus an poſſit Legitima & Trebell. beneficio frui. Et num Pontificio potius Iuri quàm Imperatorio in huius quæſtionis controuerſia dirimenda ſtandum ſit.

2 Filium fideicommiſſi onere grauatum poſſe duas ab eodem quartas deducere Iuris ciuilis principijs aduerſatur eaq́; funditus euertit.

3 Canon Raynutijs de teſtam.in 6.Cæſareis conſtitutionibus,& ante & poſt Iuſtiniani Nearas reluctatur.

4 Trebelliana lex eo tempore lata fuit,quo ſola ex teſtamento detrahi poterat.

5 Zenonis Imperatoris cautela qua prouidit filijs inofficioſum teſtamentũ paternum non accuſantibus.

6 Filius Quartam eligens Trebellianam,eamque habens,is vt hæres tenetur, eam imputare in quartam legitima.

7 Legitimam habens eligenſq́;,eam tenetur in Trebellianam conferre,vtpotè,qui legitimam iure inſtitutionis conſequitur.

8 Circularis regreſſus,an admittatur in theſi filius habet Trebellianam, ideo habet Legitimam,& viceuerſa filius habet Legitimam,ideò & Trebellianam.

9 Patris morte ſubſecuta ſtatim filijs debetur legitima, nullamq́; dilationem,& diem nullum recipit,ſecus eſt in Trebelliana.

10 Debitum exactum compenſationem nullam admittit,celebri & decantata Doctorum enunciatione.

11 Filius,niſi fuerit inofficiosè tractatus à patre,vel ſaltem in legitima inſtitutus,de legitima tractare nequit.

12 Filium onere fideicommiſſi grauatum impoſſibile eſt poſſe Legitimam & Trebellianam deducere,niſi cum maxima iurium ruina.

13 Authentica Res quæ,C.commu.de legat.vnde deſumpta.

14 Canones Raynutius,& Rainaldus,quibus Iuſtinianeis legibus aduerſentur.

15 Quarta,an deducenda ſit vna,an duæ,quæſtio rerum eſt temporalium,& ſic poſitiui iuris,& hinc Cæſarearum legum iudicijs decidenda ex Vaſquio.

16 Authoris improbatio deprauatam conſuetudinem concernens ex iuris ignorantia cauſatam.

17 Filio non valente ex fideicommiſſo deducere poſtquam eo grauatus fuerit, nec legitimam,nec Trebellianã,inanes nonnulla efficiuntur in materia hac fideicommiſſaria quæſtiones.

18 Epitomes dictorum,& Paraphraſtica concluſio auditoribus deſtinata.

Num

Num filius grauatus fideicommiſſo poſſit Legitimam, ac Trebellianam detrahere, & an iuri Pontificio magis, quam Cæſareo hac in re acquieſcendum ſit. Cap. X V.

1 RELIQVVM eſt, vt videamus tandem, num † filius onere fidei-
commiſſi grauatus poſſit Legitimam, ac Trebellianam detrahe
re, & an iuri Pontificio magis quam Cæſareo in deciſione hu-
ius controuerſiæ acquieſcendum ſit, ſed hanc ego quæſtionem
lib. 2, de Via iuris, c. 25. ampliſſimè examinaui, quò loci candi-
dum lectorem ſe ſe, animumque ſuum appellere, & oculos, ne hæc ſuperflua re
petantur, dirigere rogatum velim, hoc tamen vnum pollicitus præſtare tẽtabo,
2 communem eam ſententiam filium † oneratum, poſſe duas à fideicommiſſo de
ducere Quartas, ac inſuper Decretales ipſas, Raynutius, & Rainaldus, iuris ci-
uilis principiis aduerſari, eaque funditus euertere, in qua ſanè controuerſia nõ
modo priſci illi, verumetiam nouiſſimi Iuriſconſulti magnopere ſudarunt, atq;
aſſerunt, id tñ vnum ſemper mihi clarum, atque conſpicuum viſum eſt, quod
& ipſe gloſſator ad verbum, Legitimam, in Canonem Raynutius Iacobum Bel
uiſium ſecutus, cuius argumentationi nunc innitiť, apertè confeſſus eſt. Dicam
3 igitur † eum, eaſque iuri ciuili non modò ante, verumetiam poſt Nearas Iuſti-
ſtiniani reluctari: nam ante Iuſtinianum, & ante auctam ab eo legitimam, vnam
tantum dari quartam facilius Interpretes admittunt, vtpotè, cum iura ſint cla-
riſſima, quæ à me inibi relata fuerunt, maximè verò Liubemus, C. ad S.C. Tre-
4 bell. quæ † lata fuit tempore, quo Trebelliana ſola ex teſtamento detrahi pote
rat, vtpotè, quæ vtilior erat, quæque etiam hodie maiorem poteſt afferre vtili-
tatem propter imputanda, quam legitima ipſa, [a] impoſſibile ſiquidem erat o-
lim filium hæreditatem reſtituentem aliud conſequi, quam Trebellianam, l.
Papinianus, §. meminiſſe, §. quarta, ff. de inoff. teſt. l. cum quæritur, C. eod. eoque
5 maximè, ſi dodrans erat reſtituendus, quare Zenon Imp. † cumulatè filijs con-
ſulere ſtuduit, inofficioſas tabulas paternas non accuſantibus, nec conqueri va-
lentibus; proinde, ne fructus in Trebellianam imputarentur, lege edixit, & ni-
hil tum de legitima ſtatuit, nam approbato, vel firmo manente teſtamẽto peti
legitima non poterat, [b] nec opus erat filijs ob legitimam ſuccurrere, enimuerò
tunc temporis poterat, ſi Trebelliana erat minor legitima, teſtamentum vti in-
officioſum rumpere, totamque hæreditatem ab inteſtato adipiſci, at eo firmo
vigente non poterat detrahi legitima; Præterea cum eſſent æquales, & ambæ
lucratiuæ, altera alteram impediebat, l. Mæuius, §. duobus, de legat. 2. idque
etiam ex ambarum imputationibus egregiè conficitur, quo ſanè argumentan-
di genere vſus eſt Gloſſator, & Iacobus Beluiſius in ipſo canone Raynutius.
6 quicunq; † enim filius quartam Trebellianam eligit, & habet, is profectò vt hę-
res tenetur eam imputare in quartam legitimam, quæ iure naturæ debetur, in
quam imputanť quæ iure hæreditario, quæq; alio quouis modo capiuntur, l.
7 qm̃ nouella; C. de inoff. teſt. & † quicunq; econuerſo eligit, & habet legitimam,
is ſanè tenetur eam in Trebellianam conferre, vtpotè qui legitimam iure inſti
tutionis conſequitur, haud ſecus in ea, quam in cęteris bonis inſtitutus, l. cum
quæritur, l. parentibus, C. de inoff. teſt. ſed omnia titulo inſtitutionis quæſita,
in Trebellianam imputari ſolent, l. in quartam, ff. ad l. Falc. l. deducta, §. nũmis,
8 ad Trebell. ergo & legitima in Trebellianam, vſq; adeò vt † circularis detur re
greſſus, filius habet Trebellianam, ergo habet legitimam, filius habet legitimã,
ergo tenet etiam Trebellianam. Sed vnum eſt, quod maximè contra nos faceſ-

ſit negotium, nempè, quod in fideicommiſſo conditionali ambæ non concur-
9 runt eodem tempore; quid tum? reſpondent ipſi, quoniam ab initio † filijs de
betur, legitima ſtatim mortuo patre, quaſi intelligatur à corpore patrimo-
nij cõfeſtim auulſa, ac ſeparata, vt nullum recipiat diem, nullamue dilationem,
Trebelliana verò non, niſi poſtquam euenerit caſus, dieſq; fideicommiſſi, vnde
10 ſuccedit, vt ipſi aiunt ingenioſa illa Baldi enunciatio † debitum exactum non
admittit compenſationem, qua viri doctiſſimi ſæpè vti ſolent: [d] ſed huic inge-
nioſè magis, magiſq; ſubtili, quam veræ propoſitioni rectè occurritur, vt in ſu-
perioribus ẽt expoſuimus, eam vtiq; ſi vera vnquam futura eſt, veram fore in
caſu l. ſcimus, l. ſi quando, §. & generaliter, in l. oĩmodo, & in multis aliis, C. de
inoff. teſt. quando ſ. parens filio quid minus legitima, vel legitimam dumtaxat
reliquerit, non aũt in terminis huiuſcemodi fideicõmiſſi conditionalis, ſi filius
meus à me hæres inſtitutus ſine liberis deceſſerit, iubeo quod reſtituat hæredi
tatem Caio, tum. n. quęnam legitima debita vnquam fuit aut debebitur ei filio,
11 qui omnium bonorum hæres fuerit inſtitutus? nulla profectò, cũ † de legiti-
ma agi, tractariue nõ poſſit, niſi filius fuerit inofficioſè à patre tractatus, vel ſal
tem legitima dumtaxat ei fuerit inſtitutionis titulo legata; Caueant igitur, qui
aduerſantur, ne non iuris ciuilis terminos, ac propugnacula amouere, ac pro-
ſternere videantur. Dein perbelle ẽt occurrit gloſſator ille Pontificius, legitimã
non eſſe propriũ quid, verèq; debitũ, quandoquidẽ pro ea nulla actio filio de-
tur contra patrem, & poſſit ipſe filium in ea inſtituere, ac iuſtis de cauſis priua
re; quare conficitur, vt cum filius poſſit hæres inſtitui, & huiuſmodi valeat in-
ſtitutio, vna in alteram omninò debeat imputari, vt vnius tantum rententioni
ſit locus, non autem ambarum, ſed enim, ante Iuſtinianum (vtut res ipſa ſeſe ha
beat) poſt iura tamen à Iuſtiniano condita omnibus iam ſatis compertum eſſe
12 reor, impoſſibile fore filium onere † fideicommiſſi grauatum poſſe legitimam,
ac Trebellianam deducere, niſi iuris principia frangere, elidere, ac penitus tol-
lere velimus. Hic eſt modus, hic punctus, hæc eſt totius quæſtionis difficultas,
quod vt iam limpidiſſimè cunctis pateſcat, omiſſis argumentis, quæ in ſecũdo
libro de Via iuris cumulaui, mentem ad Nearam Iuſtiniani conuertam de re-
ſtit. & ea quæ parit, §. quamobrem, Præſentem inquit ponimus legem, omnia
quidem alia prioris à nobis poſitæ conſtitutionis rata manere volentes, hoc ve
rò innouantes ſolummodo, vt ſi quis de cætero reſtitutionem fecerit ſuarum
rerum, primum quidem ſicut filio legitimam partem, non quartam, hoc enim
emendauimus, inopiam eius plurimum reprehendentes, ſed tertiã modis om
nibus, aut mediam ſecundum filiorum numerum, deinde ex reliqua ſubſtãtiæ
parte ſi non ſufficeret legitima pars ad dotis, aut ante nuptialis donationis ob
lationem honeſtè, & ſecundumqua litatem perſonarum, & merita, excipere ẽt
hoc ad reſtitutionem ſecundum quod adiectum legitimę parti, dotem, aut ante
nuptialem facit donationem; & hic eſt ille fons limpidiſſimus, vnde ab Irnerio
13 deprompta legitur † Auth. Res quæ, C. comm. de leg. & fideic. Res quæ ſubia-
cent reſtitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari, ſed ſi liberis por-
tio legitima non ſufficit ad dotis, ſiue donationis propter nuptias obligationẽ,
permittitur res prædictas in eam cauſam alienari, vel obligari, pro modo hone
ſtati perſonarum congruo. En ſi filius grauatus vtramque detrahit quartam,
cur quæſo Iuſtinianus cum legitima Trebellianam non coniunxit? vt ſi legiti
ma liberis non ſufficeret, nec Trebelliana, tunc res fideicommiſſi diſtrahi poſ-
ſent? en ſi tãtæ curæ, ſi tantæ diligẽtiæ, tantæq; molis erat Iuſtiniano matrimo
nijs, ac dotibus fauere, vt apud legitimam, quam trientem, vel ſemiſſem decla-
rauit, iuſſerit etiam bona fideicommiſſi alienari, & liberis pro dote conſtituen-
da, vel reſtituenda tradi, cur inquam Trebellianam quoq; detrahi non iuſſit?

eamque

eamq; cum legitima pariter liberis dari? ne prius contra mentem teſtatoris fi-
deicommiſſum venderetur, vel ſaltem vt tanto minus diminueretur; An non
hæc clariſſimè cis oſtendunt, nec ante, nec poſt Iuſtiniani tempora licuiſſe vn-
quam filio duas deducere quartas ? ecquis tandem hæc inficiari poterit ?
nonne Iaſ. nonne Baldus, Paulus Caſtrenſ. & reliqui admirantes hoc idem ex
Auth. Res quæ, connotarunt, atque firmarunt? Si itaque contraria opinio, quã
14 uis magis communis, ſi † denique Canones illi Raynutius, ac Rainaldus his le
gibus Iuſtiniani aduerſantur , quonam pacto . Quiſpiam aſſerere audebit hęc
non reſiſtere principijs iuris ciuilis? Aut igitur ij in tenebris ambulant, aut eo-
rum oculos ſplendidiſſimum illud ſolis , iuriſve ciuilis iubar præ nimio fulgo-
re aliquantulum cecutientes reddidit.

Atqui obijciunt denique, in tam ardua quæſtione ſtandum eſſe magis iuri
Pontificio, quam Cæſareo iuxta Bart. ſententiam, quam Decius [c] communem
appellare non dubitauit, ſed eis occurrit, & egregiè reſpõdet Vaſquius Hiſpa-
15 nus [d] eorum opinionẽ nullo colore defendi poſſe, nã quod vna, inquit, † quar
ta deducatur, & non duæ, nullus ſanę mẽtis negabit, quin ſit q̃ rerũ tẽporaliũ,
nõ aũt ſpiritualiũ, ac inſuper Iuris ciuilis poſitiui, proinde alterutrũ ius in ſuo
proprio foro ſeruãdũ, vt in Regno Cæſaris, & aliorum principum vna tãtum,
in terris verò eccleſiæ duæ detrahantur quartæ, quemadmodum Cynus, Ful-
goſ. & Corneus exiſtimarunt, quos ego in hac eadẽ quæſtione, lib. 2. de Via iu-
16 ris, abundè retuli. Addam hoc † non ſine ſummo errore, & iuris ciuilis igno-
rantia, vt omnes ferè Interpretes fateantur iure Pontificio introductum fuiſſe,
vt nullo pacto quæſtio poſſit eo iure dirimi, ac decidi; quæ ſanè communis opi
nio, ne dicam communis error, adeò percrebuit, vt conſulentes hodie ab ea re-
cedere non audeant. Nec ipſe inficias ibo, quinimò ingenuè fatebor, me ſæpè
ſæpius conſulendo duas clientibus dediſſe partes, voſque etiam eandem com
munem inire viam facilè hortabor, quouſq; principum oraculo , ſiue lege non
fuerint hæc in integrum reſtituta; nec propterea eſt interim inutilis hæc medi
tatio, neque enim parum proficit rerum originem, ac veritatem prius agnoſce
re, deinde iudices ad æquitatem flectere, quibus tãti certaminis certioribus fa
ctis, rigoris aliquid in tam arduo conflictu relaxare , ac reis conuentis ex æqui-
tate, ac iuris arbitrio aliquatenus ſuccurrere non erit incongruum, nec indeco-
rum, ſed à iure ſibi edictum, atq; præſcriptum, idque maximè cõgruit his, quæ
ſunt iuris poſitiui, vt nec timendum amplius nobis ſit, ne non adita hæreditate
corruat teſtamentum, quẽadmodum ex iure innouato in præcedentibus enar-
17 rauimus. † Cum itaque filius fideicommiſſi onere grauatus nequeat legitimã,
ac Trebellianam detrahere, inde conficitur, vt inanis ſit quæſtio, an parentes v-
tramq; demere poſſint, inanis etiam illa, an vltra Legitimã, ſ. ſemiſſem demẽda
ſit ipſa quoq; Trebelliana, & alia quoq; inepta , & vana id genus multa.
18 Hucuſque † tandem vltimarum voluntatum executionem, & miſſionem in
bonorum poſſeſſionem, atque præſcriptionem, deinde quæ fideicommiſſa mi-
nuere poſſint, quæq; in fideicommiſſariam non veniant reſtitutionem, tum Le-
gitimam, Falcidiam, atque Trebellianam, & earum propria accidentia quarto
hoc iuris termino definiui.

Hæc igitur ea ſunt, quæ de legatis, ac fideicommiſſis vobis efflagitantibus e-
gregij Auditores, non potui quamuis ſatis incompoſita, & inculta non edere,
cætera, quæ non pauca his deſunt viua voce publicis lectionibus vobis aperire
pergam, non vt longos progreſſus, non vt immenſos commentarios, aut reſpõ
ſa innumera, qualia noſtratium Iuriſcõſultorum hodie ferè infinita habentur;
ex arte, ſed vt potius meditationes, lucubrationes , & ſtudia quæque veſtra ad
iuris artem, eiuſque principia, haud ſecùs atq; Archimedes ille conſcriberem,

qui

qui Mathematicæ artis Commentaria, quæque ſuperflua, principia verò neceſſaria, ac æterna ratus, vt ſeſe ea tenere ſatis glorioſum eſſe oſtenderet, præclarè ſecum actum iri exiſtimauit, ſi ab ipſo moriente rogati amici eius ſepulchro cylindrum ſphæra circundatum imponerent, qua re accipite vos legum ſtudioſi hæc noſtra rudimenta, ſummique iuris incunabula, quibus Iuriſprudentiæ arcem, ac propugnacula ab ingruentibus barbararum telis pro viribus veſtris defendere poſſitis, ad quam tuendam me quoque veritatis amor, & virtutis latentes igniculi interdum impellunt, & inflammant.

AD CAP. XV.

a Corn. & Bald. in d. l. iubemus, C. ad Trebell. Cyn. & Petr. in l. quamquam, C. ad leg. Falcid. Hieron. Gabr. conſ. 92. lib. 1. Oldrad. conſ. 201. Bart. Bald. Caſtr. in d. l. quamquam.
b Hier. Gabr. conſ. 92. num. 9. lib. 5.
c Dec. in l. cum proponas, C. de pact. num. 3.
d Vaſq. de fideicom. ſubſt. §. 27. num. 35.

Tibi igitur Omnipotens Deus, cuius nomen ineffabile, cuius imperium infinitum, cuius claritas æterna, à quo, cœlum, terra, angeli, & vniuerſa natura dependet, tibi inquam ſoli honor, & gloria.

FINIS.